
Digitized by Google





C. PLINII SECUNDI
NATURALIS HISTORIÆ,
Cum selectis doctorum Virorum *Commentariis*,
TOM. II.

LUGD. BATAV. et ROTEROD. Ex Officina HACKIANA 1669.
G. Wingendorp sculp.

C. PLINII SECUNDI
NATURALIS HISTORIÆ,

TOMUS SECUNDUS.

Cum Commentariis & adnotationibus HERMOLAI BARBARI, PINTIANI, GELENII, DALECHAMPII, SCALIGERI, SALMASII, GRONOVII, Is. VOSSII, & Variorum.

Accedunt præterea variæ Lectiones ex MSS. compluribus ad oram Paginarum accurate indicatæ.







LUGD. BATAV. ROTERODAMI. } Apud HACKIOS, A° 1668.

C. PLINII SECUNDI NATURALIS HISTORIÆ

LIBER DUODECIMUS.

PROOEMIUM.

ANIMALIUM *omnium, quæ nosci potuere, naturæ generatim membratimque ita se habent.* [1] *Restant neque ipsa anima carentia (quandoquidem nihil sine ea vivit)* [2] *terra edita,* [a] *ut inde eruta dicantur, ac nullum sileatur rerum naturæ opus. Diu fuere occulta ejus beneficia, summumque munus homini datum, arbores, silvæque intelligebantur. Hinc primum* [3] *alimentum, harum fronde* [4] *mollior specus, libro vestis. Etiamnum gentes sic degunt. Quo magis ac magis* [5] *admirari subit, ab iis principiis cædi montes in marmora, vestes* [6] *ad Seras peti:* [b] *unionem in Rubri maris* [7] *profundo, smaragdum in ima tellure quæri. Ad hoc excogitata sunt aurium vulnera: nimirum quoniam parum* [8] *erat collo* [9] *crinibusque gestari, nisi infoderentur etiam corpori. Quamobrem sequi par est ordinem vitæ, & arbores ante alia dicere,* [10] *ac moribus primordia ingerere.*

1 Restat ut neque ipsa. *M.*
2 terra editum, aut. *Vet.*
3 alimenta *Ch.*
4 melior. *Vet.*
5 admireris ab iis. *M.* adm. sub his à prin. *Ch.*
6 à Seribus. *Vet.*
7 profunda. *M.*
8 esset. *Vet.* est. *Parm.*
9 crinibus, manibus gest. *Ch.*
10 ac morbis. *Vet.* ac orbis. *Alii, Vet.* ac deorum horum honorib. *Dal.*

CAP. I.

a *Ut inde eruta dicantur.*] Exemplar Tolet. *erudita* legit, non *eruta*. Pintianus.

b *Unionem in rubri maris profundo.*] Scribo *in rubri maris profunda*, ex eodem nam eadem locutione qua dixit *vestes ad Seras peti*, subdidit *in rubri maris profunda*. Idem.

Cap. I.

De arborum honore, & quando platanus primum in Italia, & de natura earum.

a HÆc fuere numinum templa, priſcoque ritu [1] ſimplicia rura etiam nunc Deo præcellentem arborem dicant. Nec magis auro fulgentia atque ebore ſimulacra, quam lucos & in iis ſilentia ipſa adoramus. Arborum genera numinibus ſuis dicata [2] perpetuo ſervantur, ut Jovi eſculus, Apollini laurus, Minervæ olea, Veneri myrtus, Herculi populus. [b] Quin & Silvanos Faunoſque & dearum genera ſilvis, ac ſua numina, tanquam & cœlo attributa credimus. Arbores poſtea blandioribus fruge ſuccis hominem mitigavere. Ex iis recreans membra olei liquor [c] vireſque potus vini: tot denique ſapores [3] annui ſponte venientes: & menſæ, (depugnetur licet [4] earum cauſa cum feris, & paſti naufragorum corporibus piſces expetantur) etiamnum tamen [d] ſecundæ. Mille præterea ſunt uſus earum, ſine quîs vita degi non poſſit. Arbore ſulcamus maria terraſque admovemus, arbore exædificamus tecta. Ex arbore & ſimulacra numinum fuere, nondum pretio excogitato belluarum cadaveri ante, quam, ut à Diis nato jure luxuriæ, eodem ebore [5] numinum ora ſpectarentur & menſarum pedes. Produnt Alpibus coërcitas, & tum inexuperabili muni-

1 ut ſimplicia. *M.* ſimplici. *Parm.*

2 perpetue. *M. & Ch.*

3 anni. *Ch.*

4 epularum, vel ciborum. *Dal.*

5 hominum. *Dal.*

a *Hæc fuere numinum templa.*] Hoc etiam noſtro ſeculo fit. Proceriſſimas arbores in ædium ſacrarum veſtibulis, & ſepulchretis vicinis alunt. *Dalecamp.*

b *Quin & Silvanos Faunoſque & dearum genera ſilvis ac ſua numina tanquam & cœlo attributa credimus.*] Locum eſſe ſuſpicor non ſolum corruptum, ſed verbis etiam aliquot deminutum. Utcunque melior erit lectio, *Quin & Silvanis Fauniſque & nympharum generibus è ſilvis ſua nomina tanquam è cœlo attributa credimus.* Nam & codex Toletanus *nomina* præfert, non *numina.* Pint.

c *Vireſque potus vini.*] Ovidius,
Et jam deficiens ſic ad tua verba revixi,
Ut ſolet infuſo vena redire mero.
Dalecamp.

d *Secundæ.*] Vitruvius cap. 1. lib. 2. *Idem.*

a *Hanc*

munimento Gallias, [a] hanc primum habuisse caussam superfundendi se Italiæ, quod [b] [1] Elico ex Helvetiis civis earum, fabrilem ob artem Romæ commoratus, ficum siccam & uvam, oleique ac vini [c] [2] præmissa remeans secum tulisset. Quapropter hæc vel bello quæsisse venia sit. Sed quis non jure miretur, arborem umbræ gratia tantum ex alieno petitam orbe? [d] Platanus [3] hæc est, per mare Ionium in Diomedis insulam ejusdem tumuli gratia primum invecta, inde in Siciliam transgressa, atque inter primas donata Italiæ, & jam ad Morinos usque pervecta, [e] [4] ad tributarium etiam pertinens solum, ut gentes vectigal & pro umbra pendant. [f] Dionysius prior, Siciliæ tyrannus, Rhegium [5] in urbem transtulit eas, [6] domus suæ miraculum, [7] ubi postea factum gymnasium: nec potuisse in amplitudinem adolescere, [8] & alias fuisse in Italia, ac nominatim [9] Hispania, apud auctores invenitur. Hoc actum circa [10] captæ urbis ætatem: tantumque postea honoris increvit, ut mero insuso enutriantur: compertum id maxime prodesse radicibus: docuimus-

1 Helico. *Cb.*

2 præmia primitias, *Cœlius lib.* 3. promissa. *Vet.* promisso. *Cb.*

3 ea est. Hæc per mare. *Vet.* Est *in M. d.* hæc est mare Ionium Diomedis insula tenus ejusd. *Cb.*

4 ac tr. & detinens *M.* & *Cb.* & *Cujac.* ad tributum pert. soli, ut. *Dal.*

5 in urbem, *glossema hoc indicat Fulv. Urs. app. ad Ciac. pagin.* 99.

6 domus suæ umbraculum.

7 quæ nunc in gymnaso stant. *Theophr. cap.* 7. 4. *hist.*

8 ut alias. *M.* aut *Parm.* & *Cb.* raras. *Ursin. d. l.* 9 in Adria. *Idem.* 10 Capuæ *M.*

a *Hanc primum habuisse, caussam superfundendi se Italia.*] Livius lib. 5. Decadis 1 Plutarchus in Camillo, scribunt fama jactatum, Gallos dulcedine frugum, maximeque vini tunc nova voluptate captos, Alpes transisse agrosque ab Hetruscis ante cultos possedisse. Invectum autem in Galliam vinum, illiciendæ gentis caussa, ab Arunte Clusino. Ejus rei fortassis exemplo, imperatores Valentinianus & Gratianus in Codice prohibent, ad barbaros, vinum, oleum, liquamen transferre, ne gustus quidem caussa aut commercii. Magius c. 12. l. 3. *Idem.*

b *Elico ex Helvetiis civis earum.*] Alia exemplaria, *civis eorum.* ego puto scriptum fuisse à principio, *civis Rom.* pro *civis Romanus.* & postea depravatum fuisse in *civis eorum.* Pintianus.

c *Præmissa.*] Primitias, quas è musto *Sacrima* vocari Festus tradit, ex messe *Præmessum.* Hermolaus *promissa* legit: sed ut censet Rhod. c. 6. 6. jejuno sensu. *Dalecamp.*

d *Platanus.*] Platanum multam in Hetruria sponte nasci vide apud Victorium c. 19. l. 19. *Idem.*

e *Ad tributarium etiam pertinens solum.*] Harmenopulus suo seculo non tantum pro solo, sed etiam pro cælo & aëre vectigal exactum fuisse tradit à Michaele Paphlagone imperatore. *Idem.*

f *Dionysius prior.*] Theophrastus c. 7. l. 4. histor. *Idem.*

cuimusque etiam arbores vina potare. Celebratæ sunt primum in ambulatione [1] Academiæ Athenis cubitorum [2] XXXVI, unius radice ramos [3] antecedente. [a] Nunc est clara in [4] Lycia gelidi fontis socia amœnitate, itineri apposita, domicilii modo, cava LXXX. atque unius pedum specu, [b] [5] nemoroso vertice, & se vastis protegens [6] ramis, arborum instar, agros longis [7] obtinens umbris: ac ne quid desit speluncæ imagini, [8] saxea intus crepidinis corona muscosos complexa [9] pumices: tam digna miraculo, ut Lucinius Mutianus ter Cos. & nuper provinciæ ejus Legatus, prodendum etiam posteris putarit, epulatum intra eam se cum duodevicesimo comite, large ipsa [10] toros præbente fronde, ab omni afflatu securum, [c] optantem imbrium per folia crepitus, [11] lætiorem, quam marmorum nitore, picturæ varietate, laquearium auro, cubuisse in eadem. Aliud exemplum Caii principis, in Veliterno rure mirati unius tabulata, [12] laxisque ramorum trabibus scamna patula, & in ea epulati, [d] [13] cum ipse pars esset umbræ, XV. convivarum ac ministerii capace triclinio, quam cœnam appellavit ille nidum. [e] Est Gortynæ in insula Creta juxta fontem platanus

1 Academia. *Cb.* Lycei. *Ursin. ad Varr. de re rust. pag.* 47.
2 XXX. *M.* XXXI. *Cb.* XXXIII. *Ursin. dict. l.*
3 agente. *Ursin. d. l.*
4 Lycio. *Quidam.* Lydia. *Dal.*
5 numerosa. *M.*
6 ramorum arborib. instar, agros. *M.*
7 obtinet. *Cb.*
8 saxea intus crep. & cor. musc. compl. pumices stat digna miraculo Licinius *M.*
9 punices extat. *Parm.*
10 toris præb. frondes. *M.*
11 latioremque marm. *Cb.*
12 laxæque. *M.* laxeque. *Cb.*
13 circum sparsa ipsius umbra. *Dal.*

a *Nunc est clara in Lycia.*] In Lydia Xerxem Herodotus scribit platanum comperisse, quam ob pulchritudinem monili aureo donaverit, & custodiendam mandaverit uni ex immortalibus. Idem & Ælianus: θηρολέχεα πλάτανον Nicander vocat, quod æstate, τοῖς σκιατροφουμένοις lectum ac cubile umbram frondis suæ præbeat. Rhod. c. 1. 25. Vide ibidem cur se platano similem esse Themistocles diceret. Platanum à foliorum latitudine dici in confesso est. Lycium & gymnasium & Apollinem Athenis fuisse Callimachus, Thebis Sophocles in Oedipode scribit. Idem c. 20. 19. *Dalec.*

b *Nemoroso vertice, & se vastis protegens ramis.*] Lege: *nemorosa vertice, & se vestis protegens ramis, nemoris instar agros longis obtinens umbris: ac ne quid desit speluncæ imagini saxea intus crepidinis corona muscosos complexa pumices, tam digna miraculo, &c.* Vide Salmas. pag. 816. a.

c *Optantem imbrium per folia crepitus.*] Honestior quorundam codicum lectio, *captantem imbrium per folia crepitus*, & paulo ante, Domus suæ miraculum, *domui* legit, non *domus*, exempl. Tolet. ut forte legi debeat, *Domui umbraculum.* Pintianus.

d *Cum ipse pars esset umbra.*] Scribendum reor, *cum imparis esset umbra.* Convitium quidem in Cajum, non tamen Plinii. *Idem.*

e *Est Gortynæ in insula Creta.*] Theophrastus

platanus una, insignis utriusque linguæ monumentis, nunquam folia dimittens: statimque ei Græciæ fabulositas [1] superfuit, Jovem sub ea cum Europa concubuisse: seu vero non alia [2] ejus generis esset in Cypro: sed ex ea primum [3] in ipsa Creta (ut est natura hominum novitatis avida) [a] platani satæ regeneravere vitium: quandoquidem commendatio arboris ejus non alia major est, quam Solem æstate arcere, hieme admittere. Inde in Italiam quoque ac suburbana sua Claudio principe Marcelli Esernini libertus, [b] [4] sed qui se potentiæ causa Cæsaris libertis adoptasset, spado Thessalicus prædives, & merito dici posset is quoque [c] Dionysius, transtulit [5] id genus. Durantque [6] etiam in Italia portenta terrarum, præter illa scilicet, quæ ipsa excogitavit Italia.

1 superfluit. M.
2 ejusdem. Ch.
3 in ipsa crevit. Nat. hom. nov. avida platanis adjecit genera vitium. M.
4 sed in M. d.
5 ingeniis. M.
6 & in. Ch.

CAP. II.

De chamæplatano, & quis primus totonderit viridaria.

NAnque & chamæplatani vocantur coactæ brevitatis: quoniam [d] arborum etiam abortus invenimus. [7] Hoc quoque ergo in genere [e] pumilionum infelicitas [8] dicta erit. Fit autem & serendi genere & recidendi. Primus [9] Cn. Matius ex equestri ordine, Divi Augusti amicus, invenit nemora [f] tonsilia intra hos [10] LXXX. annos.

7 Hæc ergo. M.
8 exit. M.
9 C. Malius. Ch.
10 XXX. M.

CAP. III.

phrastus cap. 15. lib. 1. hist. Ex Cretica tamen satam fuisse is non ait. *Dalec.*

a *Platani sata regeneravere vitium.*] Legendum credo, *Platani sata degeneravere in vitem.* quia sequitur illico: *quandoquidem commendatio arboris ejus non alia major quam solem æstate arcere, hieme admittere.* Pintianus.

b *Sed qui se potentiæ causa Cæsaris libertis adoptasset, spado Thessalicus prædives, & merito dici posset is quoque Dionysius.*] Hæc tam solicita disquisitio fortunarum ac morum hominis libertinæ conditionis, nec præsenti instituto congruit, & indigna est Pliniana gravitate. Itaque verba hæc non Plinii, sed aliena censemus. *Id.*

c *Dionysius.*] Fortassis ob vineta multa & ampla, quæ possidebat. *Dalec.*

d *Arborum etiam abortus invenimus.*] Theophrastus cap. 4. lib. 4. histor. *Idem.*

e *Pumilionum.*] Staturæ brevis & pumilæ caussas investigat Rhod. c. 10. l. 3. citato etiam hoc loco. *Idem.*

f *Tonsilia.*] De silvis tonsilibus mentio apud Senecam in procemio Quæst. natur. *Idem.*

 a *Medicam.*]

CAP. III.

De peregrinis arboribus, & malo Assyria.

1 & in M. d. 2 ex incolarum nomine. M. & Ch. 3 externa. M. 4 alias. M. 5 Veneri. M. prave. 6 noxas. Dal. 7 radicitus. M. 8 Hæc est cujus. M. 9 corticem. Dal.

PEregrinæ [1] & cerasi, Persicæque, & omnes quarum Græca nomina aut aliena: sed quæ [2] ex his incolarum numero esse cœpere, dicentur inter frugiferas. In præsentia [3] externas persequemur, à salutari maxime orsi. Malus Assyria, quam [4] alii vocant [a] Medicam, [5] venenis medetur. [b] Folium ejus est unedonis, intercurrentibus spinis. Pomum ipsum alias non manditur: odore præcellit foliorum quoque, [c] qui transit in vestes una conditus, arcetque animalium [6] noxia. Arbor ipsa omnibus horis pomifera est, aliis cadentibus, aliis maturescentibus, aliis vero subnascentibus. Tentavere gentes transferre ad sese propter remedii præstantiam fictilibus in vasis, dato per cavernas [7] radicibus spiramento: qualiter omnia transitura longius seri arctissime transferrique [d] meminisse conveniet, ut semel quæque dicantur. Sed nisi apud Medos, & in Perside, nasci noluit. [8] Hæc est autem, cujus [9] grana Parthorum proceres [e] incoquere diximus esculen-

a *Medicam.*] Theophrast. l. 4. c. 4. histor. *Dalec.*

b *Folium ejus est unedonis.*] Virgilius,

Ipsa ingens arbos, faciemque simillima lauro:
Et si non alium late jactaret odorem,
Laurus erat. Idem.

c *Qui transit in vestes una conditus.*] Oppius apud Macrobium cap. 14. lib. 3. & citrum & θύαν vocatam arborem putat, & de illa versum hunc Homeri exponendum, εἵματά τ' ἀμφιέσασα θυώδεα σιγαλόεντα. Leopardus c. 6. 8. Quidnam id sit, quod ejus florem apprime tenacem esse Virgilius tradidit, vide diligenter explicatum à Victorio c. 8. 32. Observ. Fructum hujus arboris aureum malum dictum volunt: cujus meminit Orpheus, crepundia Bacchi & suppellectilem infantium enumerans,

Κῶνος, καὶ ῥόμβος, καὶ παίγνια καμπεσίγυια,
Μῆλα τε χρύσεα καλὰ παρ' ἑσπερίδων λιγυφώνων.

Scalig. Vide Athenæum lib. 3.

d *Meminisse conveniet.*] Verior lectio, *monuisse conveniet*. Quanquam puto verborum quoque ordinem mutatum esse & rectiorem esse scripturam: *qualiter omnia transitura longius seri, arctissimeque transferri monuisse conveniet*. Pintianus.

e *Incoquere diximus.*] Penultimo cap. libri superioris. Virgilius:

Flos apprime tenax, animas & olentia Medi
Ora fovent illo, & senibus medicantur anhelis.

Dalec.

Lanigeras

esculentis, commendandi halitus gratia. Nec alia arbor laudatur in Medis. [a] Lanigeras Serum in mentione gentis ejus narravimus.

CAP. IV.

De India arboribus, & quando Romæ primum ebenus.

ITem Indiæ arborum magnitudinem. [1] Unam è peculiaribus Indiæ [b] Virgilius celebravit ebenum, nusquam alibi nasci professus. Herodotus eam Æthiopiæ intelligi maluit, [2] in tributi vicem regibus Persidis è materie ejus [c] centenas [d] phalangas tertio quoque anno pensitasse Æthiopas, cum auro & ebore, prodendo. Non omittendum id quoque vicenos dentes elephantorum grandes, quoniam ita significavit, Æthiopas eadem causa pendere solitos. Tanta [3] ebori auctoritas erat urbis nostræ trecentesimodecimo anno, tunc enim auctor ille historiam eam condidit Thuriis in Italia. Quo magis mirum est, quod eidem credimus, qui Padum amnem vidisset, neminem ad id tempus Asiæ Græciæque, aut sibi cognitum. Æthiopiæ forma, [e] ut diximus, nuper allata Neroni principi, [f] raram arborem [4] ebenum Meroën usque à Syene fine imperii, per nongenta XCVI. M. passuum, [5] nullamque

1 unamque peculiarius Virgilius. M.

2 tributi vice. M.

3 eborea. M.

4 ebenum, in M. d. & Ch.

5 nullamque nisi. Ch.

a *Lanigeras Serum.*] Lanigeras Tyli insulæ. vide apud Theoph. cap. 6. lib. 4. histor. Indicas vero cap. 5. libri ejusdem. Vide & supra cap. 17. lib. 6. *Dalec.*

b *Virgilius.*] Georg.

India fert ebenum, molles sua thura Sabaei.

Vide infra c. 11. l. 24. & Theophrast. c. 5. l. 4. *Idem.*

c *Centenas.*] Ducentenas Herodotus in Thalia. *Idem.*

d *Phalangas.*] Phalanges, ἐργμοῖς. ligna rotunda, fustes teretes, quibus subjectis in litus naves subducuntur, & in mare deducuntur. Prælium Afros contra Ægyptios primum fecisse fustibus, quos Phalangas vocant, dixit supra lib. 7. cap. 57. Phalanx Chananæorum vox est. Afri certe qui Carthaginem & plerasque maritimas urbes incoluerunt, à Chananæis originem habuerunt. Atque hoc quidem à Mitalerio observatum est. *Idem.*

e *Ut diximus.*] Lib. 6. c. 29. *Idem.*

f *Raram arborem ebenum Meroën usque à Syene, &c.*] Scribe: *raram arborem à Syene fine imperii per nongenta M. passuum, nullamque nisi palmarum generis.* Et quod sequitur, sic emenda: *fortassis in tributis auctoritate tertia res fuerit ebenus.* in tributis quæ pensitabant Æthiopes regibus Persidis tertius ebeno locus fuit. Vide *Salmas.* pag. 387. a.

a *Dui*

que aliam nisi palmarum generis esse docuit. Ideo fortassis in [1] tributorum auctoritate tertia res fuerit ebenus. Romæ [2] eam Magnus Pompeius in triumpho Mithridatico ostendit. Accendi [3] eam Fabianus negat: uritur tamen odore jucundo: [a] duo genera ejus: [b] rarum id, quod melius, arboreum, trunco [4] enodi materie [c] nigri splendoris, ac vel [d] sine arte protinus jucundi: [e] alterum fruticosum cytisi modo, & tota India dispersum.

1 tributi. *Ch.*
2 etiam. *M.*
3 eam in *M.* & *Ch.* a.
4 & enodi materia.

Cap. V. *De spina & ficu Indicis.*

[5] IBi & spina [6] similis, sed deprehensa vel lucernis, [f] igni [7] protinus transiliente. Nunc eas exponam, quas mirata est Alexandri Magni victoria, orbe eo patefacto. [g] Ficus ibi [8] exilia [9] poma habet. Ipsa se semper ferens, [h] vastis diffunditur ramis: quorum imi adeo in terram curvantur, ut annuo spatio infigantur, novamque sibi propaginem faciant circa parentem in [10] orbem, quodam opere topiario. Intra sepem eam [i] æstivant pastores, opacam pariter & munitam vallo arboris, decora specie subter intuenti, proculve, fornicato ambitu. Superiores [11] ejus rami in excelsum emicant, silvosa

5 est ibi &c. *Ch.*
6 humilis, candida, lucernis usu deprehensa, *vel* lucernarum usu, *Quidam. Alii*, spina humi sedet, &c.
7 protinus fusi transil. *M.*
8 eximia. *Ch.*
9 poma semper ferens vastis diffunditur ramis, quorum pondera adeo. *M.*
10 orbes. *M.*
11 ejusdem. *M.* & *Ch.*

a *Duo genera ejus.*] Theoph. cap. 5. lib. 4. hist. aliter hæc recitat. *Dalec.*

b *Rarum id, quod melius, arboreum trunco, &c.*] Lege: *rarum id quod melius, arbore mire enodi.* Salmas. p. 1035.

c *Nigri splendoris.*] Εὔξυλον καὶ καλὸν, præstanti pulchroque ligno. *Dal.*

d *Sine arte protinus jucundi.*] Coloris gratiam recondita & asservata (θησαυρίζομένην) non accipit, sed natura statim. Theoph. *Idem.*

e *Alterum fruticosum, &c.*] De utroque id Theophrastus, non tantum de viliore. *Idem.* *Alterum fruticosum, &c.*] Finalia hujus capitis verba cum sequenti capite conjungenda sunt, eo modo: *alterum fruticosum cytisi modo & tota India dispersum. Est ibi & spina similis, sed deprehensa vel lucernis igni protinus transiliente.* Vide *Salmas.* p. 1033. a.

f *Igni protinus transiliente.*] Hæc omnia ex Theophrasto c. 5. l. 4. & c. 12. l. 1. *Dalec.*

g *Ficus ibi exilia poma habet, &c.*] Lege: *Ficus ibi exilia poma sed ipsa semper ferens, vastis diffunditur ramis.* Salmas. pag. 1015. b.

h *Vastis diffunditur.*] Ad duodecim cubitos. Strabo. *Dalec.*

i *Æstivant.*] Morantur homines. Theoph. 50. equites apud Strabonem Aristobulus. *Idem.*

a Ut

vosa multitudine, vasto matris corpore, [a] ut LX. p. [1] pleræque orbe colligant, umbra vero bina stadia operiant. [b] Foliorum latitudo peltæ effigiem Amazonicæ habet: [2] ea causa fructum integens, crescere prohibet. Rarusque est, [c] nec fabæ magnitudinem excedens: sed per folia solibus coctus prædulci sapore, dignus miraculo arboris: gignitur circa Acesinem maxime amnem.

1 plerumque in orbem colligant, umbram vero bino stadio pariant. *M. leg.* binis stadiis.

2 hæc. *M. lege*, hac.

CAP. VI.

De arbore pala, & arboribus Indicis sine nominibus, & laniferis.

MAjor alia, pomo & suavitate præcellentior, quo sapientes Indorum [3] vivunt. Folium [d] alas avium [e] imitatur, longitudine trium cubitorum, latitudine [4] duûm. Fructum cortice [5] emittit, admirabilem succi dulcedine, ut uno quaternos satiet. [f] Arbori nomen palæ, pomo arienæ. [g] Plurima est in Sydracis, expeditionum Alexandri termino. Est & alia similis huic, [h] dulcior pomo, sed [i] interaneorum valetudini infesta. Edixerat Alexander,

3 vivunt. Fructum cortice, &c. Alexandri termino. Est & alia similis huic, &c. pomum attingeret. Est & alia cujus folium alas avium, &c. duum. Genera arborum. *Ex Theophr.*

4 duorum. *M.*

5 mittit. *Ch.*

a *Ut lx. p. pleræque.*] Eadem Oviedus scribit de Mangle c. 6. l. 9. Strabo l. 15. ex Onesicrito & Nearcho describit, & in Musicana Indiæ provincia nasci tradit. *Idem.*

b *Foliorum latitudo peltæ effigiem Amazonicæ habet.*] Theophrastus lib. 4. de historia plantarum, cap. 4. non effigiem tradit, sed magnitudinem habere peltæ. *Folium*, inquit, *peltæ non minus habet.* Pintianus.

c *Nec fabæ magnitudinem excedens.*] Digna transformatio quæ inter Ovidianas reponatur, ciceris in fabam. Theophrastus loco proxime citato, *Fructum admodum parvum, magnitudine ciceris, ficui similem.* Idem.

d *Alas avium.*] Στρουθίων, Struthiorum (Struthiocamelorum) quæ galeis imponuntur. Theophr. *Dalec.*

e *Imitatur.*] Sic describitur Indicum Lycium à Garcia. *Idem.*

f *Arbori nomen pala.*] Quidam, ut dixi, Musam esse putant, Thevetus c. 33. arborem vocari ait *Pagovere*, fructum *Pacona*. Oviedus Platanos, utrunque nomen ad Palam accedit. Aliam huic similem & usus frequentissimi Thevetus ibidem scribit vocari *Heyriri*. Oviedus *Jajama*. Idem.

g *Plurima est in Sydracis.*] Scribo in *Oxydracis* ex Strabone lib. 16. & Stephano, & reliquis. *Pintianus. Plurima est in Sydracis.*] Ad Acesinem amnem. Theoph. *Dalecamp.*

h *Dulcior pomo.*] Fructu longo: contorto, non recto, in cibo suavi. Theophr. Hanc Tamarindos nostros esse putant. *Idem.*

i *Interaneorum valetudini infesta.*] Quia morsum facit & dysenteriam excitat. Theophr. *Idem.*

a *Terebintho*

xander, ne quis agminis sui id pomum attingeret. Genera arborum Macedones narravere, [1] majore ex parte sine nominibus. Est & [a] terebintho similis cætera, pomo amygdalis, [2] minore tantum [3] magnitudine, præcipuæ [4] suavitatis. [b] In Bactris utique hanc aliqui terebinthum esse proprii generis potius, quam similem ei, putaverunt. [c] Sed unde vestes lineas faciunt, [d] foliis moro similis, [5] calyce po-

1 ex parte majore. *M.*
2 sed minor. *Vet.*
3 magnitudine, *vacat.*
4 suavitatis in Bactris utique. Hanc. *M.*
5 calyce bombycino cyn. *Parm.*

a *Terebintho similis.*] Arborem hanc Pistaciam nostram esse volunt. *Dalec.*

b *In Bactris utique.*] Hæc verba, ni fallor, ad præcedentia pertinent. Theophrastus l.4 c.4 hist. plant. *Ferunt & terebinthum haberi, ut alii similem terebintho, cui folia & rami, & reliqua omnia terebintho similia, fructus autem diversus: similis enim amygdalis. Nam & in Bactris terebinthum hanc esse ferreque nuces amygdalarum magnitudine: quoniam non magna sint, sed visu similes & suavitate amygdalis præstantiores.* Ex his Theophrasti verbis colligitur, verba quæ statim ante præcedunt, aliter legenda esse: *Pomo amygdalis minore tantum magnitudine.* scribendum enim: *pomo amygdala magnitudine,* ut superfluant duæ illæ dictiones, *minore tantum.* nisi quis velit erroris notam Plinio inurere, qui verba illa Theophrasti, *quoniam magna non sint,* male verterit, *minore tantum magnitudine.* nam Theophrastus non minora amygdala, sed pari cum amygdala magnitudine poma ferri ab ea arbore prodit. *Pintianus.*

c *Sed unde vestes lineas faciunt.*] Scribo *laneas*, non *lineas.* nihil enim notius lanigeris Indiæ arboribus. nam præter Herodotum in tertio, Theophrastus quoque de arboribus laniferis Tyli insulæ sic loquitur l.4. de historia plant. c.8. *In Tylo, inquit, insula, quæ in sinu Arabico est, parte ad orientem spectante, tantam arborum multitudinem esse affirmant, ubi æstus recesserit, ut locus frequentissime vallo munitus relinquatur. atque his omnibus magnitudo quæ fico, flos odore excellens, fructus ingustabilis, & visu lupino similis. Lanigeras quoque arbores multas eandem insulam ferre. has folia vitigenæ gerere, verum minora fructum nullum: id in quo lana continetur, mali amplitudine cerni, verum nascens compressum cum tempestiva maturitatis fit, aperiri, & lanam excipi, qua telas texunt, alias viles, alias pretiosas. hoc idem & in India sicut dictum est, & in Arabia fieri asseverant.* Idem.

d *Foliis moro similis, calyce pomi cynorrhodo.*] Sic Hermolaus corrigit, ex Theophrasti auctoritate se id facere professus. sed temperare mihi nequeo, quo minus dicam mirari me in plerisque Hermolai frontem, auctores cum magno studiosorum dispendio falso subinde citantis, & quorum nec minima subsit mentio, eis tribuentis, ut plane videatur imposturam voluisse lectoribus facere. Theophrasti verba subtexam, ut planum fiat omnibus quam vera Hermolaus tradiderit. *Plantæ,* inquit, *ex quibus vestes conficiunt folium moro simile habent, totam autem stirpem similem cynorrhodo.* Hæc ad verbum Theophrastus: in quibus verbis ubi obsecro est, similem esse laniferam arborem calyce pomi cynorrhodo? Nec scio unde Hermolaus collegerit valere argumentationem à similitudine totius ad totum, ad similitudinem partis ad partem. ut si sic argumenteris: Tota simia toti homini similis est. ergo simiæ nasus naso hominis. Ita & si tota arbor lanigera similis est cynorrhodo, non consequetur, puto, ut calyx pomi arboris lanigeræ similis sit calyci pomi cynorrhodi. Publica ante Hermolaum lectio impressorum codicum erat: *Calyce bombycinorrhodo.* ex qua, si Theophrastum & Plinium convenire volumus, hanc eliciemus: *corpore toto cynorrhodo,* hoc est, stirpis universitate. At durior, inquis, est correctio. quis neget? sed multo duriores præcessere aliæ,

quas

ce pomi cynorrhodo. [a] Serunt eam in campis, [b] nec est gratior ullarum prospectus. [c] Oliva Indiæ [1] sterilis, præterquam oleastri fructu.

1 sterilis: cæteris præterquam fructu oleastri. *Conf.*

CAP. VII.

[d] *De piperis arboribus, de garyophyllo, & aliis pluribus.*

PAssim vero quæ piper gignunt, [e] juniperis nostris similes: quamquam in fronte Caucasi solibus opposita gigni tantum eas aliqui tradidere. Semina à junipero distant parvulis siliquis, quales in faseolis videmus. Hæ, priusquam dehiscant, [2] decerptæ, tostæque sole, faciunt quod vocatur piper longum: paulatim vero dehiscentes [3] maturitate, ostendunt candidum piper: quod deinde tostum solibus, colore rugisque mutatur. Verum & [f] iis sua injuria est, atque cœli intemperie [4] carbunculantur, [g] fiuntque semina cassa & inania, [h] quod vocant

2 decerptæ faciunt quod voc. pip. long. paul. vero dehiscentes maturitate tostæque sole ostendunt, &c. *Ex Diosc.*

3 per maturitatem. *M.*

4 carbunculant, fiuntque semine. *M.* carbunculant, &c. *ut vulg. Ch.*

quas tamen fatearis necesse est veriores esse Sibyllæ foliis, tam eximiis scriptorum testimoniis obvallatæ sunt. *Idem.*

a *Serunt eam in campis.*] Addit Theoph. per ordines: quare procul aspicienti vites esse videntur. *Dalecampius.* *Serunt eam in campis, &c.*] Lege: *Serunt eam in campis, nec est gratior villarum prospectus.* Villarum prospectum posuit pro vinearum. Et sane villa diminutivum à vinea. Vide If. *Vossium* in Melam. p. 266.

b *Nec est gratior ullarum prospectus.*] Vetus lectio, *Nec est gratior villorum aspectu.* scribo non *villorum aspectu*, sed *vinearum aspectu.* Theophrastus l. 4 hist. plant. *Seruntur ordinatim, quapropter è longinquo aspicienti vites apparent.* Nec est quod minus credam quam verba illa, *nec est gratior*, sincera esse: sed quomodo castigem ad præsens non occurrit. *Pintianus.*

c *Oliva India sterilis, praterquam oleastri fructu*] Et natura pene inter oleum & oleastrum, folio latiore, quam oleastri, angustiore quam oleæ. Theophr. *Dalec.* *Oliva India sterilis, &c.*] Sic postrema hujus capitis verba, cum sequenti capite conjungenda: *Oliva India sterilis, praterquam oleastri fructu. Passim vero qua piper gignunt, juniperis nostris similes: quamquam in fronte Solibus opposita gigni tantum eas aliqui tradidere.* Eorum porro opinio qui tradidere piper in ea parte Caucasi quæ solibus opposita est, tantum gigni, prorsus hodie falsa deprehenditur. *Salmas.* p. 1023. b.

d *De piperis arboribus.*]De pipere pauca Theophrastus cap. ult. lib. 9. histor. paulo plura Philostratus in vita Apollonii l 3. c. 1. *Dalec.*

e *Juniperis nostris similes.*] Plinius ex aliena fide falsa hæc narrat omnia. Certas omnium generum piperis historias pete ex Garcia. c. 22. l. 1 *Idem.*

f *Iis.*] Piperi nigro. Diosc. *Idem.*

g *Fiuntque semina cassa & inania.*] Lego *fiuntque semine cassa & inanes* ut referatur ad siliquas. nam & scripta lectio *semine* agnoscit, non *semina.* Pint.

h *Quod vocant brechmasin sic Indorum lingua significante abortum.*] Ambo antiqui codices: *quod vocant brigma: sic Indorum lingua significante mortuum.* Idem.

a *Gratius.*]

cant [1] brechmasin, [2] sic Indorum lingua significante abortum. Hoc ex omni genere [3] asperrimum est levissimumque & pallidum. [a] Gratius nigrum, [4] leniusque utroque candidum. Non est hujus arboris radix, ut aliqui existimavere, [5] quod vocant [6] zimpiberi, alii vero [7] zingiberi, quanquam sapore simile. Id enim in Arabia atque Troglodytica in villis nascitur, parvæ herbæ, radice candida. Celeriter ea cariem sentit, quamvis in tanta [8] amaritudine. Pretium ejus in libras VI. Piper longum facillime adulteratur Alexandrino sinapi. Emitur in libras [9] X. XV. Album X. VII. nigrum X. IV. Usum ejus adeo placuisse mirum est. In aliis quippe suavitas cepit, in aliis species invitavit: huic nec pomi nec baccæ commendatio est aliqua: [b] sola placere amaritudine, & hanc in Indos peti. Quis [10] illa primus experiri cibis voluit? aut cui in [11] appetenda aviditate esurire non fuit satis? [c] Utrunque silvestre gentibus suis est, & tamen pondere emitur, ut aurum vel argentum. Piperis arborem jam & [d] Italia habet, majorem myrto, nec [12] absimilem. Amaritudo grano eadem quæ [13] piperi musteo creditur esse. Deest tosta illa maturitas, ideoque & rugarum colorisque similitudo. Adulteratur juniperi baccis mire vim trahentibus. In pondere quidem multis modis. Est etiamnum in India piperis grani simile, quod vocatur [e] garyophyllon, grandius fragiliusque. Tradunt [14] in Indico luco id gigni. Advehitur odoris gratia. Fert [15] & in spina piperis

1 brasma. *Diosc.* bricma. *Cb.*
2 sic, *in M. d.*
3 acerrimum. *Dal.*
4 lentius. *Cb.*
5 quam. *M.*
6 Singiverim. *Vet.* singiveri. *Cb.*
7 zimpiberi. *Cb.*
8 acrimonia potius.
9 X. VI. *Dal.*
10 ille. *M. & Cb.*
11 explenda avi. esur. non fuit satius. M.
12 absimilem amaritudinem. Grano. M.
13 peperi must. credatur. *Cb.*
14 in India id. M. in Indicato loco id. *Cb. & in emend.* Indico.
15 & in spinis. M.

a *Gratius.*] Εὐστομώτερον. Diosc. *Dal.*

b *Sola placere amaritudine.*] *Placuere*, exemplar Toletanum, non *placere*. Pint.

c *Utrumque silvestre gentibus suis est.*] Tria piperis genera indicata sunt, non duo, longum, album, nigrum: non est igitur locus verbo illi *utrumque*, quare *utcumque* lego, non *utrumque*. Idem.

d *Italia habet.*] Italici piperis arbusculam esse, quam adhuc officinæ & olitores piper vocant, quidam Ison nigrum, descriptum in historia nostra plantarum. *Dalecamp.*

e *Garyophyllon.*] Hoc quidam esse putant Comacum Theoph. memoratum c. 7. l. 9. histor. *Idem.*

a *Piperis*

[a] piperis similtitudinem, præcipua amaritudine, foliis parvis densisque [1] cypri modo, ramis trium cubitorum, cortice pallido, radice lata, lignosaque, buxei coloris. [b] [2] Hæc in aqua cum semine excepta in æreo vase medicamentum fit, quod vocatur Lycion. Ea spina & in Pelio monte nascitur, adulteratque medicamentum. Item asphodeli radix aut fel bubulum, aut absinthium, vel [3] thus, vel amurca. Lycion aptissimum medicinæ, quod est [c] spumosum. Indi in utribus camelorum aut rhinocerotum id mittunt. [d] Spinam ipsam in Græcia quidam pyxacanthum [4] Chironium vocant.

1 buxi. Diosc.

2 Hac. Ch. Hac in a. c. s. expressa. Dal.

3 rus. Ch.

4 Chironiam. c. 14. l. 24. vocem tamen hic supervacuam arbitror.

CAP. VIII.

De macir, saccaro, arboribus Arianæ gentis.

ET macir [5] ex India advehitur, cortex rubens radicis magnæ, nomine arboris suæ: qualis sit ea, incompertum habeo. Corticis melle decocti usus in medicina ad dysentericos præcipuus habetur.

5 ex Arabia adv. cortex russesc. Diosc.

a *Piperis similitudinem.*] Hallucinatur Plinius Hæc est Lycii descriptio in Cappadocia, Lycia, & ut ait, in Pelio nascentis. Indica spina Lycii, quam Lonchitin vocant, ramos rectos mittit, tricubitales majoresve, rubo crassiores, à radice multos: folia oleæ; fructus cortex rubet. Diosc. qui de aromatibus Indicis scripsit narrat Lycium ab Indis vocari *Cate*; fieri è ramis arboris *Hacchic*, minutim concisis, elixis, contusis, cum farina, Nachani succo mixto, & in pastillos, tabellásve formato. Arborem esse magnitudine fraxini, folio minuto, Ericæ, vel Tamaricis, semper virente, multis spinis horridam: florere, sed fructum non ferre: lignum durum & densum ubivis incorruptum manere. *Dalecamp.*

b *Hæc in aqua cum semine excepta in æreo vase medicamentum fit quod vocatur lycion.*] Scribo, *Hac in aqua cum semine excocta.* reliqua. nam & vetus & recentior omnis lectio *hac* habet, non *hæc*, refertque id pronomen, radicem. Item *frutice* malim legere quam *semine*, quanquam violenta correctione. Dioscorides lib. 1. *Colligitur ex ea succus, tusis unà cum frutice radicibus, & cum diebus aliquot in aqua maduerint, decoctis: tum exempto ligno, iterum eo qui superest liquore ad crassitudinem mellis decocto.* & Plinius lib. 24. cap. 14. *Coquuntur in aqua tusi rami, radicesque summa amaritudinis, æreo vase per triduum.* Pint.

c *Spumosum.*] Quod uri potest, & restinctum spumam rubentem ostendit. Alia est Lycii Indici descriptio apud Diosc & Garciam. *Dalec.*

d *Spinam ipsam in Græcia quidam pyxacanthum Chironium vocant.*] Scribe fœminina terminatione, *pyxacantham Chironiam.* Dioscorides præallegato loco: *Lycion quod pyxacantham aliqui vocant, spinosa arbor est.* & Plinius lib. 24. cap. 14. *Lycion præstantius è spina fieri tradunt, quam & pyxacantham Chironiam vocant.* Pint.

tur. [a] Saccaron & Arabia fert, sed laudatius India: est autem mel in harundinibus [1] collectum, gummium modo candidum, dentibus fragile, amplissimum nucis avellanæ magnitudine, ad medicinæ tantum usum. [b] Contermina Indis gens Arriana appellatur, cujus spina [2] lacrymarum pretiosa, [c] myrrhæ [3] similis, [d] accessu propter aculeos anxio. Ibi & frutex pestilens [4] raphani, folio lauri, odore equos invitante, qui pene equitatu orbavit Alexandrum primo introitu: quod & in Gedrosis accidit. [e] Item laurino folio & ibi spina tradita est, [f] cujus liquor aspersus oculis, cæcitatem [5] infert omnibus animalibus. Necnon & [g] herba præcipui odoris referta minutis serpentibus, quarum ictu protinus moriendum esset. Onesicritus tradit in Hyrcaniæ convallibus [6] ficis similes esse arbores, quæ vocentur occhi, ex quibus defluat [h] mel horis matutinis duabus.

1 concretum. *Diosc.*
2 lacryma. *Dal.*
3 simili. *M. & Ch.*
4 brassicæ magnitudine. *Theophr.*
5 inferret. *Ch.*
6 fico. *Ch.*

CAP.

a *Saccaron.*] Gal. Sim. p. 5. Varro Narbonensis,

Indica non magna nimis arbore crescit arundo,
Illius è lentis premitur radicibus humor,
Dulcia cui succo nequeant contendere mella,

Statius Syl. 1.

Et quas percoquit Ebutia cannas.

Lucan. 3.

Quique bibunt tenera dulces ab arundine succos.

Strabo 1. Εἴρηκε δὲ καὶ περὶ καλάμων, ὅτι ποιοῦσι μέλι, μελισσῶν μὴ οὐσῶν. Arrianus in Periplo, καὶ μέλι τὸ καλάμινον, τὸ λεγόμενον σάκχαρι. Brod. c. 22. 4. Indicum solem vocavit Archigenes, Arabes *Tabaxir* nominant, Indi *Saccar Mambu*. Dalec.

b *Contermina Indis gens Arriana appellatur.*] Theophrastus cap. 5. lib. 4. histor. *Idem.*

c *Myrrhæ similis.*] Strabo lib. 15. Gedrosiam ferre Myrrham & Nardum scribit: est autem Gedrosia Arrianæ contermina. Theophrast. eam lacrymam Illyriæ aspectu odoreque similem esse tradit. Legunt quidam *Illyricæ Iridi*: lego τῇ γαβιραίᾳ σμύρνῃ, Gabirææ myrrhæ. *Idem.*

d *Accessu propter aculeos anxio.*] Accessu Solis profluente cum illuxit. ex Theophrast. *Idem.*

e *Item laurino folio & ibi spina tradita est.*] Particulam *item* per minorem literam scriptam, cum duobus verbis sequentibus, superioribus annecte, ex Theophr. lib. 4. apertissime. *Pint.*

f *Cujus liquor.*] Lacteus, è nodis aculeatis, fractis, tritisve expressus. Theophrast. Idem refert Strabo lib. 15. Sed spinæ, cujus liquor excæcat, fructum humi jacere & cucumeri similem esse tradit, quod tacet Theophrastus. *Dal.*

g *Herba, &c.*] In Maritimis arenæ tumulis Gedrosiæ nascens. Strabo. *Idem.*

h *Mel horis.*] Mel id *Xirquest*, id est lac arboris *Quest*, Arabibus & Persis dicitur: vulgo corrupte *Siracost*. Utribus reconditum venditur, ac Indis in frequenti usu est. Alterum quoque hujus generis nascitur, melli candido simile, Hormusii copiosum. Vide Garciam c. 11. l. 1. *Idem.*

a *Brechen.*]

CAP. IX. *De bdellio, & arboribus Persici maris.*

VIcina est [1] Bactriana, in qua bdellium nominatissimum. Arbor nigra est, magnitudine oleæ, folio roboris, fructu caprifici [2] naturaque. Gummi alii [a] [3] brochon appellant, alii [4] malachram, alii maldacon. Nigrum vero & in offas convolutum, hadrobolon. Esse autem debet translucidum, [b] simile ceræ, odoratum, & cum fricatur, pingue, gustu amarum citra acorem. In sacris vino [5] perfusum, odoratius. Nascitur & in Arabia, Indiaque, & Media, ac Babylone. [c] Aliqui [6] peraticum vocant ex Media advectum. [7] Facilius hoc & crustosius, amariusque: at Indicum humidius & [8] gummosum. Adulteratur amygdala nuce. [d] Cætera ejus genera cortice [9] scordasti. Ita vocatur [10] arbor æmulo gummi. Sed deprehenduntur (quod semel dixisse & in cæteros odores satis sit) odore, colore, pondere, gustu, igne. [e] Bactriano [11] nidor siccus, [f] multique candidi ungues. Præterea suum pondus, quod gravius esse [12] aut levius non debeat. Pretium sincero in libras [13] x. terni. [f] Gentes supra dictas Persis attingit, Rubro mari (quod ibi Persicum vocavimus)

1 Bactrianæ. *Ch.*
2 ipsi natura quæ gummi. *Ch.* natura gummi. *Alii. M.*
3 procon. *M. leg.* prochuon, quasi primarium bolchon. *Vet.* blochon. *Diosc.* brocon. *Ch.*
4 malacham. *M. & Ch.*
5 perfuso moderatius. *M.*
6 paraneum. *M.*
7 Fragilius.
8 cumminosum. *Ch.*
9 & surd. *Vet.* & scorti. *Ch.*
10 æmula. *V.* arboris æmilum. *Dal.*
11 nitor. *M.* Bactrio nitor secus. *Ch.*
12 ac. *M.*
13 decem tantum terni. *Parm.* x. IIII. *M.*

a *Brochon.*] Arabes *Molochil* & *Molachal*, Bdellium vocant. Hæ dictiones in Bolchon & Madalcon detortæ ac corruptæ faciunt. *Idem.*

b *Simile ceræ.*] Taurino glutine. Diosc. *Idem.*

c *Aliqui peraticum.*] Quædam exemplaria *Pyraticum*: vetus lectio *Parthicum*. quod magis probo. nam, ut supra ostendit Plinius lib. 6. cap. 25. duodeviginti erant Parthorum regna. ut mirum non sit si ex Media advectum Parthicum appellaretur. *Pint.*

d *Cætera ejus genera cortice scordasti, &c.*] Adde conjunctionem *&*, *cortice & scordasti.* Idem.

e *Bactriano nidor siccus.*] Vetus lectio *nitor* habet, non *nidor*. Legendum existimo, *nitor suus*, hoc est, peculiaris, proprius, ut confestim: *Præterea suum pondus.* Idem.

f *Multique candidi ungues.*] Gal. l. 2. de Antidotis, in Antidoto Charmidis Bdellium præstantissimum vocat βδέλλιον ὄνυχα: lib. 8. κ. τόπους in Jambicis Damocratis: lib. 10. ejusdem operis in malagmate Fabullæ: & id quidem, non quod in eo candidi visantur ungues, quemadmodum censet Plinius, sed quia Bdellium accensum unguis odorati modo oleat. Serapion sic interpretatur verba Dioscoridis, ἐοικὸς εἶναι βδέλλιον τῷ ὄνυχι. *Dalec.*

g *Gentes supra dictas.*] Carmaniam Theophrastus cap. 8. lib. 4. hist. *Idem.*

1 terram, vel terras. Dal.
2 adrachnes. Theoph.

cavimus) longe in [1] terra æstus agente, mira arborum natura. [a] Nanque erosæ sale, invectis derelictisque similes, sicco littore radicibus nudis [2] polyporum modo amplexæ steriles harenas spectantur. Eædem mari adveniente fluctibus pulsatæ, resistunt immobiles. Quin & pleno æstu [b] operiuntur totæ: apparetque rerum argumentis asperitate aquarum illas ali. Magnitudo miranda est, species similis unedonis, pomum amygdalis extra, intus contortis nucleis.

CAP. X.

De arboribus Persicæ insulæ, & lanigeris arboribus.

3 profunditur. Ch.
4 similis. M.
5 pilos. Vet.

TYlos insula [c] in eodem sinu est, repleta silvis, qua spectat Orientem, quaque & ipsa æstu maris [3] perfunditur. Magnitudo [4] singulis arboribus fici, flos suavitate inenarrabili, pomum lupino simile propter asperitatem intactum omnibus animalibus. Ejusdem insulæ excelsiore suggestu lanigeræ arbores alio modo, quam Serum. [d] His folia infœcunda: quæ, ni minora essent, vitium poterant videri. Ferunt cotonei mali amplitudine [e] cucurbitas, quæ maturitate ruptæ ostendunt lanuginis [5] pilas, ex quibus vestes pretioso linteo faciunt.

CAP.

a *Nanque erosæ sale.*] Theophrastus arborum harum tria genera memorat. Primum in insulis quas æstus operit, magnitudine ingentis platani populive, folio lauri, perpetuo: flore violæ, odore, & colore: fructu suaviter olente, magnitudine olivæ. Secundum in eo mari, semper foliosum, fructu lupini. Tertium in maritimis Carmaniæ, Adrachnæ simile, nuda radice polypi modo adhærens, fructu extrorsum amygdalæ, intus in cohætentes veluti flexuosas spiras convoluto. Hæc Plinius suo more confundit. Vide c. ult. l. 13. *Idem*.

b *Operiuntur totæ.*] De insularibus id Plinius, non de iis quæ in continente nascuntur. *Idem*.

c *In eodem sinu.*] Theophrastus cap. 9. lib. 4. *Idem*.

d *His folia infœcunda.*] Lanæ: aliter quam apud Seras, quorum in tractu laniferæ arbores folia lana operta gerunt. *Idem*.

e *Cucurbitas.*] Fructus cucurbitæ similes, id quod lanam continet, vere compressum, maturitate se recludens, unde lanas trahunt: ex quibus telas nunc pretiosas texunt, nunc viliores, inquit Theophrastus. *Idem*.

a *Arbores*

CAP. XI.

De gossampinis, & arboribus ex quibus vestes fiunt, & quibus modis constent arborum fructus.

[a] ARbores vocant [1] gossampinos, [2] fertiliore etiam Tylo minore, quæ distat [3] x. M. pas. Juba circa fruticem lanugines esse tradit, linteaque [4] ea Indicis præstantiora. Arabiæ autem arbores, ex quibus vestes faciant, cynas vocari, folio palmæ simili. Sic Indos suæ arbores vestiunt. In Tylis autem & alia arbor floret [b] albæ violæ specie, sed magnitudine quadruplici, sine odore, [c] quod [5] miremur in eo tractu. Est & alia similis, foliosior tamen, roseique floris: [d] quem noctu comprimens, aperire incipit Solis exortu, meridie expandit. Incolæ dormire eum dicunt. Fert eadem insula & palmas, oleasque ac vites, & cum reliquo pomorum genere ficos. Nulli arborum folia ibi decidunt. Rigaturque gelidis fontibus, & imbres accipit. [e] Vicina his [6] Arabia flagitat quandam [f] generum distinctionem, quoniam fructus iis [g] constat radice, frutice,

1 gossampinum. M. gossympinum. Ch. gossampinus. *Dal.*
2 fertiliores. *V.*
3 XII. c. 18. l. 6.
4 fieri. *Vet.*
5 miremur. In eo tractu est & alia. *Vet.*
6 Arabia. *Hic finis capitis: deinde,* Flagitant aromata quand. gen. dist. quon. fere cuncta ea constant.

a *Arbores vocant gossampinos.*] Puto legend. esse, *Gossypinon.* idem quod Gossypion. Vide *Salmas.* pag. 298. b. *Arbores vocant gossampinos.*] Theophrastus cap. 9. lib. 4. *Dalec.*

b *Albæ violæ.*] Λευκοΐῳ violæ. Theoph. c. 9. l. 4. hist. *Idem.*

c *Quod miremur in eo tractu.*] De loto Ægyptia eadem post traduntur. c. 18. l. 13. *Idem.*

d *Quem noctu comprimens.*] Vesperi paulatim colligit, & noctu rursus omnino claudit. Theophrast. *Idem.*

e *Vicina his Arabia, &c.*] Legendum: *Vicina his Arabia flagitat quandam generum distinctionem, quoniam fructus his constant radice, frutice, cortice, succo, lacrima, ligno, surculo, flore, folio, pomo. Radix & folium Indis, & maximo pretio.* Fructus Arabibus constant, radice, frutice, folio, &c. Sed radix & folium etiam Indis, & maximo quidem pretio. Radix illa, costi est: Folium nardi. Quæ ambæ species in India nascuntur. Costum in Arabia quoque. *Salmas.* 1064. b. & 1065. a.

f *Generum distinctionem.*] Odorum sive aromatum genera his fere versibus complexus est Plaut. in Curcul.

Nam omnium odor unguentum præ tuo nautea est.
Tu mihi stacte, tu cinnamomum, tu rosa,
Tu crocum, & casia es, tu bdellium, &c.
Dalec.

g *Constat radice.*] Aromata constant 1. radice, Cyperus: 2. frutice, Casia: 3. cortice, Macer: 4. succo, Silphium: 5. lacryma, Myrrha. 6. ligno, Agallochum: 7. surculo, Caryophyllum: 8. flore, Nardus, Rosa: 9. folio, Malabathrum: 10. pomo, Malus Medica. *Idem.*

tice, cortice, ſucco, lacryma, ligno, ſurculo, flore, ſolio, pomo.

CAP. XII.

De coſto, & nardo, & differentiis nardi.

RAdix [1] & folium Indis [2] eſt maximo pretio. Radix coſti [a] guſtu fervens, odore eximio, frutice alias [3] inutili. Primo ſtatim introitu amnis Indi in [b] Patale inſula, duo ſunt ejus genera, nigrum, & quod melius, candicans. Pretium in libras XVI. [c] [4] De folio nardi plura dici par eſt, ut principali in unguentis. [d] Frutex eſt gravi & craſſa radice, ſed brevi ac nigra, fragilique, quamvis pingui, ſitum redolente, [5] ut cyperi, aſpero ſapore, folio parvo denſoque. Cacumina in [6] ariſtas ſe ſpargunt: ideo gemina dote nardi ſpicas ac folia celebrant. [e] Alterum ejus genus apud Gangem naſcens, damnatur in totum, [7] ozænitidis nomine, virus redolens. Adulteratur & [f] pſeudonardo herba, quæ ubique naſcitur craſſiore atque latiore folio, & colore languido in candidum vergente. [g] Item ſua radice permiſta ponderis cauſa, & gummi, ſpumaque [8] argenti, aut ſtibio, cyperive cortice. Sincerum quidem

1 *Lege*, Nardus, coſti radix, & folium, Indis ſunt & in max. pretio.
2 eſt & max. *M.*
3 inutili, primo, &c. inſula. Duo. *M.*
4 De modo. *Dal.*
5 aut cupreſſum, aſpero. *M.* & *Ch.* ut cypreſſi aſpero ſapore. *Vet.*
6 ariſtæ ſpargunt. *M. Lege*, in ſpicas.
7 Gangitidis. *D.*
8 argentea, ut ſtibi, ac cypero, cyperive. *M.* argenti aut ſtibi, ac cyperive. *Ch.*

a *Guſtu fervens.*] Vide Garciam c. 35. l. 1. *Dalec.*

b *Patale.*] Vulgo *Patan.* Idem.

c *De folio nardi.*] Malabathrum, ſive Φύλλον, Nardi folium eſſe, deceptus Plinius judicavit, quo errore lapſos quoque multos alios fuiſſe Dioſcorides tradit. Vide Garciam c. 33. l. 1. *Idem.*

d *Frutex eſt gravi & craſſa radice.*] Lege: *Frutex eſt gravi ac craſſa, &c. ut Cyperi, aſpero ſapore, folio parvo denſoque: cacumina ariſtæ ſe ſpargunt, &c.* Vide Salmaſ. pag. 1064. b.

e *Alterum ejus genus apud Gangem naſcens damnatur in totum, ozænitidis nomine.*] Legendum videtur *Gangitidis* non *ozænitidis.* Dioſcorides lib. 1. unde hoc mutuatus videtur Plinius, *Ex Indicis*, inquit, *nardum quoddam Gangitis vocatur, à fluvio Gange apud quem enaſcitur.* Nec me fugit Hermolaum in Corollario aliter ſentire. ſed ille conjectura ducitur, nos Dioſcoridis auctoritate nitimur. *Pintian.*

f *Pſeudonardo.*] Item luto ſiccæ radici permixto, ex Dioſc. *Dalec.*

g *Item ſua radice permiſta ponderis, &c.*] Legend. *Item ſua radice permixta ponderis cauſa & gummi, ſpumaque argenti ac ſtibio, ac Cypiri Cyperive radice.* Item nardus adulteratur ſua radice, ac Cypiri vel Cyperi, permixta & gummi ponderis cauſa & ſpuma argenti ac ſtibio. Vide *Salmaſ.* pag. 1065. b.

2 *Folia*

dem levitate deprehenditur, & colore ruffo, odoriſque ſuavitate, & guſtu maxime ſiccante os, ſapore jucundo. Pretium ſpicæ in libras x. C. [a] Folia diviſere annonam: ab amplitudine hadroſphærum vocatur [b] majoribus [1] foliis x. xxx. Quod minore folio eſt, meſoſphærum appellatur: emitur x. LX. Laudatiſſimum microſphærum è minimis folium: pretium ejus x. LXXV. Odoris gratia omnibus major recentibus. Nardo color [2] qui inveteraverit, nigriori melior. In noſtro orbe [3] proxime laudatur Syriacum, mox Gallicum, tertio loco [4] Creticum, quod aliqui agrium vocant, alii [c] phu, folio oluſatri, caule cubitali, geniculato, in [d] purpura albicante, radice obliqua villoſaque, & imitante [e] avium pedes. Baccharis vocatur nardum ruſticum, [f] de quo dicemus inter flores. Sunt autem ea omnia herbæ, præter Indicum. Ex iis Gallicum & cum radice vellitur, abluiturque vino. Siccatur in umbra, alligatur faſciculis in charta, non multum ab Indico differens, Syriaco tamen levius. [5] Pretium X III. In his probatio una, ne ſint fragilia, & arida potius, quam ſicca, folia. Cum Gallico nardo [g] [6] ſemper naſcitur herba, quæ hirculus vocatur,

1 pipulis, Ch. foliis L. M.
2 ſi. M.
3 primum. Dal.
4 Ponticum. Dioſc.
5 Pretium ſic xiij. Parm. prave.
6 ſæpe, Dal.

a *Folia diviſere annonam.*] Lege: *Folii diviſere annonam: ab amplitudine hadroſphærum vocatur, majoribus pilulis.* Mercatores ſcil. dum aliud pretium faciunt, folio hadroſphæro, aliud meſoſphæro, &c. Non plura folia in unam pilulam ſolebant conglobari, ſed ex ſingulis foliis complicatis ſingulæ ſphæræ fiebant. Vide *Salmaſ.* p. 1070. b. *Folia diviſere annonam.*] Folia ſub. Malabathri. De Malabathro verbis totidem, & iiſdem hæc refert Arrianus. Annonam pretium mercis vocat. *Dalec.*

b *Majoribus foliis x. xxx.*] Exemplar Salmant. *populis* legit, non *foliis*: Toletanum *pipulis*. ut forte legendum ſit *ſcripulis*. Pintian.

c *Phu.*] Plinius hoc loco tacet flores Phu eſſe Narciſſo ſimiles, ut eſt apud Dioſcoridem, nondum animadverſo mendo codicis Græci, cum legendum ſit, ἄνθη πρὸς τὰ τοῦ κισσοῦ quod optime convenit & colori, & figuræ. *Dal.*

d *Purpura albicante.*] Ἐμπορφύρῳ Dioſcor. purpuraſcente, ex obliquo villoſa. *Idem.*

e *Avium pedes.*] Veratrum nigrum, ſeu Melampodium, ex Dioſcoride. Ex voce *Melampodium*, vetuſtorum exemplarium corruptores effecerunt τοὺς τῶν ὀρνίθων πόδας. *Idem.*

f *De quo dicemus inter flores.*] Cap. 6. & 9. lib. 21. *Idem.*

g *Semper naſcitur herba.*] De ſuo id Plinius. Dioſcorides ea tantum herba Nardum adulterari ſcribit. *Idem.*

 a *Aſarum.*]

vocatur, à gravitate odoris & similitudine, qua maxime adulteratur. Distat, quod sine cauliculo est, & quod minoribus foliis, quodque radicis neque amaræ, neque odoratæ.

CAP. XIII.

De asaro, amomo, amomide & cardamomo.

1 Nardum habetur & asarum. *M.* 2 nardi simile acinos. *Ch.* 3 succum. *M.* 4 est ex Indica. *Dal.* 5 venoso. *Vet.* mutuoso. *Ch.* 6 capitur. *M.* 7 manu paulatim & leniter, *M.* manipulatim leviter. *Ch.* 8 bryoniæ. *Diosc.*

NArdi [1] vim habet & [a] asarum: quod & ipsum aliqui silvestre nardum appellant. [b] Est autem ederæ foliis, rotundioribus tantum mollioribusque, flore purpureo, radice Gallici [2] nardi: Semen [c] acinosum, saporis calidi ac vinosi. Montibus in umbrosis bis anno floret. Optimum in Ponto, proximum in Phrygia, tertium in Illyrico. Foditur cum folia mittere incipit, & in sole siccatur, celeriter [3] situm trahens ac senescens. Inventa nuper & in Thracia herba est, cujus folia nihil ab Indico nardo distant. [d] Amomi uva in usu [4] est, Indica vite labrusca: ut alii existimavere, [e] frutice [5] myrtuoso, palmi altitudine: [6] carpiturque cum radice, [7] manipulatim leniter componitur, protinus fragile. Laudatur qua maxime [8] Punici mali foliis simile, nec rugosis, [f] colore ruffo. Secunda bonitas pallido. Her-

a *Asarum.*] Vide infra c.6. & 9. l.21. *Dalec.*

b *Est autem edera foliis rotundioribus tantum mollioribusque.*] Lege: *Est autem hedera foliis rotundioribus tantum mollioribusque, flore purpureo radici alligato, alterci simili, acinoso, saporis, &c. Altercus* Latinis ὑοσκύαμος, quasi *altericus* quod mentem alteret & alienet. De Saliunca minime dubium, quin Latini nardum montanum ita appellarint. Vide *Salmas.* pag. 1069. a.

c *Acinosum.*] Ε'οικὸς γιγάρτῳ. Dioscor. acini grano simile. *Dalec.*

d *Amomi uva in usu est, Indica vite labrusca, &c.*] Lege: *Amomi uva in usu est, Indica vite labrusca: ut alii existimavere, frutice botruoso.* Amomum veram esse uvam ex Indica labrusca, hoc est βότρυον, nonnulli veterum crediderunt. Alii fruticem esse botrosum, θάμνον βοτρυώδη. *Salmas.*

e *Frutice myrtuoso.*] Scaliger legit *frutice myrteolo:* nempe coloris myrtei, id est inter nigrum & flavum medii, sicut apud Horatium exposuit Porphyrio hoc versu:

Myrteum nodo cohibere crinem:

ut hac appellatione id nos intelligamus, quod Dioscorides dixit ὑπόκιρρον. *Dalec.*

f *Colore ruffo.*] Dioscorides, recens & candidum, vel subrubrum præfert. Armeniacum, optimum, χρυσίζον: Ponticum,

do. Herbaceum pejus, pessimumque candidum, quod & vetustate evenit. [a] Pretium uvæ in libras [1] x. LX. friato vero amomo [2] x. XLVIII. nascitur & in Armeniæ parte, quæ vocatur Otene, & in Media & in Ponto. Adulteratur foliis [3] Punicis, & gummi liquido, ut cohæreat convolvatque se in uvæ modum. Est & quæ vocatur [b] amomis, minus venosa atque durior, ac minus odorata: quo apparet, aut aliud esse, aut colligi immaturum. Simile his & nomine & frutice cardamomum, semine oblongo. Metitur eodem modo & [c] in Arabia. Quatuor ejus genera: viridissimum ac pingue acutis angulis contumax fricanti, [4] quod maxime laudatur: proximum è ruffo candicans: tertium brevius atque nigrius. Pejus tamen varium & facile tritu, odorisque [5] parvi: qui verus, costo vicinus esse debet. Hoc & apud Medos nascitur. Pretium optimi in [6] libras duodecim. Cinnamomo proxima gentilitas erat, ni prius Arabiæ divitias indicari conveniret, causasque, quæ cognomen illi felicis ac beatæ dedere. Principalia ergo in illa thus, & myrrha: hæc [7] & cum Troglodytis communis.

1 sicli lxx. *Vet.*
2 x.xlIIx. *Ch.*
3 Punici. *M.* bryoniæ *ut antea Diosc.*
4 hoc. *Ch.*
5 parvi. Quod verius Costo vicinius esse.
6 libras x. duodecim. *Dal.*
7 atque. *Ch.*

CAP. XIV. *De thurifera regione.*

[d] THura, præter Arabiam, nullis, ac ne Arabiæ quidem universæ. In medio ejus fere sunt [8] Atramitæ, pagus Sabæorum, [9] capite regni Sabota, in monte excelso, à quo octo mansionibus distat regio eorum thurifera, [e] [10] Saba appellata, quod significare

8 Adramyta. *Theophr.*
9 caput. *Dal.*
10 Saribus appellatur, hoc. *Ch.*

ticum, secundum, subrufum est: Medicum, deterrimum, ὑπόχλωρον, subviride. *Idem.*

a *Pretium uvæ in libras x. lx. friato, &c.*] Lege: *pretium uvæ in libras x. lx. friato vero amomo x. xlviij.* Dicit pretium uvæ in libras denarios fuisse sexaginta, friato vero amomo, denarios quadraginta octo. Vide *Salm.* p.400. a,b.

b *Amomis.*] Amomide Dioscorides scribit Amomum adulterari. *Dalec.*

c *In Arabia.*] Advehitur ex India & Media, Theophr. c. 7. 9. hist. *Idem.*

d *Thura.*] Theophr. c. 4. l. 9. histor. *Idem.*

e *Saba appellata quod significare Græci mysterium dicunt, spectans ortus solis æstivi, undique rupibus invia & à dextra maris*

significare Græci mysterium dicunt: spectat ortus Solis æstivi, undique rupibus invia, & à dextra maris scopulis [1] inaccessa. Id solum è rubro lacteum traditur. Silvarum longitudo est [2] schœnorum XX. latitudo dimidium ejus. [a] Schœnus patet Eratosthenis ratione, stadia XL. hoc est pass. quinque M. aliqui XXXII. stadia singulis schœnis dedere. Attolluntur [b] colles [3] alti, decurruntque & in [4] plana arbores sponte natæ. Terram [5] argillosam esse convenit, raris fontibus ac nitrosis. Attingunt & Minæi, pagus alius, per quos evehitur uno tramite angusto. Hi primi commercium thuris fecere, maximeque exercent: à quibus & Minæum dictum est. Nec præterea Arabum alii thuris arborem vident, ac ne horum quidem omnes. [c] Feruntque [6] MMM. non amplius esse familiarum, quæ jus per successiones id sibi vendicent. Sacros vocari ob id, nec ullo congressu fœminarum funerumque, cum [7] incidant eas arbores aut metant, pollui: atque ita [8] religione merces augeri. Quidam promiscuum jus iis populis esse tradunt in silvis: alii per vices annorum dividi. Nec arboris ipsius quæ sit facies, constat. Res in Arabia gessimus, & Romana arma in magnam partem ejus penetravere: C. etiam Cæsar Augusti filius inde gloriam petiit, nec tamen ab ullo (quod equidem sciam) Latino arborum [9] etiam tradita est facies. Græcorum [10] exempla variant. Alii folio pyri, minore duntaxat, & herbidi coloris prodire.

1 inaccesso. *Cb.* & M.
2 schœni. *Cb.*
3 alii. *M.*
4 plana arbore sponte nascente. *D.*
5 arenosam. *Vet.* subargillosam, & in latas crustas fissilem. *Theophr.*
6 quinque. M. ccci *Vet.*
7 incidunt eas arb. aut metunt. *D.*
8 religionem mercis. *Dal.*
9 earum. M. & *Cb.*
10 exemplaria. *D.*

maris scopulis inaccessa.] Paucioribus verbis ambo exemplaria: *Saba appellatur, hoc significare Græci mysterium dicunt. spectat ortus soli æstivi, undique maris scopulis inaccessa.* Pint. Leg. *Saba appellatur, quod significare Græci mysterium dicunt.* Vide Salmas. pag. 496. b. 497. a.

a *Schœnus.*] Supra c. 10. l. 5. stadia triginta: Herodoto lib. 2. sexaginta. Erasmus Prov. *Hirundo totos schœnos anteibit.* Dalecamp.

b *Colles alti.*] Et nive operti. Theophr. *Idem.*

c *Feruntque* MMM. *non amplius esse familiarum.*] Deest in libris numerus familiarum & sane tot familiæ urbem vel populosam facere queant. scriptum, ut opinor, fuerat: *ferunt* CIↃ. *non amplius esse familiarum.* Vide *Salmasium* pag. 501. a.

prodire. [a] Alii lentiſco ſimilem ſubrutilo. Quidam terebinthum eſſe, & hoc viſum Antigono regi allato frutice. Juba rex iis voluminibus, quæ ſcripſit ad C. Cæſarem Auguſti filium ardentem fama Arabiæ, tradit contorti eſſe caudicis, ramis aceris maxime Pontici. Succum amygdalæ modo emittere, taleſque in Carmania apparere, & in Ægypto ſatas ſtudio Ptolemæorum regnantium. Cortice lauri eſſe conſtat: quidam & folium ſimile dixere. Talis certe fuit arbor Sardibus. Nam & Aſiæ reges ſerendi curam habuerunt. Qui mea ætate legati ex Arabia venerunt, omnia incertiora fecerunt, quod jure miremur, [b] virgis etiam thuris ad nos commeantibus: quibus credi poteſt, matrem quoque [1] teretem (1 terete. Ch. terete & enodi. M.)
enodi fruticare trunco. Meti ſemel anno ſolebat, minore occaſione vendendi. [c] Jam quæſtus alteram [2] vindemiam affert. (2 viam. Ch.)
[d] Prior atque naturalis vindemia circa Canis ortum flagrantiſſimo æſtu, incidentibus

a *Alii lentiſco ſimilem ſubrutilo.*] Verum hos (Theophr.) prodidiſſe. vide apud Garciam c. 7. l. 1. *Dalec.*

b *Virgis etiam thuris ad nos commeantibus, &c.*] Legend. *virgis etiam thuris ad nos commeantibus: quibus credi par eſt matrem quoque terete, enodi frutificare trunco.* Vide *Salmaſ.* pag. 500. b.

c *Jam queſtus alteram vindemiam affert.*] Legend. *Jam quaſtus alteram vim adfert.* Nam vis adfertur arbori, dum inciditur ac vulneratur. *faucias arbores, & plagam arboris* paulo poſt dicit: *prior atque naturalis vindemia circa canis ortum flagrantiſſimo aſtu, incidentibus qua maxime videatur eſſe pragnans tenuiſſimuſque tendi cortex.* Vindemia non erat circa canis ortum, ſed tantum inciſio. Nam quæ incidebantur æſtate, & circa canis ortum, non ante autumnum, legebantur. infra: *autumno legitur de aſtivo partu. Secunda vindemia eſt vere, ad eam hyeme corticibus inciſis,* non igitur prior vindemia circa canis ortum, ſed ἐντομὴ tantum & partus. Heic Plinius videtur ſui oblitus, niſi diſtinguendum ſit: *prior atque naturalis vindemia, circa canis ortum flagrantiſſimo aſtu incidentibus.* ut circa canis ortum incidant, quæ poſtmodum autumno legantur, ac vindemientur. quod verum eſt. ſequitur: *laxatur heic plaga, non adimitur.* heic in thuris arbore incidenda: cortex laxatur & aperitur tantum plaga; non adimitur, ut in picea. de qua lib. 16. cap. 12. his verbis; *aperitur picea è parte ſolari non plaga, ſed vulnere ablati corticis,* ubi notandum eſt, plagam à vulnere diſtingui. *plaga* eſt ἐντομὴ, ubi cutis tantum laxatur & ſcinditur: *vulnus* τὸ ἕλκος, cum diſtrahitur & tollitur ac ſeparatur à corpore. ſequitur: *nec corpori ipſi parcitur, ut in ceteris quoniam aſtula in fructu eſt.* Vulnus in picea fiebat ſola detractione corticis, id eſt, poſtquam humore confluente repletum eſſet, abſcindebatur ſecuri. Vide *Salmaſ.* hac de re latius diſſerentem, pag. 501. a, b. 502. a.

d *Prior atque naturalis.*] Vide Theophr. c. 2. l. 9. hiſt. *Dalec.*

a *Perſona*

dentibus qua maxime videatur esse prægnans, tenuissimusque tendi cortex. Laxatur hic plaga, non adimitur. Inde prosilit spuma pinguis. Hæc concreta densatur, ubi loci natura poscat tegere, palmea excipiente, aliubi area [1] circumpavita. Purius illo modo, sed hoc ponderosius. Quod in arbore hæsit, ferro depectitur, ideo corticosum. Silva divisa certis portionibus, mutua innocentia tuta est. [2] Neque ullus saucias arbores custodit. Nemo furatur alteri. At hercule Alexandriæ, ubi thura interpolantur, nulla satis custodit diligentia officinas. Subligaria signantur opifici. [a] Persona adjicitur capiti, [3] densusve reticulus. Nudi emittuntur. Tanto minus fidei apud nos pœna, quam apud illos silvæ habent. Autumno legitur [4] ex æstivo partu. Hoc purissimum, candidum. Secunda vindemia est vere, ad eam hieme corticibus incisis. Ruffum hoc exit, nec comparandum priori. [b] Illud [c] carpheotum, hoc [d] dathiathum vocant. Creditur & novellæ arboris candidius, sed veteris odoratius. Quidam & in insulis melius putant gigni. Juba in insulis negat nasci. Quod ex eo rotunditate guttæ pependit, masculum vocamus, cum alias non fere mas vocetur, ubi non sit fœmina. Religioni tributum, ne sexus alter usurparetur. [e] Masculum aliqui

1 circumpavimentata. M.

2 nemo saucias. M.

3 densumve reticulum. *Dal.*

4 ab. *Dal.* & *Ch.*

a *Persona adjicitur capiti.*] Ne videat opifex qua adeundum sit ad furtum, qua exeundum. *Dalec.*

b *Illud carpheotum, &c.*] Legend. *Illud Carphiotum; hoc Dadioton.* ἀπὸ τῆς δᾳδίας, quod simile esset τῷ δᾳδίῳ sive resinæ quæ ex arboribus πιτυοφόροις manat. resina quidem picea candidior est, ideo thus ea adulterabant. τὸ καρφιωτὸν, ἀπὸ τοῦ καρφίου. ita vocabant thus quod autumno colligebatur candidissimum & purissimum. *Salmas.* pag. 505. b.

c *Carpheotum.*] A festucacea levitate, κάρφος Græci *festucam* dicunt. *Dalec.*

d *Dathiathum.*] Ἀπὸ τῆς δᾳδὸς καὶ τοῦ θείου: quod incensum tædam aut sulphur oleat: aut quod ἐν τῷ θύειν, in sacrificiis odorem tædæ imitetur: quo etymo scribendum fuerit dathyaton. *Idem.*

e *Masculum.*] *Melato* Arabes hodie vocant. Masculum thus ab iis, qui sacris operando eblandiri favorem Deorum omni industria & cura cupiebant, & ab iis, qui magico sacro & amatoriis carminibus mentem alicujus mutare, aut Deos placare, propensioresque reddere conabantur, potissimum adolebatur. Virgil. Ecloga 8.

Verbenasque

aliqui putant à specie testium dictum. Præcipua autem gratia est mammoso, cum hærente lacryma priore consecuta alia miscuit se. [a] Singula hæc manum implere solita invenio, cum [1] minore diripiendi aviditate lentius nasci liceret. Græci stagoniam [b] & atomum tali modo appellant, [c] minorem autem orobiam. Micas concussu elisas mannam vocamus. Etiamnum tamen inveniuntur guttæ, [d] quæ tertiam partem minæ, hoc est [2] XXXIX. denariorum pondus æquent. Alexandro magno in pueritia sine parsimonia thura ingerenti aris, pædagogus Leonides dixerat, ut illo modo, cum devicisset thuriferas gentes, supplicaret. At ille Arabia potitus, thure onustam navem misit ei, exhortatus, ut [e] large Deos adoraret. Thus collectum Sabotam

1 *inope.* *M. & Cb.*

2 *Quædam exemplaria habent*, XXIX. denariorum, *alia* XXVIII. *sic M. & Cb. scribendum*, XXXIII. X, *hoc est*, 33. *denar. & insuper scrupuli.* Hotoman. de re numar. p. 114.

Verbenasque adole pingues, & mascula thura.

Turn. c. 2. l. 10. Advers. *Mascula thura* Virgilius adoleri præcipit tanquam excellentia, quoniam ea primam bonitatis gloriam obtinent. Diis enim quod offertur, præstantissimum esse debet, ut eximia hostia: Brodæus cap. 34. lib. 1. Plautus in Pœnul. *granum thuris* vocat.

Quive ullum thuris granum sacrificaverit.

Idem.

a *Singula hæc manum implere solita invenio, cum minore diripiendi aviditate lentius nasci liceret.*] Hæc nihil ad rem sic alieno plane loco infulta. præcessit de mammoso quod ex germinatione guttæ manantis formatum est: subjungit, *hæc singula manum implere solita.* Vide *Salmas.* 508. b. Et in sequentibus legend. *etiamnum tamen inveniuntur guttæ, quæ tertiam partem minæ; hoc est*, 28. *denariorum pondus æquent.* octoginta quatuor denarii Romani minam constituebant, cuius pars tertia viginti octo denarii. *Idem* ibid. & 509. a. *Singula hæc manum, &c.*] Theophr. c. 4. l. 9. histor. *Dalec.*

b *Et atomum.*] Et Syagron, Dioscor. *Idem.*

c *Minorem autem orobiam.*] Sic legendum, non *Arabiam*, tum ex apographo Toletano, tum ex Dioscoride l. 1. quantitate minimum: sic dictum ab ervo notissimo leguminis genere, quod Græci appellant orobos. *Pintian.*

d *Quæ tertiam partem minæ, hoc est, 39 denariorum pondus æquat.*] Exempl. Salmant 28. non 39. neutra lectio vera: scribendum 33. nam mna seu mina pendet drachmas Atticas c. auctore Plinio lib. 21. capite trigesimoquarto. ergo tertia pars minæ erunt fere 33. drachmæ seu denarii. *Idem.*

e *Large Deos adoraret.*] Fieri id solebat thure ex acerra tribus digitis sumpto. Ovid. Fast. 2.

Et digitis tria thura tribus sub limine ponit.

Lactant. 5. Instit. *Nam cruciari atque interfici malle, quam thura tribus digitis comprehensa in focum jactare.* Apud Porphyrium, Pythia inquit Deum non magis lætatum fuisse Thessalo boves auratis cornibus (χρυσοκέρως) & Hecatombas offerente, quam ἐμμετρίως θύσαντι τῶν ψαιστῶν ἐκ τῆς πηριδίου τοῖς τρισὶ δακτύλοις. quam cum Hermionensis quidam ex sacculo tribus digitis de placenta libaret. Brodæus c. 8. 5. Sic apud Plautum in Bacchidibus:

Sic

1 Sabeta. *Cb.*
2 Digredi via capital. *Cb.*
3 invocant Sabin. *M.* quem vocant Sabin. *Cb.*
4 iterum. *M & Cb & apogr. Tol.*
5 Catabanitas. *Strabo.*
6 D. M. oppido. xxxxiv. xxxvi. d. p. *Cb.*
7 lxv. *M. & Cb.*
8 hostearii. *Cb.*
9 tertia xiii. *M.* veriti xiii. *Cb.*
10 gumma. *M.* lego, gutta.

[1] Sabotam camelis convehitur, porta ad id una patente. [2] Digredi via capitale leges fecere. Ibi decimas [a] Deo, quem [3] vocant Sabin, mensura, non pondere, sacerdotes capiunt. Nec ante mercari licet: inde impensæ publicæ tolerantur. Nam & benigne certo [4] itinerum numero Deus hospites pascit. [b] Evehi non potest, nisi per [5] Gebanitas: itaque & horum regi penditur vectigal. Caput eorum [c] Thomna abest à Gaza nostri litoris in Judæa oppido LXXX. [6] XXVII. millia passuum, quod dividitur in mansiones camelorum [7] LXII. Sunt & quæ sacerdotibus dantur portiones, scribisque regum certæ. Sed præter hos & custodes, satellitesque, & [8] hostiarii, & ministri populantur. Jam quacunque iter est, aliubi pro aqua, aliubi pro pabulo, aut pro mansionibus variisque portoriis pendunt, ut sumptus in singulos camelos denariûm DCLXXXVIII. ad nostrum litus colligat: iterumque imperii nostri publicanis penditur. Itaque optimi thuris libra XVI. pretium habet: secunda XV. [9] tertia XIV. [d] Apud nos adulteratur resinæ candidæ [10] gemma perquam simili: sed deprehenditur, quibus dictum est, modis. Probatur candore, amplitudine,

Sic hoc digitulis duobus sumebas primoribus.

Idem in Milite:

Inde ignem in aram, ut Ephesiæ Dianæ laudes latas
Gratasque agam, eique ut Arabicos fumicem odores, amana.

Dalec.

a *Deo.*] Soli, Theophrast. pretii tertiam partem. *Idem.*

b *Evehi non potest nisi per Gebanitas: itaque & horum regi penditur vectigal.*] Notant docti hos Gebanitas Straboni vocari *Catabanitas.* falsum. Καταβανεῖς Strabo nominat, non Καταβανῖται & Catabanes Gabanitis vicini. *Gebanitæ* porro sunt qui alii *Gebalitæ* ab oppido Gebala. *Salmas.* pag. 494. b.

c *Thomna abest à Gaza nostri litoris in Judæa oppido lxxx. xxvij. (alii xxxxiiij. xxxvj.) millia passuum, quod dividitur in mansiones camelorum lxij.*] Nimis paucæ sunt mansiones pro tanto intervallo, credo scribendum: *iiij decies, xxxvj. milia.* id est quatuor decies centena millia passuum. Vide *Salmas.* pag. 496. a, b. *Abest à Gaza nostri littoris Judææ oppido.*] Sic alii leg. Codex Tolet. *abest à Gaza nostri littoris in Judæa oppido.* Pintian.

d *Apud nos adulteratur resina, &c.*] Lege: *apud nos adulteratur resina candida gemma, per quam simili.* hinc [illegible] thus rufum à colore resinæ dictum est. *Salmas.* pag. 505. b.

a Ad

plitudine, fragilitate, carbone, ut statim ardeat. Item ne dentem [1] recipiat potius, quam in micas frietur. [1] recipiat, potiusque. M.

CAP. XV. *De myrrha, & arboribus myrrhæ.*

MYrrham in iisdem silvis [2] permixta arbore nasci tradidere aliqui, plures separatim. Quippe multis in locis Arabiæ gignitur, ut apparebit in generibus. Convehitur & [3] ex insulis laudata, petuntque eam etiam ad Troglodytas Sabæi transitu maris. Sativa quoque provenit, multum silvestri prælata. Gaudet rastris [4] atque ablaqueationibus, melior radice refrigerata. Arbori altitudo [a] ad quinque cubita, nec sine spina, [b] caudice duro & intorto, crassiore, quam [5] thuris, & ab radice etiam, quam reliqua sui parte. Corticem lævem similemque [6] unedoni: scabrum alii spinosumque dixere. Folium [7] olivæ, verum crispius, & aculeatum. Juba olusatri. Aliqui similem [8] junipero, scabriorem tantum spinisque horridam, folio rotundiore, sed sapore juniperi. Nec non fuere, qui è thuris arbore utrunque nasci mentirentur. Inciduntur [9] bis & ipsæ iisdemque temporibus, sed à radice usque ad ramos, qui valent. Sudant autem sponte [c] prius, quam incidantur, [10] stacten dictam, cui

[2] permixtam arborem. M.
[3] ex silvis. Alii, & Ch.
[4] &c. M.
[5] sura hominis. Theoph. cruris. D.
[6] adrachnæ. Theophrast. c.49. hist.
[7] ulmi. Idem.
[8] therebintho. Idem.
[9] binis & ipsæ denique. M.
[10] stacte dicta. Ch.

a *Ad quinque cubita.*] Theophrasto arbor quinque fere cubitos alta est, myrrhæ vero ea minor. *Dalec.*

b *Caudice duro & intorto, &c.*] Legend. *caudice duro & intorto, crassiore quam cruris, & ab radice etiam quam reliqua sui parte.* ἐπὶ τῆς γῆς, *ab radice*, ea parte quæ terræ ac radici propior. *Salmas.* pag. 522.a.

c *Prius, quam incidantur, stacten dictam.*] Theophrastus περὶ ὀσμῶν, ἐκ κεντουμένης καὶ ἐκ σμύρνης καταρρέοντος ἔλαιον ῥεῖ. Dioscorid. vocat τὸ λιπαρὸν ἀποθλιβὲν σμύρνης κεκομμένης, quæ Plinio adversantur. Basilius in Psalm. 4. *Stactem* myrrhæ tenuissimæ genus esse scribit. Cum enim odoris exprimitur, quod effluit, in stactem seponi, quod crassum restat myrrham vocari. στακτὴ μύρον Græcis liquida. Archestr. apud Athenæum καὶ στακτοῖσι μύροις ἀγαθοῖς χαίτην θεραπεύειν. Stactem unguentum è stacte Lucretius vocat:

Sicut Amaracini blandum stactæque liquorum.

Brod. c. 7. l. 5. Parum attente Plinius existimavit *stactem* sudare ex arbore myrrhæ, non ipsa myrrha. *Dalec.*

a *Sequens*

cui nulla præfertur. Ab hac sativa, & in silvestri [1] quoque melior æstiva. Non dant ex myrrha portiones Deo, quoniam & apud alios nascitur. Regi tamen Gebanitarum quartas partes ejus pendunt. Cætero passim à vulgo coemptam in folles [2] confarciunt, [3] ipsique unguentarii digerunt haud difficulter odoris atque pinguedinis argumentis.

CAP. XVI.

De generibus myrrhæ, & natura, & pretio ejus.

GEnera complura: Troglodytica silvestrium [4] prima. [a] Sequens Minæa, in qua & Atramitica est, & Ausaritis [5] Gebanitarum regno. [b] Tertia Dianitis. Quarta [c] collatitia. Quinta Sembracena, à civitate regni Sabæorum mari proxima. Sexta, quam [6] Dusaritin vocant. Est & candida uno tantum loco, quæ [d] in Messalum oppidum confertur. Probatur [7] Troglodytica pinguitudine, & quod aspectu [8] aridior est, sordidaque ac [9] barbara, sed acrior cæteris. Sembracena prædictis caret vitiis, ante alias hilaris, sed viribus tenuis. [e] In plenum autem probatio est minutis glebis, nec rotundis, in concretu albicantis succi & tabescentis: utque [10] fracta candidos ungues habeat, gustu leniter amara. Secunda bonitas intus varia. [11] Pessima intus nigra: pejor si etiam foris. Pretia ex occasione ementium varia. [12] Stactæ vero à VI. ad L. Sativæ summum ad XXII. Erythrææ ad XVI. Hanc volunt Arabicam

1 quæ melior. *Dal.*
2 conferciunt. *Ch.*
3 nostrique. M. & *Ch.*
4 primas Erythræa sequens, & Minæa, in qua stactæa, & Atramitica. *V. pro* stactæa, *lege ex Theophr.* Citibæna.
5 est & Gebanitica. M. & *Ch. Lego ex eod. Theophr.* Mamalitia, *vel Diosc.* Caucasis.
6 Dusyritin. *Ch.*
7 Troglodyticæ pinguedinis. M. Troglodyticæ pinguidinis. *Ch.*
8 viridior est horrida. χλωροτέρα. *Dal. ex Dioscorid.*
9 barbara. Acrior cæteris. Sembracena, ante alias. M. barb. sed acr. cæteris Sambracena prædictis, ante alias. *Ch.* canescentis. M.
10 confracta. M.
11 pessima quæ intus. 12 stactæ à X. XXX. ad XL. *Quidam* à XLVI. ad L. *Alii* stactæ à XIII. ad XL. Sativæ sum. X. XI. (X. XLII.) M. Erythr. XVI. hac, &c. *Ch.*

a *Sequens Minæa.*] Eam approbari Dioscorides tradit. Galenus libro de Antidot. κρατίστην εἶναι tradit, & eandem cum Troglodytica. *Idem.*

b *Tertia Dianitis.*] Forte *Danniatis*, ab oppido Sabæorum Dannia Plinio l. 6. c. 28. ut paulo post: *quanta Sembracena à civitate regni Sabæorum.* Pintian.

c *Collatitia.*] Hinc illinc collata & contributa. Alii *colaticia*, à colando, excolata. *Dalec.*

d *In Massalum oppidum confertur.*] Plinius lib. 6. cap. 28. *Messallam* appellat, non *Messalum*. Pintian.

e *In plenum.*] Ὅλως δὲ. *Dalec.*

a *Adorariam.*]

bicam intelligi. Troglodyticæ nucleo [1] ad XIII. [2] ejus vero, quam [a] adorariam vocant, [3] ad XIIII. Adulteratur lentisci glebis, & gummi. Item [b] cucumeris succo amaritudinis causa, sicut ponderis, spuma argenti. Reliqua vitia deprehenduntur [c] sapore gummi, dente lentescentis. [4] Fallacissime autem adulteratur Indica myrrha, quæ ibi de [5] quadam spina colligitur. [d] Hoc solum pejus India affert facili distinctione: tanto deterior est.

CAP. XVII.

De mastiche, ladano, & bruta, enhæmo, & strobo, & de styrace.

ERgo [6] transit in mastichen, quæ & ex alia spina fit in India, itemque in Arabia lamam vocant. Sed mastiche [7] quoque gemina est: quoniam & in Asia [8] Græciaque reperitur [e] herba radice folia emittens, & carduum similem malo, seminis plenum: lacrymaque erumpit [9] incisa parte summa, vix ut dignosci possit à mastiche vera. Nec non & [f] tertia in Ponto est, bituminis similior. Laudatissima autem Chia candida, cujus pretium in libras XX. nigræ vero XII. Chia è lentisco traditur gigni gummi modo. Adulterantur, ut thura, resina. Arabia etiamnum & ladano gloriatur: forte casuque hoc & [10] injuria fieri odoris, plures tradidere. [g] Capras

1 XXI. M.
2 Sex vero. *Parm.* sextæ vero. *V.*
3 XV. M. XVII. *Ch.*
4 Fallacissima. M.
5 aliqua. *M.*
6 Jam ego transeo ad mast. quæ & ex humili (*nempe Chamæleone*) spina, &c. *vel,* Transeamus ad mast. &c. *Dal.*
7 nobis quoque. *Dal.*
8 Græciaque, *in* M. *&.*
9 lima. *Dal.*
10 Auctores. *Pint.* injuria odores, (*lego odorem, id est,* ὄσμην) fieri, plures. M. injur. fieri odoris genus. *Alii.* casuque hunc & in. fi. odorem. *Alii.*

a *Adorariam.*] Θυμιαματικήν. Dalec.

b *Cucumeris.*] Cucumeris agrestis succo. Nam, ut inquit Dioscorides, frutex totus amarus est. Nec amaritudinis tantum causa, sed ut color subvireat. *Idem.*

c *Sapore gummi.*] Myrrha adulteratur gummi macerato aqua, in qua myrrha maduerit. Dioscor. *Idem.*

d *Hoc solum pejus India affert, &c.*] Posteriora hujus capitis conjungenda cum prioribus capitis sequentis: hoc modo: *Hoc solum pejus India affert facili distinctione tanto deterior est: ergo transit in mastichen, quæ & ex alia spina fit in India, itemque in Arabia: Lainam vocant.* Indica myrrha quæ ex spina colligitur, mastichæ proprior, quæ mastiche ex alia spina Indica legebatur, item in Arabia. *Salmas.* p. 529. b.

e *Herba radice folia emittens.*] Chamæleonem album significat, qui Ixiam Mastichæ similem gignit. *Dalec.*

f *Tertia in Ponto est.*] Eam vini condituris olim admisceri solitam vide c. 20. l. 14. *Idem.*

g *Capras maleficum alias frondibus animal.*]

maleficum alias frondibus animal, odoratorum vero fruticum [1] appetentius, tanquam intelligant pretia, [2] carpere [3] germinum caules prædulci liquore turgentes, [a] distillantemque ab his ([4] casus mistura) succum improbo barbarum villo abstergere. Hunc [5] glomerari pulvere, incoqui Sole. Et ideo in ladano caprarum pilos esse. Sed hoc non alibi fieri, quam in Nabatæis, [b] qui sunt ex Arabia contermini Syriæ. Recentiores ex auctoribus [6] strobon hoc vocant: traduntque silvas Arabum pastu caprarum infringi, atque ita [7] succum villis inhærescere. Verum autem ladanum Cypri [8] insulæ esse (ut obiter quæque genera odorum dicantur, quamvis non terrarum ordine) similiter hoc & ibi fieri tradunt, & esse œsypum hircorum barbis [9] genibusque villosis inhærens, sed [10] ederæ [11] flore deroso, pastibus matutinis, cum est rorulenta Cypros. Deinde nebula sole discussa, pulverem madentibus villis adhærescere, atque ita ladanum depecti. [c] Sunt qui herbam in Cypro, ex qua id fiat, [12] ledam [13] appellent: etenim

1 expetentius. *M. & Ch.*
2 capere. *M.*
3 germina caulium prædul. turgentia c. liqu.
4 casu mixturæ. *Par.* quasi cæsura. *Alii.* morsu cæsis. *Alii.*
5 glomerari in pulverem. *Parm.*
6 stobolon. *M.*
7 succo villosinhorrescere. *V.*
8 insula. *Ch.*
9 genisque. *V.*
10 κισσῷ, pro κισθῷ legit *Plin.*
11 folio. *Dal.*
12 ledon. *Ex Diosc.*
13 appellant. *Ch.*

mal:] Apud Eupolin in Capris de varietate frondium, quas depascuntur, exgloriantur. Versus Poëtæ lepidissimos vide apud Macrobium c. 5. l. 7. Saturn. & Plutarchum in Symposiacis, Leopardum c. 10. 8. *Dalec.*

a *Distillantemque ab his casus mistura succum, &c.*] Scribe: *distillantemque ab his succum improbo barbarum villo abstergere; hunc glomerari pulvere, incoqui sole.* Salmas. pag. 368. a. *Distillantemque ab his casus mixtura succum.*] Duo illa verba *casus mixtura*, non puto esse Pliniana. *Pintian.*

b *Qui sunt ex Arabia contermini Syriæ.*] Vide c. 8. l. 26. *Dalec.*

c *Sunt qui herbam in Cypro, &c.*] Emenda: *Sunt qui herbam in Cypro ex qua id fiat ledam appellent: etenim illi ledanum vocant hujus pingue: ei insidere idque attractis funiculis herbam in eam convolvi atque offas fieri.* Vel etiam hoc modo: *Ledanum vocant hujus pingue insidere id, atque attractis funiculis, &c.* Herba ex qua Ladanum fiebat *ladam* à quibusdam appellari scribit, & *ladanum* à Cypriis hujus herbæ pingue, id est τὸ λίπος vel τὴν λιπαρίαν, quæ illi herbæ insidet. Et id pingue quod insidit herbæ ledæ tractis ad herbam eam funiculis convolvitur, id est, circa funiculos volvitur, & inde exemptum in offas formatur. *Salmas.* pag. 362. b. *Sunt qui herbam in Cypro ex qua id fiat, ledam appellent: etenim illi ledanum appellant.*] Budæus *ledam* & *ledanum* hic legit: ego *ladona* & *ladonon* legi posse video. Paulus lib. 6. *Ladonon*, inquit, *à cistho vocato ladone fit, est autem in Cypro.* Appellari porro ladonem fruticem testis est & Dioscorides lib. 1. Galenus vero lib. 7. de simplicium facultate cisthon fruticem ladanon vocat. *Pintian.*

a Hujus

etenim illi ledanum vocant: [a] [1] hujus pingue insidere: itaque [2] attractis funiculis herbam eam [3] convolvi, atque ita offas fieri. Ergo in utraque gente bina genera, [b] terrenum & factitium. Id quod terrenum est, friabile: factitium, lentum. Necnon & fruticem esse dicunt in Carmania, & super Ægyptum per Ptolemæos translatis plantis: aut (ut alii) [4] generante & id thuris arbore: colligique, ut gummi, inciso cortice, & caprinis pellibus excipi. Pretia sunt laudatissimo in [5] libras [6] asses XL. Adulteratur myrti baccis, & aliis animalium sordibus. Sinceri odor debet esse ferus, & quodammodo solitudinem redolens, ipsum visu [7] aridum, tactu statim [8] mollescere, accensum fulgere, [c] odore jucundo gratum. Myrrata deprehenduntur, crepitantque in igne. Præterea sincero calculi potius è rupibus inhærent, quam pulvis. [d] In Arabia & olea dotatur lacryma, qua medicamentum conficitur, Græcis Enhæmon dictum, singulari effectu [e] contrahendis vulnerum cicatricibus. [f] In maritimis [9] eæ fluctibus æstuque operiuntur. Nec baccæ nocetur, cum constet & in foliis salem relinqui. Hæc sunt peculiaria [10] Arabiæ: & pauca præterea communia, alibi dicenda, quoniam in iis vincitur. Peregrinos ipsa [11] mire odores & ad exteros petit. Tanta mor-

1 hujus foliis pingue super eam herbam. *Alil.* hujus pingui. *Ch.*

2 attractos funiculos herbæ ei advolvi. *Dal.* atque extract. *Ch.*

3 revolvi. *Dal.*

4 generari & id in iis, ut thuris arborem. *V.* generatis & ibid. cum thuris arb. *Dal.*

5 libras.

6 *Alias,* asses XXX.

7 viride, *ut infra c.* 8. *lib.* 26. ὑπόχλωρον *Dioscor.*

8 mollescit, accensum fulget.

9 hæ. *Ch.*

10 Arabiæ, & pauca. Præterea alibi communia dicenda. *M.*

11 myrrhæ odores & ab exteris. *M.*

a *Hujus pingue insidere.*] Lego, *huic pingue insidere.* Dioscorides loco ante dicto: *Sunt etiam qui tractu per frutices funibus inhærentem illis pinguitudinem deradunt, conformatamque pariter servant.* Idem.

b *Terrenum & factitium.*] Non colatum, sed cum arenis & pulvere adhuc permixtum: alterum colatum & purgatum. Frigide hoc Plinius. Vide c. 8. l. 26. Rupibus inhærent, in quas ascendunt capræ, ut cisthum decerpant. *Dalec.*

c *Odore jucundo gratum.*] Rectius in utroque exemplari: *Odore jucunde gravi.* Pintian.

d *In Arabia & olea dotatur lachryma.*] Vide ult. cap. hujus libri. *Dalec.*

e *Contrahendis vulnerum cicatricibus.*] Sistendo potius sanguini, quod vox ἔναιμον indicat. Apud Theophrastum recte Gaza vertit cap. 8. lib. 4. *sistendo sanguini utile.* Idem.

f *In maritimis ea fluctibus æstuque operiuntur.*] Non de Arabicis oleis Theophr. loco citato id scribit, sed de oleis Indicarum insularum. Vide locum eum & confer. *Idem.*

ta mortalibus suarum rerum satietas est, [1] & alienarum aviditas. Petunt igitur in [2] Helimæos [a] arborem [3] brutam, cupresso fusæ similem, exalbidis ramis, jucundi odoris accensam, & cum miraculo historiis Claudii Cæsaris prædicatam. Folia ejus inspergere potionibus Parthos tradit. Odorem esse proximum cedro, fumumque ejus [b] contra ligna [4] alia remedio. Nascitur ultra Pasitigrin in finibus [5] oppidi Sitacæ, [6] monte [7] Zagro. Petunt & in Carmanos arborem strobum ad suffitus, perfusam vino palmeo accendentes. Hujus odor redit à cameris ad solum jucundus, sed aggravans capita, citra dolorem tamen. Hoc somnum ægris quærunt. His commerciis Carras oppidum aperuere, quod est illis [c] nundinarium. [d] Inde Gabbam omnes petere solebant, dierum xx. itinere, & Palæstinam Syriam: postea Characem peti cœptum, ac regna Parthorum ex ea causa, auctor est Juba. [8] Mihi ad Persas etiam prius [9] ista portasse, quam in Syriam aut Ægyptum, videntur, Herodoto teste, qui tradit singula millia [10] talentum thuris annua pensitasse Arabas regibus Persarum. [e] Ex Syria revehunt styracem, acri odore ejus in focis abigentes suorum fastidium. Cætero, non alia ligni genera sunt in usu, quam odorata: ciboſque Sabæi coquunt thuris ligno, alii myrrhæ, oppidorum vicorumque non alio, quam ex aris, fumo atque nidore. [f] Ad hunc ergo sanandum urunt

1 alienarumque. *M.* & *Cb.*
2 Elymæos. *M.* & *Cb.*
3 bratum, *Cb.*
4 exitialia.
5 opimis Scytræ. *V.* *prave.* oppidi Scytræ. *Cb.*
6 in monte. *M.* & *Cb.*
7 Scantho. *Vet.* Schantro. *Cb.*
8 Minæi & ad. *Vet.*
9 ista, in *M.* d.
10 talentum annuorum thuris pensit. *M.* talentum thuris annuatim pens. *Alii.*

a *Arborem brutam.*] Bruten esse quidam volunt arborem Paradisi. *Dalec.*

b *Contra ligna alia remedio.*] Quæ noxium & venenatum, vel gravem & injucundum accensa odorem mittunt. *Idem.*

c *Nundinarium.*] Nundinis frequens & celebre. Observa. *Idem.*

d *Inde Gabbam omnes petere solebant.*] Scribo *Gabbala*, non *Gabbam:* tum ex Dioscoride qui styracem Gabbalitem celebrat, tum ex Plinio infra c. 26. *Pint.*

e *Ex Syria revehunt styracem, &c.*] Lege: *Ex Syria revehunt styracem acri odore ejus abigentes suorum fastidium, cetero non alia ligni genera sunt in usu, quam odorata: ciboſque Sabai coquunt thuris ligno, alii myrrhæ, oppidorum vicorumque non ex aris fumo atque nidore, ad hunc ergo sanandum urunt styracem, suffiuntque tecta.* Corrige: *ad hoc ergo sanandum*, id est, ad hoc fastidium sanandum & abstergendum. *Salmas.* 540. b.

f *Ad hunc ergo sanandum urunt styracem*

urunt styracem in pellibus hircinis, suffiuntque tecta. Adeo nulla est voluptas, [a] quæ non assiduitate sui fastidium pariat. Eundem [1] ad serpentes fugandas urunt, in odoriferis silvis frequentissimas. 1 & ad. Ch.

CAP. XVIII. *De felicitate Arabiæ.*

NOn sunt eorum cinnamomum aut casia: & tamen Felix appellatur Arabia, [b] [2] falsa & ingrata cognominis, quæ hoc acceptum superis ferat, [c] cum plus ex eo inferis debeat. Beatam illam fecit hominum [d] etiam in morte luxuria, [e] quæ Diis intellexerat [3] genita, adhibens urendis defunctis. Periti rerum asseverant, non ferre tantum annuo fœtu, quantum Nero princeps [f] novissimo Poppææ suæ die concremaverit. [g] Æstimentur postea toto orbe

2 falsi & ingrati. M. falso. V.

3 genita, urentium defunctis. Periti rerum] astruxerunt. M. & Ch. nisi quod habet, adstruerant.

cem in pellibus hircinis.] Tria postrema verba, *in pellibus hircinis*, per errorem hoc in loco inserta conjectamus, arbitramurque locanda esse post illa quæ non longe ante præiere, *ex Syria revehunt styracem.* quandoquidem & de Ladano supra dictum est, excipi pellibus caprinis, & de myrrha, conferciri in follibus promiscue. *Pintian.*

a *Quæ non assiduitate sui fastidium pariat.*] Verbum *sui* redundat ex Toletano archetypo. *Idem.*

b *Falsa & ingrata cognominis.*] Codex Salmant. *falsi* legit, non *falsa.* scribendum reor permutatis dictionibus, *ingratæ & falsi cognominis.* Idem.

c *Cum plus ex eo inferis debeat.*] Quoniam odores ii magno pretio empti mortuorum bustis atque rogis cremantur. *Dalec. Cum plus ex eo inferis debeat. Beatam illam fecit, &c.*] Utrumque exemplar: *cum plus ex eo inferis debeat, armillam facit.* scribo, *cum plus ex eo inferis det. Beatam illam fecit, &c.* Sic paulo post: *acervatim congesta honori cadaverum, quæ diis per singulas micas dantur.* Pint.

d *Etiam in morte luxuria.*] Persius Satyr. 3.

Hinc tuba, candela, tandemque beatulus alto
Compositus lecto, crassisque lutatus amomis
In portam rigidos calces extendit.

Dalec.

e *Quæ diis intellexerat genita, adhibens urendis defunctis.*] Verbum *adhibens* superfluit ex ambobus exemplaribus, & scribendum *intellexerunt* numero multorum, ex eisdem. *Pint.*

f *Novissimo Poppææ.*] Eam Nero cremari noluit, sed rogum externorum modo, variis odoribus conditam & refertam sepeliri. Auctor Tranquillus: *Dalec.*

g *Æstimentur postea toto orbe.*] Funerum impensæ sunt odores, unguenta, loci pretium in quo defunctus inhumatur, vectigal quod in itinere præstatur, dum corpus ex uno loco perfertur in alium, marmoreus sarcophagus, vestis, τὸ τέλος, ἡ σορὸς, ἡ στήλη: ac tandem compotatio sive silicernium, dictum à silentio, quod in eo nullo accenso lumine silentes umbræ tantum cernantur, λύχνους γὰρ ἅπτειν ἐν τάφῳ οὐ θέμις. Varro in Meleagris:

Funus exequiati laute ad sepulchrum antique more,
Silicernium confecimus: (id est, περίδειπνον) quo pransi discedentes, diximus, alius alii, vale.

orbe singulis annis tot funera, acervatimque congesta honori cadaverum, [a] quæ Diis per singulas micas dantur. Nec minus propitii erant mola salsa supplicantibus, imo vero (ut palam est) placatiores. Verum Arabiæ etiamnum felicius mare est: ex illo namque margaritas mittit. Minimaque computatione millies [1] centena millia sestertiûm annis omnibus [b] India & Seres, [c] peninsulaque illa imperio nostro adimunt. Tanto nobis deliciæ & fœminæ constant. Quota enim portio ex illis ad Deos quæso jam, uti ad inferos, pertinet.

1 H. S. quingenties. *supra c. 23. l. 6.*

CAP. XIX.

De cinnamomo, & xylocinnamomo, & casia.

2 fabulose. *M.*

[d] CInnamomum & casias [2] fabulosa narravit antiquitas, princepsve [e] Herodotus, avium nidis,

Cujacius cap. 20. 11. Obser. Juvenal. Satyr. 4.

Et matutino sudans Crispinus amomo,
Quantum vix redolent duo funera

Festo, acerra, ante mortuum posita, in qua odores incendebantur. Eos Apuleius Apologia prima recenset, thus, myrrham, casiam, illos medicamento parari ait, & sacrificio, nempe fœtori ustrinæ emendando. Ræyard. c. 15. in leg. 12. tabul. *Dalec.*

a *Quæ Diis per singulas micas dantur.*] Profusiore in cadaver urendum, quam in Deorum cultu impensa. *Idem.*

b *India & Seres, peninsulaque illa imperio nostro adimunt.*] Per *peninsulam illam* manifestum est intelligere Arabiam Felicem; non eadem est hæc summa quam lib. VI. cap. 23. de sola India posuit, ut male sibi persuadent: hæc verba sunt: *digna res, nullo anno Imperii nostri minus sestertio quingenties exhauriente India, &c.* sestertium quingenties, efficit quingenties centena millia sestertiûm, quæ summa dimidio minor est. sed ibi de India sola loquebatur; heic de India, Seribus & peninsula Arabiæ. *Salmas.* 546. a.

c *Peninsulaque illa.*] Ubi est Malaca, & regnum Siam à Seribus dictum. *Dalec.*

d *Cinnamomum & casias fabulosa narravit antiquitas, princepsve Herodotus avium nidis & privatim phœnicis; in quo situ Liber pater educatus esset, ex inviis rupibus arboribusque decuti.*] Permutandæ particulæ, & ubi legitur *ve*, scribendum *que*, & econtrario. ex Herodoto evidentissime lib. 3. *Cinnamomum*, inquit, *etiam quam superiora mirabilius legunt. nam aut quomodo, aut qua in terra gignatur, illud nequeunt dicere, nisi quod probabili ratione utuntur, quod quidam volunt id gigni in his regionibus, ubi Dionysius educatus est, & ipsas cinnamomi festucas afferri à grandibus quibusdam alitibus ad nidos è luto constructos in præruptis montium & homini inaccessis.* Hæc Herodotus. à quo quia ambigue subobscureque dictum fuit in præruptis montium nidos strui, neque additum in rupibusne eos construant, an in arboribus, ut pleræque aves solent, ideo Plinius per disjunctivam, ex *inviis rupibus arboribusve* dixit. *Pint.*

e *Herodotus.*] Herodoti sensum, quem auctorem citat, non satis videtur assecutus Plinius. *Dalec.*

a *Item*

nidis, & privatim phœnicis, in quo situ Liber pater educatus esset, ex inviis rupibus arboribusque decuti, carnis quam [1] ipsæ inferrent pondere, aut plumbatis sagittis. [a] Item casiam circa [2] paludes propugnante unguibus diro vespertilionum genere, [b] aligerisque serpentibus: his commentis augentes rerum pretia. [3] Commutata vero fabula est, ad meridiani solis repercussus inenarrabilem quendam universitatis halitum è tota peninsula existere, tot generum [4] auræ [5] spirante concentu, Magnique Alexandri classibus Arabiam [c] odore primum nuntiatam in altum. Omnia falsa, siquidem cinnamomum, idemque cinnamum, nascitur in Æthiopia Troglodytis connubio permixta. [6] Ii [d] mercantes id à conterminis, vehunt per maria vasta ratibus, quas neque gubernacula regant, neque remi trahant vel impellant, non vela, non ratio ulla adjuvet, cum omnium instar ibi sint, homo tantum & audacia. Præterea hibernum mare [7] exigunt circa brumam, Euris tum maxime flantibus. Hi recto cursu [e] per sinus impellunt, atque à [f] promontorii ambitu

1 ipse inferret. *M.*
2 paludes gigni propugn.
3 Commenta. *Alii.* Comitata. *Ch.*
4 auris. *Parm.* odoris. *Alii.*
5 spirantis conceptum. *M. Lego*, spiratu conceptum. spirante conceptum. *Ch.*
6 Hi. *M. & Ch.*
7 eligunt. *Dal.*

a *Item casiam circa paludes oppugnante unguibus diro vespertilionum genere.*] Scribendum *paludem*, unitatis numero. una enim tantum palus est ex qua legitur. Herodotus loco citato lib. 3. de casia agens. *Ea*, inquit, *nascitur in palude non alta, circa quam & in qua degunt feræ alatæ, vespertilionibus simillimæ, stridore diro & viribus prævalentibus.* Ex quibus Herodoti verbis liquet, mendose legi verba etiam statim sequentia: *Aligerisque serpentibus*, videtur enim scribendum *aligerisve serpentibus.* Pint.

b *Aligerisque serpentibus.*] Fabulæ de serpentibus, sed non aligeris, meminit Theophrast. cap. 5. lib. 9. Vide Garciam cap. 15. lib. 1. *Dalec.*

c *Odore primum nunciatam.*] Mallem legeres, *odore prænuntiatam.* Pint.

d *Mercantes.*] Æthiopes qui in Arabiam vehunt. Chinenses sic vocat. Infulse tamen Plin. apud Æthiopas nasci tradit, mox subjungens Æthiopas mercari à conterminis. Si enim apud illos nasceretur, ab aliis non emerent. Multo magis etiam oscitat, cum per vasta maria eas merces Æthiopas vehere scribit. Nam si contermini sunt qui vendunt, navigatione tam longa quorsum opus est? Ut nunc, ita & olim, è Moluccis in superiorem Indiam Cinamomum vehebatur, mercimonium id potissimum exercente, quæ ad rubrum mare jacet, Æthiopum gente, quos Abyssinos vocamus, ob commodam Oceani propinquitatem: quæ res Plinium fefellit. *Dalec.*

e *Per sinus.*] Ab Oriente in Æthiopiam redeuntes. *Idem.*

f *Promontorii.*] Quod est in Serum peninsula. Promontorium Camorin intelligit, Zeilan insulæ objectum. *Idem.*

ambitu [a] Argeste deferunt [b] in portum Gebanitarum, qui vocatur [c] [1] Ocila. Quamobrem illi maxime id petunt, produntque [2] vix quinto anno reverti negotiatores, & multos interire. Contra [d] revehunt vitrea, & ahena, vestes [3] fibulasque cum armillis ac monilibus. Ergo negotiatio illa fœminarum maxime fide constat. Ipse frutex duûm cubitorum altitudine amplissimus, palmique minimus, IV. digitorum crassitudinis, statim à terra sex digitis surculosus, arido similis. Cum viret non odoratus, folio origani, siccitate gaudens, sterilior imbre, [4] cæduæ naturæ. [e] Gignitur in planis quidem, sed densissimis in vepribus rubrisque, difficilis collectu. Metitur non nisi permiserit Deus (Jovem hunc intelligunt aliqui: Assabinum illi vocant) XLIV. boum caprarumque & arietum extis impetratur venia cædendi. Non tamen aut ante ortum Solis, aut post occasum licet. Sarmenta hasta dividit sacerdos, Deoque partem ponit: [f] reliquum mercator in [5] nassas condit. Est & alia fama cum Sole dividi, ternasque partes fieri, dein sorte [6] cremia discerni: quodque Soli cesserit relinqui, ac sponte conflagrare. Præcipua bonitas virgultorum tenuissimis partibus, [g] ad longitudinem palmi. Secunda proximis breviore mensura, atque ita

1 Ocilia. Ch.
2 vix peracto anno. Dal.
3 fibolas cum. Ch.
4 seu diræ. Vet.
5 massas. M. naves. Dal.
6 germina. M. gemia. Ch.

a *Argeste.*] Vento spirante ab occasu æstivo. vulgo *Mestral.* Dalec.

b *In portum Gebanitarum qui vocatur Ocila.*] *Ocelin* non *Ocilam* vocavit portum hunc libro sexto capite vigesimo tertio: *Navigare*, inquit, *incipiunt æstate media ante canis ortum, aut ab exortu protinus, veniuntque circiter tricesimo die Ocelim Arabiæ, aut Canan thurifera regionis.* Pint. *In portum Gebanitarum.*] Vulgo *Zigen Aden.* Dalec.

c *Ocila.*] Vulgo, *Porto Oceli.* Vide c. 23. l. 6. *Idem.*

d *Revehunt.*] Ex Arabia & Æthiopia in Indiam. *Idem.*

e *Gignitur in planis quidem.*] Duo postrema verba in neutro quidem exemplari leguntur, legitima tamen esse apparet ex illis quæ sequuntur: *Frutex & casia est, juxtaque cinnami campos nascitur.* Pint.

f *Reliquum mercator, &c.*] Legend. *reliquum mercator massa condit.* Vel: *reliquo mercator massas condit.* massas condit cinnamomi sarmentis, ut eas avehat mercator. Salmas. pag 406. a.

g *Ad longitudinem palmi.*] Theophr. c. 5. l. 9. hist. *Dalec.*

a Propter

ita ordine. Vilissimum, quod radicibus proximum, quoniam ibi minimum corticis, in quo summa [1] gratiæ. Qua de causa præferuntur cacumina, ubi plurimus cortex. Ipsum vero lignum in fastidio est, [a] propter origani acrimoniam: xylocinnamomum vocatur. Pretium est in libras xx. [b] Quidam cinnami duo genera tradidere, candidius, [2] nigriusque. Quondam præferebatur candidum, nunc contra nigrum laudatur, atque etiam varium præferunt candido. [3] Certissima tamen [4] æstimatio, ne sit scabrum, atque ut inter [5] sese tritum tarde frietur. [c] [6] Damnatur in primis molle, aut cui albet cortex. Jus ejus [7] à Gebanitarum rege solo proficiscitur: is [8] edicto mercatu vendit. Pretia quondam fuere in libras denarium [9] mille. Auctum id parte dimidia est, [d] incensis, ut ferunt, silvis ira barbarorum. Id [10] acciderit ne ob iniquitatem præpotentium, an forte, non satis constat. Austros ibi tam ardentes flare, ut æstatibus silvas accendant, invenimus apud auctores. Coronas ex cinnamo interrasili auro inclusas, primus omnium in templis Capitolii atque Pacis dicavit Imperator Vespasianus Augustus. Radicem ejus magni ponderis vidimus in palatii templo,

1 gratia. *Dal.*
2 nigricansque. *Alii. & Ch.*
3 Certissimo. *Ch.*
4 æstimatione si sit scabr. &c. frangatur. *M.*
5 sestertium. *Ch.*
6 Damnatum, &c. aut cui labitur cortex. *Ch.*
7 ad Gebanitarum reges solos proficit: thuris edicto mercata venditur. *M.*
8 indicto. *V.*
9 millia. *Ch.*
10 acciderit ob. *Ch.*

a *Propter origani acrimoniam.*] Vel quod origanum olet, ut vult Dioscorides, vel quod origanum sapit. *Idem.*

b *Quidam cinnami.*] Theoph. duo, Dioscorides vero quinque genera Cinnamomi refert. Ex iis duo tantum peculiari nomine vocata, Mossyliticum, & Montanum, reliqua odore, colore, & aliis hujusmodi notis distincta. Casiæ idem Diosc. septem genera memorat, Auchy sive Daphnitin, hic Daphnoëidem, & Isocinnamum, quod bonitate & viribus æquet Cinnamomum, aut pretio: nam, quod inquit Galenus, cum Cinnamomum abest, ejus loco duplum Casiæ substituitur: Zigir, hic Balsamoden: Mossyliticum germen, id est, è Zeilan, hic lactam: Aphemon, hic unguentariam: Darca, Persis Dardimi, id est, Chinæ lignum: Citto, corrupte pro *Cuurdo*, quo nomine Zeilani vocant: & Pseudocasiam. *Idem.*

c *Damnatur in primis molle, aut cui albet cortex.*] Inter cinnami genera nullum apud auctores recensetur, cui cortex albidus sit. Lege: *aut cui abit cortex*, ὁ [illegible] φλοιζει). *Salmas.* pag. 406. a.

d *Incensis ut ferunt silvis ira barbarorum. Id acciderit ne ob iniquitatem præpotentium, an forte non satis constat.*] Confusissimus verborum contextus, simul & distinctio. scribendum puto: *incensis ut ferunt silvis. ira ne barbarorum ob iniquitatem præpotentium? an forte id acciderit, non satis constat.* Pint.

plo, quod fecerat Divo Augusto conjux Augusta, aureæ pateræ impositam: ex qua guttæ editæ annis omnibus in grana durabantur, donec id delubrum incendio consumptum est. Frutex & [1] casia est, juxtaque cinnami campos nascitur, sed in montibus crassiore sarmento, tenui cute verius, quam cortice, [a] [2] quem contra atque in cinnamo levari & [b] exinaniri pretium est. Amplitudo [3] fruticis trium cubitorum. Color triplex. Cum primum emicat, candidus pedali mensura: deinde [4] rubescit addito semipede: ultra nigricans. Hæc pars maxime laudatur, ac deinde proxima: damnatur vero candida. [c] [5] Consecant surculos [d] longitudine binûm cubitorum. Mox præsuunt recentibus coriis [6] quadrupedum ob id interemptarum, ut iis putrescentibus vermiculi lignum erodant, & [e] excavent [7] corticem tutum amaritudine. Probatur recens maxime, & quæ sit odoris [8] mollissimi, [f] gustuve quam maxime fervens potius, quam lento [9] tepore leniter mordens, colore [10] purpureo, quæque plurima minimum ponderis faciat, brevi tunicarum fistula, & non fragili. [11] Lactam vocant talem barbaro nomine. Alia est [g] [12] balsamodes, ab odore simili appellata,

1 casia est. *Ch.*
2 quem conteri (*leg.* alteri) atque in cinnamo levare pretium est. *M.*
3 frutici. *Ch.*
4 rufescit. *Ch.*
5 Tum secant. *V.*
6 boum. *Theophr.*
7 cortice tuto. *V.*
8 gravissimi. *Alii.*
9 tempore. *M.*
10 purpurea. *M. & Ch.*
11 Lædam. *Vet.* Ladam. *Ch.* *fortasse* achy, *ut apud Diosc.*
12 balsamoides. *Vet.*

a *Quem contra atque in cinnamomo levari pretium est.*] Codex Toletanus rectius *labare* legit, non *levari*. Ut non multo ante: *Damnatur in primis molli, aut cui labitur cortex.* Quod ergo illic dixit *labitur*, hic alio verbo, sed paris intellectus repetiit. *Pint.*

b *Exinaniri pretium.*] Tenue, ac gracile esse. *Dalec.*

c *Consecant surculos.*] Alia exemplaria, *Tum secant surculos.* scribo: *Cum secant surculos*, ex Theophrasto libro nono, ut statim liquebit. *Pint.*

d *Longitudine binum cubitorum.*] Lego *digitorum* non *cubitorum*, ex Theophrasto apertissime lib. 9. cap. 5. his verbis: *Cum itaque virgas secant longitudine binum digitorum aut paulo ampliores abscidere, recenteque bovis corio eas persuere. Tum ex eo lignis putrescentibus vermiculos nasci qui lignum erodant, corticem vero nullatenus tangant ob amaritudinem acrimoniamque odoris.* Hæc Theophrastus. quæ omnia vides, optime lector, hic à Plinio tralata. Præterea dictio sequens *mox*, cum minore scripta, præcedentibus assuenda est. *Idem.*

e *Excavent corticem.*] Fabulosum id est. *Dalec.*

f *Gustuve quam maxime fervens.*] Scribe *gustuque quam maxime fervens*, ex vetere lectione. *Pint.*

g *Balsamodes.*] Dioscoridi ῥοδίζουσα τῇ ὀσμῇ, quæ rosam odore imitatur, crassa, è purpureo nigricans, & præcipui quod idem ait, usus in medicina,

Zigir

pellata, ſed amara, ideoque utilior medicis, [a] ſicut nigra unguentis. Pretia nulli diverſiora. Optimæ in libras x. L. cæteris x. v.

CAP. XX.

De iſocinnamo, & cancamo, ac taro.

HIs addidere [1] mangones, quam [b] daphnoiden vocant, iſocinnamon cognominatam: pretiumque [2] ejus faciunt x. CCC. Adulteratur ſtyrace, & propter ſimilitudinem [3] corticum [4] lauri [5] tenuiſſimis ſurculis. [c] Quin & in noſtro orbe ſeritur: extremoque in margine [6] imperii, qua Rhenus [7] alluit, vivit in alveariis apum ſata. Color abeſt ille torridus ſole, & ob id ſimul idem odor. Ex confinio caſiæ cinnamique & [d] cancamum ac [e] tarum invehitur, ſed per Nabatæos [f] [8] Troglodytas, [g] qui conſidere ex Nabatæis.

1 mangoniis quam daphnidis. *Ch.*
2 ei. *Ch.*
3 cortice. *Vet.*
4 laurus. *Ch.*
5 teneriſſimis. *M.*
6 per id quod Rhenus. *M.*
7 alluit. Vidi, &c. ſatam. *Vet.*
8 Troglodytaſque confines Nab. *M.* confines qui conſidere. *Vet.*

CAP. XXI.

De ſerichato, & gabalio, & de myrobalano.

EO comportatur & ſerichatum, & gabalium, quæ intra ſe conſumunt Arabes, noſtro orbi tantum nominibus cognita, ſed cum cinnamo caſiaque

Zigir nomine, vel, ut apud Gal. legitur lib. de Antidotis, Gizi. *Zangues* Nigros Arabes vocant. Colligit eam gens inſulæ Zeilam quæ nigra eſt. Inde nominis ratio. In Malavar Cais manis, id eſt, dulce lignum, vocant. Hinc Caſiæ nomen. *Dalec.*

a *Sicut nigra.*] Ἄφημον, quaſi minime fama claram vocat Dioſcorides. *Id.*

b *Daphnoiden.*] Dioſcor. primum Caſiæ genus, quod *Achy* Barbari vocant, à negotiatoribus Alexandrinis *Daphnitin* vocari ſcribit, quod lauri cortici ſimilis ſit. *Idem.*

c *Quin & in noſtro.*] Caſia, Lavendula noſtra, Theophraſti alba Caſia: eidem nigra noſtra, libanotis coronaria. Caſiam Hyginii, quæ Theophraſto Cneorum eſt, cum Indica negligenter Plinius hic confundit. *Idem.*

d *Cancamum.*] Cancamum, Luſitanis: hodie *Anime.* Idem.

e *Tarum.*] Tarum hodie Luſitanis *Aquila brava*, id eſt, Agallochum ſilveſtre: lignum odoratum, Agallocho vero nonnihil ſimile. Naſcitur in promontorio Comorin, quod olim Cori nuncuparunt, & in Zeilam inſula. In Malaca Agallochum *Garo* vocant, inde ſumptum Tari nomen. Garc. c. 16. 1. *Idem.*

f *Troglodytas.*] Sic Chinenſes vocat. *Idem.*

g *Qui conſidere ex Nabatæis.*] Hæc verba in exemplari Salmanticenſi ſuperfluunt. *Pint.*

a *Seriche-*

que nascentia. Pervenit tamen aliquando [a] serichatum, & in unguenta additur ab aliquibus. Permutatur in libras x. vi. Myrobalanum Troglodytis, & Thebaidi, & Arabiæ, quæ Judæam ab Ægypto disterminat, commune est, nascens [b] unguento, ut ipso nomine apparet. Quo item indicatur

1 grandem ejus arborem. M.

& [1] glandem esse arboris, [c] heliotropio, quam dicemus inter herbas, simili folio. Fructus magnitudine avellanæ nucis. Ex his in Arabia nascens Syriaca appellatur, & est candida. Contra in Thebaide nigra. Præfertur illa bonitate olei, quod exprimitur: sed copia Thebaica. Inter hæc Troglodytica vilissima est. Sunt qui Æthiopicam iis præ-

2 glandem nigram nec ping. M. & Cb. glande nigra ac pingui. Dal.
3 esse ajunt, &c. Dal.
4 crassiore. Cb.
5 rubenti. Dal.
6 nascitur. Cb.
7 montuosa. M. & Cb.

ferant, [2] glandem nigram ac pinguem, nucleoque gracili, [d] sed liquore, qui exprimitur, odoratiori, nascentem in campestribus. Ægyptiam pinguiorem [3] esse, & [e] [4] crassiori cortice [5] rubentem: & quamvis in palustribus [6] nascatur, breviorem sicciore mque. E diverso Arabicam viridem ac tenuiorem, & quoniam sit [7] montosa, [f] spissiorem. Longe autem optimam Petræam, ex quo diximus oppido, nigro cortice, [g] nucleo candido. [h] Unguentarii

a *Serichatum.*] Serichatum quidam esse conjectantur nostrum *Benivinum*: Gabalium vero, *Caphuram*. Alii Sericatum Santalum flavum, à Serici crudi colore: Cabalium vero, Benivinum. *Dalec.*

b *Unguento.*] Vide Theophr. c. 1. l. 4. hist. & libro de odoribus. *Idem.*

c *Heliotropio.*] Dioscoridi myricæ similis est. Theophrast. loco citato folium myrto simile est, sed longius. *Idem.*

d *Sed liquore.*] Quod vitium est. Prorsus enim odoris expertem oportet esse liquorem eum. *Idem.*

e *Crassiori cortice.*] Rubenti. Tali fere colore est durum putamen. Vide ann. ad ult. hoc caput. *Idem.*

f *Spissiorem.*] Densiori & firmiori cortice. *Idem.*

g *Nucleo candido.*] Falsum id est. Nucleos utrique premunt: sed unguentarii absque igne & aqua calida, ut quod fluit oleum alienæ prorsus qualitatis expers sit, nec rancescat: medici affusa calida, ut plus olei extundant. Quidam cortices premi censent, non eliciendi olei gratia, quod nullum habent, sed ut unguentis sint pro stymmate. *Idem.*

h *Unguentarii autem.*] Lego, *unguentarii autem exuto cortice premunt, affusa eis paulatim calida aqua. medici nucleis tusis utuntur.* Sic porro vocat ἐκκοπτείσης καὶ ἐκθλιβείσης πίεσμα apud Dioscoridem, tusæ & expressæ fæcem. Fefellit Plinium corrupta Theophrasti litera, τοῦ καρποῦ δὲ τοῖς κελύφεσι χρῶνται οἱ μυρεψοὶ κόπτοντες. οὐδὲν γὰρ ἔχει· τὸν δὲ καρπὸν αὐτοῦ ἀχρεῖον: pro quibus lego, τοῦ καρποῦ δὲ σὺν τοῖς, &c. κόπτοντες.

tarii autem tantum cortices premunt: medici nucleos, [1] tundentes affusa eis paulatim calida aqua.

1 tundendo. Dal. medici nucleos tundunt, affusa. M. tundentes adfusa paul. Ch.

CAP. XXII.

De phœnicobalano, & [a] calamo odorato.

[b] MYrobalano in unguentis similem proximumque usum habet [c] palma in Ægypto, quæ vocatur adipsos, viridis, odore mali cotonei, [d] nullo intus ligno. [e] Colligitur autem paulo ante, quam incipiat maturescere. [2] Quod relinquitur, phœnicobalanus vocatur, & nigrescit, vescentesque inebriat. [f] Myrobalano pretium in libras x. [g] bini. Institores & [h] fæcem unguenti hoc nomine

2 Quod si relinquatur. M. & Ch.

κόπτοντες· ἀλλ' ὅτι γὰρ χαρπὸς. ὁ δὲ καρπὸς ἐσθίειν ἀχρεῖος. Unguentarii putamine non utuntur, sed tuso fructu. Is enim odorum suavitatem retinet. Est autem edendo inutilis. c. 2. l. 4. histor. *Idem*.

a *Calamo odorato.*] Ob ejus elaten odoratam, qua in spissamentis utuntur unguentarii. *Idem*.

b *Myrobalano in.*] Rondeletius apud Dioscor. putavit Arabicam Myrobolanum non esse intelligendam unguentariam, sed nostrarum officinarum flavam myrobalanum palmulæ valde similem. Legendum puto, *Myrobalano unguentaria similem proximamque figuram habet*. Dioscorides enim ait palmæ fructum παρεμφερῆ τῇ ἀραβικῇ μυροβαλάνῳ, nempe figura similem esse, quod ad eundem usum in unguentis Plin. negligenter refert. *Idem*. *Myrobalano in unguentis similem, &c.*] Vide quæ Salmas. ibi observavit p. 463 b. 464. a, b.

c *Palma in Ægypto.*] Palmula Ægyptia medio suæ maturitatis tempore πόσιμος, quasi potus sive potio vocatur Dioscoridi, auctori ἄδιψος, quoniam humore multo plena non aliter sitim minuit, quam si bibatur aqua, nec caput tentat ac maturitate peracta à puniceo, sive phœniceo colore Phœnicobalanus dicitur; ac sic caput gravat, ut quod ait Solinus, sensus intercipiatur, gressus præpediatur, lingua retardetur, obsessæque mentis & corporis officiis, imitetur vitium ebrietatis. Had. Jun. c. 2. 5. *Dalec*.

d *Nullo intus ligno.*] Ἀπύρηνος. Aëtius cap. 30. lib. 11. id fieri tradit & natura, & arte: sed quænam ars fuerit non explicat: ossa reliquarum modo in balano non habet, c. 5. l. 23. De palmulis Diosc. ea scribit, quæ hic tradit Plin. nisi quod ille nusquam prodit os sive lignum intus nullum esse. Theophrastus c. 8. l. 2. Hist. in fructu palmæ candidum, nigrum, flavum colorem agnoscit: & alios sine ligno, alios cum ligno: quosdam cum ligno molli, quosdam cum duro esse testatur. Phœnicobalanum dictum volunt non à colore phœniceo seupuniceo, sed quasi palmæ glandem. *Idem*.

e *Colligitur autem, &c.*] *Colligitur autem paulo ante quam incipiat maturescere: quod si relinquatur phœnicobalanus, &c.* Vide Salmas. 471. a.

f *Myrobalano precium in libras x. bini.*] Codex Toletanus, *x. binis.* alia exemplaria *binas*, non *bini* aut *binis*. ut forte legendum sit, *bini asses*. ut infra cap. 27. *precium optimo in libras bini asses*. Pint.

g *Bini.*] Denarii. *Dalec*.

h *Fæcem.*] Fæcem, τρύγα, sive ὀπίστυγμα. *Idem*.

a *Calamus*

nomine appellant. [a] Calamus quoque odoratus [b] in Arabia nascens, communis [1] Indis atque Syriæ est: [2] in qua vincit [3] omnes, à nostro mari centum L. stadiis. [c] Inter Libanum montem, aliumque ignobilem, non (ut quidam existimavere) Antilibanum, [d] in convalle modica juxta lacum, cujus palustria æstate siccantur, tricenis [4] ab eo stadiis calamus & juncus odorati gignuntur. Sane enim dicamus & [e] de junco, quamvis alio herbis dicato volumine, quoniam tamen hic unguentorum materia tractatur. Nihil ergo à cæteris sui generis differunt aspectu: sed calamus præstantior odore, [f] statim è longinquo [5] invitat, mollior tactu, meliorque qui minus fragilis & qui assulose potius, quam raphani modo frangitur. [g] Inest fistulæ [6] araneum, quod vocant florem. Præstantior est, cui numerosius. Reliqua [7] probatio, [8] ut niger sit. Damnatur aliubi. Melior, quo brevior [9] & crassior, lentusque [10] in frangendo. Calamo pretium in libras XI. junco XV. Traduntque juncum odoratum & in Campania

1 Indiæ. *Dal.*
2 in qua vivit omnis. *V.*
3 annis. M. omnes. A nostro mari centum l. stadiis inter Liban. *Dal.*
4 in eo. *ex Theophr.*
5 invitat. Mollior tactu melior, & qui minus fragilis.
6 araneosum, *vel* arachnion *ex Dioscor.* araneus, quem, &c. numerosior.
7 probatio ut fulvus sit. Niger alias damnatur. Melior. *Dal.*
8 ne. M.
9 crassiorque & lentus. M. & *Ch.*
10 in mandendo. *Diosc.*

a *Calamus quoque.*] Calamus aromaticus, sive odoratus duplex est: alter Syriacus, ad ripas lacus Genesaretici, quem alii mare Galilææ, alii mare Tiberiadis vocant, nascens, à vulgari nihil dissimilis, præterquam quod, post quadragesimum diem siccatus, nonnihil flagrat: alter Indicus, descriptus à Diosc. olim, nuper à Garcia *Horto Lusitano*, diversissimus à Syriaco. Dionysius de Situ orbis ἐρυθραῖον vocat à colore, non ut Eusthathius putat, quod ejus altrix India Erythræo mari contermina sit. Dioscor. κιῤῥὸν esse tradit. Apud Vegetium, l. 4. de re veterinaria, Absyrtus in confectione pulveris quadrigarii calamum Syriacum & aromaticum, id est Indicum, memorat. Ea calami genera plurimum inter se discrepantia Plin. ignoranter miscuit ac confudit. *Guillandinus.*

b *In Arabia nascens.*] Plutarch. libro, Quod Bruta ratione utuntur, id quoque prodidit, sed errore manifesto. *Guilland.*

c *Inter Libanum.*] Hæc ad verbum ex Theoph. c. 7. l. 9. hist. Calamum aromaticum Arabes vocant *cassab offiri*, & *cassab Aiderina*. Guilland.

d *In convalle modica, &c.*] Lege: *in convalle modica juxta lacum cujus palustria æstate siccantur tricenis spatio stadiis, calamus & juncus odorati nascuntur.* Salmas. 1052. a.

e *De junco.*] Vide infra c. 18. l. 27. *Dalec.*

f *Statim è longinquo.*] Aliena fide Theoph. hoc scripsit, quod minime verum esse Guillandinus testatur, qui eam regionem peragravit. Idem scripsit & Vitruvius c. 3. l. 8. *Idem.*

g *Inest fistula araneum, &c.*] Vide Sarraceni notas in Dioscorid. p. 6. a. Mox leg. apud Plin. ibid. *lentusque in frangendo.* mallem, *in mandendo.*

a *Hammo-*

pania inveniri. Diſceſſimus à terris Oceanum ſpectantibus ad [1] convexas in noſtra maria.

1 devexas. *Dal.* converſas. *Alii.*

CAP. XXIII.

De hammoniaco & ſphagno.

ERgo Æthiopiæ ſubjecta Africa [a] Hammoniaci lacrymam ſtillat in harenis [2] ſuis: [3] inde & nomine etiam ab Hammonis oraculo, juxta quod gignitur [b] arbor, [c] quam [4] metopion vocant, reſinæ modo aut gummi. Genera ejus duo. [5] Thrauſton, maſculi thuris ſimilitudine, quod maxime probatur. Alterum pingue & reſinoſum, quod [d] phyrama appellant. Adulteratur harenis, velut naſcendo apprehenſis. Igitur quam minimis glebis probatur, & quam puriſſimis. Pretium optimi in libras [6] aſſes XL. [e] Sphagnos [7] infra eos ſitus in Cyrenaica provincia maxime probatur. Alii [f] bryon vocant: ſecundum locum obtinet Cyprius, tertium Phœnicius. Fertur & in Ægypto naſci: quin & in Gallia: nec dubitaverim. Sunt enim hoc nomine cani arborum villi, [g] quales in quercu maxime videmus, ſed odore præſtantes. Laus prima candidiſſimis atque [8] altiſſimis, ſecunda rutilis, nulla nigris. [9] Et in inſulis petriſque nati improbantur, omneſque quibus [10] palmarum, atque non ſuus [11] odor ſit.

2 ſuis reſinæ modo aut gummi: inde, &c. vocant. Genera ejus, &c. *Dal.*
3 inde nomine etiam Hammonis. *M. & Ch.* inde & nomen. *Vet.*
4 metopon. *M. & Ch.* agaſyllia. *Dioſc.*
5 Thrauſma. *Dioſc.*
6 aſſes XXX. *M.*
7 intra. *Dal.*
8 longiſſimis. *Dal.* cubitali longitudine. *Theophr.*
9 Et in haliphlœis pleriſque ex *Theophr.*
10 plantarum. *Dal.*
11 oderit. *Ch.*

CAP.

a *Hammoniaci.*] Vide cap. 6. lib. 24. *Dalec.*
b *Arbor.*] Ferulacea. Dioſc. *Idem.*
c *Quam metopion.*] Quam Agaſyllim vocant. Dioſc. *Idem.*
d *Phyrama.*] Collectis terra & calculis ſordidum. Dioſc. *Idem.*
e *Sphagnos.*] Sphlanchnon à Dioſcoride, Phaſcos is vocatur à Theophraſto c. 9. l. 3. hiſt. & poſthac c. 6. l. 24. *Idem.*
f *Bryon.*] Græci σφάγνον, σφάκνον, σπλάγνον, βρύον, φάσκον vocant, Soranus βρύον ἀρωματικὸν: Vide cap. 28. hujus libri. *Idem.*
g *Quales in.*] Ex omnibus quercuum generibus in Cerro ſolo, quem Ægylopem Græci vocant, gignuntur. c. 8. l. 16. & loco ſupra citato Theopnraſtus. *Idem.*

a *Cyprus.*]

CAP. XXIV.

De cypro, & aſpalatho, & maro.

[a] CYprus [1] in Ægypto eſt arbor ziziphi foliis, ſemine coriandri, [b] [2] flore candido odorato. Coquitur [3] hoc in oleo, premiturque poſtea quod [4] Cyprus vocatur. Pretium ei in [5] libras quinque. Optimum habetur [6] è Canopica in ripis Nili [7] nata: ſecundum Aſcalone Judææ: tertium Cypro inſula odoris [8] ſuavitate. Quidam hanc eſſe dicunt arborem quæ in Italia liguſtrum [9] vocetur. [c] In eodem tractu aſpalathos naſcitur, ſpina candida, magnitudine arboris modicæ, [d] flore roſæ. Radix unguentis expetitur. [e] Tradunt, in quocunque frutice curvetur arquus cœleſtis, eandem [10] quæ ſit aſpalatho, ſuavitatem odoris exiſtere, ſed in aſpalatho [f] inenarrabilem quandam. Quidam eum Eryſiſceptrum vocant, alii [11] ſceptrum: probatio ejus [12] in colore ruſſo vel igneo, tactuque ſpiſſo, & odore caſtorei. Permutatur in libras xv. In Ægypto naſcitur & maron, pejus quam Lydium, majoribus foliis ac variis. Illa brevia ac minuta & odorata.

1 Cypros. *M. & Ch.*
2 flore, *in Ch. d.*
3 hic. *Dal.* *flus, nempe.*
4 Cyprinum. *Dal.*
5 libras x. quinque. *Alii.* libras xv. *Ch.*
6 Canope. *Dioſc.*
7 natum. *Dal.*
8 ſuavitate præcipuum. *Dal.*
9 vocatur. *Dal.*
10 quæcunque ſit aſpalathi. *M.* quæ ſit aſpalathi. *Ch.*
11 ſceptrum Holyſæ (Elyſium) cujus probatio eſt in. *M.*
12 eſt in. *Ch.*

CAP.

a *Cyprus.*] Vide infra c. 4. l. 23. *Dalec.*

b *Flore candido.*] Inde Virgilio:
Alba liguſtra cadunt, &c.
Ovid. 13. Metamorph.
Candidior folio nivei Galathea liguſtri.
Ut quod flori Virgilius, foliis Ovidius tribuat. *Idem.*

c *In eodem.*] In Iſtro, Niſyro, Syria, Rhodo. *Idem.*

d *Flore roſa.*] Apud Dioſc. id non legitur. *Idem.*

e *Tradunt, in quocunque, &c.*] Legend. *Tradunt in quocunque frutice curvetur arcus cœleſtis, eandem quaque ſit aſpalathi ſuavitatem odoris exiſtere, ſed ſi in aſpalatho, inenarrabilem quandam.* i.e. ſed ſi in aſpalatho curvetur. *Salmaſ.* p. 397. b. *Tradunt, in quocunque.*] Ariſtot. in probl. Sect. Quæſt. 2. *Dalec.*

f *Inenarrabilem.*] Perpetuo verum hoc non eſſe vide apud Rhod. c. 31. 22. Inde, nec abſque ratione, quidam non ἐρυσίσκηπτρον vocandum cenſent, ſed ab incubitu & innixu Iridis, ἱερόσκηπτρον. Plutarch. in Sympoſiacis, Quæſt. 2. l. 4. vide c. 13. l. 24. *Idem.*

a Uni

CAP. XXV.

De Balsamo, & opobalsamo, & xylobalsamo, & styrace, & galbano.

SEd omnibus odoribus præfertur balsamum, [a] uni terrarum Judææ concessum, quondam in duobus tantum hortis, [b] utroque regio, altero jugerum xx. non amplius, altero pauciorum. Ostendere [1] arbusculam hanc urbi imperatores Vespasiani. Clarumque dictu, à Pompeio Magno, [c] in triumpho arbores quoque [2] duximus. Servit nunc hæc, [3] & tributa pendit cum sua gente, in totum alia natura, quam nostri externique prodiderant. Quippe viti similior est, quam myrto. [d] Malleolis seri dicitur, nuper [4] vincta, ut vitis: [5] & [e] implet colles vinearum modo, quæ sine adminiculis se ipsæ sustinent. Tondetur similiter [6] fruticans, ac rastris nitescit, properatque nasci, intra tertium annum fructifera. Folium [7] proximum rutæ, perpetua coma. Sæviere in [8] eandem Judæi, sicut in vitam quoque suam. Contra defendêre Romani, & dimicatum pro frutice est. Seritque nunc [9] eam fiscus: nec unquam fuit numerosior, aut procerior. [f] Proceritas intra bina cubita subsistit. [g] Arbori tria

1 arbutum hanc. *Ch.*
2 ductas. *Alii.*
3 ac. *Ch.*
4 juncta. *Vet.* dicta. *Ch.*
5 at nunc implet. *Dal.*
6 fructificans. *M.* & *Ch.*
7 proxime tuberi. *Ch.*
8 eam. *Ch.*
9 eum. *Ch.*

a *Uni terrarum Judææ.*] Et Ægypto, Dioscor. Strabo lib. 16. silvestre nasci tradit in maritimis Sabæorum. Pausanias in Bœoticis balsami arbores in Arabia describit, myrtorum magnitudine, foliis amaraci. Vide reliquam historiam viperarum sub ejus fronde latitantium, quam longum esset hic adscribere. *Dalec.*

b *Utroque regio.*] Theophrast. cap. 6. lib. 9. hist. *Idem.*

c *In triumpho.*] Mithridatico triumpho Ebenum is ostendit. Supra cap. 4. hujus libri. *Idem.*

d *Malleolis seri dicitur nuper vincta.*] Apographum Toletanum, *Malleolis seri dicit nuper victa.* Scribo, *Malleolis seri didicit nuper victa.* Pint.

e *Implet colles, &c.*] Dalecampius legit, *& nunc implet colles vinearum modo, &c.* inepte. quasi non & ante victoriam Romanorum colles impleret balsami frutex. Præcedit: *quippe viti similior quam myrto Malleolis seri dicitur, nuper vincta, ut vitis.* hæc falsa: nam sequitur: *& implet colles vinearum modo, quæ sine adminiculis se ipsa sustinent.* si sine adminiculis se ipsa sustinet hæc arbuscula, quid opus eam vinciri? frustra vinciatur, quæ adminiculatione non eget. *Salmas.* p. 586. a.

f *Proceritas intra bina.*] Punicæ magnæ Theophrast. Cyliso & Terebintho similis. Strabo lib. 16. *Dalec.*

g *Arbori.*] Xylobalsamo. *Idem.*

tria genera. Tenui & capillacea coma, quod [1] vocant eutheriston. Alterumque scabro aspectu, incurvum, fruticosum, odoratius: hoc trachy appellant. Tertium eumeces, quia est reliquis procerius, lævi cortice. Huic secunda bonitas, novissima eutheristo. [a] Semen [2] ejus vino proximum gustu, colore ruffum, nec sine pingui: pejus in grano, quod levius atque viridius. Ramus crassior, quam myrto. Inciditur vitro, lapide, osseisve cultellis. [3] Ferro lædi vitalia odit. Emoritur protinus, eadem amputari supervacua patiens. [b] Incidentis manus libratur artifici temperamento, ne quid ultra corticem violet. [c] Succus è plaga manat, quem opobalsamum vocant, suavitatis eximiæ, sed tenui [4] gutta, ploratu lanis parva colligitur in cornua. Ex [5] iis novo fictili conditur crassiori similis oleo, & in musto candida. [6] Rubescit deinde, simulque [7] durescit è translucido. Alexandro Magno res ibi gerente, toto die æstivo unam concham impleri justum [8] erat. [d] Omni vero fœcunditate è majore horto congios senos, minore singulos, cum [9] duplo rependebatur argento. [e] Nunc etiam singularum arborum [10] largior vena, ter omnibus percutitur æstatibus, postea deputatur. [f] Et sarmenta quoque in merce sunt.

1 Vocatur eutheristrum. *Cb.*
2 Est. *M & Cb.*
3 Ferrum odit. Læsis vitalibus emoritur, &c. Moritur. *M.*
4 gutta. Ploratus. *V.* sed tenuis guttæ ploratu. Lanis. *M.*
5 his nova. *Cb.*
6 Rufescit. *Cb.*
7 durescit & translucida. *V.* durescit & translucet, *vel* durescens translucet.
8 erat, magna fœcunditate: annis vero singulis. *Ex Diosc.* erat. Anni vero fœc. è ma. hor. con. senos singulis annis, cum & duplo. *Alii.*
9 duplo repend. argentum. *M. & Cb.*
10 longior. *Cb.*

a *Semen*] Carpobalsamum. *Dalec.*

b *Incidentis manus libratur artifici temperamento, &c.*] *Artifex temperamentum & artifex plaga*, quæ cum artificio facta est. *Salmas.* pag. 591. a. Statim, quod sequitur, sic legend. *toto die æstivo unam concham impleri justum erat homini. anni vero fœcunditate, &c.* idem ibid. b.

c *Succus è plaga.*] Vid. infra c. 4. l. 23. *Dal.*

d *Omni vero fœcunditate, &c.*] Budæus lib. 5. de Asse, sic leg. *Anni vero fœcunditate è majore horto congios senos singulis annis, cum & duplo, &c.* Vide Sarracen. in Dioscorid. p. 6. b.

e *Nunc etiam singularum arborum largior vena, ter omnibus percutitur æstatibus, postea deputatur.*] Tunc temporis dicit, vel singularum arborum venam largius balsamo sudasse, majoremque balsami copiam dedisse, quam duos hortos illos, qui soli erant ætati Alexandri. septenos congios hi reddebant. hoc unum est τῶν ἀδυνάτων. *Salmas.* 593. Sequitur, quod ita legend. *dcc. HS. amputatio ipsa surculique veniere intra quintum devicta annum.* hoc est, septingenties sestertio. Vide *Salmas.* pag. 593. b.

f *Et sarmenta quoque, &c.*] Legend. *Et sarmenta quoque in merce sunt. dcc. sestertio amputatio ipsa surculique veniere intra quintum devicta annum.* Vide Salmas. pag. 582. a.

a DCCC.]

sunt. [a][1]DCCC. amputatio ipsa surculusque [2]venit [b] intra quintum demum annum. Xylobalsamum vocatur, & coquitur in unguentis: pro succo ipsum substituêre officinæ. Corticis etiam ad medicamenta pretium est. Præcipua autem gratia lacrymæ, secunda semini, tertia cortici, minima ligno. Ex hoc [3] buxosum est optimum, quod est odoratissimum: è semine autem maximum & ponderosissimum, mordens gustu, fervensque in ore. Adulteratur [c] Petræo hyperico, quod [4] coarguitur magnitudine, [5]inanitate, longitudine, odoris ignavia, sapore piperis. Lacrymæ probatio, ut sit pinguis, tenuis, ac modice russa, & in fricando odorata. Secundus candido colos, pejor viridis [6] crassusque, pessimus niger. Quippe ut oleum senescit. Ex omni [7] incisura maxime probatur, quod ante semen fluxit. Et alias adulteratur semine [8] suo, vixque maleficium deprehenditur gustu amariore. Esse enim debet [9] lenis, non subacidus, odore tantum austerus. Vitiatur & [10] oleo rosæ, [11] cyperi, lentisci, balani, terebinthi, myrti, resina, galbano, [12] cera Cypria, prout quæque res fuit. [d] Nequissime autem gummi, [13] quoniam ipsum quoque inhærescit manu inversa, & in aqua sidit: quæ probatio [14] ejus gemina est. [15] Debet sincerum & inhærescere: sed hoc & gummi addita fragili crusta evenit. Et gustu deprehenditur. Carbone vero, quod cera resinaque

1 DCCCC. V; DCCIII. Cb.
2 vænit. *Dal.* venire (*leg.* vænie-re) intra quintum devictæ an. *Cb.*
3 ξυλώδη *Diosc.* πυξώδης *videtur legisse Plinius.*
4 sua arguitur. *M.*
5 inanitate, latitudine, seu longitudine. *V. quæ indicant vocem longitudine irrepsisse.*
6 cæsiusque. *Dal.*
7 inclusura. *Cb.*
8 seminis succo. *Cb.*
9 lævis. *Diosc.*
10 unguento. *Diosc.*
11 cypri. *M. & Cb.*
12 cerato Cyprino, aut myrtino. *Diosc.*
13 quoniam inarescit in manu inversa. *Cb.*
14 ejus *in M. d.*
15 Debet sincerum & inarescere. *Cb.* Debet enim sincerum inarescere. *Vet.*

a DCCC.] *Alii*, Denariis trecentis. *Dal.*

b *Intra quintum demum annum.*] Ambo exemplaria, *Intra quintum devictæ annum*, nec *venit* legunt statim ante, sed *vaniere.* Pint.

c *Petræo hyperico.*] Semine Hyperico simili, quod à Petra oppido defertur. Dioscor. *Dalec.*

d *Nequissime autem, &c.*] Lege: *Nequissime autem gummi, quoniam inarescit in manu inversa, & in aqua sidit, quæ probatio est gemina. Debet sincerum & inarescere, sed hoc è gummi arescere addita fragili crusta evenit, & gustu deprehenditur.* Inarescere dicuntur quæ calore densantur & congelantur, ut de sale lyncurio & bitumine notavimus, quæ omnia vi ardoris coëunt in duritiem lapidis: nequissime autem balsamum gummi adulterari dicitur, quia difficillime deprehenditur. *Salmas.* 494. a. Sequitur: *Carbone vero, quod cera resinaque adulteratur, est nigriore flamma.* id est, nigriorem flammam habet, cum uritur. *Idem ibid.*

que [1] adulteratum est, nigriori flamma. [a] Nam melle mutatum statim contrahit muscas. Præterea [2] sinceri densatur in tepida aqua gutta sidens ad ima [3] vasis, adulterata olei modo innatat: & si metopio [4] vitiata est, circulo candido cingitur. Summa probatio est, ut lac coagulet, in veste maculas non faciat: nec manifestior alibi fraus. [b] Quippe millibus denarium sextarii empti: vendente fisco trecenis denariis væneunt. In tantum expedit augere liquorem. [c] Xylobalsamo pretium in libras [5] VI. Proxima Judææ Syria [6] supra Phœnicen styracem gignit, circa Gabala & Marathunta & Casium Seleuciæ montem. Arbor est eodem nomine, cotoneo malo [7] similis, lacrymæ ex austero jucundioris, [d] intus similitudo harundinis, succo prægnans. In hanc circa Canis [8] ortum advolant [e] pennati vermiculi erodentes: ob id in scobe sordescit. [f] Styrax laudatur [g] post supra dicta ex Pisidia, [9] Sidone, Cypro,

1 adulteratur, è nigriori. *M.* adulteratur, est nigriore. *Cb.*
2 sincera. *V. M.*
3 vasa. *Cb.*
4 vitiatum est. *M.*
5 xv. *M.* & *Cb.*
6 super. *M.*
7 similis, succo prægnans, lacrymæ, &c. harundinis. In hanc circa, &c.
8 ortus. *M.* & *Cb.*
9 Side. *Cb.*

a *Nam melle mutatum, statim contrahit muscas.*] Adde *manu*. *Nam melle mutatum statim manu contrahit muscas*, ex utroque exemplari, ut paulo ante: *quoniam & ipsum quoque inarescit in manu inversa*. Pint.

b *Quippe millibus, &c.*] Legend. *Quippe millibus denariûm, sextarii empti vendente fisco trecenis denariis væneunt*. Sextarii empti trecenis denariis vendente fisco, millibus denarium vænibant vendentibus institoribus, qui à fisco emerant: hinc fraus manifesta institorum. *Salmas.* p. 592. a.

c *Xylobalsamo pretium, &c.*] Lege: *Xylobalsamo pretium in libras x. v.* hoc est, denarii quini. *Salmas.* p. 593. b.

d *Intus similitudo.*] Plin. cur *χαλαμίτης* vocetur dicere conatus est, sed absurde. Non enim ratio nominis est, quod arundini similis sit, sed quod arundinibus obvolutus & circumseptus afferretur. Ideo autem arundinibus recondebatur, ut & cætera olim odorata, ne expiraret, & vires amitteret, quod & de Dictamno Cretico Theophrastus scriptum reliquit c. 16. l. 9. hist. *Dalec.*

e *Pennati vermiculi.*] Satyracen quoque vermiculatum cognomine Scoleticen, in magno pretio fuisse Dioscor. testatur apud imperitos. *Idem.*

f *Styrax laudatur, &c.*] Legend. *Styrax laudatur post suprascripta ex Pisidia, Cypro, Cilicia, Creta: minime ex Amano Syriæ medicis, sed, &c.* Dicit minime laudari medicis qui ex Amano Syriæ veniebat, sed unguentariis magis, quia fortasse magis succosus esset, ideoque unguentis & χρίσμασιν utilior. *Salmas.* pag. 545. b. Et paulo post, lege: *vel gummi alia, melle aut amygdalis amaris*. Mox legend. *pretium optimo x. viij.* id est, denarii octo. *Salmas.* ibid.

g *Post supra dicta ex Pisidia, Sidone, Cypro, Cilicia, Creta.*] Scribo, *Post supradicta ex Pisidia. Sed & Cypro, Cilicia, Creta*, ex apoghrapho Tolet. rectissime: provinciæ enim hic, non civitates enumerantur. *Pint.*

a *Exit*

pro, Cilicia, [1] Creta minime. Ex Amano Syriæ medicis, ſed unguentariis magis. [2] Colos in quacunque natione præfertur ruffus, & pinguiter lentus: deterior furfuroſus, & cano ſitu obductus. Adulteratur cedri reſina vel gummi, alias [3] melle, aut amygdalis amaris: omniaque ea deprehenduntur guſtu. Pretium optimo XIX. [a] Exit & in Pamphylia, ſed [4] aridior, minuſque ſuccoſus. [b] Dat & galbanum Syria in eodem Amano monte [5] è ferula, quam ejuſdem nominis reſinæ modo ſtagonitin appellant. Quod maxime laudant, cartilaginoſum, purum ad ſimilitudinem [6] Hammoniaci, minimeque lignoſum. [7] Sic quoque adulteratur faba aut [8] ſagapeno. Sincerum ſi uratur, fugat nidore ſerpentes. Permutatur in libras [9] V. Medicinæ hoc tantum.

1 Creta: minime, ex Amano. *Dal.*
2 colore, &c. ruffus, pingui, & lentius. *Dal.*
3 ἴψου (male vulgo ἴψεως) ἀποσαθρωθῇ. *Diosc.* melle, & am. *Dal.*
4 acrior. M.
5 è ferula ejuſdem nominis reſinæ modo, quam ſtagonitin appellant. *Dal.*
6 thuris. *Diosc.*
7 Hoc.
8 hammoniaco. *Diosc.*
9 XV. M. & *Ch.*

CAP. XXVI.

De panace, & ſpondylio, & malobathro.

PAnacem & [c] unguentis eadem gignit, naſcentem & in [10] Pſophide Arcadiæ, circaque Erymanthi fontes, & in Africa, & in Macedonia: ferula ſui generis V. cubitorum, foliis [11] primo quaternis, mox ſenis in terra jacentibus, [d] ampla magnitudine rotundis, in cacumine vero oleagineis, ſemine in muſcariis dependente, ut ferulæ: excipitur ſuccus inciſo caule meſſibus, radice in autumno: laudatur

10 Phocide. *Diosc.* Phonea. *Vet.*
11 *Lego,* primo ternis, mox quinis, &c. *ſic enim oriuntur.*

a *Exit & in Pamphylia, &c.*] Legend. *exit in Pamphylia, ſed acrior, minuſque ſuccoſus.* Salmaſ. pag. 545.a.

b *Dat & galbanum, &c.*] Legend. *Dat & Galbanum Syria in eodem Amano monte, è feruiaque eiuſdem nominis, reſinæ modo ſtagonitin appellant.* Χαλβάνην σταγονῖτιν maxime laudari dicit, quæ ita dicitur, quod guttatim fluit. nam σταγόνες ſunt guttæ. *Salmaſ.* pag. 352.a. *Dat & galbanum Syria*] Vide infra cap. 5. lib. 24. Theophr. cap. 7. lib. 9. hiſt. ferulam eam *Paco* vocari tradit. Dioſcor. vero à quibuſdam nominari *Metopion.* Rotundum & maſculum thus Dioſc. *Stagonian* vocat. *Dalec.*

c *Unguentis.*] Imo potius medicinæ quam unguentorum deliciis. Eſt enim odoris ingrati. Vide infra cap. 4. lib. 25. *Idem.*

d *Ampla magnitudine rotundis.*] Ficulneis ſimilibus. Dioſcor. *Idem.*

 a *Spondylion.*]

laudatur candor [1] ejus coacti. Sequens pallido statera. Niger color improbatur. Pretium optimo in libras [2] bini asses. Ab hac ferula differt, quæ vocatur [a] Spondylion, foliis tantum, quia sunt minora, & platani divisura. Non nisi in opacis gignitur. Semen eodem nomine filis speciem habet, medicinæ tantum utile. [b] Dat & malobathron Syria, arborem folio convoluto, [3] arido colore: ex quo [c] [4] exprimitur oleum ad unguenta, fertiliore ejusdem Ægypto. Laudatius [5] tamen ex India venit. In paludibus ibi gigni tradunt [d] lentis modo, odoratius croco, nigricans, scabrumque, quodam salis gustu. Minus probatur candidum. Celerrime situm in vetustate sentit. Sapor ejus nardo similis esse debet sub lingua. Odor vero in vino suffervefacti antecedit alios. In precio quidem prodigio simile est, [6] à singulis ad [7] ccc. pervenire libras: [8] oleum autem ipsum in libras [9] lx.

1 ejus recenter coacti. Sequitur pallor siccato. ξηρανθεὶς κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν περιοίζει. Diosc.
2 x. bini. M. & Ch.
3 colore aridi foli. Ch.
4 premitur. M. lege, paratur.
5 tamen in M. d.
6 à x. singulis. M.
7 x. ccc. Ch.
8 folium. M. & Ch.
9 lxx. M. L. Ch.

Cap: XXVII. *De oleo Omphacio.*

Oleum [10] & omphacium est. Fit duobus generibus & totidem modis, ex olea, & vite: olea adhuc alba expressa: deterius ex druppa: ita vocatur priusquam cibo matura sit, jam tamen colorem mutans. Differentia, quod hoc [e] viride est, illud candidum. E vite fit [11] psythia aut amminea, cum sint acini ciceris, magnitudine ante Canis ortum. [f] In prima lanugine demetitur [12] uva, ejusque mel-ligo.

10 Lege unguentis idoneum & oleum omphacinum est. Fit quidem omphacium duobus, &c.
11 Thasia. Diosc.
12 juba. Ch.

a *Spondylion.*] Vide cap. 6. lib. 24. *Dalec.*

b *Dat & Malobathrum Syria, arborem folio convoluto.*] Hoc falsissimum: nam sola India hoc mittit. Vide *Salm.* 1061 a. *Dat & malobathron.*] Vide infra cap. 4. lib. 23. *Petalion* Plauto in Curcul. *Folium* Latinis: unde *foliatum unguentum*, cap. 1. lib. sequentis.

Tu stacte, tu cinnamum, tu rosa es, tu crocum, tu casia es, tu petalium. Daloc.

c *Exprimitur.*] Imo conditur. *Idem.*

d *Lentis modo.*] Lenticulæ palustris modo aquis innatare. *Idem.*

e *Viride.*] E druppa. Vide c.6.l.24. *Idem.*

f *In prima lanugine.*] Cum nondum nigrescit, Diosc. μήπω περκάζουσα: incipientis uvæ pubertatem vocat in procemio l.23. *Idem.*

a *Nocturni*

ligo. Reliquum corpus sole coquitur. [a] Nocturni rores caventur. In fictili condita [b] melligo [1] colligitur: subinde Cyprio ære servatur. Optima, quæ rufa, acriorque, & aridior. Pretium omphacio in libras [2] VI. Fit & alio modo, cum in mortarii uva immatura teritur: siccataque in sole, postea degeritur in pastillos.

1 colitur. M.

2 x.VI.M. XVI. Cb.

CAP. XXVIII.

De bryo & œnanthe, & de elate arbore, & cinnamo caryopo.

EOdem & bryon pertinet, uva populi albæ. [c] Optima circa Gnidum aut Cariam in sitientibus aut siccis asperisque: secunda in Lyciæ cedro. Eodem & œnanthe pertinet. Est autem vitis labruscæ uva. Colligitur, [3] cum floret, id est, cum optime olet. Siccatur in umbra substrato linteo, atque [4] in cados conditur. Præcipua ex Parapotamia: secunda ab Antiochia, atque Laodicea Syriæ: tertia ex montibus Medicis. Hæc utilior medicinæ. Quidam omnibus iis præferunt eam, quæ in Cypro insula nascitur. Nam quæ in Africa fit, [d] ad medicos tantum pertinet, vocaturque massaris. [5] Omnis autem ex alba labrusca præstantior, quam è [6] nigra. [e] Est præterea arbor

3 cum flore, cum optime. V. cum flore, id est, cum. Cb.

4 ita cadis conditur. M.

5 Omnibus. M. & Cb. Omnino.

6 nigra est præterea, &c. pertinet.

a *Nocturni rores caventur.*] Quoniam concrescere succum non sinunt. Dioscor. *Idem.*

b *Melligo.*] Melliginem τὸν χυλὸν ἐκθλιβόμενον Dioscor. vocat, succum expressum. Qua de causa Plinius melliginem vocet, incompertum. Qui dictionaria ediderunt melliginem interpretantur fructuum immaturorum, & vix delapso flore; succum expressum: eodem vocabulo auctor utitur cap. 6. lib. superioris, sed alia significatione. *Idem.*

c *Optima circa Gnidum.*] Optimum Bryon Cedrinum, deinde Populneum, λεύκινον ex Dioscor. Plinius legisse videtur λεύκιον. Jam antea c. 23. de Phaseo se sive Splachno, quod idem est cum Bryo, Plinius disseruit. Vide & c. 6. l. 24. *Idem.*

d *Ad medicos tantum pertinet.*] Odoribus tantum gigni idem scribit in fine procemii lib. 23. *Idem.*

e *Est præterea arbor ad eadem, &c.*] Fallitur Plinius multiplici τῆς ἐλάτης significatione. Est autem Elate ad unguenta pertinens, sive σπάθη Archigeni lib. 2. κατὰ τόπους, φοίνικος σπάθιον, gliscentis palmæ floris involucrum, & tegumentum. *Idem. Est præterea arbor ad eadem unguenta, &c.*] Vide *Salmas.* pag. 464. b.

arbor ad eadem unguenta pertinens, quam alii elatem vocant, quod nos abietem, alii palmam, alii spathen. Laudatur Hammoniaca maxime, mox Ægyptia, dein Syriaca, duntaxat in locis sitientibus odorata, [a] pingui lacryma, quæ in unguenta additur [b] ad domandum oleum. [c] In Syria gignitur & cinnamum, quod [1] caryopon appellant. [d] Hic est succus [2] nuci expressus, multum [3] à surculo veri cinnami differens, vicina tamen gratia. Pretium in libras asses quadraginta.

1 comacum. Ch.
2 nucis. M.
3 masculo vero. Ch.

a *Pingui lacryma.*] Lacrymam Elate non sudat, sed, ut ait Dioscor. λιπαρὸν τὸ ἐντὸς ἔχει, pinguis intus est. *Dalec.*

b *Ad domandum.*] Εἰς τὰς τῶν μύρων στύψεις, Dioscor. ad unguentorum spissamenta. Vide c. 1. lib. sequentis. *Idem.*

c *In Syria gignitur & cinnamum, quod Caryopon appellant.*] *Comacum* antea legebatur. Hermolaus derasa priore dictione *Caryopon* substituit, citatque suorum codicum fidem, nescio quam bona fide. Ego vero cum è duobus quæ habere potui exemplaribus; in uno *Chamochon* inveniam, in altero *Comachum*, & Romana impressio cæteræque recentiores *Comacum* agnoscant; antiquam lectionem convellendam, non censeo, præsertim cum Plinius libro sequente cap. 2. rursus *Comacum* nominet. Sed quid exemplarium fidem Pliniive imploramus, cum Theophrastus omni nos dubitatione solvat lib. IX. Comacum enim duplex facit: alterum fructum: alterum quod probatissimis quibusque miscetur unguentis: quem locum parum fideliter Theodorus transtulit. Quod autem in Syria, ut Plinius scribit, nascatur comacum, falsum est: in Arabia enim, eodem Theophrasto auctore loco citato, nascitur. Quapropter aut vitiatus est in Plinio locus, legendumque, *in Arabia gignitur ut cinnamomum, quod comacum appellant*, aut Plinius non recte Theophrasti verba accepit. *Pintianus.*

d *Hic est succus nuci, &c.*] Lege: *Hoc est succus nuci expressus, multum à masculo viro cinnami differens.* Succum cinnami acri, vehementi ac viroso odore præditum, vocat *masculum virus*. Vide *Salmas.* 1307.b. *Hic est succus nuci expressus, multum à surculo veri cinnami differens.*] Legendum reor: *Hic est succus nuci expressus multum à succo illo veri cinnami differens.* Pint.

C. PLINII

C. PLINII SECUNDI

NATURALIS HISTORIÆ

LIBER XIII.

PROOEMIUM.

HActenus *in odoribus habent pretia silvæ: erantque per se mira singula: juvitque* [1] *luxuriam ea omnia miscere, & è cunctis unum odorem* [2] *facere: ita reperta sunt unguenta.*

[1] luxuria omnia ea. *Ch.* [2] facere. Unguenta quis primus. M.

Cap. I.

De unguentis, & quando primum sunt cognita nobis, & de compositione.

QUis primus invenerit non traditur. [a] Iliacis temporibus non erant: nec thure supplicabatur: Cedri tantum & citri suorum fruticum in sacris [b] fumo convolutum nidorem [3] verius, quam odorem, noverant, jam rosæ succo reperto. [4] Nominatur enim id quoque [c] in olei laude. Persarum esse debet gentis unguentum. [5] Illi madent eo, & accersita commendatione, [d] ingluvie natum virus extinguunt.

[3] verius quam odorem, *in* M. *d.* [4] *Hæc clausula in V. non legitur.* [5] sed & batilli madent. *Parm.* M. Sed illi. *V.* Nam & illi. *Dal.*

a *Iliacis temporibus.*] Unguenti meminit Homerus Illiad. ξ. his versibus:

—— Ἀλείψατο δὲ λίπ' ἐλαίῳ
Ἀμβροσίῳ, ἑδανῷ, τό ῥά οἱ τεθυωμένον ἦεν
Ἔμπης ἐς χαλκοβατὲς ... ἵκετ' ἀϋτμή. *Dalec.*

b *Fumo convolutum nidorem.*] Plaut. in Menæch.

---- *Sternite lectos, incendite odorem:*
Munditia illecebra est animo amantum.

Idem.

c *In olei laude.*] Id est, appellatione & vocabulo. Locus est Iliad. γ.

—— Ῥοδόεντι δὲ χρῖεν ἐλαίῳ
Ἀμβροσίῳ. Turn. in Theophr. lib. de odoribus. *Idem.*

d *Ingluvie natum virus extinguunt.*] Idem fere de Parthis cap. 53. lib. 11. *Idem.*

tinguunt. Primum, quod equidem inveniam, castris [1] Darii regis expugnatis, in reliquo ejus apparatu [a] Alexander cepit ſcrinium unguentorum. Poſtea voluptas ejus à noſtris quoque inter laudatiſſima atque etiam honeſtiſſima vitæ bona admiſſa eſt. Honoſque [2] is & ad defunctos pertinere cœpit. Quapropter plura de eo [3] dicemus. Quæ ex his [b] non erunt fruticum, ad præſens nominibus tantum indicabuntur: natura vero eorum ſuis reddetur locis. Unguentis cognomina dedere aliis patriæ, aliis ſucci, aliis arbores, aliis cauſæ. Primumque id ſcire convenit, [4] mutatam auctoritatem, & ſæpius tranſiſſe gloriam. Laudatiſſimum fuit antiquitus in Delo inſula, poſtea [c] Mendeſium. Nec miſtura & compoſitione tantum hoc accidit: ſed iidem ſucci varie alibi [5] atque alibi ad quælibet prævaluere, aut degeneravêre. [6] Irinum [7] Corinthi diu maxime placuit, poſtea Cyzici: ſimili modo rhodinum Phaſeli: quam gloriam abſtulere Neapolis, Capua, Præneſte. Crocinum in Solis Ciliciæ diu maxime [8] laudatum, mox Rhodi, Oenanthinum in Cypro, [9] deinde in Ægypto præpoſitum, poſtea [10] Adramyttio. Amaracinum in Coo: poſtea eodem loco prælatum eſt Melinum. Cyprinum in Cypro, deinde in Ægypto, ubi Mendeſium & Metopium [11] ſubito gratius factum eſt. Mox hæc abſtulit Phœnice, & Cyprini laudem Ægypto reliquit. Panathenaicon ſuum Athenæ perſeveranter obtinuere.

1 Darei. *Ch.*

2 is. *in M. d.*

3 dicemus, quam quæ ii noverunt. Frutices. *V.*

4 mutata (multa. *V.*) auctoritate ad pejus. *M.* mutata auctoritate & ſæp. *Ch.*

5 atque alibi. *in M. d.*

6 Bryum. *V Leg.* Bryinum.

7 Corinthium maxime. *M.* Corinthidium max. *Ch.*

8 laudatum eſt. *M.*

9 deinde in Æg. *in M. d. & Ch.*

10 Adramyttium Adramytto. *Alii*, Adramytteo. *Ch.*

11 ſubito, *in M. d.*

a *Alexander cepit ſcrinium unguentorum. Poſtea voluptas ejus à noſtris, &c. admiſſa eſt, honoſque & ad defunctos pertinere cepit.*] *Poſtea voluptas ejus*, ita loquitur, quaſi proxime præceſſiſſet, *unguenti*, non *unguentorum*. Quod præcedit ſic legendum: *unguentum Perſarum genti ſe debet*. Unguentum hoc ipſum quod ſit in rerum natura & uſu, debet ſe Perſarum genti. Vide *Salmaſ.* p. 947. a, b.

b *Non erunt fruticum.*] Sed vel ſeminum, vel herbarum. *Dalec.*

c *Mendeſium.*] Paulus Ægineta c. 18. lib. 7. ita vocatum fuiſſe ſcribit, quod in Ægypto ſit inventum, ubi Mendes colitur. Mendes hircus eſt. Sic autem Panem Mendeſii vocabant, quod illum effigie hirci colerent. *Idem.*

obtinuere. Fuerat & Pardalium in Tarso: cujus etiam compositio & mistura obliterata est. Narcissinum quoque ex flore [1] narcissi desiit componi. [a] Ratio faciendi duplex: succus, & corpus. Ille olei generibus fere constat, hoc [2] odorum. [b] Hæc stymmata vocant, illa hedysmata. [c] Tertius inter hæc est colos, multis neglectus. Hujus causa adduntur [3] cinnabari & anchusa. [d] Sal aspersus olei naturam coërcet. Quibus anchusa adjecta est, sal non additur. Resina aut gummi adjiciuntur ad continendum odorem in corpore. Celerrime is evanescit atque defluit, si non [4] sint hæc addita. Unguentorum expeditissimum fuit, primumque, ut verisimile est è bryo & balanino oleo, [5] de quibus [e] supra diximus. Increvit deinde Mendesium, balanino resina mista, magisque etiamnum [6] Metopio. Oleum hoc est, amygdalis amaris expressum in Ægypto. Cui addidere omphacium, cardamomum, juncum, calamum, mel, vinum, myrrham, semen balsami, galbanum, resinam terebinthinam.

Et

1 narcisso. *Ch.*

2 odorum, quorum hæc.

3 cinnabaris. *Ch.*

4 sunt. *M.* & *Ch.*

5 *Hæc ultima clausula in M. d. & Ch.*

6 Metopium *Dal.*

a *Ratio faciendi duplex: succus & corpus: ille olei generibus fere constat, hoc odorum: hæc stymmata vocant, illa hedysmata.*] Duabus rebus unguenta dicit fieri, succo & corpore: succum generibus oleorum constare, corpus generibus odorum. *hæc*, genera nempe odorum, *stymmata*, vocari tradit; *illa* olei genera scil. *hydismata.* Salmas. p. 465. b. 466. a.

b *Hæc stymmata vocant.*] Lego, *partim stymmata vocant, partim hedysmata.* Cornarius, Stymmata olim nominarunt aromata, quibus in unguentorum compositione oleum spissabant: ea Dioscorides fere numerat Xylobalsamum, Juncum, Calamum: Hedysmata vero ea, quibus spissatum oleum suavi odore imbuebant & perfundebant. Ea recensere solet Dioscor. Amomum, nardum, myrrham, balsamum, carpobalsamum, costum, amaracum. *Dalec.*

c *Tertius inter hæc est colos.*] In unguentis quatuor spectantur: succus qui est oleum quodvis inodorum, tenuissimum, & minime pingue, ut Balaninum: Corpus quod est partim stymma, sive spissamentum, nempe quod oleum adstringit, odorem ut melius combibat, & pertinacius retineat, quemadmodum tinctores principio medicamentis quibusdam pannos imbuunt & præparant: partim hedysma, sive condimentum, cujus odorem unguentum potissimum refert: Color de quo multi non valde solliciti sunt: Magma, sive fæx. Diosc. cap. de fuligine thuris χρωματισμὸν μύρων vocat, & ad id resinam coctam laudat. *Idem.*

d *Sal aspersus olei naturam coërcet.*] Vel oleum spissat, vel ne rancescat, prohibet. *Idem.*

e *Supra diximus.*] Cap. 21. libri superioris. *Idem.*

a *Et*

[1] Et è vilissimis quidem hodie est, ob id creditum [a] & id in vetustissimis esse, quod constat oleo myrteo, calamo, cupresso, [2] cypro, lentisco, malogranati cortice. Sed divulgata maxime unguenta crediderim rosæ, quæ plurima ubique gignitur. Itaque simplicissima rhodini mistura diu fuit, additis omphacio flore rosæ, [3] crocino, cinnabari, calamo, melle, junco, salis flore [4] aut anchusa, vino. Similis ratio & in crocino additis cinnabari, anchusa, vino. Similis & in sampsuchino, admistis omphacio, calamo. Optimum hoc in Cypro & Mitylenis, ubi plurima sampsuchus. Miscentur & viliora genera olei è myrto, lauro, quibus additur [5] sampsuchinum, lilium, fœnum græcum, myrrha, casia, nardum, juncus, cinnamomum. E malis quoque cotoneis & [6] strutheis fit oleum (ut dicemus) melinum, quod in unguenta transit, admistis omphacio, [7] cyprino, sesamino, balsamo, junco, casia, abrotano. Susinum tenuissimum omnium est. Constat ex liliis, [8] balano, calamo, melle, cinnamomo, croco, myrrha, [9] aspalatho. Et idem cyprinum ex cypro, & omphacio, & cardamomo, calamo, aspalatho, abrotano. Aliqui & in cyprinum addunt [10] myrrham & [11] panacem. Hoc optimum Sidone, mox Ægypto, si non addatur sesaminum oleum. Durat & quadriennio. Excitatur cinnamomo. Telinum fit ex oleo recenti, [12] cypero, calamo, meliloto, fœnogræco, melle, [13] melino, maro, amaraco. Hoc erat celeberrimum Menandri Poëtæ Comici ætate. Postea [14] multo successit propter gloriam appellatum [15] megalium, ex oleo balanino, balsamo, calamo, junco, xylobalsamo, casia, resina. Hujus proprietas, ut

1 E viliss. quidem hodieque est. *M. & Ch.*
2 Cypero, junco odorato. *Dioscor.* κύπερον & σχῖνον, non κύπειρον, & σχοῖνον *legit Plin.*
3 croco. *Dal.*
4 & *Dioscor.*
5 sampsuchum. *Dal.*
6 struthiis. *M. & Ch.*
7 cypro, sesamo. *Alii*, cyprino, Samio. *Ch.*
8 balanino. *Ch.*
9 aspalatho *in M. d.*
10 & myrrum. *Ch.*
11 opopanacem. *Dal.*
12 cypro. *M.*
13 melino. *in M. d.*
14 multo post. *Dal.*
15 megalinum. *Dioscor.*

a *Et id in vetustissimis esse.*] Sic describit oleum myrteum, non unguentum, Dioscorides. *Dalec.*

a *Singuli*

ut ventiletur [1] in coquendo, donec desinat [2] olere. Rursus refrigeratum odorem suum capit. [a] [3] Singuli quoque succi nobilia unguenta faciunt. In primis malobathrum, postea iris Illyrica, & Cyzicena amaracus. Herbarii in utraque pauca, sed alia alii miscent: qui plurima, alterutri mel, salis florem, omphacium, agni folia, [4] panacem, [b] externa omnia & prodigiosa. Cinnamomino adjicitur balaninum oleum, xylobalsamum, calamus, juncus, balsami semina, myrrha, mel odoratum: unguentorum hoc crassissimum. Pretia ei [5] à xxxv. ad x.ccc. Nardinum sive foliatum constat omphacio, balanino, junco, costo, nardo, amomo, myrrha, balsamo. In hoc genere conveniet meminisse, herbarum, quæ nardum Indicum [6] imitentur, species novem à nobis esse dictas: tanta materia adulterandi est. Omnia autem acutiora fiunt costo, amomo, quæ maxime nares feriunt: crassiora myrrha suavioraque: medicinæ autem utiliora croco: acerrima per se amomo. Hoc & capitis dolores facit. [c] Quidam satis habent aspergere, quæ sunt pretiosissima, cæteris decoctis, [7] impendio parcentes: sed non eadem est vis, nisi una decoctis. Myrrha & per se unguentum facit sine oleo, stacte duntaxat: alioquin nimiam amaritudinem affert. Cyprino viride fit, susino unguinosum, Mendesio nigrum, rhodino candidum, myrrha pallidum. Hæc sunt

1 Incoquendo. *Ch.*
2 calere. *M.*
3 Singula quoque cum succo, *id est, idoneo oleo, ut supra hoc ipso capite.*
4 panacem. Externa omnia & prodigiosa. cinnamomi (*Ch.* cinnamomino) pretia. Adjitur cinnamo. M. & *Ch.*
5 xxxxv. *Ch.*
6 imitarentur. M.
7 *Hæc ad myrrha usque in* M. *del.*

a *Singuli quoque succi, &c.*] Legend. *singuli quoque succi nobilia unguenta faciunt, in primis malabathrum, postea iris Illyrica & Cyzicena amaracus, herbarum utraque pauca his & alia alii miscent.* Malabathrum succus est, id est, oleum quod ex malabathro exprimitur. *herba* sunt iris & amaracus, quarum succus, id est, oleum per se unguentum faciunt, quibus pauca & alia alii miscent. *Salmas.* pag. 468.b.

b *Externa omnia & prodigiosa. Cinnamomino adjicitur balaninum.*] Aliter antiqua omnis & recentior lectio: *Externa omnia & prodigiosa cinnamomino pretia. Adjicitur cinnamomino, &c.* ut lib. priore c. 26. *In precio quidem prodigio simile est, &c.* Pint.

c *Quidam satis habent aspergere.*] De Mendesio tantum id Dioscorides, cui ea parsimonia cinnamomum additur. *Dalec.*

a *Constat*

1 iste. M.

sunt antiquæ inventionis genera, & postea officinarum furta. Nunc dicetur cumulus [1] ipse deliciarum, & summa auctoritas rei.

CAP. II.

Quod unguentum regale vocetur, & quæ diapasmata, & qualiter serventur.

2 cinnamo. Cb.
3 comaco. M. & Cb. caryopo. Vet.
4 junco œnanthe, &c. Cb. & M. at Syrio, non legitur.
5 cypro. Cb.
6 cyprio. M. Cyprino, fortassis cypiro. Cb.
7 loto melle. Cb.

ERgo regale unguentum, appellatum, quoniam Parthorum regibus ita temperatur: [a] constat myrobalano, costo, amomo, [b] [2] cinnamomo, [3] comaro, cardamomo, nardi spica, maro, myrrha, casia, styrace, ladano, opobalsamo, calamo [4] juncoque Syrio, œnanthe, malobathro, serichato, [5] cypero, aspalatho, panace, croco, [c] [6] cypro, amaraco, [7] colato melle, vino. [d] Nihilque ejus rei causa in Italia victrice omnium, in Europa vero tota, præter irin Illyricam, & [e] nardum Gallicum, gignitur. Nam vinum, & rosa, & myrti folia oleumque, communia fere omnium terrarum intelliguntur. Siccis odoribus constant, quæ [f] diapasmata vocantur. Nam

a *Constat myrobalano.*] Unguenta ex variis odoribus temperat. Empedocles apud Athenæum. pag. 251. vers. 37. vocat μύρυς δαιδαλεόδμυς, γραπτοῖς δὲ ζώοισι, μυροῖς τε δαιδαλεόδμοις. *Dal.*

b *Cinnamomo, comaco.*] Legendum, ut supra ostensum est, *comaco* non *comaro.* sic enim habent & scripta & excusa omnia exemplaria. *Pintianus.*

c *Cypro, amaraco, colato melle, &c.*] Exemplar Toletanum, *Cypro, amara, coloto.* scribo, *Cypro, amaraco, loto,* ex Theophrasto lib. 9. de stirpibus. *Quibus* inquit, *ad unguenta utuntur, hæc fere sunt casia, cinnamomum, nerum, balsamum, aspalathus, styrax, consecratix, narta, costus, ligusticum, crocum, myrrha, gladiolus, juncus, calamus, amaracus, lotus, anethum, &c.* Idem.

d *Nihilque ejus rei causa in Italia victrice omnium, in Europa vero tota, præter irim Illyricam & nardum Gallicum gignitur.*] Notandum est quatuor illa verba antecedentis capitis duodecimo fere à calce versu, *Externa omnia & prodigiosa*, illic per errorem posita hic inseri debere. ut sic scribendum putem, *Externa omnia & prodigiosa. Nihilque in Italia victrice omnium, in Europa vero præter Irin Illyricam & nardum Gallicum nascitur.* nam verba illa, *ejus rei causa*, adventitia putamus, & supra verba illa *victrice omnium*, scripta ab aliquo, qui exponere voluit, ideo fuisse Italiam victricem omnium, quod ab hujusmodi deliciis abstinuisset. *Idem.*

e *Nardum Gallicum.*] Et Cyperum. *Dalec.*

f *Diapasmata vocantur.*] Theophr. lib. de odoribus. *Idem.*

a Inter

Nam [1] fæcem unguenti Magma appellant. [a] Inter omnes potentissimus odor, quisquis novissime additur. Unguenta [2] optime servantur [b] in alabastris, odores in oleo: quod diuturnitati eorum tanto utilius est, quanto pinguius, [c] ut ex amygdalis. Et ipsa unguenta vetustate meliora. Sol inimicus his, quamobrem in umbra [d] [3] coquuntur plumbeis vasis. [e] Experimentum eorum inversa manu capitur, ne carnosæ partis [4] calor vitiet.

1 fæces unguenti magmata appellant. M.

2 optima. Ch.

3 condun-tur. Chiffletius ex Theoph. Vide Annot.

4 calore vitientur. Vet. color vitietur. M. ne carnosa parte color vitietur.

CAP. III.

Quanta in unguentis luxuria, & quando primum Romanis in usu.

HÆc est materia luxus è cunctis maxime supervacui. Margaritæ enim gemmæque ad hæredem tamen transeunt: vestes [5] prorogant tempus: unguenta illico expirant, [f] ac suis moriuntur horis. Summa commendatio eorum, [g] ut [6] transeunte fœmina odor invitet etiam aliud agentes. [7] Excedruntque [8] quadringenos denarios libræ. Tanti

5 prolongant. M.

6 transeuntem fœminam, &c. aliud agentem. M.

7 Excedunt. M.

8 quadragenos. Ch.

a *Inter omnes potentissimus odor.*] Ἐπικρατεῖ γὰρ τὸ ἔσχατον ἐμβαλλόμενον κἂν ἔλαττον ᾖ. Theophrast. *Idem.*

b *In alabastris.*] Et plumbeis vasis. Theophr. lib. De odorib. *Idem.*

c *Ut ex amygdalis.*] Plinius à Theophrasto dissentit. Ejus verba sunt: τὸ γὰρ διαλευκότατον, οἷον τὸ βαλάνου, καὶ χρονιώτατον. τὸ δὲ ἀμυγδάλινον παρακμάζει ταχὺ, καὶ ὀλιγοχρονιώτατον. *Idem*

d *Coquuntur plumbeis vasis.*] Quidam legunt, *coquuntur, ac conduntur plumbeis vasis.* Theophr. Διαφθείρει δὲ τὰ μύρα, καὶ ὁ ἥλιος ἂν τεθῶσι. διὸ καὶ οἱ μυροπῶλαι καὶ ζητοῦσι τὰς οἰκίας ὑπερῴους, καὶ μὴ προσηλίους, ἀλλ' ὅτι μάλιστα παλισκίους. Et paulo infra: διὸ καὶ εἰς ἀγγεῖα μολυβδᾶ ἐγχέουσι, καὶ τὰς ἀλαβάστρους ζητοῦσι τοιούτου λίθου. Plumbeis vasis duplicibus inquit Cornarius Comment. in lib. ϛ. κατὰ τόπους. *Idem.*

e *Experimentum eorum inversa manu capitur.*] Theophr. τὸ δὲ κοινὸν ἐπὶ πάντων δοκιμασίας, τὸ δήποτε ὑπὸ (alii ἐπὶ) τοῦ καρποῦ τῆς χειρὸς ἥδιστα φαίνεται), δι' ὃ καὶ οἱ μυροπῶλαι τοῦτο μυρίζουσι τὸ μέρος. *Idem.*

f *Ac suis moriuntur horis.*] Ob id Jurisconsultis, *l. 7. §. Si maritus. D. De donat. inter virum & uxor.* unguenta *rem mortuam* vocat: quod eorum possessio brevis, inutilis, inanis sit. *Cujacius c. 30. 9. Observ.* Idem.

g *Ut transeunte fœmina odor invitet etiam aliud agentes.*] Dictionem *fœmina*, expositionis causa additam putamus, legendumque *transeuntes*, non *transeunte*. cur enim fœminam transeuntem potius quam virum probatum unguentum alliceret, promiscuo illis temporibus inter utrosque unguenti usu. *Pint.*

a In

[1] Tanti emitur voluptas aliena. Etenim odorem qui gerit, ipse non sentit. [2] Sed & hæc aliqua differentia signanda sunt. [a] In M. Ciceronis monumentis invenitur, unguenta gratiora esse, quæ terram, quam quæ crocum [3] sapiant: quando etiam corruptissimo in genere magis tamen juvat quædam ipsius vitii severitas. [b] Sed quosdam crassitudo maxime delectat, [4] spissum appellantes: [c] linique jam, non solum perfundi, unguentis gaudent. [d] Vidimus etiam vestigia pedum tingi: quod M. Othonem monstrasse Neroni principi ferebant. [e] [5] Quæso ut qualiter sentiretur, [6] juvaretque ab ea parte corporis? Nec non aliquem ex privatis audivimus jussisse, spargi parietes [7] balinearum unguento, atque [f] Cajum principem [8] solia temperari: ac ne principale videatur hoc bonum, & postea quendam ex

1 Tantum. M.
2 Sed tamen &. M.
3 sapiunt. Ch.
4 id ipsum approbantes: linirique jam solum, sed & perfundi. M.
5 Quæso qualiter sentiretur juvari ab ea. Parm.
6 juvaret ea. Ch.
7 balnearum. Ch.
8 solium. M. solitum lavari. Parm.

a *In M. Ciceronis monumentis invenitur unguenta gratiora esse quæ terram, quam quæ crocum sapiunt, &c.*] Unguenta quæ terram sapiunt, quænam illa sunt? scribendum puto: *gratiora esse quæ ceram quam quæ crocum sapiunt.* Vide *Salmas.* pag. 1063. b. vide & Plin. lib. 17. cap. 5.

b *Sed quosdam crassitudo maxime delectat, Stypsim appellantes.*] Sic legendum, id est, στῦψιν, quæ crassitudinem unguenti significat. *Salmas.* p. 465. b.

c *Linique jam, &c.*] Plato 3. Politic. Homerum è civitate, quam sibi fingit, pellendum, censet, sed ut sanctum virum, mirabilem, suavem decet, capite unguentis delibuto, & lana coronatum: vel, ut ait Cic. apud Nonium, redimitum coronis. Cic. 6. actione in Verrem ait, Segestanas mulieres, cum simulachrum Dianæ oppido exportaretur, unguentis unxisse complesseque coronis & floribus. Themistii pater Epicurum Philosophorum choro exturbavit, capite unguento perfuso, quod toto corpore voluptatem secutus fuisset. Victor. c. 13. l. 4. lege elegantissimum locum apud Plautum in Mostell. *Dalec.*

d *Vidimus etiam vestigia pedum tingi.*] Id multo ante Athenis factum fuisse ostendit hic Cephisedori versus apud Athenæum, καὶ τοῖς ποσὶν χωρὶς πρίαμαι βάκχαριν. Apud eundem Antiphanes:

Αἰγυπτίῳ μὲν τοὺς πόδας καὶ τὰς χεῖρας,
Φοινικίνῳ δὲ τὰς γνάθους καὶ τιτθία,
Σισυμβρίνῳ δὲ τὸν ἕτερον βραχίονα
Ἀμαρακίνῳ δὲ τὰς ὀφρῦς, καὶ τὴν κόμην,
Ἑρπυλλίνῳ δὲ τὸ γόνυ καὶ τὸν αὐχένα.

Præterea Diogenes unguentatis pedibus incedebat. Tum etiam in Aulularia *Myrobatharii* dicuntur, qui muliebres soleas unguentis linebant. *Idem.*

e *Quæso ut qualiter sentiretur juvaretque ab ea parte corporis.*] Convertenda puto verba, *Quæso ut sentiretur, qualiter juvaret ab ea parte corporis*; nam particula *que* à nullo exemplari scripto impressove agnoscitur. *Pint.*

f *Cajum principem, &c.*] Suetonius in Cajo, cap. 37. Apud Petronium in Satyra, Trimalcio in balneo unguento perfusus tergitur, non linteis, sed palliis ex mollissima lana factis. *Dalec.*

a *Quando*

ex servis Neronis. Maxime tamen mirum est, hanc gratiam penetrasse & in castra. Aquilæ certe ac signa, pulverulenta illa [1] & [2] custodiis horrida, inunguntur festis diebus: [3] utinamque dicere possemus, quis primus instituisset. [4] Ita est, nimirum hac mercede corruptæ terrarum orbem devicere aquilæ. Ista patrocinia quærimus vitiis, ut per hoc jus sumantur sub casside unguenta. [a] Quando id primum ad Romanos penetraverit, non facile dixerim. Certum est Antiocho rege Asiaque devictis, urbis anno quingentesimo sexagesimo quinto, P. Licinium Crassum, L. Julium Cæsarem Censores edixisse, ne quis venderet unguenta exotica: sic enim appellavere. At hercule jam [b] quidam etiam in [5] potus addunt: tantique amaritudo est, ut odore prodigo fruantur ex utraque parte corporis. [c] L. [6] Plotium, L. Planci bis Consulis Censorisque fratrem, proscriptum à Triumviris, in Salernitana latebra unguenti odore proditum constat: quo dedecore tota absoluta proscriptio est. Quis enim non merito judicet periisse tales? [7] Cæterum terrarum omnium Ægyptus accommodatissima unguentis: ab ea Campania est, copia rosæ.

1 ex. *M.*
2 custodib. *Ch.*
3 *Hæc* utinamque. &c. *ad*, ita est, &c. *desunt in M.*
4 Ita est nimirum. Hæc. *M.*
5 potu. *M.* & mox, tantaque; *Lego*, addunt, nec tanta amaritudo odorum est, ut prodigi non fruantur utraque.
6 Policium. *Ch.*
7 Cætera ter. omn. Æg. accommodatissima. *Ch.*

CAP. IV.

De palmis, & natura earum, & generibus.

JUdæa vero inclyta est vel magis palmis: quarum natura nunc dicetur. Sunt quidem & in Europa, vulgoque Italia, sed steriles. Ferunt in maritimis Hispaniæ fructum, verum immitem: dulcem in Africa,

a *Quando id primum, &c.*] Jam Tarquinii tempore unguentorum fuit usus. Ennius enim ait, nisi subsit poëtica περὶ ἄλειψις,
Tarquinii corpus bona fœmina lavit, & unxit.
Dalec.

b *Quidam etiam, &c.*] Apud Theoph. lib. περὶ τῶν ὀσμῶν, μύρον καὶ τ' ἄλλα ἔνιοι μὲν τοὺς πόδας οἴονται ἡδύνειν, τῶν δὲ βρεχομένων ἥδιον. *Idem.*

c *L. Plotium.*] Valer. Max. cap. 8. l. 6. Ubi legitur *Plotinus Plancus*, Numatii vel Mumacii Planci frater, &c. *Idem.*

Africa, sed statim evanescentem. Contra in Oriente ex his vina, gentiumque aliquibus panis: plurimis vero etiam quadrupedum cibus. Quamobrem jure dicentur externæ. [a] Nulla est in Italia sponte genita, nec in alia parte terrarum, nisi in calida: frugifera vero nusquam, nisi in fervida. Gignitur levi sabulosaque terra, majore in parte & nitrosa. [b] Gaudet & riguis, totoque anno bibere [1] cum amet, anno sitienti. [c] A fimo quidem etiam lædi putant: & Assyriorum pars aliqua, si non [2] rivis [3] misceatur. [4] Genera earum plura: & prima fruticem non excedentia: [5] sterilem hunc, aliubi & ipsum fertilem, [6] brevique ramorum orbe foliosum. Tectorii vicem hic parietibus plerisque in locis præstat contra [7] aspergines. Procerioribus silva arbore ex ipsa foliorum aculeo fruticante circa totas pectinatim, quas silvestres intelligi necesse est. Incerta tamen libidine etiam mitioribus se miscent. [d] Reliquæ teretes atque proceræ, densis gradatisque

1 cum amet sitientia. Fimo. *M.*

2 aquis misceatur fimus. *Theophr.*

3 misceat. *M.* misceant. *Alii.*

4 Genera earum prima frut. *M.*

5 sterilem hanc, aliubi & ipsam fertilem, brevemque ramis, obire (*leg.* exire) umbra foliorum tectorii vicem. *Parm.*

6 breves ramis obire (ambire, ambiunt.) umbra foliorum tectorii. *M.*

7 aspergines. Sunt à proc. silvæ. *Par.* asper. proc. silvæ, arbore ex ipso foliorum aculeo fructificante, &c. Incesta. *M.* asperg. est procer. *Ch.*

a *Nulla est in Italia sponte genita, nec in alia parte terrarum nisi calida.*] Ambo exemplaria: *Nulla est in Italia parte terrarum nisi in calida.* Minus male legetur: *Nulla est in alia parte terrarum nisi in calida.* Pint.

b *Gaudet & riguis, totoque anno bibere cum amet anno sitienti.*] Legendum arbitror: *Gaudet & riguis totoque anno bibere: quin etiam non sitienti.* hoc est, & si annus sit pluvius, gaudet tamen rigari. favet huic correctioni Theophrastus l. 2. c. 8. palmas scribens magis gaudere aquis scaturientibus quam pluviis. *Idem.*

c *A fimo quidem etiam lædi putant: & Assyriorum pars aliqua si non rivis misceatur.*] Scribo, *A fimo quidam etiam lædi putant, si non rivis misceatur:* cætera falso inserta sunt. Paret apertissime ex Theophrasto lib. 2. cap. 8. cujus hæc verba sunt: *De fimo diversa sententia est: quidam enim has fimo delectari negant, sed abhorrere omnino statuunt, alii usum fimi concedunt, incrementumque magnum capere eo affirmant, rivis tamen miscere fimum oportere affirmant.* Idem.

d *Reliquæ teretes atque proceræ, densis gradatisque, &c.*] Lege ex veteri scriptura: *Densis gradatisque corticum pollicibus auctioribus* (an *acutioribus*) *faciles ad scandendum Orientis se populis præbent utilem sibi arboremque inductis circulum, mira pernicitate cum homine subeunte.* Palmæ arboris caudex totus scaber est & asper densis squamis per gradus dispositis & extantibus. Vel lege: *faciles ad scandendum Orientis se populis præbent, utilem sibi arborique inductis circuium, mira pernicitate tum homine subeunte.* De circulo quem pedibus inducunt qui palmas arbores scandunt, omnino accipiendum. Vide *Salmas.* 1329.2. *Densis gradatisque,*

que corticum pollicibus, [1] ut orbibus, [2] faciles se ad scandendum Orientis populis præbent, utilem sibi [3] arborisque induviis circulum mira pernicitate tum homine subeunte. [a] Coma omnis in cacumine: & pomum est, non inter folia, ut in cæteris, sed [4] suis inter ramos palmitibus racemosum, utraque natura uvæ atque pomi. Folia cultrato mucrone, lateribus in sese [5] bifidatis, bellas primum demonstravere gemmas: nunc [b] ad funes vitiliumque nexus [c] & capitum levia umbracula [6] finduntur. Arboribus, imo potius [d] omnibus quæ terra [7] gignat, herbisque etiam, utrunque sexum esse diligentissimi naturæ tradunt. Quod in plenum satis sit

1 auctioribus. *Alii.* 2 faciles ad scandend. orientis se pop. præb. util. sibi arborem quæ inductis circulum (*leg.* arborem circumducto circulo.) *M.* 3 arboremque indutis. *Ch.* 4 suos. *M.* 5 *leg.* bifidatis, bullas cum prim. dem. gemmeas, tunc ad funes, &c. *Alii*, novellas cum primum (*quod probe*) demonstravere gemmas. *Alii*, tenellas cum primum, &c. 6 funduntur. *Par.* 7 gignit. *Ch.*

que, &c.] Legend. *densis gradatisque corticum cochlicibus, &c.* Κόχληκες, κόχλακες, κοχλάδες sunt tortuosi, instar cochlearum turbinati circuli, totum arboris scapum circumflexu more claviculanum ambientes & complexi, quibus sursum quasi per scalas κοχλιοειδεῖς in gyrum ascendi possit, à κόχλω, gyro. Vid. Reines. var. lect. l. 2. c. 9. 206. *Reliqua teretes atque procera, densis gradatisque corticum pollicibus auctioribus faciles se ad scandendum Orientis populis præbent, utilem sibi arborisque induviis circulum mira pernicitate tum homine subeunte.*] Plinius *pollices auctiores* vocat, amputatorum vel decidentium ramorum reliquias eminentes & ex cortice protuberantes, ut pollex exertus ex manu. Id Gallice dicimus *chicots*. Hunc Plinii locum sane salebrosum & mendosum ita debere legi contendit Salmasius, *utilem sibi arborique inductu circulum*. Quæ lectio mihi videtur aliquid habere absurditatis, qua enim utilitate affici potest arbor tali circulo? Ego igitur pridem in margine nostri Plinii codicis emendaveram, *vitilem sibi arborique indutis circulum*, & ita censueram legi debere, doctus à quodam nobili navarcho de modo quo incolæ Palmiferæ regionis in Africa celeriter cum suo circulo scandunt excelsas palmarum arbores: scilicet induunt se una cum arbore ipsa circulo è vitili ligno facto, & pedibus in arboris pollicibus illis nitentes, & lumbis circulo innixi, manibus vero ambabus circulum gradatim, & subsultim attollentes, celerrime usque ad arboris summum, ubi sunt rami & fructus scandunt. Id sæpe facientes, ut lagenas suas ramis succisis appendeant, vel eas plenas vino palmeo reportent. *Palmer.* Exercitat. ad Luciani tom. 3. pag. 573.

a *Coma omnis in cacumine.*] Legend. *Coma omnis in cacumine & pomum est: non inter folia hoc, ut in cæteris, &c.* dicit non solum comam omnem in cacumine palmæ arboris esse, sed etiam pomum. Et paulo post lege: *fœmina citra florem germinat statim spica modo*. Salmas. pag. 410. a. *Coma omnis in cacumine.*] Theophr. c. 23. l. 1. hist. *Dalec.*

b *Ad funes vitiliumque, &c.*] Nam quia tunc maxime succo abundant, ideo tractabiliora sunt. Apud Apuleium 2. Asini, Zachlas Ægyptius Propheta palmeis baxeis pedes indutus est. *Idem.*

c *Et capitum levia umbracula finduntur*] Ad ea opera decerpuntur à messe. vide c. 24. l. 16. *Idem.*

d *Omnibus quæ terra gignat.*] Theophrastus cap. 11. lib. 5. histor. *Idem.*

sit dixisse hoc in loco. Nullis tamen arboribus manifestius. [a] Mas in palmite floret, fœmina citra florem germinat tantum [1] spinæ modo. [2] Utrisque autem prima nascitur pomi caro: postea [b] lignum intus, hoc est semen ejus. Argumentum, quod parvæ sine hoc reperiuntur in eodem palmite. Est autem oblongum, non, ut olivis, orbiculatum. Præterea cæsum [3] à dorso pulvinata fissura, & in alvo media plerisque umbilicatum, unde primum spargitur radix. Seritur autem pronum, & bina juxta composita semina, superque totidem, quoniam infirma singulis planta est: [c] quaternæ coalescunt. Multis candidisque lignum hoc à carnibus [4] discernitur tunicis, aliis corpori adhærentibus: laxeque distans, tantum cacumini filo adhæret. Caro maturescit anno. Quibusdam [5] tamen in locis, ut [d] in Cypro, quanquam ad maturitatem non perveniat, grato sapore dulcis [6] est: [e] & folium ibi latius, [7] fructusque reliquis rotundior, nec ut devoretur corpus, verum ut expuatur, succo modo expresso. Et in Arabia languide dulces traduntur esse palmæ: quanquam Juba apud Scenitas Arabas præfert omnibus saporibus, quam vocant [8] dabulam. [f] Cætero non sine maribus gignere fœminas sponte edito

1 spicæ. Pit.
2 utriusque. M.
3 summo dorso pulvinato, & in alveo media fissura plerisque. M.
4 discinditur. Dal.
5 tamen, in M. d.
6 est in M. d.
7 fructus quam. M. & Ch.
8 Dablan. M. & Ch.

a *Mas in palmite floret.*] Theophr. cap. 22. lib. 1. hist. & cap. 8. lib. 2. *Dalec.*

b *Lignum intus.*] Theophrastus cap. 18. lib. 1. hist. Plinius male *lignum* vocat: est enim ossiculum instar carneæ substantiæ durum. Paulo infra osseum quibusdam inesse dicet. *Idem.*

c *Quaternæ coalescunt.*] Theophr. c. 8. l. 2. hist. *Idem.*

d *In Cypro.*] Peculiare Cypro id genus est. Theophr. *Idem.*

e *Et folium ibi latius, fructus quam reliquis rotundior, nec ut devoretur corpus, verum ut expuatur succo modo expresso.*] Desunt hic manifeste aliquot verba, de altero enim genere palmæ quod est in Cypro loquitur, duo namque illic palmæ genera reddit Theophrastus lib. 2. cap. 8. his verbis, *Alterum autem in Cypro nascitur, quod & folium habet latius & fructum majorem multo & peculiaris formæ, magnitudinis mali punici, forma oblonga, non grati saporis ut alii, sed similis radicibus, itaque non devoratur sed mansus expuitur.* Puto igitur in Plinio legendum, *Est alterum in Cypro palmæ genus, folium his latius, fructus quam reliquis.* Pint. *Et folium ibi latius, &c.*] Hæc à Theophrasto de duobus generibus dicta, male in unum confunduntur. *Dalec.*

f *Cætero non sine, &c.*] Guillandinus in Ægypto & Oriente observavit, ne fœminæ steriles sint, aut immaturum fructum

edito nemore confirmant: circaque singulos plures [a] nutare in eum pronas blandioribus comis. Illum erectis hispidum, afflatu visuque ipso & pulvere etiam [1] reliquas maritare. Hujus arbore excisa viduas post sterilescere fœminas. [b] Adeoque est Veneris intellectus, ut coitus etiam excogitatus sit ab homine, ex maribus flore ac lanugine, interim vero tantum pulvere insperso fœminis: [c] Seruntur autem palmæ & trunco, [2] duum cubitorum longitudine, [d] à cerebro ipso [3] arboris viridi fissuris diviso atque defosso. Et ab radice avulsæ vitalis est satus, & ramorum tenerrimis. In Assyria, ipsa quoque arbor strata in solo humido tota radicatur, sed in frutices, non in arborem. Ergo plantaria instituunt, anniculasque transferunt, & iterum bimas. Gaudent enim mutatione sedis, verna alibi, in Assyria autem circa Canis [4] ortum. Nec ferro attingunt ibi novellas: sed religant comas, ut in altitudinem exeant. Robustas deputant crassitudinis gratia, semipedales ramorum relinquentes truncos, qui decisi alibi necant matrem. Diximus salsum ab his solum diligi. Ergo ubi non est tale, salem aspergunt, non radicibus, sed longius paulo. Quædam in Syria & Ægypto in binos dividunt

1 illis maritari. *D.*

2 duorum. *M.*

3 arboris fissuris. M. & Ch.

4 ortus. M. & Ch.

ctum perdant, mares eo intervallo seri, ut ab iis pulverem ventus in illas perferat. Quod si longius distent, quam ut pulvis, odorve pervenire possit, tum à mare funem religatum ad fœminam perduci, ut maris fœcunda vis per eam copulam, ac vinculum irrepat. Refert Pontanus palmas duas, marem Brundisii satum, fœminam Hydrunti, steriles diu fuisse, quod adultæ se invicem aspexerint, ac tum quamvis longo tractu dissitas fructum edidisse. *Idem.*

a *Nutare in eum pronas blandioribus comis.*] Idem prolixius Florentinus in Georgicis. *Idem.*

b *Adeoque est Veneris intellectus.*] Theophr. c. ult. lib. 2. hist. & cap. 23. lib. 3. De caussis, quem semel vide ad totum hunc locum. *Idem.*

c *Seruntur autem palmæ & trunco.*] Legend. *Seruntur autem palmæ, trunco duorum cubitûm longitudine à cerebro ipso arboris, fissuris diviso atque defosso.* Cerebrum ipsum arboris trunci, summum est. Truncum præcidunt duorum cubitûm longitudine à summo. id defodiunt cerebro deorsum verso, & fissuris diviso. Vide *Salmas.* 1328.b.

d *A cerebro ipso arboris viridi.*] Ultima dictio redundat ex scriptis codicibus; sane recte, ex Theophrasto, unde locus sumptus est, ut pleraque omnia in hac plantarum commentatione, sicuti in animalium tractatu ab Aristotele. *Pint.*

dividunt se truncos: in Creta [1] & ternos, [2] quædam & in quinos. Ferunt statim in trimatu. [a] In Cypro vero, Syria, Ægypto, quadrimæ aliæ, aliæ quinquennes, [3] altitudine hominis, nullo intus pomi ligno, quamdiu sunt novellæ, ob id spadonum accepto nomine. Genera earum multa. Sterilibus ad materias, [4] operumque lautiora utitur Assyria, & tota Persis. Sunt & cæduæ palmarum quoque silvæ, germinantes rursus ab radice succisæ. Dulcis medulla earum in cacumine, [b] quod cerebrum appellant: [5] exemptaque vivunt, quod non aliæ. [c] Vocantur autem chameropes, folio latiore ac molli, ad vitilia utilissimo. Copiosæ in Creta, sed magis in Sicilia. [6] E palmis prunæ vivaces, [7] ignisque lentus. Fructiferarum aliis brevius lignum in pomo, aliis longius: his mollius, illis durius: quibusdam osseum [8] lunatumque dente contra fascinantes religione politum. Aliud pluribus vestitum paucioribusve tunicis: aliud crassioribus tenuioribusve. Ita fiunt undequinquaginta genera, si quis omnium persequi velit nomina [9] etiam barbara, vinorumque ex iis differentias. Clarissimæ omnium, quas regias appellavere ab honore, quoniam regibus tantum Persidis [10] servabantur, Babylone natæ

uno

1 & in ternos. *M.* & *Ch.*
2 quædamque in quinos. *Cb.*
3 aliæ altit. *Parm.*
4 operaque. M. ad lectos & rasa. *Theoph.*
5 exemptoque. *Cb.*
6 Ex. M.
7 segnisque lenitas. M.
8 lunatuque dente festinanter. M. limatuque. *Parm.* lisnatumque. *Cb.*
9 etiam barbara vinorum. Ex iis differentiis clarissime. M.
10 servarentur. *Cb.*

a *In Cypro vero, Syria, Ægypto, quadrima alia, alia quinquennes.*] Exemplar Toletanum, *In Cypro vero, Syria, Ægypto quadrima, aliqua quinquennes.* Pint.

b *Quod cerebrum appellant.*] Præter Theophrastum Galenus, Strabo, Plutarchus, Philostratus ἐγκέφαλον vocant, Dioscorides ἐγκάρδιον. Nam veteres ἐγκρὺς sive ἔγκρυφος etiam cerebrum dixerunt. Plutarchus quidem lib de tuend. valetud. id prædulce esse ait, sed κεφαλαλγές. Philo lib. 1. de vita Mosis auctor est, palmæ vitalem vim in radicibus defossam non esse ut in reliquis stirpibus, sed in summo trunci vertice vigere, tanquam in corde, ac in ramorum medio, quibus velut satellibus stipatur. *Guillandinus.*

c *Vocantur autem chameropes.*] Sic quidem antiqua nostra exemplaria præferunt, sed male: legendum enim *chameriphes* ex Theophrasto lib. 2. cap. 8. quod vidit & Hermolaus. *Pint.* *Vocantur autem chameropes.*] Petalas quoque dici minutas Palmas & θηριαίδες notavit Rhod. c.26.25. χαμαιρρίφεις Theophr. vocat, Diosc. χαμαιζήλας. *Dalec.*

a Vna

[a] uno in horto Bagou. Ita enim vocant ſpadones, qui apud eos etiam regnavere. Hortus ille [1] nunquam niſi dominantis in aula fuit. At in meridiano orbe præcipuam obtinent nobilitatem ſyagri, proximamque [2] margarides. [3] Eæ breves, candidæ, rotundæ, acinis, quam balanis, ſimiliores. Quare & nomen à margaritis accepere. [b] Una earum arbor in Chora eſſe traditur, una & ſyagrorum. Mirumque de ea [4] accepimus, cum phœnice ave, quæ putatur ex hujus palmæ argumento nomen accepiſſe, [5] emori ac renaſci ex ſeipſa: eratque, cum hæc proderem, fertilis. Ipſum pomum grande, durum, horridum, & à cæteris generibus diſtans [c] ſapore ferino, quem ferme in apris novimus: [6] evidentiſſimeque cauſa eſt nominis. Quarta auctoritas ſandalidum, à ſimilitudine appellatarum. Jam in Æthiopiæ fine [7] quinque earum nec plures arbores tradunt, non raritate magis, quam ſuavitate mirabiles. [d] Ab his caryotæ maxime celebrantur, & cibo

1 nunquam fuit niſi, &c. *M.*
2 margarilides.
3 Hæ. *Ch.*
4 accipimus. *Ch.*
5 iterum mori ac. *Ch.*
6 evidenti inde cauſa nominis. *Dal.*
7 quinque harum plurimas *M.*

a *Uno in horto Bagou.*] Theophraſtus lib. 2. cap. 8. ſpadonem hunc *Battu* non *Bagoum* appellat. Theodorus neutro modo vertit, ſed *Battoni*. tanta in eo loco varietas eſt exemplarium. *Pint.* *Uno in horto Bagou.*] Bagoæ eunuchi meminit ex Diodoro Rhod. c. 39. 13. qui cum veneno ſanguinarium ac crudelem regem Occhum ſuſtuliſſet; eodem mox necatus eſt, à Dario coactus poculum bibere, quod & ipſi paraverat. Plutarch. lib. 2. de fortitud. Alexander ſcribit, interfecto Occho, regnum Arſæ (alii, *Oarſa*) tradidiſſe, & mox eodem interempto, Dario. Leopardus c. 25. l. 4. *Dalec.*

b *Una earum arbor in Chora eſſe traditur.*] Scribendum reor, *Una earum arbor in Charace traditur.* notiſſimum eſt oppidum Charax in intimo receſſu ſinus Perſici, de quo multa in ſexto. *Pint.*

c *Sapore ferino quem ferme in apris novimus, evidentiſſimeque cauſa eſt nominis.*] Lego, *Sapore quem ferme in apris novimus, quæ cauſa nominis*, ex apographo Toletano. *Idem.*

d *Ab his caryotæ maxime celebrantur.*] Scribe *careotæ*, ſeu *careotides*, ut in Sylvis Papinius: *Prægrandes careotides cadebant.* utrobique per *e*, non per *y*, aut *i*, ut video pleroſque etiam ex doctiſſimorum nota ſcribere, nulla ratione. nam cum *e*, ſcribendum etymologia ipſa docet: caput enim *care* ſeu *carenon* Græce dicitur. Nec apud Papinium prædicto verſu ratio ſyllabæ claudicat, nam ſæpe Græcum *η* in *e* breve apud Latinos vertitur, ut apparet in *crepides* apud Catullum & Perſium, & in *diaſtema* apud Sidonium, cui tamen iniquiſſime de ea re lis ab Hermolao intenditur. & in *o* magno idem contigit in dictione *Ionium*, apud Virgilium & Catullum, ut neceſſe non ſit inverti ordinem in illo Lucani verſu lib. 1. *Edonis Ogygio decurrit plena Lyæo*, ut Conſtantius Fanenſis putavit. *Pint.*

cibo quidem, sed & succo uberrimæ. [a] Ex quibus præcipua vina Orienti, iniqua capiti, [b] unde pomo nomen. Sed ut copia ibi atque fertilitas, ita nobilitas in Judæa, nec in tota, sed Hierichunte maxime. Quanquam laudatæ [1] & Archelaide, & Phaselide, atque Liviade, gentis ejusdem convallibus. Dos his præcipua succo pingui lactentibus: quodamque vini sapore [2] in melle prædulci. [c] Sicciores in hoc genere [d] Nicolai, sed amplitudinis præcipuæ, quaterni cubitorum longitudinem efficiunt. Minus speciose, sed sapore caryotarum sorores, [3] ob hoc adelphides dictæ, proximam suavitatem habent, non tamen eandem. [4] Tertium ex his genus [e] [5] pateton, nimio liquore abundat: rumpitque se pomi ipsius, etiam in sua matre, ebrietas, [6] calcatis similis. [f] Suum genus [7] è sicciore turba [8] dactylis, prælonga gracilitate curvatis interim. Nam quos ex his honori Deorum dicamus, [g] [9] Chydæos appellavit Judæa, gens contumelia numinum insignis. [h] In totum arentes [i] Thebaides atque [10] Arabicæ, macroque corpore exiles, & assiduo vapore [11] torrentes, crustam verius, quam cutem, obducunt. In ipsa quidem Æthiopia friatur (tanta est siccitas) & farinæ modo spissatur in panem.

1 & ex Cappadociæ Archel. *Dal.*
2 ut in. *Dal.*
3 & ob hoc. *M.*
4 Alterum.
5 patete. *Ch.*
6 calcato simile.
7 sed è sic. *Par.*
8 jacens dact. præ. gra. cur. in terram. *Parm.* jacens. *Ch.* cætera ut in vulg.
9 Idæos. *Parm.*
10 Arabiæ. *Ch.*
11 torridæ, *vel* torrente.

a *Ex quibus præcipua vina Orienti.*] E Chydæis maturis fieri auctor scribit c. 16. l. 14. *Dalec.*

b *Unde pomo nomen.*] Nempe ἀπὸ τοῦ κάρου. *Idem.*

c *Sicciores in hoc genere.*] De quibusdam tantum palmis id Theoph. non addita particulatim Nicolaorum appellatione. *Idem.*

d *Nicolai.*] A Nicolao Damasceno, peripatetico, Augusti familiarissimo, eas palmas vocatas fuisse scribit Rhod. c 6 5. ex Plutarcho in Symposiacis, Quæst. 4. lib. 8. *Idem.*

e *Pateton.*] Vide quæ adnotata sunt cap. 16. lib. 14. *Idem.*

f *Suum genus è sicciore, &c.*] Lege: *Suum genus è sicciore turba Balanis, prælonga gracilitate, curvatis interim.* Plinii ætate *dactyli* inauditi hac notione. Vulgus Græciæ recentioris hoc nomen usurpavit de balanis palmæ. Vide *Salmas.* 1322. b.

g *Chydæos.*] Viles, exigui pretii. *Dalec.*

h *In totum arentes, &c.*] Lege: *In totum arentes Thebaidis atque Arabiæ, macroque corpore exiles, & assiduo vapore torrente crustam verius quam cutem obducunt.* Salmas. 472 a.

i *Thebaides.*] Sic dictæ à Thebis Ægypti. Papinio in sylvis Thebaicæ, *Chartæ, Thebaicæve, Caricæve.* Rhodig. cap. 6. lib. 5. *Dalec.*

a Nam

panem. Gignitur autem in frutice ramis cubitalibus, folio latiore, pomo rotundo, sed majore, quam mali, amplitudine: [1] Cycas vocant. Triennio maturescunt. Semperque frutici pomum est subnascente alio. Thebaidis fructus extemplo in cados conditur, cum sui ardoris anima: [2] ni ita fiat, celeriter expirat: marcescitque non retostus furnis. Ex reliquo genere plebeiæ videntur. Syri & Juba tragemata appellant. [a] Nam in [3] aliqua parte Phœnices, Ciliciæque, populari etiam nomine à nobis appellantur balani. Eorum quoque plura genera. Differunt figura rotunditatis aut proceritatis. Differunt & colore, nigriores ac rubentes. Nec pauciores [4] ficu traduntur colores. Maxime tamen placent candidi. Distant & magnitudine: prout multi cubitum effecere. Quidam sunt non ampliores [5] faba. Servantur [6] hi demum, qui nascuntur in salsis atque sabulosis, ut in Judæa, & Cyrenaica Africa. Non item in Ægypto, Cypro, Syria, & Seleucia Assyriæ. Quamobrem sues, & reliqua animalia ex his saginantur. Vitiati aut vetusti ejus pomi signum est, [7] decidisse candidam verrucam, [8] quæ racemo adhæserit. Alexandri milites palmis viridibus strangulati sunt. In Gedrosis id factum est pomi genere, alibi copia [9] evenit. Est enim tanta musteis suavitas, ut finis mandendi non nisi periculo fiat.

1 Cycen. *Th.* Cucas. *Parm.* prave Si tamen. *Cb.*

2 ita fit ut celeriter exspiret. *Cb.*

3 alia. *M.* & *Cb.*

4 fico. *M.* & *Cb.* quam fico. *Th.*

5 cicere. *Th.*

6 Item qui. *M.*

7 cecidisse. *Cb.*

8 quæ ex racemo. *Dal.*

9 evenien-te. *Cb.*

CAP. V. *De Syriæ arboribus.*

[b] SYria præter hanc peculiares habet arbores. In nucum genere pistacia nota. Prodesse adversus serpen-

a *Nam in aliqua parte Phœnices, &c.*] Legend. *Nam in aliqua parte Phœnices, Græciæque populari etiam nomine à nobis appellantur Balani.* Hic *Phœnices* sunt Φοίνικες, id est, palmulæ. Sic enim etiam vocarunt palmæ fructus, qui Græcis quoque βάλανοι dicuntur. Vult ergo Plinius *Tragemata* à *Syris* vocari palmulas. In alia parte *Phœnices*, id est, Φοίνικας. Populari etiam Græciæ nomine à Romanis dici *Balanos.* Vide *Salmas.* 1322. b. 1324. a.

b *Syria præter hanc, &c.*] Vide c. 22. lib. 15. & cap. 8. lib. 23. *Dalec.*

[1] fotu.

serpentium traduntur morsus, & [1] potu & cibo. In ficorum autem caricas, & minores ejus generis, [a] quæ cottana vocant. Item pruna in Damasco monte nata, & myxa: utranque jam familiarem Italiæ. [b] Ex myxis in Ægypto & vina fiunt. [c] Juniperi [2] similem habent Phœnices & cedrum [3] minorem. [4] Duo ejus genera, [d] Lycia & Phœnicia. Differunt folio. Nam quæ durum, acutum, spinosum habet, oxycedros vocatur, ramosa & nodis infesta. Altera odore [5] præstat. Fructum ferunt myrti magnitudine, dulcem sapore. Et majoris cedri duo genera. Quæ floret, fructum non fert. Frugifera non floret: & in ea antecedentem fructum occupat novus. [e] Semen ejus cupresso simile. Quidam cedrelatem vocant. Ex hac resina laudatissima. [f] Materiæ vero ipsi æternitas. Itaque & simulacra deorum ex ea factitaverunt. Cedrinus est Romæ in delubro Apollo Sosianus, Seleucia advectus. [g] Cedro similis in Arcadia est arbor: in Phrygia frutex vocatur.

[2] similitudine. *M.*

[3] nidore. *M.*

[4] Duo cedri. *D.*

[5] præstantem fructum fert. *Alii.* præstat. Fructum Lycia fert *Alii.*

CAP.

a *Quæ cottana vocant.*] Cottana Juvenal. Satyr. 3.

---- me prior ille
Signabit, fultusque toro meliore recumbet,
Advectus Romam quo pruna & cottana vento.

Pruna scilicet Damascena: Martial.

Hæc tibi, quæ torta venerunt cottana meta,
Si majora forent cottana; ficus erat.

Metam tortam poëta vocat, è tortis junceis textam sportam metæ modo in acuminatum fastigium desinentem. Talibus canistris Massilienses caricas suas recondunt ac exportant, & *cabas* vocant. Hesychius κότ]ανα legit, non κόκ]ανα: κότ]ανα, inquit εἶδ☉- συκῶν. Turneb. c. 28. 25. *Dalec.*

b *Ex myxis in Ægypto & vina fiunt.*] Theophr. c. 12. l. 3. histor. *Idem.*

c *Juniperi similem habent, &c.*] Historiam totam Theophrasti Plin. pervertit, & corrumpit. Phœnicia Cedrus eadem quæ & Syriaca sive Cedrelate: Lycia vero, quam & Cedrida vocat c. 15. & 16. lib. 1. hist. Oxycedrus est. Deceptus Plinius Lyciam & Phœniciam minoris Cedri species esse putavit, & utramque bacciferam, cum baccas Lycia, conos Phœnicia gignat. Utrique folium quidem Juniperi, sed Phœniciæ brevius, firmius, durius. *Idem.*

d *Lycia & Phœnicia.*] Theoph. c. 18. l. 3. hist. *Idem.*

e *Semen ejus cupresso simile.*] Theophrastus lib. 3. cap. 12. corticem non semen dicit habere similem cupresso. *Cortice*, inquit, *cupresso similes videbantur, verum scabriore.* Pint.

f *Materiæ vero ipsi æternitas.*] Ob siccitatem maximam, quæ à putredine illam vindicat: quamobrem in Argonauticis ὀξαλέον κέδρον Orpheus vocavit. *Dalec.*

g *Cedro similis in Arcadia est arbor.*] His

CAP. VI. *De terebintho.*

[a] SYria & terebinthum habet. [b] Ex his [1] mascula est sine fructu. Fœminarum duo genera. [c] Alteri fructus rubet lentis magnitudine, alteri pallidus. Cum vite maturescit, non grandior faba, odore jucundior, [d] [2] tactu resinosus circa Idam Troadis. Sed in Macedonia brevis arbor hæc atque [3] fruticosa, in Damasco Syriæ magna. [e] Materies ei admodum lenta, ac fidelis [4] ad vetustatem, [f] eximii ac nigri splendoris: flos racemosus olivæ modo, sed rubens: folia densa. Fert & folliculos [5] emittentes quædam animalia, seu culices, lentoremque resinosum, qui & [6] cortice erumpit. [g] [7] Etiam thus Syriæ mascula fert, sterili fœmina, folio ulmi paulo longiore & piloso, foliorum inter se semper contrariis pediculis, gracili brevique ramo. Pelles candidæ conficiuntur iis. Semen lenti simile, cum uva rubescit, quod vocatur [8] Rhus, [9] medicamentis necessarium.

1 masculæ. *Ch.*
2 tractu. *M.*
3 fruticosa. In Damasco Syriæ materies. *M.*
4 ac vetustate nigris splendoribus. Flos. *M.* ad vetustatem, nigris splendoribus, &c. *Ch.*
5 mittentes. *M.*
6 corticem rumpit. *M.* ligno colligitur. *Theoph.*
7 & Rhus Syriæ. *Ch.*
8 ros. *Ch.*
9 medicamentum. *M.*

CAP.

His verbis Plinius reddere conatur quod Theoph. ait, Idæos narrare unicum esse Cedri genus Junipero simile, quoniam scilicet apud eos Cedrelate non nasceretur: Arcadas vero trium simul annorum fructum gerere. *Idem.*

a *Syria & terebinthum habet*] Theophrastus cap. 15. lib. 3. histor. *Idem.*

b *Ex his mascula est sine fructu, &c.*] Lege: *Ex his mascula sine fructu. Fœminarum duo genera. alteri fructus rubet lentis magnitudine, alteri pallidus cum vite maturescit non grandior faba, odore jucundior, tractu resinosus, circa idam Troadis, & in Macedonia brevis arbor atque fruticosa, &c.* Vide *Salmas.* p. 594. b.

c *Alteri fructus rubet, &c.*] Protinus ruffus est, nec concoquitur. Theoph. *Dalec.*

d *Tactu resinosus circa Idam Troadis, sed in Macedonia brevis arbor hæc.*] Scribo, *tactu resinosus, circa Idam Troadis & in Macedonia brevis arbor hæc.* ex Theophrasto aperte libro tertio cap. 15. *nigrum,* ait, *novissime facit magnitudine fabæ resinosum & sulfurosum. Circa Idam & Macedoniam brevis, fruticosa, contortaque nascitur: at apud Damascum Syriæ magna, copiosa decoraque.* Pint.

e *Materies ei admodum lenta, ac fidelis ad vetustatem.*] Scribo alio ordine verborum, *Materies ei lenta ac fidelis admodum ad vetustatem*, ex eodem Theophrasto eodem loco; his verbis: *Materies ei lenta, radices validæ in profundo, atque in totum incorrupta hæc arbos habetur.* Idem.

f *Eximii ac nigri splendoris.*] Duo prima verba superfluunt, ex utroque antiquo codice. *Idem.*

g *Etiam thus Syria mascula fert, &c.*] De Rhu loquitur, quam perperam mutarunt editores in *thus.* vide *Salmas.* pag. 465. a.

a Et

CAP. VII. *De ficu Ægyptia, & Cypria.*

[a] ET [1] in Ægypto multa genera, quæ non alibi. [b] Ante omnia ficus, ob id Ægyptia cognominata. Arbor moro similis folio, magnitudine, adspectu. Pomum fert non ramis, sed caudice ipso. Idque ipsum ficus est prædulcis, sine granis interioribus perquam fœcundo proventu, scalpendo tantum [c] ferreis unguibus: aliter non maturescit. [2] Sed cum factum est, quarto die demetitur, alio subnascente: septeno ita numerosa partu, per singulas [3] æstates multo lacte [4] abundante. Subnascitur, etiam si non scalpatur, fœtus quater æstate prioremque expellit immaturum. Materies proprii generis inter utilissimas. Cæsa statim stagnis mergitur. [d] Hoc est [5] ejus siccari. Et primo sidit, postea fluitare incipit: certoque [e] fugit eam alienus humor, [f] qui aliam omnem rigat. Cum innatare cœperit,

1 Et Ægypto. *M.*
2 Id eum.
3 ætates. *Ch.*
4 abundat. *Dal.* sub arbor. *ex Th.*
5 ei. *Dal.*

a *Et in Ægypto, &c.*] Vide Theoph. cap. 2. lib. 4. histor. & infra cap. 7. lib. 23. *Dalec.*

b *Ante omnia ficus, ob id Ægyptia cognominata.*] Ubi ficus Ægyptia est, quæ συκάμινος Theophrasto. συκόμορος dicitur Dioscoridi. *Salmas.* 459. a.

c *Ferreis unguibus.*] Ungue aut ferro, Dioscor. oleoque inungendo, Theophr. cap. 21. lib. 1. de caussis. *Dalec.*

d *Hoc est ejus siccari.*] Sic dictum: ut *scire tuum nihil est.* Sequitur: *certoque fugit eam alienus humor, qui aliam omnem rigat.* Lignum hujus fungosum non est, nec rarum cum in aquam mittitur: nam subsidit cum in aqua diu desederit; tum arefactum rarefactumque sustollitur. *Salmas.* pag. 463. b.

e *Sugit.*] Siccat. Guilland. ad fabrilem materiaturam aptam reddit. Cum enim ligno sit raro & fungoso, humore perfusa lentescit, & tractabilem se præbet. *Dalec.*

f *Qui aliam omnem rigat.*] Utrumque exemplar hanc lectionem præfert, non *alvum*, ut Hermolaus emendat ex Theophrasto & Solino, quorum neuter eum adjuvat. Theophrasti verba sunt lib. 4. cap. 2. *Proprium id præter cætera habere videtur quod cæsum continuo viride est, siccatur autem in profundo aqua: mergitur enim in profundas fodinas stagnaque protinus atque conditur, madefactumque in profundo siccatur. cumque siccum omnino fuerit, superfluitat atque innatat. itaque probe conditum esse videtur. fit enim leve atque solutum.* Et Solinus cap. 34. *Materia ejus in aquam missa subsidit. deinde cum diu desederit in liquore, levior facta sustollitur, & versa vice (quod natura in alio ligni genere non recipit) fit humore sicca.* in his verbis Theophrasti atque Solini nulla apparet alvi intestinorumve mentio: nisi quis dicat citari ab Hermolao prædictos auctores quod attinet ad verbum *sugit*, quod pro *fugit* substituit, cujus rei debuit lectorem admonere, ne judicaretur voluisse præstigiatorum more legentium oculos præstringere, ut supra etiam in *cynorrhodo* fecit. *Pint.*

a *Cypria*

[1] cœperit, tempestive, habet signum. Huic similis quadantenus quæ vocatur [a] Cypria ficus in Creta. Nam & illa in caudice ipso fert pomum, & ramis, cum in crassitudinem adolevere. [b] Sed hæc germina [2] emittit sine ullis foliis [3] radicis similia. Caudex arboris similis populo, folium ulmo. Fructus quaternos fundit: toties & germinat. Sed grossus ejus non maturescit, nisi incisura emisso lacte. Suavitas & interiora fici, magnitudo [4] sorbi.

1 cœpit. *M.*

2 mittit sine ullis foliis, radice populo similis, folio ulmo, fructus. M. *indidē, nam hæc omnia leguntur apud Theoph.*

3 radices similis. *Ch.*

4 primi. *The.*

CAP. VIII. *De Ceraunia siliqua.*

[c] Similis [5] his [d] siliqua, quam Iones Ceranniam vocant: [e] trunco & ipsa fertilis, [f] [6] sed pomo siliquæ. Ob id quidam Ægyptiam ficum dixere, errore manifesto. Non enim in Ægypto nascitur, sed

5 Similis & quam. M. *& Ch.*

6 sed pomo siliqua: *vel*, sed pomo siliquato. *D.* sed pomum siliquæ. *Ch.*

a *Cypria ficus, &c.*] Dioscoridi hæc ulmus est, folio tamen Sycomori, fructu pruni magnitudine, dulciore, cetera Sycomoro similis. *Dalec.*

b *Sed hac germina, &c.*] Legend. *sed hac germen amittit sine ullis foliis ut radicem, similis populo, folium ulmo.* hæc, inquit, arbor, quæ germen amittit sine ullis foliis, ut radicem, similis populo est, caudice scilicet & magnitudine. nam folium ulmo simile. *Salmas.* pag. 462. b. *Sed hac germina, &c.*] Tenuia, quibus fructus præfigitur. Theoph. *Dalec.*

c *Similis his siliqua, quam Iones Ceranniam vocant, &c. ob id quidam ficum Ægyptiam dixere errore manifesto.*] Quamvis error sit, sic tamen usus obtinuit apud Græcos. perperam scribitur *Ceraunia* pro *Ceronia.* nisi quis dicat ita scriptum pro *ceraonia.* Salmas. p. 459. a. *Similis his siliqua quam Iones Ceranniam vocant.*] Lego, *Similis & quam Iones Ceranniam vocant*, ex utroque exemplari. rectissime, astipulante etiam Theophr. lib. 4. de plantis cap. 11. *Similis*, inquit, *huic & quam Iones ceroniam vocant.* Nam Theodorum, qui aliter transtulit, Plinii depravata lectio decepit. Item *Ceroniam* libentius legerim quam *Ceranniam*: nisi quis dicat utroque modo posse proferri, ut *olla, aula: coda, cauda, plodo, plaudo*, & similia. sed in dictionibus Latinis locum id habere dixerim, non in Græcis. Utcunque in his quæ ad nos è Græcis fluxerunt tutius est literaturam sequi Græcam, exceptis quibusdam in quibus receptissimum est aliter fieri. *Pintianus.*

d *Siliqua.*] Siliqua hæc nostra Carrobia est. Falluntur qui arborem Judæ esse putant, quoniam arboris ejus ruber flos est, non albus: item qui Cassiam nostram fistularem. Est enim illi flos luteus. Vide Theoph. c. 2. l. 4. hist. & infra c. 8. l. 23. *Dalec.*

e *Trunco & ipsa fertilis, sed pomo siliqua.*] Siliqua ipsa mandebatur: semina quæ intus habet, amara & esui inutilia: cortex ipse prædulcis & edulis. *Salmas.* p. 459. b.

f *Sed pomo siliqua.*] Exemplar Toletanum, *Sed pomum siliqua:* lego, *Sed pomo in siliqua*, ut cap. sequ. *semen in siliquis.* Theophrastus pomum Græce *ellobon* appellat, hoc est siliqua contentum. Theodorus: *Nam & ipsa caudice maximam fructus partem expellit: ramis autem, ut diximus, paucum fert siliqua.* Pintianus.

a *Plantigera*

ſed in Syria Ioniaque, & circa Gnidum, atque in Rhodo, ſemper comantibus foliis, flore candido, cum vehementia odoris: [a] plantigera imis partibus, & ideo ſuperficie flaveſcens, ſuccum auferente ſobole. Pomo antecedentis anni circa Canis ortus [1] detracto, ſtatim alterum parit: [b] poſtea florem, [2] per Arcturum hieme fœtus enutriente.

1 detracto, quod placuit, ſtatim alt. parit. poſtea floret per Arcturum. M.
2 poſt.
3 Perſea. Dal.

CAP. IX.

De [3] Perſica Ægypti, & ſpina Ægyptia.

[c] ÆGyptus & Perſicam arborem ſui generis habet, [d] ſimilem pyro, folia retinentem. Fertilitas aſſidua [4] ei [e] ſubnaſcente [5] craſtino fructu. Maturitas Eteſiarum afflatu. [f] Pomum longius pyro incluſum amygdalæ putamine, & corio, colore herbido: [g] ſed ubi nux illi, huic pomum, differens brevitate

4 ejus. M.
5 ſtatim.

a *Plantigera imis partibus.*] Legend. *plantigera imus partibus, & ideo ſuperficie flacceſcens.* ſic idem lib. 15. cap. 29. de myrto. *Salmaſ.* pag. 461. *b*.

b *Poſtea florem, per Arcturum hieme fœtus enutriente.*] Legendum videtur, *poſtea flores per Arcturum, &c.* Theophr. *Fructum anniculum ſimul & novum habet: altero namque detracto poſt Canis ortum protinus alterum gigni patefecit, gignitur enim uva modo indiſcretus atque uniformis: tum auctus circa Arcturum & Æquinoctium floret.* Pintianus.

c *Ægyptus & Perſicam arborem ſui generis habet.*] Scribo *perſeam* non *perſicam*, ex Theophraſto loco ſæpecitato, & Dioſcoride lib. 1. *Eſt*, inquit Theophraſtus, *in Ægypto alia quoque arbor Perſea dicta.* Dioſcorides: *Ægypti arbor Perſea eſt, fructum fert ſtomacho accommodatum, &c.* Quod ſi apud Dioſcoridem legis, *Perſeam Romani pariter Græci perſeam ſive perſicam dicunt*; ſcito verba illa Dioſcoridis non eſſe, nec in Græco ea haberi exemplari, ſed à Marcello interprete addita, quem fefellit mendoſus Plinii codex: in quem etiam errorem incidit Hermolaus in Corollario. *Pint.*

d *Similem pyro.*] Folio, ramo, flore, Theophr. *Dalec.*

e *Subnaſcente craſtino fructu.*] Non placet Plinii tralatio ex Theophraſto, cujus verba ſunt de arbore Perſea: *Fructum autem fert copioſum & omnem horam*, Plinius *craſtino* vertit. Ego puto apud Theophraſtum *horam*, non partem diei ſignificare, ſed anni: alioqui ridiculum eſſet credere arborem eſſe quæ cotidie fructum novum gignat. *Pint.*

f *Pomum longius pyro.*] Adde *æquum*, aut *par*, aut aliam hujuſmodi dictionem: eſt enim ſenſus, Perſeam arborem habere pomum oblongum, magnitudine pyri. Theophraſtus: *Fructum abunde parit, omnique tempore perficit: quippe novus anniculum ſemper occupat: maturitas anniverſariorum afflatu conficitur, reliquum crudiorem auferunt atque recondunt: eſt magnitudine pyri, figura oblongus, amygdalæ modo.* Hæc Theophraſtus: apud quem magnam rem feciſſe putavit Theodorus, ſi, quos ventos univerſitas ſcriptorum *eteſias* appellat, ipſe Latino nomine *anniverſarios* diceret. *Idem.*

g *Sed ubi nux illi, huic pomum.*] Utrumque exemplar non *pomum* legit, ſed *primum*: ſcribo *prunum*. Theophraſtus:

brevitate ac mollitie: & quamvis blandiatur prædulcis suavitas, [1] innocuum. [a] Materies bonitate, firmitudine, nigritia quoque nihil differens à loto. [b] Simulacra ex ea [2] factitavere, non eadem gratia, quam fideli materie, ut ex arbore quam balanum appellavimus, magna ex parte contorta. [c] Novalis itaque tantum est. At è diverso [3] cuci in magno honore, palmæ similis, quando & ejus foliis utuntur ad textilia. Differt quod in brachia ramorum spargitur. Pomo magnitudo, quæ manum impleat, color fulvus, commendabilis succo ex austero dulci. [d] Lignum intus [4] grande, firmæque duritiæ, ex quo velares detornant annulos. In eo nucleus dulcis, dum recens est. Siccatus durescit ad infinitum, ut mandi non possit, [5] nisi pluribus diebus maceratus. Materies crispioris elegantiæ, & [e] ob id Persis gratissima. Nec minus [f] spina celebratur [g] in eadem gente duntaxat nigra, quoniam incorrupta etiam in aquis durat, ob id utilissima navium costis. Candida facile putrescit. Aculeus spinarum & in foliis. Semen in siliquis, quo coria perficiuntur gallæ vice. Flos & coronis jucundus, & medicamentis utilis. Manat & gummi ex ea. Sed præ-
cipua

1 in nucleo. M.

2 factitavere. Non eadem gratia æque fideli materiæ ex arbore, &c. contortæ. *Dal.*

3 Cuciophoros. *Theophrast.*

4 grandis. *Alii.*

5 nisi, in M. d.

stus: *Habet autem intus nucem quemadmodum prunum mollicie, sed longe minorem & meliorem.* Idem.

a *Materies bonitate.*] Theophr. cap. 20. & 38. lib. 2. histor. *Dalec.*

b *Simulacra ex ea factitavere, non eadem gratia quam fideli materia, ut ex arbore quam balanum appellavimus.*] Prima illa verba, *simulacra ex ea factitavere*, ad antecedentia pertinent. deinde sequitur alius sensus, scribendumque sic: *Non eadem gratia, quanquam fideli materia, est arbor quam balanon appellamus.* Theophrastus eodem loco: *Glans à fructu nomen accepit, folium ei simile atque myrto, oblongius tamen, illæsa magnaque arbor est, verum non recta, sed contorta, materies ei valida, & tam ad alia quam ad navigia percommoda.* Pintianus.

c *Novalis itaque*] Lege: *navalis itaque tantum est.* Vel legend. *non eadem gratia, æque fidelis materies, arbori quam balanum appellavimus: navalis itaque tantum est.* Salmas. 463. b.

d *Lignum intus grande.*] Sub corticoso & fibroso velamine, quod sese primum offert. *Dalec.*

e *Ob id Persis gratissima.*] Ad lectorum pedes conficiendos. Theophr. *Idem.*

f *Spina.*] Ἄκανθαν Theophr. hanc spinam vocat. *Idem.*

g *In eadem gente duntaxat nigra.*] Hæc omnia è Theophr. cap. 3. lib. 4. Vide infra cap. 12. lib. 24. *Idem.*

a *Circa*

cipua utilitas, quod cæsa anno tertio resurgit. [a] Circa Thebas hæc, ubi & quercus, & Persica, & oliva, ccc. à Nilo stadiis, silvestri tractu, & suis fontibus riguo.

CAP. X.

De pruno, & arboribus circa Memphim.

[b] IBi & prunus Ægyptia, non dissimilis [c] spinæ proxime dictæ, pomo mespili, maturescens bruma, nec folia dimittens. [d] Lignum in pomo grande, sed corpus ipsum natura copiaque messium [1] instar incolis. Purgatum enim tundunt, servantque ejus offas. [e] Silvestris fuit & circa Memphim regio tam vastis arboribus, [f] ut terni nequirent vel circumplecti, unius peculiari miraculo, [g] nec pomum propter, usumve aliquem, sed eventum. Facies [2] enim spinæ [h] folia habet seu pennas, quæ tactis

1 incolis, *In M. d.*

2 etiam alius spinæ. *Quidam.*

a *Circa Thebas hæc, &c.*] Lege: *Circa Thebas hæc, ubi & quercus & Persea & oliva, ccc. à Nilo stadiis, silvestri tractu & fontibus suis riguo. Ibi & prunus Ægyptia, non dissimilis, &c.* Ita scribendum continuata serie, quam vulgo capitibus divellunt. *Salmas.* pag. 533. a. *Circa Thebas hæc, ubi & quercus, & persica, & oliva.*] Scribendum, ut admonui, *persea*, non *persica*. Theophrastus lib. 4. cap. 3. *Et silva ingens circa agrum Thebanum est, ubi & robur, & persea & olea.* Theodorus, quod græce Theophrastus dixit *Thebaicon nomon*; *agrum Thebanum* vertit: ego *præfecturam* non *agrum* transtulissem, cum Plinio libro quinto c. 9. *Pintianus.*

b *Ibi & prunus Ægyptia.*] Vide Theoph. c. 3. l. 4. hist. qui natalibus cum Plinio convenit, alia re nulla prorsus. Quibusdam myrobalanus emblica officinarum, ut chrysobalanus Galeni flava. *Dalec.*

c *Spinæ proxime dictæ.*] Descriptæ superiori proximo capite. *Idem.*

d *Lignum in pomo grande.*] Theophrastus non *grande*, sed *rotundum* scribit. *Alia*, inquit, *quædam arbor prunus habetur insignis magnitudine, fructum ferens natura & magnitudine mespilis proximum, nisi quod rotundum nucleum habet.* Pintianus.

e *Silvestris fuit & circa Memphin regio.*] Verbum *fuit*, neutrum scriptorum exemplarium agnoscit. *Idem.*

f *Ut terni nequirent vel circumplecti.*] Videtur scribendum præpostero ordine: *ut vel terni nequirent circumplecti.* Idem.

g *Nec pomum propter, &c.*] Lege: *nec pomum propter usumve aliquem, sed eventum, facies ei est spina, folia habet seu pinnas, quæ tactis, &c.* Salmas. pag. 538 b.

h *Folia habet seu pennas.*] Φύλλα ὅμοια πτερίοις, seu filicum, Plinius legit πτερῖς. Garcias c. 17. l. 2. luteum florem esse scribit, folium vero Polypodii, qua in re cum Theophrasto convenit. *Dalec.*

a *Gummi*

tactis ab homine ramis cadunt protinus ac postea renascuntur.

CAP. XI. *De gummi generibus, & papyro.*

[a] GUmmi optimum esse ex Ægyptia spina convenit, vermiculatum, [b] colore glauco, purum, sine cortice, dentibus adhærens. Pretium ejus in libras [c] x. iij. Deterius ex amygdalis amaris & ceraso, pessimum ex prunis. Fluit [1] & ex viti- [1] & vitis bus. M.
bus, infantium hulceribus aptissimum, & [2] ali- [2] aliquando olea. M.
quando ex olea dentium dolori: ulmo etiam [d] in Coryco monte Ciliciæ, ac junipero, ad nihil [3] uti- [3] utilea. M.
le: ex ulmi vero gummi & culices [4] ibi nascuntur. [4] alibi. M.
[e] Fit & ex sarcocolla (ita vocatur arbor) gummi utilissimum pictoribus ac medicis, simile pollini thuris: & ideo candidum, quam ruffum, melius. Pretium ejus, quod supra. Nondum palustria attigimus, nec frutices amnium. Prius tamen quam digrediamur ab Ægypto, & papyri natura dicetur, cum chartæ usu maxime humanitas vitæ constet & memoria. [f] Et hanc Alexandri Magni victoria repertam, auctor est M. Varro, condita in Ægypto Alexandria. [g] Antea non fuisse chartarum usum in

a *Gummi optimum esse ex, &c.*] Lege: *Gummim optimam esse ex Ægyptia spina convenit, vermiculatam, colore glauco, puram, sine cortice, dentibus adhærentem.* Atque ita Plinius ubique declinat, *hæc gummis, hujus gummis, hanc gummim.* Salmas. pag. 533. *Gummi optimum esse ex, &c.*] Vulgo Arabicum. Acanthinum Celsus vocat cap. 1. l. 5. quoniam stillat ἐκ τῆς αἰγυπτίας ἀκάνθης, ἀκανθικῆς. Sic vocat & Marcellus Empiricus, c. 14. *Dalec.*

b *Colore glauco.*] Vitro simile, pellucidum. Dioscor. Vide supra c. 9. hujus libri. *Idem.*

c *x. iij.*] Denarii tres. *Idem.*

d *In Coryco monte.*] Κώρυκος, folliculus in ulmo & terebintho, intra quem nascuntur culices & gummi. Inepte Plinius Corycum montem esse putavit. *Idem.*

e *Fit & ex sarcocolla (ita vocatur arbor) gummi utilissimum.*] Codex Toletanus non *gummi utilissimum* legit, sed *gummis utilissima*, semperque ita profert genere fœminino, non neutro. *Pint.*

f *Et hanc Alexandri Magni victoria repertam.*] Guillandinus hujus loci diligentissimus, & ingeniosissimus enarrator ex Anacreonte, Alcæo, Æschylo, comicis veteribus, Platone, Aristotele, probat papyrum, sive biblum cognitam quidem fuisse; antequam nasceretur Alexander, verum in usu frequenti & publico fuisse, Alexandri seculo. *Dalec.*

g *Antea non fuisse chartarum usum*]

1 in M. d. [a] [1] in palmarum foliis primo scriptitatum: deinde quarundam arborum libris. Postea publica monumenta plumbeis voluminibus, [b] mox & privata linteis confici cœpta, aut [2] ceris. [c] Pugillarium enim usum fuisse etiam ante Trojana tempora invenimus apud Homerum. [3] Illo vero prodente, [d] ne terram

2 schedis. M.

3 Illo vero prod. &c. intelligitur. Siquidem à Pharo, &c. prodidit, postea adaggeratam Nilo. In Sebennytico solum ejus, &c. nascitur. M.

Pertinent huc Lucani versus,

Nondum flumineas Memphis contexere biblos
Noverat, in saxis tantum volucresque feraque,
Sculptaque servabant magicas animalia linguas.

Dalec

a *In palmarum foliis, &c.*] *In malvarum foliis*, non *palmarum*, legendum putat Guilland. quoniam olim in malvarum foliis scribebatur. Cnina apud Isidorum,

Hac tibi Arateis multum invigilata lucernis
Carmina, queis ignes novimus aërios,
Lævis in aridulo malvæ descripta libello,
Prusiaca vexi munera navicula.

Idem.

b *Mox & privata linteis, &c.*] Linteos libros memorat Livius lib. 4. primæ Decad. & Vopiscus in Aureliano, Ceras, cera oblitas tabulas vocat, in quibus primum ferreo stylo scribebatur, deinde ossea cuspide, cum vetitum fuisset, ne quis è ferro graphium haberet. Plaut. in Bacchid.

CHRY. *Nunc tu abi intro Pistoclere ad Bacchidem atque effer cito.*
PIST. *Quid?* CHRY. *stylum, ceram, tabellas & linum.*

Atta in Satyra: *Vertamus vomerem in ceram, mucroneque aremus osseo.* Hinc scribarum vulgatum dictum, *Ceram ferro ne cedito.* Præter arborum cortices, ac folia plantarum, ligna cerata, lintea, plumbum, chartas, membranas, etiam in ligno, ut Solonis leges, ebore, ut Romanorum Principum edicta, libris elephantinis, quorum Ulpianus lib. 32. Pandectarum, c. 50. meminit, & Vopiscus in Tacito: lapide, ut sepultorum elogia, sacras Ægyptiorum literas, & alia id genus monumenta: ære, ut 12. tabularum leges, fœdera, senatus decreta, animalium intestinis ac gemmis quoniam scriptum fuisse, multis argumentis ostendit Guillandinus. Alexandr. ab Alex. c. 30. 2. *Idem.*

c *Pugillarium.*] Codicillorum, ceratarum tabellarum. Codicillos vocat infra c. 1. l. 33. Homeri locus est Iliad. ζ.

---- πόρεν δ' ὅγε σήματα λυγρὰ
Γράψας ἐν πίνακι πτυκτῷ θυμοφθόρα πολλά.

Pugillares olim dicti fuerunt duplices, triplices, quincuplices, à numero foliorum: citrei, buxei, eburnei, membranei à materia: lutei, virides, crocei, purpurei, à colore. *Guilland.*

d *Ne terram quidem ipsam totam fuisse quæ nunc Ægyptus intelligitur.*] Verbum *totam* redundat ex exemplari Toletano. recte, ut infra cap. 13. *Quod eo magis miror, si etiamnum Homero condente Ægyptus non erat.* Pintianus. *Ne terram quidem, &c.*] Herodotus lib. 2. Ægyptum esse γῆν ἐπίκτητον, καὶ δῶρον ποταμοῦ scribit: Heliodorus 9. Æthiopicorum idem tradit: idem Aristot. cap. 14. lib. 1. Meteorolog. idem Strabo, Diodorus, Eratosthenes. Seneca cap. 20. lib. 6. Natur. Quæst. Nilum turbidum defluentem, & limum secum trahentem multum, quem prioribus terris apponat, annuis incrementis semper Ægyptum proferre auctor est. Tot testibus & insignis auctoritatis viris confisus Plinius idem asserit. At constat omni memoria, in inferiori Ægypto celebres urbes fuisse Canopum, unde ostium Canopicum dictum, quo post excidium Trojæ, cum Helena Menelaus appulit, vulgo *Bichiri.* Tanin, vulgo *Damiatam*, unde Taniticum; & in vertice Deltæ, *Sain*, hodie, ut

[1]terram quidem ipsam totam fuisse, quæ nunc Ægyptus intelligitur (cum [a] in Sebennytico [2]saltem ejus nomo omnis charta nascatur) postea adaggeratam Nilo. Siquidem à Pharo insula, quæ nunc Alexandriæ ponte jungitur, [b] noctis dieique velifico navigii cursu terram fuisse prodidit. Mox [c]æmulatione circa bibliothecas regum Ptolemæi & Eume-

1 terra quidem ipsa tota, &c. adaggerata. *Vet.*
2 solum. *Dal.*

ut volunt, *Sait*, quæ chartæ Saiticæ nomen dedit: tum etiam Heliopolin, quæ *Bethsemes* appellatur, & *No* populosam, quæ in Alexandriam postea versa est: Latopolin, in cujus ruinis Cambyses Babylonem ædificavit, *Cairam*: Memphim, Pyramidum miraculis claram, ut inde credendum hodie sit, Ægypti eam partem non adaggeratam fuisse limo fluvii, sed incolis multis semper habitatam, oppidisque frequentissimis cultam. Pro Sebennitica præfectura Guillandinus *Saiticam* reponit, quoniam licet Sebenniticus tractus, in quo etiam hodie visitur ampla civitas *Sibnit*, ab historicis celebratus fuerit, nulla tamen charta Sebennitica nuncupetur, cum de Saitica multa legantur apud auctores. Homeri versus de Pharo sunt:

Νῆσος ἔπειτά τις ἐστὶ πολυκλύστῳ ἐνὶ πόντῳ
Αἰγύπτου προπάροιθε, Φάρον δέ ἑ κικλήσκουσι,
Τόσσον ἄνευθ' ὅσσον τε πανημερίη γλαφυρὴ νηῦς
Ἤνυσεν ᾗ λιγὺς οὖρος ἐπιπνείῃσιν ὄπισθεν.

Continenti adjuncta est oblongo & angusto aggere, quem pontem γέφυραν vocant, industria Cleopatræ reginæ, quæ legatos & publicanos Rhodiorum vectigal, cui obnoxia diu fuerat, superbe petentes, in suburbana cum duxisset solennis festi specie, septem dierum spatio, molibus in altum jactis, totidem stadia occupavit, & ita continenti admovit. Aliquanto vero post vehiculo in eam profecta, Rhodios ludificata est portorium non ab insula, ut putabant sed à terra exigentes. Guilland. ex observatione Brodæi c. 5. 3. Miscellaneorum *Dalec.*

a *In Sebennytico, &c.*] Varro loco, quem Plinius citat, scripserat in Sebennytico tantum nomo Papyrum, unde chartæ fiunt, nasci: cum autem nascatur in multis aliis locis Ægypti, probabile est Ægyptum totam terram tum non fuisse. *Idem.*

b *Noctis dieique velifico, &c.*] Quantum navis plenis lata velis diurno cursu metiri poterat. Seneca, Plutarchus in Iside & Osiride. *Idem.*

c *Æmulatione circa bibliothecas, &c.*] Ælianus, Hieronymusque ad Chromatium, inter Ptolemæum & Attalum contentionem eam habitam fuisse tradunt, qua in re nihil dissensionis est, cum, ut suos omnes reges Ptolemæos Ægyptus vocavit, ita & suos Attalos Pergameni cunctos nuncupaverint. De membranarum initiis statuendum fere idem quod de chartis, Eumenem frequentiorem quidem illarum usum vulgasse, cum maximum earum numerum ad bibliothecæ suæ volumina compararet, quamvis jam annis multis illarum usus fuisset ante Eumenem: cum Herodotus in Terpsichore scribat ab Ionibus byblon sive chartam appellari διφθέρας, nempe membranas: chartæque penuria, in membranis caprinis & ovillis eos ac plerosque alios barbaros scribere solitos. Scribit præterea Josephus lib. 12. Antiquit. à Judæorum summo pontifice missos ad Ptolemæum senes, libros sacræ legis expectantem, membranas suis involucris extractas ostendisse, aureis literis perscriptas, tenuitatis admirandæ, ac sic compositas, ut visu discerni commissuræ non possent. Facit & ad id proverbium notissimum, *Diphthera vetustiora.* de quo vide Suidam & Erasmum. Aristotelem primum omnium undique colligere libros cœpisse, & Ægypti reges

 σύνταξιν

Eumenis, supprimente chartas Ptolemæo, idem Varro membranas Pergami tradidit repertas. Postea promiscue patuit usus rei, qua constat immortalitas hominum. [a] Papyrum ergo nascitur in palustribus Ægypti, aut quiescentibus Nili aquis, ubi evagatæ stagnant, duo cubita non excedente altitudine gurgitum, brachiali radicis obliquæ crassitudine, [b] triangulis lateribus, decem non amplius cubitorum longitudine [c] in gracilitatem fastigiatum,

σύνταξιν bibliotheces docuisse Strabo affirmat: quod sic intelligendum puto, non quidem vivum & coram locutum id monstrasse, verum exemplo suæ bibliothecæ, quam instructissimam, copiosissimam, & ordine convenientissimo digestam fuisse credi par est, eos principes incitasse, ut præclaram illam & incomparabilem suam instituerent. Pisistrati bibliothecam ante Philosophi tempora, urbe potitum Xerxem Gellius tradit in Persidem transtulisse: eamque multis post annis Seleucum Nicanora reportandam Athenas curavisse. Julianus Imperator ad Ecdicium Ægypti præfectum scripsit, alios quidem feris, avibus, equis delectari, sibi vero *ἐκ παιδαρίου δεινὸν πόθον ἐντετηκέναι τῆς τῶν βιβλίων κτήσεως.* à puero maximam cupiditatem comparandi libros inolevisse. Capitolinus Serenum Sammoniacum eruditissimum virum Gordiano juniori discipulo bibliothecam suam donasse refert, in qua sexaginta duo volumina selectorum & optimorum librorum numerabantur. *Dalecampius.*

a *Papyrum ergo nascitur, &c.*] Legend. *Papyrum ergo, &c. triangulis lateribus in gracilitatem fastigatum, thyrsi modo cacumen includens. Semine nullo, aut usu ejus alio quam floris ad coronandos deos.* id est, cacumen in gracilitatem thyrsi modo fastigatum includens. Vel sic lege: *in gracilitatem fastigatum, thyrsi modo cacumen includens, nullo semine, haud alio quam floris usu ad deos coronandos.* Salmas. pag. 536 a. & 537. a. *Papyrum ergo nascitur, &c.*] Papyrus duplex est: altera biblos *Ægyptia*, *Ægypto* peculiaris & Indiæ si Straboni fides: in Syria quoque nascens Theophrasto: Plinio, etiam Babylone, cujus flore dii coronantur, philuris charta conficitur, scapo vescuntur, radicibus ignem alunt. Altera Sari Theophrasti, Biblos secunda Eustathii, extra Ægyptum auctore Strabone, in Italiæ palustribus cum Typha & Anthela crescit, in Sicilia, Apulia, Calabria frequens, ubi voce à Papyro sumpta, vulgus etiamnum *Papero* appellat. Radicem habet præduram, flexuosam, è qua *Saria*, id est, molles tenellique cauliculi germinant, ad duorum cubitorum altitudinem surgentes, crassitudine pollicis, trianguli, chartis inutiles, coma papyro simili. Hic locus Aristotelem parum certa & vera de plantis judicasse probat, qui problemate 8. lib. 6. asseveret nulli plantæ caules triangulos, aut quadrangulos produci: cum & papyri scapus tribus angulis distinguatur, & aliarum multarum, quatuor: quod ex historia Dioscorid. manifestissimum est. *Guilland.*

b *Triangulis lateribus decem non amplius cubitorum longitudine.*] Lege, *Decem & amplius cubitorum longitudine.* Theophrastus lib. 4. cap. 8. *Nascitur papyrus non in altitudine gurgitum, sed prope intra duo cubita, nonnusquam etiam minus, crassitudine radicis qua vola viri robusti, longitudine super dena cubita provenit.* Pintianus.

c *In gracilitatem fastigiatum.*] Dictum à nobis sæpe, scribendum *fastigatum*, non *fastigiatum.* Idem.

a *Thyrsi*

tum, [a] thyrsi modo cacumen includens: semine nullo, aut usu ejus alio, [b] quam floris ad deos coronandos. Radicibus incolæ pro ligno utuntur: nec ignis tantum gratia, sed ad alia quoque utensilia vasorum. [c] Ex ipso quidem papyro navigia texunt: & [d] è libro vela, tegetesque, nec non & vestem, [1] etiam stragulam, ac funes. [e] Mandunt quoque crudum

[1] atque stragula. *M.*

a *Thyrsi modo cacumen includens.*] Quod Theophrastus dixit, κόμην (Strabo χαίτην) ἔχοντας ἀχρείαν, ἀσθενῆ, Plinius his verbis reddidit, cum aptius esset, *comam*, sive *jubam inutilem habens, atque invalidam.* Non parum sane discrepat thyrsus à coma. Hæc enim exporrecta, diffusa ac explicata est, in milio & arundine, Plinio: thyrsus vero in globosum caput coactus, quale est colocasiæ, κωδίον Theophrasto, σφηκίον Dioscoridi ἀδελφίδες, vel in spicatam congeriem stipatus, ut in alismatis, & Acanthi caule, à similitudine thyrsi Bacchici vocatus, quem Macrobius telum fuisse ait circumplicata hedera obligatum, quæ fronde mucronem tegebat. *Dalec.*

b *Quam floris ad deos coronandos.*] Plutarchus in Agesilao scribit eum papyro coronaria delectatum fuisse ob coronarum simplicitatem, eamque discedentem à rege petiisse & accepisse. Athenæus vero lib. 15. ridet eos qui putarunt è papyro & rosis coronas fieri: idque non minus absurdum esse tradit, quam si ex allio & rosa corona necteretur, utpote papyro grave quiddam & cœnosum olente. *Idem.*

c *Ex ipso quidem papyro, &c.*] Herodotus lib. 2. tradit Ægyptios naves fabricare è sua spina, compages introrsum è biblo facere ex amputato papyri vertice, ex eodem & vela, & calceos: inferiora vero longitudine cubiti, & comesse & vendere. Lucanus,

Conseritur bibula Memphitis cymba papyro.

Ægyptiis sacerdotibus calceos tantum papyraceos gestare licebat, quorum Aristides lib. 1. Sacrorum sermonum meminit, scribens in ulceris curatione Æsculapium sibi dedisse calceos Ægyptios, quibus utuntur sacerdotes. Usi sunt & veteres arundinum coma ad navium structuram, quo modo & papyro, commissuris interjicientes ad textus ferruminandos, ut quæ glutino sit tenacior, & explendis rimis pice fidelior, c. 36. l. 16. *Idem.*

d *E libro vela.*] Apud Theophrastum est: *etiam è biblo vela, &c.* nimirum ex eadem papyro, sive caulis ejus tæniis & philuris, non autem libro sive extimo cortice, ne funibus quidem, nisi in humore, utili. Plinius negligenter hæc vertit. Omisit & idem quod apud Theophrastum mortalibus imprimis necessarium usum hujus plantæ declarat, è biblo texi biblia, nempe chartas, etiam externis notissimas: cum Græci longe plura chartis memoriæ tradiderint, quam ipsimet Ægyptii, apud quos papyrus gignitur, memorabilium rerum monumenta saxeis obeliscis & pyramidibus insculperi soliti. *Guiland.*

e *Mandunt quoque crudum, &c.*] Dioscorides & ejus auctoritate deceptus Pierius in Hieroglyphicis falso putaverunt radicem ἔχειν τρόφιμόν τι, alimenti nonnihil præbere, ideoque Ægyptios διαμασωμένους ἀποχυλίζειν, mandere, exugereque succum, τὸ διαμασώμενον ἀποπτύοντας. Nam & præter Theophrasti perspicuam hac de re narrationem, Herodotus apertissime refert in Euterpe, Ægyptios papyri è palustribus collectæ annua messe, partem superiorem præcisam in alios usus quam alimentorum vertere, inferiorem autem cubiti longitudine, & vendere & comesse, eximia quadam suavitate, cum in luculento furno torretur. Ante fruges repertas priscis Ægyptiis usitatissimum & frequentissimum eum cibum fuisse ex Oro cognoscimus. Scribit enim Ægyptios antiquissimum, & omni memoria priorem

crudum decoctumque, succum tantum devorantes. Nascitur & in Syria, circa quem [a] odoratus ille calamus lacum. Neque aliis usus est, quam inde, funibus rex Antigonus in navalibus rebus, nondum sparto communicato. Nuper & in Euphrate [1] nascens circa Babylonem papyrum intellectum est eundem usum habere chartæ. Et tamen adhuc malunt Parthi vestibus literas intexere. [2] Præparantur ex eo chartæ, diviso acu in prætenues, sed quam latissimas, philuras.

1 nascentem. *Dal.*

2 præparatur ex eo charta. M.

CAP. XII.

De generibus chartarum, & quomodo chartæ fiant, & de chartarum probatione & vitiis, & glutino earum.

PRincipatus [3] medio, atque inde scissuræ ordine. [b] Hieratica appellabatur antiquitus, religiosis tantum

3 mediis. *sub.*philuris, *vel* medio, corio nempe. *Dal.*

rem originem suam significantes, papyri fasciculum pinxisse, quia eo primum vescerentur. *Dalec.*

a *Odoratus ille calamus.*] Vide quæ notata sunt supra in c 22. l. 12. *Idem.*

b *Hieratica appellabatur antiquitus.*] Guillandinus aspere Turnebum reprehendit, ex hoc loco tres chartæ species invehentem, Hieraticam, Augustam, Liviam. cap. 2. lib. 7. Adverſ. cum una eademque sit, Ægyptiis dicta Hieratica, quoniam religiosis, & sacris voluminibus tantum dicata esset, Romanis adulatione prima, Augusta: adulatione secunda, Liviana, ut obscurius, & ignotius, ordineque tantum tertium ejus nomen fuerit Hieratica. At quam juste, viderit. Nam cum paulo post genera chartarum pro latitudinis differentia recenset auctor, emporeticæ digitos sex esse vult: Saiticæ, pauciores novem: Amphitheatricæ, novem: Fannianæ decem: Hieraticæ undecim: optimis vero, cum minimum duabus tredecim, quæ esse proculdubio non potuerunt aliæ, quam Augusta & Liviana, adulatione Augusti & Liviæ, principem locum nactæ Augusti seculo, rejecta in locum tertium bonitatis & nobilitatis Hieratica. Nam Taniticam cortici propiorem, & venalem pondere, non bonitate, in eo sensu præteritam, nemo reposuerit inter optimas. Ad Guillandini opinionem refellendam, tuendamque Turnebi & Ruellii sententiam, hoc argumentum satis fuerit. Verum Livianam & Augustam eandem non fuisse monstrant apertissime quæ mox sequuntur, *Augusta in epistolis auctoritatem suam relictam, Livianam vero suam tenuisse, cui nihil primum erat, sed omnia secunda.* Sic enim in manuscripto legitur. Ordo ergo fuit ille chartarum dum vixit Augustus, mutatus à Claudio, densata charta, quæ literas ob tenuitatem transmittebat, addito tertio corio, & aucta latitudine digitis aliquot. Strabo lib. ult. Hieraticam, non chartam, sed papyrum appellat, abundantem & præcipue cultam inferiore Deltæ parte, eamque duplicem, alteram præstantiorem, viliorem alteram. Memphiticam chartam idem Turnebus prodit inauditam, & minime ab aliis scriptoribus notatam, deceptus Lucani versu, quem Isidorus corruptum sic refert,

Conficitur bibula Memphitis charta papyro:

cum

tantum voluminibus dicata, quæ ab [1]adulatione Auguſti nomen accepit, ſicut ſecunda Liviæ à conjuge ejus. Ita deſcendit hieratica in tertium nomen. [a]Proximum amphitheatricæ datum fuerat à confecturæ loco. Excepit hanc Romæ [b]Fannii ſagax officina, tenuatamque curioſa interpolatione principalem fecit è plebeia, & nomen ei dedit. Quæ non eſſet ita recurata, in ſuo manſit amphitheatrica. Poſt hanc Saitica, ab oppido, ubi maxima fertilitas ex vilioribus ramentis: [c]propiorque etiamnum cortici [2]Tæniotica à vicino loco, pondere jam hæc, non bonitate, vænalis. Nam emporetica inutilis ſcribendo, involucris chartarum, [d]ſegeſtriumque

1 ablutione. M. quomodo & legiſſe videtur Iſidorus. Sic & Tur. ex vet. cod.

2 Tæneotica. Ch.

eum legendum ſit, ut antea monuimus,

Conſeritur bibula Memphitis cymba papyro

Conſeri, contexi, ſui naves veteres dixerunt: unde *Spartea ſerilia*, funes ſparteos ad eum uſum deſtinatos dixit Pacuvius in Niptris:

Nec ulla ſubſcus cohibet compagem alvei,
Sed ſuta lino, & ſparteis ſerilibus.

Inde & *Serilia Iſtrica Liburni*, eaque navigia olim dixerunt. Noſtrates eorum funium loco Juniperi virgis contuſis, & muſco, navium commiſſuras explent, additis ſubſcudibus ferreis, quas vocant *Happes*, Græci αἰζατῆρες. *Idem.*

a *Proximum amphitheatrica, &c.*] *Athribica*, Guilland. ab Athribitica præfectura, cujus meminerunt Strabo, Ptolemæus, Stephanus. Athribin ejus caput memorat auctor c. 10. 5. Quidam ita dici potuiſſe ſuſpicantur, quod in amphitheatris Ægypti, Alexandriæque potiſſimum à concurſu populi vacuis conficeretur, ut ſolent manuarii opifices in locis publicis à vulgi turba non occupatis, artem ſuam exercere. Fortaſſis & id Romæ factum in aliquo amphitheatro, unde nomen. *Idem.*

b *Fannii ſagax officina.*] Rhemnium Fannium Palæmonem ſignificat, qui, ut ait Tranquillus in Grammaticis illuſtribus, officinas promercalium chartarum & veſtium exercuit, verna mulieris, ſed manumiſſus, principem locum inter grammaticæ doctores adeptus, ſed libidine & vitiis omnibus tam infamis, ut Tiberius & Claudius palam dictarent nemini minus puerorum ac juvenum inſtitutionem commendandam: arrogantiæ tam inſolentis, ut Varronem porcum appellaret, ſecum natas & morituras literas gloriaretur: quin etiam latrones aliquando ſibi propter nominis celebritatem peperciſſe: nomen præterea ſuum à Virgilio non temere poſitum in Bucolicis, ſed præſagiente poëta, fore ſe aliquando omnium poëmatum judicem. *Idem.*

c *Propiorque etiamnum cortici Taniotica à vicino loco.*] Uterque codex *lenceotica* legit. Quidam ſcribendum putant, *leneatica à vicino lacu.* nam lacus Græce *lenos* dicitur. ſed magis probo legatur *Tanitica* ab urbe Ægypti *Tani* celebrata omnibus. *Pintianus.*

d *Segeſtriumque in mercibus, &c.*] Quidam legunt *Stegeſtrium* ἀπὸ τοῦ στέγειν, σκεπάζειν, καλύπτειν. Varroni tamen *Segeſtria* dicuntur ſtramenta è ſegete, quibus lecticas involvebant, ut ab imbre, pulvere, & externis quibuſvis injuriis defenderent. Alii quævis ἐνελύτρας involucra ſic appellari putant, quod iis ſegerantur, & ſeponantur, ac ſeparentur quæ occultant. *Dalec.*

[1] del. in qui. que [1] in mercibus usum præbet, ideo à mercatoribus cognominata. Post hanc papyrum est, [a] extremumque ejus scirpo simile, ac ne funibus quidem, nisi in humore, utile. [b] Texuntur omnes tabulæ madentes

a *Extremumque ejus scirpo simile.*] Vetusti codices legunt *extimum*, quod probo. *Scirpus* Festo juncus palustris, procerus, & levis, è quo tegetes fiunt, id quod reperit Isidorus cap. 9. 17. Etymolog. Plinio cap. 18. 21. Mariscus, ad vitilia & texendas tegetes idoneus, Græcorum Holoschœnos. *Dalec.*

b *Texuntur omnes tabulæ, &c.*] Hic Guillandinus, cui plurimum defero ob multas rarasque virtutes, eximiam doctrinam, judicium acutum, summam diligentiam, & plurimam haud vulgarium rerum cognitionem, peregrinatione in semotas & longinquas regiones comparatam, ac denique amabilem & ingenuum animi candorem, Turnebum & Ruellium ignorantiæ postulat, quod hunc locum non intellexerint, nec viderint *tabulas* hic dici papyri schedas, quæ avulsæ compingantur, non autem asserem philuris subditum, super quo glutinantur. Quod bona ejus venia dictum sit, recte sensisse illos existimo, quod ex sequente clausula (*cum primo supina tabula scheda adlinitur*) innotescet, in qua Guillandinus putavit orationem Plinii sic accipiendam: cum primo scheda, id est, philura, adlinitur, & insternitur supina tabula, (auferendi casu) id est exporrecta in longum eadem philura. Hoc sane repetitionis genus insulsum, minime convenit succinctæ Plinii gravitati, cum pressius dici potuisset, & aptius, *cum primo supina scheda adlinitur.* Præterea dum charta fiebat, necessum fuit tabulam subjici, super qua distenderentur rectæ ac transversæ philuræ, quæ glutino, vel aqua Nili turbida committerentur: quod obiter hic Plinius indicat. Quinetiam tabulæ significatio multum distat à philuræ notione. Quamobrem manuscripti codicis fidem sequendam arbitror, qui habet, *Texuntur omnes tabulæ madente Nili aqua:* ac rursum, *cum prima supina tabulæ scheda adlinitur:* quibus verbis nihil clarius aut congruentius esse potest. Supinam schedam idem exponit, recto situ positam, quo modo Livius *supinas manus* dixit erectas, matronis in publico dolore ad cœlum & deos illas tendentibus. *Pronam manum* constat à medicis vocari, cujus vola terram spectat, *supinam*, cum eadem in cœlum obvertitur, supplicantium more, quo gestu etiamnum Franciscani taciti & mussitantes orant. *Supinam schedam* ego potius interpretandam censeo, cujus pars quæ in scapo vergebat introrsum, cum super tabula distenditur, extrorsum vertitur, nec tabulæ lignum tangit. Sic enim posita, quia mollior, humidior, ac tenerior est, facilius superinjectam alteram amplexatur, & retinet. Idem legendum putat, *Transversa postea cute peragitur:* At manuscripti codicis integritas nihil mutari suadet. Commodius autem & concinnius appellari non potuit chartarum textus, quam cratis nomine, ob rectas transversasque philuras sibi mutuo superincumbentes, quæ cratis, vel clathrorum figura est. Porro, an apricis locis chartæ siccarentur, an umbrosis & perflatis, non est indignum scitu, quod id pertineat ad Plinii literam vel emendandam, vel confirmandam. Verum id quidem est, quæ solo aquæ humore glutinantur, dissilire, cum vapore Solis inarescunt, at quæ luto pingui, aut pollinis flore aqua diluto cohærent, Solis tepore & æstu, atque adeo ignis calore tenacius committuntur. Itaque qui chartas densas libris compingendis aut tegendis mercibus conficiunt, ubi prælo chartæ quadratam plagulam satis presserunt, insolatu siccant & librarii, voluminum quæ consuuntur posteriora glutine oblita, vel igni admovent, vel Soli exponunt, ut citius reficcentur. Quamobrem & olim chartas insolatu durari, siccarique solitas, vero absimile non est. At quoniam vocabulorum, quibus Plinius historiam papyri & chartarum explicuit, varietas lectorem in hac re parum versatum remoratur, cum juvare statutum est aliquot

madentes Nili aqua. Turbidus liquor vim [1] glutini [2] præbet cum primo [3] ſupina tabula ſcheda adlinitur longitudine papyri, quæ potuit eſſe reſegminibus utrinque amputatis. Tranſverſa poſtea crates [4] peragitur. [5] Premitur deinde prælis, & ſiccantur Sole plagulæ, atque inter ſe junguntur, [6] proximarum ſemper bonitatis diminutione ad deterrimas. Nunquam [7] plures ſcapo, quam vicenæ. Magna in latitudine earum differentia, XIII. digitorum optimis. Duo detrahuntur hieraticæ. Fanniana denos habet. Et uno minus amphitheatrica: pauciores Saitica: [a] nec malleo

1 glutinis. *M.*
2 præbet in re, cum primo. *M.*
3 ſupinæ tabulæ ſchida. *Tur.*
4 peragit. *M.* deinde crates peragit. *Turn.*
5 premuntur deinde prælis, & ſiccantur ſutæ vel udæ. *Guil.*
6 intimarum, &c. ad extimas. *Dal.*
7 plures philuræ ſcapo. *Vet.*

aliquot expoſitis. Scapum papyri quatuor plerunque cubitos, id eſt, ſex pedes longum, tunicis ſive membranis ad ſummum viginti conſtantem, aquis extractum præcidebant, ad verticem, ſive cacumen, quia pars illa gracilior foret ac invalidior, & ad radicem, quia tenella molliuſculaque ea pars, humore adhuc perfuſa flacceſceret firmitateque careret ad glutinationem, præli torturam, malleorum ictus, lævigaturam neceſſaria. Quantum utrinque amputaretur, non proditum. Ad pedem circiter unum reſecatum conjector, ut quatuor pedes truncati ſcapi ſupereſſent, quem tum demum in duo dividebant medium, ferro quodam ad id deſtinato, & aptato, quod fortaſſis *acum* vocaverunt, membranis ſeparantes, è quibus recto, tranſverſoque ſitu collocatis chartam conficerent. Has membranas ſive tunicas à ſcapo revulſas Plinius *philuras*, *ſchedas*, *ramenta* vocat, cum in tabula recto ſitu diſponuntur, *ſtamina*, ſive *ſtatumina*, cum tranſverſo, *ſubtegmina*, vocabulis è textorum officina petitis: earundem ſive in rectum ſive in tranſverſum conjunctarum ſeriem & ſtruem, *corium*, quod ad Claudii uſque tempora duplex tantum fuit prius rectis fibris, alterum tranſverſis: ejus vero juſſu triplex in ea charta, quam de ſuo nomine Claudiam vocavit. Illam enim primo & tertio corio rectis, ſecundo tranſverſo contexuerunt. *Papyrum* pro philuris nuſquam Plinius uſurpat, & apud Ulpianum tertio De legatis, papyrum ad chartas paratum, non tam philuras, quam papyri ſcapos intelligunt, quod philuræ diſtrahi non ſolerent, ut ad manum & in parato eſſent, niſi cum inſtaret confecturæ tempus. *Tænia* (chartæ vitium) quid Plinio ſit, paulo poſt declarabimus. Ea certe vox pro philura nuſquam apud illum reperitur, quamvis in eo ſignificatu dici poſſe non inficior, ut nec pagina, nec tabula, nec plagula. Eſt enim *plagula* chartæ confectæ, & ſuis jam philuris textæ veluti lamina, quam in linteis noſtris chartis, *folium* vulgus nuncupat. Ejus autem utraque facies, averſa & adverſa, ſive anterior & poſterior, *pagina*. De tabula, quæ jacentes philuras ſuſtinebat, quoad peracta crates, & abſoluta textura fuiſſet, antea tractatum. Reſtat *cutis* nomen, quod in *cratis* expunctæ locum recipiendum non arbitror, reclamantibus antiquis exemplaribus, nec quadrante ipſa ſignificatione *cutis*, quæ ſemper extima & obvia eſt, cum philularum multæ in profundo abſtruſæ deliteſcant, maxime præſtantiores ac meliores, & ſi quæ philura *cutis* vocanda ſit, extrema tantum omnium deterrima, eam appellationem mereatur. *Idem.*

a *Nec malleo ſufficit.*] Vel tam anguſta eſt, ut malleum qua parte ferit latiorem, non adæquet, vel tam fragilis eſt, ut malleo percuſſa diſrumpatur. Rugoſas chartas malleorum ictum complanare, ac extendere mos fuit, unde l. 32. Pandectarum Ulpiano, *libri malleati*. Guillandinus.

a *Litura*

malleo ſufficit. Nam emporeticæ brevitas ſex digitos non excedit. Præterea ſpectantur in chartis, tenuitas, denſitas, candor, lævor. Primatum mutavit Claudius Cæſar: nimia quippe Auguſtæ tenuitas, tolerandis non ſufficiebat calamis. Ad hoc tranſmittens literas [a] lituræ metum afferebat [1] adverſis, & aliâs indecoro viſu pertranslucida. [b] Igitur & ſecundo corio ſtatumina facta ſunt è primo ſub-

1 ex adverſis. *M.* ex averſis. *Vit. & Turn.*

a *Litura metum afferebat adverſis.*] Uterque codex, *litura metum afferebat ex averſis.* Pintianus. *Litura metum afferebat adverſis.*] *Adverſa charta*, anterior & noſtris oculis objecta, quam ſcribentes contuemur, in qua calamus properat: *averſa*, poſterior, & à tergo poſita. Litura vero effuſi ſparſique atramenti in bibula charta macula, ei ſimilis, quam penna ſcripturam delentes, inducimus. Apparet certe ea magis in averſa chartæ facie, illo ſubeunte atramento, ut cum adverſa jam aliquid ſcriptum eſt, in averſa maculis nigris fœdata præterea nihil pingi queat. Utraque vero facie veteres ſcripſiſſe, teſtantur hi verſus Juvenalis:

Scriptus, & à tergo necdum finitus Oreſtes.

Martialis:

Scribit in averſa Picens epigrammata charta:
Et dolet, averſo quod facit illa Deo.

Commentarios opiſthographos, ſic deſcriptos vocant, quibus cum nonnihil ſimilitudinis habent Adverſaria, nempe tabulæ tumultuariæ, & multis rebus conjectis negligenter ſcriptæ, quæ in codices referuntur juſtos, æternos, ordine digeſtos. Cicero pro Roſcio. De ſyngraphis, opiſthographis, autographis, cheirographis, Alex. ab Alex. c. 30. l. 2. *Dalec.*

b *Igitur & ſecundo corio, &c.*] Vetuſtus codex: *Igitur & ſecundo corio ſtamina facta ſunt, ut primo ſubtegmina:* ſenſu nihil diſcrepante, ſi etiam *ſtatumina* legamus: *ſtamen* id eſt, quod colo advolutum mulieres nent: & in textrinis filum telæ directum, intra quod ſubtegmen, ſive trama currit tranſverſim: *ſtatumen* vero, ridica, ſive palus, quo vitis fulcitur. Auctoris ergo ſenſus eſt minime obſcurus, in charta Claudia, ſicut primo corio, è rectis philuris confecto, additum eſt ſecundum, velut ſubtegmen, aut trama, è ſchedis tranſverſis textum, ſic huic impacta, pro tertio corio, ſive ſtamina, ſive ſtatumina rurſum è rectis philuris compoſita, quemadmodum in primo corio. *Idem.* *Igitur & ſecundo corio ſtatumina facta ſunt è primo ſubtegmine*] Hermolaus *ſtatumina* defendit, ubi ante *ſtamina* legebatur, ex vetere ut ait lectione. & ſane ſic noſtra præferunt exemplaria. Sed neque Hermolao, neque Merulæ, neque ſcriptæ lectioni hac parte accedo, commodioremque duco lectionem *ſtamina*, quam *ſtatumina*, nam ſi *ſtatumina* legatur, ut Hermolaus & Merula probant, quis obſecro erit intellectus ſequentis dictionis *ſubtegmine?* Igitur ſic accipio: ad roborandam tenuitatem additum alterum corium, hoc eſt philuram. & ita duo coria in tabula fuiſſe locata, ut primum vicem ſtaminis præberet, ſecundum ſubtegminis, tranſverſe locata, ut ſupra dixerat, *Peragitur tranſverſa crates.* Pintianus. *Igitur & ſecundo corio ſtatumina, &c.*] Lege: *Igitur è ſecundo corio ſtamina facta ſunt, è primo ſubtemina.* Hinc & texi charta dicebatur, quod in morem plane telarum texeretur, & ſtamen ſuum, ſuumque ſubtemen haud minus quam tela haberet. Antea enim dixit: *texuntur omnes madente Nili aqua.* Quæ verba ſic legenda: *Texuntur omnes tabula madente Nili aqua. turbidus liquor glutinis præbet vicem. primo ſupina tabula ſcheda adlinitur longitudine papyri, quæ potuit eſſe præſegminibus utrimque amputatis. tranſverſa poſtea cratem peragit. Premuntur deinde prælo & ſiccantur ſub*

mo ſubtegmine. Auxit & latitudinem. [a] Pedalis erat menſura, & cubitalis [1] macrocolis. Sed ratio deprehendit vitium, unius ſchedæ revulſione plures infeſtante paginas. Ob hoc prælata omnibus Claudia: Auguſtæ in epiſtolis auctoritas relicta: Liviana ſuam tenuit, [b] cui nihil [2] è prima erat, ſed omnia è ſecunda. [c] Scabritia levigatur dente conchave,

[1] macrocollis. M.

[2] primum erat, ſed omnia ſecunda. M. in vulg. lectione Turn. expungit è.

ſub ſole plagula, atque inter ſe junguntur. Vide *Salmaſ.* Hiſt. Aug. 444. b. 445. a.

a *Pedalis erat menſura, &c.*] Vetuſtus codex legit: *Revulſione ampliores infeſtante paginas.* Macrocolla ἀπὸ τοῦ μακροῦ κῳδίου dicta Guillandinus cenſet, tanquam à longo tergore: ego potius ἀπὸ τῶν μακρῶν κώλων, à longis velut artubus & membris. Menſura pedalis, & cubitalis, id eſt, ſeſquipedis, harum chartarum, an in longitudinem exporrigeretur, an in latitudinem, Plinius non ſtatuit, in latitudinem potius exiſtimo, quandoquidem hic agitur de latitudine, & ſcapi papyri, unde ſchedæ diſtrahebantur, nota eſt longitudo, circiter quatuor pedum, quæ ad pedis vel cubiti menſuram contrahi non potuit, quamvis μακρόκωλα nomen longitudinem potius indicet, quam latitudinem. Quod autem unius ſchedæ revulſione ampliores, vel plures paginæ infeſtarentur, hoc nos docet plagulas chartæ confectæ, ſiccatæ, malleatæ, lævigatæ plicari ſolitas in paginas, ut fit & in noſtris linteis, quæ quo ampliores eſſent, magis ſcriptura conturbaretur, ac læderetur, ſi quis unam philuram vel improbitate ac malitia, vel corruptam ac vitioſam exemiſſet. Auguſtam epiſtolis laudatam & relictam, Martialis epiſtolarum lib. ult. *ſalutatricem* lib. 9. vocat:

Marcum amat noſtras Antonius, Attice, Muſas,
Charta ſalutatrix ſi modo vera refert.

Quod pro Liviana reponit Guilland. Fannianam, ut Auguſtam, Livianam, Hieraticam eandem eſſe conſtanter affirmare non deſinat, id contra veterum codicum auctoritatem ſtatui, à nobiſque minime probari ſupradictum eſt. Hinc quidem nos pro æſtimationis ac pretii ordine, & latitudinis varietate, quoniam fere par eſſet omnium longitudo; chartas numerare, ac ſuis claſſibus recenſere poſſumus, Auguſti tempore macrocolas primas, pedem aut ſeſquipedem latas: Auguſtam & Livianam optimas digitos tredecim: Hieraticam undecim, Fannianam decem: Amphitheatricam novem: Saiticam, & quam omiſit auctor, Taniticam, pauciores nempe ſeptem, vel octo: Emporeticam ſex: quas omnes anteivit & bonitate & dignatione Claudia, principatu Claudii texta è duobus ſtaminibus, ſive ſtatuminibus & interjecto uno ſubtegmine, optimis, nempe Auguſta & Liviana, aliquanto latior, ut ſuſpicor ad digitos quatuordecim, vel quindecim. *Dalec.*

b *Cui nihil è prima erat.*] Quæ nihil accipiebat ex prima philura, ſed omnia coria ex ſecunda: vel, quæ nullas dotes primæ, nimirum Claudiæ, ſed omnes ſecundæ, nimirum Auguſtæ, habebat. *Idem.*

c *Scabritia levigatur.*] Vitia chartarum hic auctor memorat quatuor, ſcabritiem, rebellem contumaciam, lentiginem, tæniam unam, vel plures. Scabritiæ remedium eſt, dente vel concha, politura, moderatione tamen adhibita, ne vehementius exteratur. Nam quamvis ea complanatione, ac erugatione ſplendeat magis, fulgenteque nitore oculis placeat, validiore tamen attritu non ſorbet atramentum, ſed reſpuit, &, ſi quæ literæ appictæ ſint, inſtabilis & fugax ſcriptura non permanet. Alterum vitium eſt rebellio. Rebellant qui armis ſubditi & pacati bellum rurſus movent. Rebellat humor incurioſe datus, cum artificis curæ ac ſtudio reluctatur pertinacius, nec omne corii ſpatium ex æquo rigat, & oblinit, ſed alicubi ſubſiſtit copioſior, alibi parcior affunditur, unde plagularum fit inæqualis

[a] conchave, sed caducæ literæ fiunt. Minus sorbet politura charta, [1]magis splendet. [b] Rebellat sæpe humor incuriose datus, primoque malleo deprehenditur, [2] aut etiam odore, cum [3] fuerit indiligentior. [c] Deprehenditur & lentigo oculis, [d] sed inserta mediis glutinamentis [e] tænia, fungo papyri bibula, vix [4] nisi litera fundente se: tantum inest fraudis. [f] Alius igitur

1 magisque. *Dal.*
2 & vi etiam odoris. M.
3 fuerit ars indil. *Vet.*
4 nisi literæ fundenti se tantum est fraudi. *Scalig.*

inæqualis & superficies & reficcatio. Nam cum probe curatam, subactam, tractatamque chartam esse putat artifex, nec quicquam operæ suæ præterea desiderare, tum contra ejus spem vitium id detegitur, & tanquam recrudescit, quod iterum ejus diligentiæ negotium faciat. Est itaque retexenda charta, & eodem labore domanda, atque pervincenda, quo prius. Malleo deprehenditur hoc vitium, aut quod eminentiora tubera, depressioresque lacunas plagularum, inæquali percussu tundat, & invenusta deformitate tusas ostendat. Prodit arguitque eam labem etiam odor, charta præsertim negligentius prælo compressa & siccata, muccidus, virosus, fœtidus putrescente ac situm olente humore, qui nec prælo est elisus, nec insolatu dissipatus. *Lentigo* macula est chartarum plagulis aspersa, colore ruffa, vel subruffa, qualis in hominum ore conspicitur. Græcis *Φακός*. Ab ea in facie crebra *Φακᾶς* Dioscorides, auctore Suida, cognominatus est. In charta ergo nævos, sordes, decolores punctorum notas, & maculosas velut aspergines *lentiginem* Plinius vocat: quæ fiebant, dum compingerentur coria, si quid illaberetur impurius, quod nativum colorem inquinaret, aut si quid in schedis contortum & conglobatum chartam infuscaret. Oculis id cognoscebatur, vel perfecta statim charta, si maculæ in aperto forent, vel ad Solem explicata, si altius insiderent. Quartum & postremum vitium *tænia* est, non, ut fertur Guillandinus, philura, vel scheda, sed oblongus & angustus in plagulis ductus, nullo glutine, aut pingui humore litus, & opertus, in quo sola papyri fungosa & bibula raritas absque ullo tectorio calamis scribentium occurrit, & literam, sive atramenti picturam dum haurit, diffundit, quod nec ictu mallei, nec oculorum conspectu exploratur, sed scriptura tantum, dum picta litera liquescens utraque parte combibitur, & tam aversam, quam adversam faciem inquinat. *Idem.*

a *Conchave.*] Veneria, quam Echneidis nomine Mutianus depingit. *Idem.*

b *Rebellat sape bumor, &c.*] Leg. *Rebellat sæpe humor incuriose dato primis, quod mal. depr. aut et. od. cum fuerint indiligentiores, &c.* Rebellat, interpretor, humore nimio madida inflatur, & ob inæqualem tumoris molem, scribenti velut resistit, ac reluctatur. Alii postrema legunt, *cum fuerit gravsolentior.* Idem.

c *Deprehenditur & lentigo oculis.*] Fortassis, *osculis*, nempe contactu labrorum madidorum, quomodo chartæ nostræ bonitatem probamus. *Chiffletius.* Non probo. *Dalec.*

d *Sed inserta mediis glutinamentis tænia, fungo papyri bibula, vix nisi litera fundente se.*] Scribo, *Sed inserta mediis glutinamentis. Tanitico papyro bibula vis nisi litera fundente se.* De Tanitico papyro supra hoc capite, & exemplaria ambo *vis* legunt, non *vix*. Pint.

e *Tænia.*] Tænias auctor vocat angustos, oblongos, & inanes sub schedis veluti linearum ductus, quibus vel gluten non adhæsit, vel illitum evanuit, aut corruptum est: quod fit, ut ajunt ejus artis magistri, si dum plagulæ funibus appositæ siccantur: aura vehementior afflaverit, præsertim Austri: vel gluten ob novitatem liquidius justa tenacitate careat, vel mucceseat vetustate, vel Austro flante, humidioreque cœlo coctum, & corruptum sit. Lego *tænia vix nisi litera junco papyri bibulo fundente se.* Dalec.

f *Alius igitur iterum texendis labor.*] Toletanus

igitur iterum texendis labor. Glutinum vulgare è pollinis flore temperatur fervente aqua, minimo aceti aspersu: nam fabrile, gummisque [a] fragilia sunt. Diligentior cura, molli panis fermentati [1] colata aqua fervente: minimum hoc modo [b] intergerii: atque etiam Nili lenitas superatur. Omne autem glutinum, nec vetustius esse debet uno die, nec recentius. Postea malleo tenuatur, & iterum glutino percurritur, iterumque constricta erugatur, atque extenditur malleo. Ita sunt longinqua monumenta Tiberii Cajique Gracchorum manus, quæ [c] apud Pomponium Secundum vatem civemque clarissimum vidi annos fere post CC. Jam vero Ciceronis ac Divi Augusti Virgiliique sæpenumero videmus.

1 colato, *sub.* molli. *Dal.*

CAP. XIII. *De libris Numæ.*

INgentia [2] quidem exempla contra Varronis sententiam de chartis reperiuntur. Nanque Cassius Hemina, [d] vetustissimus auctor Annalium, quarto eorum libro prodidit, [e] Cn. Terentium scribam agrum suum in Janiculo repastinantem, ostendisse arcam, in qua Numa, [f] qui Romæ regnavit, situs fuisset. In eadem [g] libros ejus repertos [h] P. Cornelio, L. F. Ce-

2 quidem, *in M. d.*

Toletanus codex non *texendis* agnoscit, sed *tenendis*, ut putem scribendum *tenuandis*. nam ut paulo ante dixit, *spectatur in chartis tenuitas, densitas, &c.* Pint.

a *Fragilia.*] Nec convolvi & complicari chartam patiuntur. *Dalec.*

b *Intergerii.*] *Μεσοτοίχου. Intergerini parietes* Festo, inter confines extructi: vel etiam qui medii inter distantissimos pro fultura intergeruntur, sustinendis trabibus accommodati. Eorum fit mentio, cap. 14. lib. 35. & cap. 10. lib. 11. *Idem.*

c *Apud Pomponium Secundum.*] Hujus meminit auctor cap. 19. lib. 7. & cap. 4. lib. 14. Plinius Nepos lib. 3. epist. Tacitus. *Idem.*

d *Vetustissimus auctor.*] *Verissimus*, Guillandinus: nam is Augusto & Tiberio coævus, quibus historiam suam dicavit, Plinium vix antecessit annis 70. *Idem.*

e *Cn. Terentium, &c.*] Lucium Pætilium, Livio, Lactantio, Valerio Maximo. *Idem.*

f *Qui Romæ regnavit.*] Et non minus trecentis annis Alexandro superior ætate fuit. *Idem.*

g *Libros ejus, &c.*] Livius lib. 10. belli Macedon. Plutarchus in Numa, Valerius Max. cap. 1. & lib. 1. Lactantius cap. 22. lib. 1. Institut. D. Augustinus cap. 34. lib. 7. de Civ. qui ex Varrone duodecim numero libros illos fuisse refert. *Idem.*

h *P. Cornelio L. F. Cethego, &c.*] Livius eo anno Consules scribit C. Bæbium Tamphi-

L. F. Cethego, M Bebio, Q. F. [1] Pamphilo coss. ad quos à regno Numæ colliguntur anni DXXXV. & hos fuisse è charta: majore etiamnum miraculo, quod tot infossi [2] duraverunt annis. Quapropter [3] in re tanta ipsius Heminæ verba ponam: mirabantur alii, quomodo illi libri durare potuissent. Ille ita rationem reddebat: Lapidem fuisse [4] quadratum circiter in media arca vinctum candelis quoquo versus. In eo lapide insuper libros impositos fuisse: propterea arbitrarier eos non computruisse. [a] Et libros cedratos fuisse: propterea arbitrarier tineas non [5] tetigisse. In his libris scripta erant philosophiæ Pythagoricæ. Eosque combustos à Q. Petilio prætore, [b] quia philosophiæ scripta essent. Hoc idem tradit C. Piso Censorius primo commentariorum: sed libros [c] septem juris pontificii, [d] totidemque [e] Pythagoricos fuisse. Tuditanus decimo tertio, Numæ [6] decretorum fuisse. Libros duodecim fuisse, ipse Varro Humanarum antiquitatum [f] [7] quinque. [g] Antias secundo, duos pontificales Latinos, totidem Græcos præcepta philosophiæ continentes. Idem tertio ponit, quo comburi eos placuerit. Inter omnes vero convenit [h] Sibyllam [*] ad Tarquinium Superbum

1 Tamphilo. *Sigonius.*
2 duraverint. M.
3 hic retenta. M.
4 quadratum circiter in medio. In eo lapide insuper libros impositos fuisse, arcte vinctos, candelis quoquo versus. Propterea arbitrarier, &c. *Guilland.* medio arcæ vinct. cand. quaquaversum. M. medio arcte vinctum. *Vet.*
5 contigisse. Nulla in iis libris scripta erant, nisi. *Vet.*
6 decretorum libros duodecim fuisse. Ipse Varro. M.
7 VI. M. *vide Annot.*

Tamphilum, & M. Æmilium Lepidum. Plutarchus quadringentis tantum annis post regnum Numæ id accidisse in ejus vita scribit: neque id factum imprudentia bubulci aratoris, qui terra proscissa duas arcas & non solam unam evertit, sed alluvie vehementissimorum imbrium, qui tumulum perrupere. *Guilland.*

a *Et libros cedratos fuisse.*] Cedrio sive cedria perunctos, de qua vide cap. 11. lib. 16. & cap. 5. lib. 24. Vitruvius cap. 9. lib. 2. *quæ unguntur cedrio, ut libri, à tineis & carie non læduntur.* Hinc illud,

—— *& cedro digna locutus.*

Dalecamp. Exemplar Tolet. *citratos*, non *cedratos* legit. *Pintianus.*

b *Quia philosophiæ scripta essent.*] Et quod lectis rerum summis animadvertisset, pleraque religionum dissolvendarum esse. *Livius.*

c *Septem.*] Latinos. *Idem.*

d *Totidemque.*] Græcos. *Idem.*

e *Pythagoricos.*] Nam eum Pythagoræ auditorem fuisse, fama vulgatum. *Dalec.*

f *Quinque.*] In veteribus legitur, *quinto.* Notissimum est Varronem de Antiquitatibus libros scripsisse. *Idem.*

g *Antias secundo.*] Plutarchus in Numa ex Antiate scribit, duodecim fuisse de rebus sacris, & totidem de studio sapientiæ. *Idem.*

h *Sibyllam.*] De Sibyllis vide Commentarios Vivis in cap. 24. lib. 18. divi Augustini de Civit. & libellum Onuphrii Panvinii de Sibyllis: vide & apud Canterum

bum treis libros attulisse. Ex quibus [1] igni duo cremati ab ipsa, tertius cum Capitolio Syllanis temporibus. Præterea Mutianus ter Consul prodidit nuper se legisse, cum præsideret Lyciæ, Sarpedonis à Troja scriptam in quodam templo epistolæ chartam. Quod eo magis miror, si etiamnum Homero condente Ægyptus non erat: aut cur, si jam hic [a] erat usus, [2] in ipsa illa Lycia Bellerophonti [b] codicillos datos, non epistolas, prodidit; Sterilitatem sentit hoc quoque. Factumque jam Tiberio principe inopia chartæ, ut è Senatu darentur arbitri [3] dispensandi: alias in tumultu vita erat.

1 inibi. *Cod. Salmant.*

2 erat usus in plumbeis linteisque voluminibus scriptura tum (scriptitatum. *Vet.*) constet: cur & Homerus in ipsa illa Lycia. M.

3 dispensanda. *Vet. Chiff.*

CAP. XIV. *De arboribus Æthiopiæ.*

ÆThiopia, Ægypto contermina, insignes arbores non fere habet, præter laniferas, quarum natura in descriptione [4] Indorum atque Arabiæ dicta est. Propior tamen huic natura lanæ, majorque

4 Indicarum, *sub.* arborum. *Dal. ex c. 6. l. 12. & 10. 11.*

Canterum cap. 3. lib. 1. arcanum oraculum θεῶν σωτῆρ©. *Idem.*

* *Ad Tarquinium, &c.*] Lactantius ex Varrone cap. 6. lib. 1. Instit. & Suidas Tarquinium eum Priscum fuisse quintum Romanorum regem prodiderunt. Iidem cum Dionysio Halicarnasseo lib. 4. & Gellio cap. 19. scribunt novem libros allatos, ex quibus sex cremaverit Sibylla, reliquos tres Rex mercatus sit. Eos libros in Capitolio custoditos cum Dii immortales consulendi essent, adibant primum Duumviri, post autem Decemviri, deinde Quindecimviri, ac postremo sexaginta, nomine tamen Quindecimvirorum, eosque non Sibyllinos tantum, sed & fatales & fatidicos appellaverunt. Livius, Dionysius Halicarnasseus, Valer. Maximus, Macrobius, Fenestella, Alexander ab Alex. cap. 16. lib. 3. *Idem.*

a *In ipsa illa Lycia Bellerophonti codicillos datos.*] Lego, *in ipsam illam Lyciam Bellerophonti, &c.* Non enim Prœtus codicillos Bellerophonti dedit in Lycia, sed in Lyciam perferendos ad socerum Jobarem, auctore Homero in sexto Iliados: *Misit*, inquit, *illum in Lyciam datis exitialibus literis quas in codicillo exaraverat, multa continentes atrocia.* Pint.

b *Codicillos datos, non epistolas.*] Tabulas arcanis hieroglyphicisque literis notatas, non vulgaribus elementorum formis, quibus epistolæ conscribuntur. *Eustathius.* Cujus sententiam non ita laudo. Quod vero putant quidam hic Plinium incuriose codicillos ab epistolis distinguere, cum codilli nihil aliud sint quam epistolæ Latinis, accusandum hac in re Plinium minime censeo, mirantem si jam tum usus chartæ fuit, quod indicat epistola Sarpedonis, cur non potius Prœtus mandata sua in charta descripta, quo modo epistolæ mittuntur, quam pugillarium ligno consignata Bellerophonti dederit: quo sensu nihil potest esse explicatius. Locus apud Homer. est Iliados ζ.

——— πόρεν δ' ὅγε σήματα λυγρὰ
Γράψας ἐν πίνακι πτυκτῷ θυμοφθόρα πολλά.

Dalec.

a *Cedrinis*

que folliculus granati modo mali: similesque & inter se arbores ipsæ. Præter [1] hanc palmæ: quales retulimus. Insularum arbores ambitu Æthiopiæ, & nemora odorata, in mentione earum dicta sunt.

1 his. supra c. 4.

CAP. XV.

De Atlantis arboribus, & [a] cedrinis mensis, & quæ in his laudentur, & quæ vituperentur.

ATlas mons peculiari proditur silva, de qua diximus. Confines ei Mauri, quibus plurima arbor [b] [2] cedri & mensarum insania, quas fœminæ viris contra margaritas regerunt. [c] Extat hodie M. Cice-

a *Cedrinis mensis.*] Hoc titulo capitis legendum esse *citreis*; ac deinceps, *arbor citri*: ac rursus, *dedit citrum*, multi contendunt argumentis duobus: altero, quod Ciceronis mensam, cujus hic fit mentio, Tertullianus lib. de Pallio, *citri orbem* vocaverit: altero, quod in indice librorum, qui primus liber est hujus operis, scribatur, *De Atlantis arboribus, & citreis mensis.* Addit Cujacius cap. 5. lib. 2. Observat. citrum esse frugiferam, cedrum vero, ut ait Suidas, δένδρον ὑψίκομον, καὶ ἄκαρπον, ᾧ ἀπεικάζει Δαβὶδ τὴν εἰδωλολατρείαν. Indignatur etiam Plinius circa finem cap. 1. lib. 5. quo loco de Atlante tractat, ebori citroque silvas ejus exquiri à Romanis dignitatibus. Varro in Gerontodidascalo apud Nonium:

In quibus Libyssa citrus fasciis cinget fores.

Persius:

——— *non quicquid denique lectis*
Scribitur in citreis. Idem.

b *Cedri, &c.*] Cedrus nunc resiniferam arborem significat, & eam duplicem alteram cedrelatem proceriorem, Asiæ fere peculiarem: alteram oxycedrum, multis locis communem: nunc thyiam, sive citrum, Mauritaniæ alumnam, quamvis & aliud cœlum patiatur, laudatissimis pretiosissimisque mensis expetitam, cupresso foliatura similem & fructu, sed minore. Hæc πολυωνυμία, plantarumque varietas, in magnas hæsitationes & dubitationes multos conjecit. Cedrum Gallicam apud Velleium Paterculum, ex quo apparatus Gallici triumphi, quem egit Cæsar constitit, quidam exponunt Galaticam à Galatis Asiæ, alii laricem cedrelatæ similem, ideoque vocatam cedrum Gallicam. Strabo lib. 4. de Liguribus: ἔχουσι δ' ὕλην ἐνταῦθα παμπόλλην, ναυπηγήσιμον, καὶ μεγαλόδενδρον, ὥστ' ἐνίων τὸ πάχος τῆς διαμέτρου ὀκτὼ ποδῶν εὑρίσκεσθαι· πολλὰ δὲ καὶ τῇ ποικιλίᾳ τῶν θυΐνων οὐκ ἐστὶ χείρω πρὸς τὰς τραπεζοποιίας. *Idem.*

c *Extat hodie M. Ciceronis, &c.*] Lege: *Exstat hodie M. Ciceronis in illa paupertate, & quod magis mirum est, illo ævo empta* Iↄ IS. *memoratur & Galli Asinii* IS. XI. hoc est, empta sestertiis quingentis & Galli Asinii mille. hæc nota IS, sæpe sestertia significat in veteribus libris. Vide *Salmas.* in Tertul. de Pall. 434. *Extat hodie M. Ciceronis, &c.*] Budæus lib. 3. de asse non procul à principio hunc in modum legit: *extant hodie M. Ciceronis in illa paupertate, &, quod magis mirum est, illo ævo empta* H-S. XI. *Memorantur & Galli Asinii* H-S. XI. *venundata. Sunt & duæ à Juba rege pendentes: quarum alteri pretium fuit* H-S. XII. *alteri paulo minus. Interiit nuper incendio attegiis descendens* H-S. XIV. *permutata latifundii taxatione, &c.* Ubi *attegias*, mapalia, tuguria intellige. Qui locus, mihi tamen suspectus,

M. Ciceronis in illa paupertate, & quod magis mirum eſt, illo ævo empta H-S.[1] x. memoratur, & Galli Aſinii, H-S. XI. [a] Venundatæ ſunt & duæ Iuba rege vendente: quarum alteri pretium fuit H-S. XV. alteri paulo minus. Interiit nuper incendio [2] à Cethegis deſcendens, H-S. XIV. permutata, latifundii taxatione, ſi quis prædia tanti mercari [3] mallit. Magnitudo ampliſſima adhuc fuit, unius commiſſæ ex orbibus dimidiatis duobus, à rege Mauritaniæ Ptolemæo, quatuor pedum & ſemipedis [b] per medium ambitum, craſſitudine quadrantali. Majuſque miraculum in ea eſt artis, latente junctura, [c] quam potuiſſet eſſe natura [4] ſolidæ. Item à Nomio, [5] Tiberii Cæſaris liberto cognomen trahentis, tribus [d] ſicilicis infra quatuor pedes, totidemque infra ſemipedem craſſitudinis. Qua in re non omittendum videtur; Tiberio principi menſam quatuor pedes ſextante & ſicilico excedentem, tota vero craſſitudine ſeſcunciali, operimento [6] laminæ veſtitam fuiſſe, cum tam [7] opima Nomio liberto ejus eſſet, cujus materia erat tuber. Hoc eſt radicis vitium, maximeque in eo laudatum, quod ſub terra totum fuerit, & rarius quam quæ ſuperne, quæque gignun-

1 D. P. *Ciaccon. de triclin.* p. 13. *ubi & de ſeq. numero.*

2 quam Cethegus decedens *H-S.* XIV. permutaverat. *Parm.* permutati. *Vet.*

3 velit. *Budæus.*

4 ſolidæ à Nomio.

5 Tiberil, *in M. d.*

6 conchylii & laminæ per medium veſtitam. *Vet.*

7 optima. *M. Vet.*

ſuſpectus, oſtendit menſam eam ex attegiis paſtorum, qui radicem Atlantis citris frequentem incolunt, petitam & advectam fuiſſe. *Dalec.*

a *Venundatæ ſunt & duæ Jubæ, &c.*] Lege: *venundatæ ſunt & duæ à Juba rege pendentes, quarum alteri, &c.* & ſane non ipſe rex Juba menſas eas venum dedit, ſed cum poſt mortem Jubæ, bona ejus ſub haſta venderentur, duæ illæ menſæ cum reliquis bonis, ſub titulo pependerunt, ut mos erat in auctionibus. Vide *Salmaſ.* in Tertull. pall. 434.

b *Per medium ambitum.*] Quid ſit medius ambitus, & præſertim in orbiculari rotundaque figura, non ſatis intelligo, *per medium* autem hic accipio *per dimetientem.* & forte Plinius *medium* tantum ſcriptum reliquit: poſtea vero adjecta fuit dictio *ambitum*, ab aliquo qui voluit exponere verbum illud *medium*: nam & paulo poſt eaſdem duas dictiones *per medium* repetit, nec adjecit *ambitum.* Pintianus.

c *Quam potuiſſet eſſe naturæ ſolidæ. Item à Nomio Tiberii Cæſaris liberto.*] Lego, *Quam potuiſſet eſſe naturæ. Solida, &c.* nam genitivus *naturæ* reſpondet genitivo *artis.* dictio vero *ſolida*, initium eſt diverſi cæſi, & ſecunda pars præmiſſæ diviſionis, eritque ordo: *Magnitudo ampliſſima unius commiſſa duobus orbibus à Ptolemæo rege Mauritaniæ. Solida à Nomio Tiberii Cæſaris liberto.* Idem.

d *Sicilicis.*] Sicilicus, quarta pollicis pars. Drachmæ duæ menſurales. *Dal.*

gignuntur etiam in ramis, proprieque quod tanti emitur, arborum vitium eſt, quarum amplitudo ac radices æſtimari poſſunt ex orbibus. Sunt autem cupreſſo fœminæ etiamnum ſilveſtri ſimiles folio, odore, caudice. Anchorarius mons vocatur citerioris Mauritaniæ, qui laudatiſſimam dedit [1] cedrum, jam exhauſtus. [a] Menſis præcipua [2] dos [b] in vena criſpis, vel in [3] vertice variis. Illud oblongo evenit diſcurſu, ideoque [4] tigrinæ appellantur: [c] hoc intorto, & ideo tales pantherinæ vocantur. Sunt & undatim criſpæ, majore gratia, ſi pavonum caudæ oculos imitentur. [d] Magna vero poſt has gratia extra [5] prædictas criſpis, denſa [6] veluti grani congerie, quas ob id à ſimilitudine [e] apiatas vocant. Summa vero omnium in colore. Hic maxime mulſi placet, [7] ſuis refulgens venis. [f] Poſt hæc amplitudo [8] eſt jam totius caudicis. Juvant plura quoque in una menſa

1 citrum. *Dal.*
2 dos longa vena. *Alii.* in venam. M. in venas. *V.*
3 vertices parvis. M. *Lego*, in vortices ſparſis.
4 tigrinum. M.
5 prædicta. *Dal.*
6 voluti. *Vet.*
7 venis ſuis refulgens.
8 etiam totius caudicis juvat. Plura quoque. M.

a *Menſis præcipua dos, &c.*] Legend. *Menſis præcipua dos in venam criſpis vel in vertices parvos. illud oblongo evenit diſcurſu, ideoque tigrinum appellatur: hoc intorto, & ideo tales pantherinæ vocantur.* eleganter *in venam criſpas* vocat, quæ venatim criſpæ ſunt: & *criſpas in vortices*, quæ ad inſtar vorticum intorte criſpantur. Sequitur: *Sunt & undatim criſpæ, &c. quas ob id à ſimilitudine apiatas vocant.* Apiatæ dicuntur, non ab apibus; ſed ab apio, quod denſa grani congerie criſpæ apii ſemen & grana denſe congeſta referant. Vide *Salmaſ.* in Tertull. pall. 435. 436.

b *In vena criſpis vel in vertice variis.*] Utrumque exemplar, *in venam criſpis vel in verticem parvis.* ſcribendum videtur *pravis*, id eſt, tortuoſis: quia ſequitur, *hoc intorto.* Pint.

c *Hoc intorto & ideo tales pantherinæ vocantur. Sunt & undatim criſpa majore gratia ſi pavonum caudæ oculos imitentur.*] Subvereor ne parum recto ordine verba hæc ſcripta ſint; nam credibilius eſt, & rationi magis conſonum, in vortices pravas intortaſque & ob id pantherinas appellatas, caudæ pavonum oculos fere imitatas eſſe, quam undatim criſpas: quapropter conſiderandum an ita legi debeat, *Hoc intorto & ideo tales pantherinæ vocantur, majore gratia ſi pavonum oculos imitentur. Sunt & undatim criſpa.* Idem.

d *Magna vero poſt has gratia extra prædictas.*] Quis tam luſcioſus, cui non pelluceat verba illa *extra prædictas*, expoſitionem eſſe ſtatim ante præcedentium verborum *poſt has?* Nam quæ neceſſitas tenuit Plinium, verborum alioqui parciſſimum, cum prædixiſſet *poſt has*, ſubjungere illico, *extra prædictas*, quod erat idem. *Idem.*

e *Apiatas*] Apiatas, veluti muſcarum & apum ſtercore inquinatas. Alii, *apiculatas*: crebris velut apiculis notatas. *Dalec.*

f *Poſt hæc amplitudo eſt jam totius caudicis, juvant plura quoque in una menſa vitia: lignum ita vocant, &c.*] Lego, *Poſt hæc amplitudo & jam toti caudices juvant, pluresque in una menſa.* hæc ex vetere lectione. quod autem ſequitur, *vitia lignum, &c.* puto legendum conjunctim *vitiliginum.* Pint.

a *Materia*

mensa vitia: lignum, ita vocatur [a] materia surda, & indigesta simplicitas, aut platani foliorum modo digesta: item ilignæ venæ similitudo, vel coloris: & quibus maxime obnoxias fecere æstus ventique, rimæ, aut capillamenta rimas imitata. Postea muræna nigro transcurrens [1] limite variisque [2] corticum punctis apprehensus papaverum modo, & in totum atro propior color, maculæve discolores. Virides terra condunt barbari, & illinunt cera. Artifices vero frumenti acervis imponunt septenis diebus, totidem intermissis: [b] mirumque ponderi quantum ita detrahant. Naufragia docuere nuper, hanc quoque materiam siccatam mari, [3] duritie incorrupta spissari, non ullo modo vehementius. Nutriuntur optime, splendescuntque, manu sicca fricatæ à balineis maxime, nec à vinis læduntur, ut his genitæ. [c] Inter pauca nitidioris vitæ instrumenta hæc arbor est: quapropter insistendum ei quoque paulum videtur.

1 tramite *Dal.*

2 corticum punctis apprehensa. *Alii.* corium punctis apprehensum pap. modo. M. *Lego*, corium punctis aspersum, aut tuberum nodis.

3 duritie & maturitate incorrupta. M.

CAP. XVI. *Thya arbor quæ.*

Nota etiam Homero fuit: [d] θύον Græce vocatur, ab aliis thya. [e] Hanc [4] igitur inter odores uri

4 itaque. M. & Cb.

a *Materia surda.*] Non splendens, nudumque lignum & linearum crispo ductu minime virgatum. *Dalec.*

b *Mirumque ponderi quantum ita detrahant.*] Elegantius exemplar Salmanticense per verbum impersonale, *mirumque ponderi quantum ita detrahatur.* Pintianus.

c *Inter pauca nitidioris, &c.*] Ita hæc legenda ac continuanda, quæ perperam in vulgatis diducta ac divulsa sectione capitis habentur: *Inter pauca nitidioris vitæ instrumenta hæc arbor est; quapropter insistendum ei quoque videtur. Nota etiam Homero fuit: Thyon Græce vocatur, ab aliis Thya.* Vide Salmas. p.950.b.

d *Θεῖον Græce vocatur.*] Θύον apud Macrob. cap. 14 lib. 3. Saturn. atque ita legendum. *Dalec.*

e *Hanc igitur inter odores uri tradit in deliciis Circes.*] Insignis memoriæ lapsus: neque enim Circe inter odores urebat citrum, cedrum & laricem, ut constat ex decimo Odysseæ, sed Calypso, ex quinto ejusdem operis. In eundem incursavit errorem & summus poëta septimo Æneidos:

Proxima Circeæ raduntur littora terræ,
Dives inaccessos ubi Solis filia lucos
Assiduo resonat cantu, tectisque superbis
Urit odoratam nocturna in lumina cedrum.

Tribuit videlicet Circæ, quod erat Calypsus. E contrario Aristoteles Calypsoni dat quod est Circes, secundo Ethicorum: *Quocirca*, inquit, *oportet, cum quis*

uri tradit in deliciis Circes, quam Deam volebat intelligi, magno errore eorum, qui odoramenta in eo vocabulo accipiunt, cum præsertim [a] eodem versu cedrum [b] laricemque una tradat: in quo manifestum est de arboribus tantum locutum. Theophrastus, qui primus à magni Alexandri ætate scribit: quæ circa urbis Romæ quadringentesimum quadragesimum gesta sunt annum, magnum jam huic arbori honorem tribuit, [c] memoratas ex ea referens templorum veterum contignationes, quandamque

1 omnia. M. & Ch. immortalitatem materiæ in tectis contra vitia [1] omni incorruptæ. Radice nihil crispius, nec aliunde pretiosiora opera. Præcipuam autem esse eam arbo-

2 inferiore. M. rem [d] circa Hammonis delubrum. Nasci & in [2] in-

3 quæ novitiæ apparent. Ch. quæ novitia apparet. M. teriore Cyrenaicæ parte. De mensis tamen tacuit: & alias nullius ante Ciceronianam vetustior memoria est: [3] ex quo novitiæ apparent. [e] Alia est arbor eodem

quis medium assequi vult, ante omnia longius abire à magis contrario, ut Calypso monebat dicens, Extra fluctum, & fumum navem adige. Non hoc, eminentissime philosophe, Calypso monebat, sed Circe, ex duodecimo Odysseæ. Pari incuria Pomponius quoque Mela conterraneus noster in secundo libro *Calypso* pro *Circe* posuit, ut in ejus castigationibus meminimus. *Pint. Hanc igitur inter odores, &c.*] Legend. *Hanc itaque inter odores uri tradit in ædibus illius Circes, quam deam volebat intelligi magno errore eorum qui odoramenta in eo vocabulo accipiunt, cum præsertim eorum versu cedrum laricemque una tradat uri.* Vade Salmas. p. 950. b.

a *Eodem versu.*] Versus Homerici sunt:

---- τήλοσε δ' ὀδμὴ,

Κέδρου τ' εὐκεάτοιο, θύου τ' ἀνὰ νῆ-
σον ὀδώδει,

Δαιομένων, &c.

In his versibus inepte Plinius pro voce Græca θύον laricem interpretatur. Locus est apud Homerum lib. 5. Odysseæ. *Dalec.* De primo errore commonuit jam ante & Hartung. decur. 2. num. 5.

b *Laricemque, &c.*] Guillandinus legit, *Laricemve.* Vide Leopardum cap. 6. lib. 8. Virgilius:

Robora nec cuneis, & olentem scindere cedrum,
Nec plaustris cessant vectare gementibus ornos.

Apud Athenæum pag. 231. vers. 38. Empedocles λίβανον θυώδη vocat suaviter olentem:

Σμύρνης τ' ἀκράτου θυσίαις, λιβάνου-
τε θυώδους. *Idem.*

c *Memoratas templorum veterum contignationes.*] Verbum illud *templorum,* suspicor esse falso additum, ductus auctoritate Theophrasti lib. v. cap. v. *Et adhuc,* inquit, *memorant contignationes quasdam antiquorum.* Pint.

d *Circa Hammonis delubrum.*] Mirum, cum idem Theophrastus scribat cap. 1. lib. 4. historiæ thyam in montium cacuminibus, & locis algidis nasci. *Dalec.*

e *Alia est arbor eodem nomine.*] Citriam, sive Assyriam malum intelligit. *Idem.*

e *Malum*

eodem nomine, [a] malum [1] ferens execratum ali- 1 tenens. M.
quibus odore & amaritudine, aliis expetitum, domos etiam decorans, nec dicenda verbosius.

CAP. XVII. *De arbore loto.*

EAdem Africa, quà vergit ad nos, insignem [b] arborem loton gignit, quam vocant celtin, & ipsam Italiæ familiarem, sed terra mutatam. Præcipua est [c] circa Syrtes atque Nasamonas. Magnitudo, quæ pyro, quanquam Nepos Cornelius brevem [2] tradat. [d] Incisuræ folio crebriores: [3] alioquin 2 tradit. Ch.
[e] ilicis viderentur. Differentiæ plures, eæque maxi- 3 alioqui ilices. Ch.
me [f] [4] fructibus fiunt. Magnitudo huic fabæ, co- 4 fructu.
lor croci, sed [g] ante maturitatem alius atque alius, sicut in uvis. Nascitur densus in ramis myrti modo, non ut in Italia, cerasi: tam dulci ibi cibo, ut nomen etiam genti terræque dederit, [h] nimis hospitali

a *Malum ferens, &c.*] Virgilius:
Media fert tristes succos tardumque saporem
Felicis mali, quo non præsentius ullum,
Pocula si quando sævæ infecere novercæ.
Idem.

b *Arborem loton gignit.*] De hac Theoph. cap. 4. lib. 4. hist. Joannes Leo in Africa sua c. de Monteverde sic loton describit: *Ibi nascuntur arbores quarum fructus rubes Africanos vocant.* Paliurum vero cap. de Zarfa: Sunt & ibidem spinosæ multæ arbores, fructu minore quam Cerasi, sapore ferme Ziziphorum, Arabes vocant *Rabicb.* Paliurum vero Agathoclis, quem Connarum Alexandrini cognominabant, memoratum Athenæo lib. 14. cap. de Hani Elchallu. *Nascuntur,* inquit, *illic Corni, & arbores spinosæ multæ, fructu tereti, luteo, simili ziziphis, nucleo majori quam olivarum, gustu non admodum grato.* Loti secundum genus à Theoph. depictum viret Genuæ in horto Principis Auriæ, & à multis *laurocerasus* dicitur. quod folium lauro simile, fructum ceraso gignat. Loti genera tria diligenter distincta vide cap. 2. lib. 24. *Idem.*

c *Circa Syrtes.*] Syrtium insulam in historia loti Theophrastus vocat Lotophagiten, & Pharidem, hodie *Gerbi:* Syrtes vero, *los Baxos & Secagne di Barbaria.* Idem.

d *Incisura folio crebriores, &c.*] Lege: *folio incisura crebriores, quæ Ilicis videntur.* Vide Salmas. p. 1038.a. *Incisura folio crebriores: alioquin ilicis viderentur.*] Locus est depravatissimus. vetus lectio sic habet: *Incisura & folia breviora quæ ilicis viderentur.* Ego verbum illud *breviora* sive *crebriores*, ociosum puto: aut si ociosum non est, quod illius loco substituam non occurrit. reliqua sic lego: *incisuras habent folia quæ ilicis videntur.* Theophrastus lib. 4. cap. 3. *Incisuras folium habet, ac ilicis esse videtur.* Pint.

e *Ilicis viderentur.*] Plin. apud Theoph. legit πρινώδης, alii vero πρισώδης. *Dalec.*

f *Fructibus fiunt.*] Nam alii, qui & suaviores, exossès sunt, alii nucleum continent. *Idem.*

g *Ante maturitatem, &c.*] Priusquam perfecte maturescat: maturo niger. *Idem.*

h *Nimis hospitali, &c.*] Homerus Odyss. ι.

tali advenarum oblivione patriæ. Ferunt ventris non sentire [1] morbos, qui eum mandant. Melior sine interiore nucleo, qui in altero genere osseus videtur. Vinum quoque exprimitur [2] illi, simile mulso, [a] quod ultra [3] denos dies [b] negat durare idem Nepos: baccasque [4] contusas cum alica ad cibos doliis condi. [c] Quin & exercitus pastos eo [5] accepimus, ultro citroque commeantes per Africam. [d] Ligno colos niger. [e] Ad tibiarum cantus expetitur. E radice cultellis capulos, brevesque alios usus excogitant. Hæc ibi natura arboris. Est autem eodem nomine [f] & herba, & in Ægypto [g] caulis in palustrium genere. Recedentibus enim aquis Nili riguis provenit [h] similis fabæ caule, foliisque densa congerie stipatis, brevioribus tantum, [6] gracilioribusque: cui fructus in capite papaveri [i] similis incisuris, omnique alio modo, intus grana, seu milium. Incolæ capita in acervis putrefaciunt: mox separant lavando & [7] siccata tundunt, eoque pane utuntur. Mirum est, quod præter hæc traditur: Sole occidente papavera [k] ea comprimi, & integi foliis. Ad ortum

1 morbum. *M.*

2 illo.

3 duos. *Quidam.*

4 concisas. *Ch.*

5 accipimus. *Ch.*

6 gracilioribus. *Ch.*

7 siccata folia tundunt. *Theophrast.*

Τῶν δ' ὅστις λωτοῖο φάγοι μελιηδέα καρπόν,
Οὐκ ἔτ' ἀπαγγεῖλαι πάλιν ἤθελεν, οὐδὲ νέεσθαι.
Ἀλλ' αὐτοῦ βούλοντο μετ' ἀνδράσι λωτοφάγοισι
Λωτὸν ἐρεπτόμενοι μενέμεν, νόστου τε λαθέσθαι.

Dalec.

a *Quod ultra denos dies durare, &c.*] Lego *binos*, non *denos*. Theophrastus libro 4. capite 3. *Et vinum*, inquit, *quod ex eo exprimitur, non nisi binos aut ternos dies durare, deinde acescere.* Pint.

b *Negat durare idem Nepos.*] De fructu loti secundæ id Theophrast. *Dalec.*

c *Quin & exercitus, &c.*] De fructu prioris loti id Theophrast. *Idem.*

d *Ligno colos niger.*] De secunda loto hæc Theoph. *Idem.*

e *Ad tibiarum cantus expetitur.*] Loti secundæ, Theophrast. Ut buxus, tibiæ Phrygiæ, quam ἔλυμον vocat Pollux, ἔλυμα Φρυγῶν, τὴν ὕλην πύξινον. Virgil.

Tympana vos, buxusque vocant Berecynthia matris.

Turn. cap. 39. 30. Vide cap. 36. 16. *Idem.*

f *Et herba.*] Lotus urbana Dioscoridi. *Idem.*

g *Caulis.*] Hanc posthac cap. 21. lib. 22. Lotomentram vocat. *Idem.*

h *Similis fabæ.*] Theophrasto cap. 10. lib. 4. historiæ, caulis Ægyptiæ fabæ similis est, non nostrati. *Idem.*

i *Similis incisuris.*] Theoph. ibidem. *Idem.*

k *Ea comprimi.*] Flores comprimi & capita contegere. Vide cap. 21. lib. 22. infra scripta multa de hac Loto. *Idem.*

a Vespera

ortum autem aperiri, donec maturescant, flosque qui est candidus, decidat.

CAP. XVIII. *De scapo ipso, & radice loti.*

HOc amplius in Euphrate tradunt, & [1] scapum ipsum & florem [a] vespera mergi usque in medias noctes, [2] totumque abire in altum, ut ne demissa quidem manu possit inveniri. [3] Verti deinde, paulatimque subrigi, & ad exortum Solis [b] emergere extra aquam, ac florem patefacere, atque etiamnum [4] exurgere, ut plane ab aqua absit alte. [c] Radicem lotos hæc habet mali cotonei magnitudine, opertam nigro cortice, qualis & castaneas tegit. Interius candidum corpus, gratum cibis, sed crudo gratius decoctum, sive aqua, sive pruna. Nec aliunde magis, quam purgamentis ejus, sues crassescunt.

1 caput *κωδίαν Theoph. & Ch.*

2 tantumque. *M.*

3 Reverti deinde. *ex Theoph.*

4 insurgere. *Ch.*

CAP. XIX.

De paliuro, & Punico malo, & de flore Punici mali.

CYrenaica [5] regio loton suæ postponit [d] paliuro. Fruticosior hæc, fructuque magis rubens, cujus nucleus non simul [6] manditur, jucundus per se, atque suavior è vino, quin & vina succo suo commendans. Interior Africa ad Garamantas usque, & deserta, palmarum magnitudine & suavitate [7] constat, nobilibus maxime circa delubrum Hammonis. Sed circa Charthaginem [e] Punicum [8] malum [9] cognomine sibi vin-

5 Cyrenaice. *Ch.*

6 mandatur. *Ch.*

7 præstat. *Dal.*

8 malum, *in M. d.*

9 cognomen. *Par.*

a *Vespera mergi, &c.*] Theoph. cap. 10. lib. 4. histor. *Idem.*

b *Emergere extra aquam.*] Idem fere scribitur de flore Arabicæ arboris cap. undecimo libri duodecimi. *Idem.*

c *Radicem lotos.*] Corsion vocat Theophrastus. *Idem.*

d *Paliuro.*] Theoph. cap. 4. lib. 4. latius & fusius describit quam Plinius. *Idem.*

e *Punicum, &c.*] De eo Empedocles, οὕνεκεν ὀψίγονοί τε σίδαι, ὑπέρφλοια μῆλα. Opsigonos appellat, quod tarde maturescant fructus, aut serius gignantur: ὑπερφλοίους vero quod cortice vestiantur præcrasso, nempe malicorio: vel quod floribus luxurient: φλοίειν enim & ἄγαν ἀκμάζειν est, & θάλλειν. Rhod. cap. 23. 29. *Idem.*

bi vindicat. Aliqui granatum appellant. Divisit & in genera, [a]apyrinon vocando, cui [b]lignosus nucleus abest. Sed [1] candidior ei natura, & blandiores sunt acini, minusque amaris distincti membranis. Alia structura [2] eorum, [3] ut in favis, communis. Nucleos habentium v. species, dulcia, [4] acria, mista, acida, vinosa. Samia & [c] Ægyptia distinguuntur [5] erythrocomis, & leucocomis. Corticis major usus ex acerbis ad perficienda coria. [d]Flos balaustium vocatur, & medicinis idoneus, & tingendis vestibus, quarum [e] color inde nomen accepit.

1 candidiori natura & blandiore. *D.*
2 eorum quædam, ut in. *M. Ch.*
3 ut in favis. Communium & nucleos. *Dal.*
4 austera, *Galen.*
5 erythrococcis & leucococcis. *D.*

CAP. XX. *De Asiæ & Græciæ fruticibus.*

IN Asia & Græcia nascuntur frutices, [6] Epicactis, quem alii embolinen vocant, parvis foliis, quæ pota contra venena prosunt, [f] sicut Erices contra serpentes.

6 *Leg.* Epipastis, quem alii ellebori nem appellant. *Ex Dioscoride.*

CAP. XXI.

De thymelæa, sive chamelæa, & tragacanthe, & de tragio, sive scorpione, & myrice, & brya, & galla.

ET [7] in quo nascitur granum Gnidium, quod aliqui linum vocant: Fruticem vero thymelæam, alii chamelæam, alii pyros achnen, alii cnestron, alii cneoron: est similis oleastro, foliis angustioribus,

7 Fruticem in quo nasc. gr. Gnid. aliqui linum vocant, alii thymelæam. *ex Diosc.*

a *Apyrinon vocando.*] Lego *Apyrenum* ex utroque exemplari, aut si mavis forma Græca *Apyrenon.* nam per *i* in tertia *Apyrinon* nulla ratione defendi potest. ostendunt id Aristoteles, Theophrastus, Dioscorides, Heron, & Græci omnes glossematum scriptores. *Pint.*

b *Lignosus.*] Durus. Joannes Leo id depingit in cap. de Mechnase. Ea quorum nucleus durus est, Athenæus lib. 4. vocat σκληροπυρήνας. *Dalec.*

c *Ægyptia distinguuntur erythrocomis & leucocomis.*] Hermolaus pro *leucocomis*, *glaucocomis* emendat, sicque ex ejus emendatione impressa jam exemplaria circunferuntur: citatque Theophrastum libro puto secundo capite tertio. Sed locus ille nihil correctioni Hermolai favet: de granis enim Theophrasto illic, non de frondibus sermo est. *Pint.*

d *Flos balaustium vocatur.*] Vide cap. 6. lib. 23. *Dalec.*

e *Color.*] Nimirum puniceus. *Idem.*

f *Sicut erices contra serpentes.*] Dioscorides lib. 1. cap. 8. *Cui arbor est tamarici similis, multo tamen brevior: coma ejus floresque serpentium morsibus illita medentur.* Pint.

a *Colore*

bus, [1] gummosis si mordeantur, myrti magnitudine, semine, [a] colore & specie [2] farris, ad medicinæ tantum usum. [b] Tragion fruticem sola Creta insula gignit, terebintho similem & semine, quod contra sagittarum ictus efficacissimum tradunt. Eadem & tragacanthen, spinæ albæ radice, multum [3] prælatam apud Medos aut in Achaia nascenti. Pretium ejus in libras XIII. [4] Tragion & Asia fert, sive scorpionem, [c] veprem sine foliis, racemis [5] rubentibus, ad medicinæ usum. [d] Myricen & Italia, quam alii tamaricen vocant: Achaia autem bryan silvestrem: insigne in ea, quod sativa tantum ferat gallæ similem fructum. In Syria & in Ægypto copiosa hæc est, [e] cujus infelicia ligna appellamus, quæ tamen infeliciora sunt Græciæ. Gignit enim arborem [f] ostryn, quam & ostryam vocant, [g] solitariam [h] circa saxa aquosa, [i] similem fraxino cortice, & ramis,

1 gumminosis. Ch.
2 foris. V.
3 prælata. Ch.
4 Tragon. Diosc. & Ch.
5 subeuntib. M. rufis. Diosc.

a *Colore & specie farris.*] Fructu pallido (χλωρῷ Diosc.) principio, tandem rubente. Plinius χλωρὸν herbacei coloris male vertit. Vide cap. 9. lib. 27. *Dalec.*

b *Tragion.*] Cretenses hodie vocant γλίγουρον. Aloisius. *Idem.*

c *Veprem sine foliis.*] Imo junci genus. *Idem.*

d *Myricen & Italia.*] Lege: *Myricen Italia quam tamaricen vocant, Achaia autem bryam silvestrem.* Potius totus locus sic legendus: *Myricen tamericam vocat Lenaus, similem scopis Amerinis: Sanari dicit ea carcinomata in vino decocta.* Salmas. p. 597. a. *Myricen & Italia.*] Vide infra cap. 19. lib. 24. *Dalec.*

e *Cujus infelicia ligna appellamus.*] Scribe, *cujus infelicia ligna appellat vulgus*, ex Plinio ipso lib. 24. cap. 9. de hac eadem tamarice loquente: *Vulgus*, inquit, *infelicem arborem eam appellat ut diximus, quoniam nihil ferat, nec seratur unquam.* Ex quibus verbis tria ultima suspecta mihi sunt tanquam non Pliniana. nam de sativa tamarice mentionem fecit eodem lib. 13. & cap. 21. *Insigne* ait *in ea quod sativa tantum ferat gallæ similem fructum.* Pintianus.

f *Ostryn.*] Theoph. cap. 10. lib. 3. *Dalec.*

g *Solitariam.*] Theophrastus μονοειδῆ Græce vocat lib. 3. cap. x. hoc est *unius tantum speciei.* Quare Theodorus melius hoc loco quam Plinius *specie simplicem* transtulit. *Pintianus.*

h *Circa saxa aquosa*] Addenda videtur conjunctio *&*, ad vitandam amphibologiam, legendumque *circa saxa & aquosa.* Theophrastus eodem libro & capite: *Aquas convallesque arbor hæc gestit.* quod enim Theodorus *convalles*, Plinius *saxa* transtulit, habente utrumque intellectum Græca dictione φάραγξ. *Idem.*

i *Similem fraxino cortice & ramis.*] Scribo, *similem oxyæ cortice & ramis.* Theophrastus loco antedicto: *Est & ostrys specie simplex, quam nonnulli ostryam vocant, tam corpore quam cortice oxyæ similis.* Theodorus more suo *scissimam* vertit. *Idem.*

& ramis, [a] folio pyri, paulo tamen longioribus crassioribusque, [b] ac rugosis incisuris, quæ per tota discurrunt: semine hordeo simili [c] & colore. Materies est dura atque [1] firma: qua in domum illata, dfficiles partus fieri produnt, mortesque miseras.

1 firma. Hac in (sub. ostrya) Dal.

CAP. XXII.

De euonymo, & adrachne, coggygria, & thapsia.

NEc auspicatior [d] in Lesbo insula arbor quæ vocatur euonymos, non absimilis Punicæ arbori, inter eam & laurum folii magnitudine, figura vero & mollicie Punicæ, [e] flore candidiore, statim pestem denuntians. Fert siliquas [2] sesami similes, intus granum quadrangula figura, spissum, letale [3] animantibus: nec non & in folio eadem vis. Succurrit aliquando præceps alvi exinanitio. Alexander Cornelius arborem [4] eonem appellavit, [f] ex qua

2 sesamo. Ch.

3 animalibus. Ch.

4 æoniam, id est, æternam.

a *Folio pyri.*] Foliis pyri majoribus, non multo longioribus, in acutum contractis, fibrosis, rugosis circa fibras, tenui per ambitum scissura: reliquis fibris à media costarum modo in rectum juxta magnam porrectis: materie dura, decolori, exalbida: fructu parvo, oblongo, hordeo simili. *Theophrastus.* Dalec.

b *Ac rugosis incisuris, quæ per tota discurrunt.*] Lego, *ac rugosis. Incisuraque per tota discurrunt.* Theophrastus: *Item per nervos rugatum, & ambitu leviter serratum.* Pintianus.

c *Et colore. Materies est dura atque firma.*] Scribendum, *Decolore materia est dura atque firma.* Theophrastus tertio c.x. *Materies dura, decolor, exalbida.* Idem.

d *In Lesbo.*] Ordymno monte: cujus mentio fit cap. 31. lib. 2. Theophrast. *Dalec.*

e *Flore candidiore statim pestem denuntians.*] Lego, *Flore candido, odore statim pestem denuntians.* Theophrastus lib. 3. cap. ultimo: *Flos colore albæ violæ similis, odore infestus, velut cruorem inferens.* Quo in loco transferendo notandum est insigniter errasse & Plinium & Theodorum. refert enim hæc arbor euonymos odorem seu virus attractylidis herbæ, quæ teste Theophrasto lib. 6. cap. 4. & Plinio lib. 21. cap. 16. succum sanguineum effundit: quare & φόνος à quibusdam, eisdem testibus appellatur: est etiam odore tetro atque infesto. Quia igitur φόνος Græce, *mortem* Latine significat, Plinius *pestem*, Theodorus *cruorem* transtulit, neuter bene. transferre enim debuissent: *odore gravi phoni*, vel si ita maluissent, *attractylidis.* Pint.

f *Ex qua facta esset Argo.*] Apollonius 4. Argonaut. scribit, Palladem ex Phago Dodonide navis ejus carinam fecisse vocalem:

---- αὐτίκα δ' ἄφνω
Ἴαχεν αὐδήεσσα γλαφυρῆς νηὸς μεσσηγὺ
δόρυ,
Ἀνδῇ ἐν γλαφυρῇ νηὸς δόρυ.

Quamobrem Lycophronis interpres λαλησιέτιν ait, εἶχε γὰρ πρόπιν ἐκ τῆς Δωδώνης δρυός. & Lycophron λάληθρον κίσσαν garrulam picam vocavit. Rhod. cap. 15. 29. *Dalec.*

a *Adrachnen*

qua facta esset Argo, similem robori viscum [1] ferenti, quæ nec aqua nec igni [2] posset corrumpi, sicuti nec viscum, nulli alii cognitam quod equidem sciam. [a] Adrachnen omnes fere Græci portulacæ nomine interpretantur, cum illa sit herba, & [b] andrachne vocetur, unius literæ diversitate. [c] Cæterum adrachne est silvestris arbor, neque in planis nascens, similis [3] unedoni, folio tantum minore, & nunquam decidente: [d] cortice non scabro quidem, sed qui [4] circumgelatus videri possit, tam tristis adspectu est. [e] Similis & coggygria folio, magnitudine minor. Proprietatem habet fructum amittendi lanugine (pappum vocant) quod [f] nulli alii arborum evenit. Similis & apharce, bifera æque quam adrachne. Priorem fructum incipiente pubescere uva [5] peragit, alterum initio hiemis: quales eos, non traditur. Et [6] ferulam inter externas dixisse [7] conveniet, [g] arborumque generi ascripsisse: quoniam quarundam naturæ (sicut [8] distinguemus) lignum

1 ferentem: quæ nec aqua posset corrumpi, sicuti nec viscum, nec igni, nulli alii cogn. *Dal.*
2 possit. *Ch.*
3 *Lego*, unedoni folio, nunquam decidente: tantum minor, *ex Theophrasto.*
4 circumfindatur: tam, &c. περιεῤῥωγυμένος. *Theophr. non* περιπεπηγυμένος.
5 peragunt. *Ch.*
6 ferulas. *M.*
7 conveniat. *Ch.*
8 distinguimus.

a *Adrachnen omnes fere.*] Theoph. cap. 16. lib. 3. Vide infra cap. 21. lib. 16. Cretenses nunc vocans *Andrecles.* Idem.

b *Andrachne vocetur.*] Pausaniæ in Bœoticis in Helicone Adrachnæ frutices longe suavissimum pomum ferunt. *Idem.*

c *Cæterum adrachne est silvestris arbor.*] *Cæterum Andracle est silvestris arbor, neque in planis nascens, &c.* ita scribitur in antiquis exemplaribus. Et paulo post: *similis & Apharce bifera æque quam pandracle.* & lib. 16. cap. 22. in Thuanæo codice inveni: *inter utraque genera sunt andracile (pro andracle) in Græcia & ubique unedo.* Plinii ergo sententia est, Ἀνδράχλην dici de arbore, ἀνδράχνην de herba portulaca. *Salmas.* 510.b. Et paulo post, pro *coggygria* lege, *coccygia.* idem ibid. 511.a.

d *Cortice non scabro quidem.*] Adrachne, non aliter quam Suber, detracto cortice juvatur. Eadem, ut & Apharca anno bifera, priorem fructum perficit, cum variat uva (περκάζει, Plinio cum pubescit) alterum cum floret uva. Plinium fefellit Theophrasti litera male distincta, in qua post ἀνθοῦντι, statim subjicitur, ἀρχομένου τοῦ χειμῶνος ἐλάτη καὶ μίλος ἀνθοῦσι, μικρὸν πρὸ ἡλίου τροπῶν, initio hiemis. Taxus & Abies florent paululum ante brumam. *Dalec.*

e *Similis & coggygria folio.*] Exemplar Toletanum, *Similis & coccigia folio.* scribo, *similis & coccymeleæ folio*, id est *pruni.* sic enim coccymeleam supra esse scribit, fructumque ejus in pappos abire, ut nullus supersit dubitationi locus. *Pintianus. Similis & coggygria folio.*] Cotinum hanc arborem auctor vocat cap. 8. lib. 16. *Dalec.*

f *Nulli alii arborum evenit.*] Hoc salici, populo, Nerio similiter contingit. Apud Theophrastum vitiose legitur *Coccymelæa.* Dalec.

g *Arborumque generi ascripsisse.*] Suffruticibus annumerat Theophrastus. *Idem.*

lignum [1] omne corticis loco habent, hoc est forinsecus: ligni autem loco fungosam intus medullam, ut sambuci: quædam vero inanitatem, ut harundines. [a] Ferula calidis nascitur locis, atque trans maria, geniculatis nodata scapis. Duo ejus genera: Nartheca Græci vocant, assurgentem in altitudinem: [2] Narthechiam vero semper humilem. A genibus exeuntia folia maxima, ut quæque terræ proxima. [3] Cætero natura eadem, quæ anetho, & fructu similis. Nulli fruticum levitas major: ob id [4] gestatu facilior, baculorum usum senectuti præbet. [5] Semen ferulæ, thapsiam quidam vocavere: decepti eo, quoniam ferula sine dubio est thapsia, sed sui generis, foliis fœniculi, inani caule, nec excedente baculi longitudinem: Semen [6] quale ferulæ, radix candida. Incisa lacte manat, & contusa succo: [b] nec corticem abdicant, omnia ea venena. Quippe etiam fodientibus nocet: [7] si minima aspiret aura, intumescunt corpora: faciemque invadunt ignes sacri: ob id cerato prius illinunt. [c] Quibusdam tamen morbis auxiliari dicunt medici, permistam aliis. Item in alopeciis suggillatisque ac liventibus: seu vero remedia desint, ut scelera [8] contractent. Sed ista prætexunt noxio instrumento: tantumque impudentiæ [9] est, ut venenum artis esse persuadeant. Thapsia est in Africa vehementissima. [d] Quidam caulem incidunt per messes, & in ipsa excavant radice, quo succus confluat, arefactumque tollunt. Alii folia, caulem, radicem tundunt

1 omnino. D.

2 Narthecyan, &c. exeunt folia, maxima ut. *Dal. ex Theophr.*

3 Cætera. *M. Lego ex Theoph.* Floris natura ead. quæ an. & fructus sim.

4 gestata facilius. *M.* gestatu facilius. *Cb.*

5 Speciem ferulæ. *Dal.*

6 quasi. *M.*

7 Nam si min.

8 contrectent. *Dal.* non tractent. *Gb.*

9 est, *in M. d.*

a *Ferula calidis nascitur locis.*] Copiosior clariorque harum historia petenda è Theophrasto. *Dalec.*

b *Nec corticem abdicant, &c.*] Nec corticem radicis in usu medicinæ rejiciunt: nam in purgationibus is datur quatuor obolis, succus tribus, lac uno. Dioscor. *Idem.*

c *Quibusdam tamen morbis, &c.*] Suspiriosis, diuturnis laterum doloribus, sanguinis rejectionibus. Dioscorides. *Idem.*

d *Quidam caulem incidunt per messes.*] Facto in ambitu scrobe, radicis corticem incidunt, aut in ipsa radice. Dioscor. *Idem.*

a *Converbe-*

tundunt in pila, & succum [1] in sole coactum dividunt in pastillos. Nero Cæsar claritatem ei dedit initio imperii, nocturnis grassationibus [a] converberatam faciem [b] illinens sibi cum thure [2] ceraque, & [3] sequuto die contra famam cutem sinceram circunferens. Ignem ferulis optime servari certum est, easque in Ægypto præcellere.

1 insolatu. *Dal.*
2 cerussaque. *Mercerus.*
3 sequenti. *M.*

CAP. XXIII.

De cappari, sive [c] *cynosbato, aut opheostaphyle, & de sari.*

IBi & capparis, firmioris ligni frutex, [4] seminisque & cibi vulgati, caule quoque una plerumque decerpto. Cavenda ejus genera peregrina. [d] Siquidem [5] Arabicum [6] pestilens, Africum gingivis inimicum, Marmaricum vulvis & [7] omnium inflationibus. Apulum vomitus facit: stomachum & alvum [8] solvit. Quidam id [e] cynosbaton vocant, [f] alii opheostaphylen. [g] [9] Fruticosi est generis & [h] sari, circa Nilum nascens, duorum ferme cubitorum altitudine, pollicari crassitudine, coma papyri, [i] similique manditur modo: [10] radice ferrariis officinis præcipua, carbonis usu, propter duritiam.

4 fructusque in cibis. *vulg.*
5 Arabium. *Ch.*
6 pestilens, gingivis inimicum. Africum, præcipue Marmaricum, vulvis & torminum inflation. *Dal.*
7 omnibus. *Quidam.* omenti. *Alii.* & torminum infl. *Alii.*
8 movet. *M.*
9 frutectosi est gen. & sarisa. *Ch.*
10 è rad. Fer. off. præcipuo carbonis. *Dal.*

CAP.

a *Converberatam faciem illinens sibi.*] Utrumque exemplar non *sibi* legit, sed *sic*, ut credam scribendum esse *succo*. Pintianus.

b *Illinens sibi cum thure ceraque.*] Laudat & id remedium Dioscorides, dum amplius binis horis non dimittatur, postea locus marina calida foveatur. *Dalec.*

c *Cynosbato.*] Vide infra cap. 13. lib. 21. & Theophrast. cap. 5. lib. 6. hist. *Idem.*

d *Siquidem Arabicum pestilens.*] Dioscoridi Arabicum è rubro mari advectum, itemque Libycum, in cibos non admittenda, quia in ore pustulas excitant, & osse tenus gingivas exedunt. Africum vero, præsertim Marmaricum, vehementer inflat. *Idem.*

e *Cynosbaton vocant.*] Quoniam hamatas rubi modo spinas habet. Diosc. *Idem.*

f *Alii opheostaphylen.*] In notis Dioscoridis male *phyllostaphylen.* Idem.

g *Fruticosi est generis, &c.*] Legend. *Frutectosi est generis & Sari circa Nilum nascens.* Dicitur enim *frutectum* ὁ θάμνος vel θάμνος, ut *virgultum*, ut *carectum* à carice. Inde *frutectosus* θαμνώδης. Vide *Salmas.* p. 1004. a.

h *Sari.*] Theophr. cap. 9. lib. 4. hist. *Dalec.*

i *Similique manditur modo.*] Cum Saria, id est, nati radice canaliculi manduntur, mansæ exuccæque reliquiæ, ut fit in Papyro, expuuntur. Theophr. *Idem.*

a *Esque*

CAP. XXIV.

De spina Babylonis regia, & de cytiso.

NOn omittendum est & quod Babylone seritur in spinis, quoniam non aliubi vivit, [a] [1]sicut & viscum in arboribus: sed illud in spina tantum, [b] quæ regia vocatur. Mirum, quod eodem die germinat, [2] quo injectum est. Injicitur autem ipso Canis ortu, & celerrime arborem occupat. Condiunt eo [3] vina, & ideo [4] serunt. Spina illa nascitur & Athenis in longis muris. Frutex est & cytisus, [c] ab [5] Aristomacho Atheniensi miris laudibus prædicatus pabulo ovium, aridus vero etiam suum: spondetque jugero ejus [6] annua H-S. M. M. vel mediocri [7] solo reditus. [d] Utilitas, quæ ervo, sed ocyor satietas, perquam modico pinguescente quadrupede, ita ut jumenta hordeum spernant. Non ex alio pabulo lactis major copia aut melior, super omnia [8] pecorum [9] medicina à morbis omni usu præstante. Quin & nutricibus in defectu lactis aridum, atque in aqua decoctum, potui cum vino dari [10] jubet: [11] firmiores celsioresque infantes fore. Viridem etiam gallinis, aut si [12] aruerit, madefactum. Apes quoque nunquam defore cytisi [13] pabulo

1 estque sicut &. *Vet.*
2 quod. *Vet.*
3 vinum. *M.*
4 feritur. *Vet.*
5 Antilomaco Atheniense. *Ch.*
6 Annuos perplures, vel, &c. *Vet.*
7 soli redituu. *Dal.*
8 pecudum. *M. & Ch.*
9 medicinæ in omni morbo. *Vet.* medicinæ & omnium morbis. *Alii.*
10 juvat. *M.*
11 & firm. *M.*
12 inaruerit. *Ch.*
13 pabulum contingentes. *M.*

a *Estque sicut viscum in arboribus, sed illud in spina tantum quæ regia vocatur. Mirum quod, &c.*] Scribendum diversa distinctione: *Estque sicut viscum in arboribus. Sed illud in spina tantum quæ regia vocatur mirum, quod*, eadem reliqua. Theophrastus secundo de causis plantarum, cap 23. *Si vero semina quoque aliqua ejusmodi sint, ut quod apud Babylonem spina sub ortum sideris, eadem die enasci atque etiam spinam posse complecti celeriter asserunt. & Syriaca illa herbula Cadytas vocata quæ arboribus vepribusque atque aliis quibusdam innascitur, hinc porro anceps admiratio redditur.* Pintianus.

b *Quæ regia vocatur.*] Theophr. cap. 23. lib. 2. de causis, & cap. 24. ejusdem ἐπανατείψειν. Vide infra cap. 8. lib. 29. Id semen, ut equidem sentio, Cassuthæ nostræ est, quam alibi Plinius Cadytam vocat. *Dalec.*

c *Ab Aristomacho, &c.*] Columella cap. ult. lib. 5. *Idem.*

d *Utilitas quæ ervo, sed ocior satietas.*] *Ergo* habent exemplaria antiqua, non *ervo*: pro quo libentius *herba* legerem quam *ervo*: nam hæc comparatio cytisi cum ervo mihi non probatur: etsi Columella tradit ervi modo seminandum esse. item *satias* scribendum, non *satietas*. ex archetypo Toletano. *Pint.*

a *Scritur*

bulo contingente, promittunt Democritus & Aristomachus. Nec aliud minoris impendii est. [a] Seritur cum ordeo, [1] aut vere, semine, ut [2] porrum, [b] vel caule autumno ante brumam. Si semine, madidum: & si desint imbres, [c] satum spargitur. Plantæ cubitales [3] feruntur scrobe pedali. Seritur [4] per [5] æquinoctia tenero frutice. Perficitur triennio. Demetitur verno æquinoctio, [d] cum florere [6] desiit, vel pueri vel anus vilissima opera. Canus adspectu, breviterque si quis exprimere similitudinem velit, [7] angustioris trifolii frutex. Datur animalibus post biduum semper. Hieme vero quod inaruit, [e] madidum. Satiant equos denæ libræ, & [8] portione [9] minora animalia: obiterque inter ordines allium & cæpe seri [f] fertile est: inventus [10] hic frutex in Cythno insula, inde translatus [11] est in omnes Cycladas, mox in urbes Græcas, magno casei proventu: [12] propter quod maxime miror rarum esse in Italia. Non æstuum, non frigorum, non grandinum, aut nivis injuriam expavescit. Adjicit Hyginus, ne hostium quidem, propter nullam gratiam ligni.

1 aut ervo.
2 ocymum. *Colum.*
3 præferuntur. *M.* & *Cb.* transferuntur. *Dal.*
4 post. *V.*
5 æquinoctium. *Dal.*
6 desinit, vel pueri manu, vel vilissima op. *M.* des. vel pu. vel an. vel viliss. *Cb.*
7 amplioris. *V.*
8 ad portionem. *Cb.*
9 majora. *M.*
10 est hic. *Cb.*
11 est, & magno, quod sequitur, *in M.A.*
12 præterea quod max. mi. rarum est. *Cb.*

CAP. XXV.

De fruticibus & arboribus nostri maris, atque Rubri & Indici.

NAscuntur & in mari frutices [g] arboresque, minores in nostro. Rubrum enim, & totus

Orientis

a *Seritur cum ordeo.*] Columellæ cap. 4. lib. 9. Sativum est, & suæ spontis. *Dal.*

b *Vel caule autumno ante brumam.*] Vel ramis, Autumno instante ante Septembrem. Ex Columella hic Plinius (ut pomum) indiligenter vertit ex auctore Græco, apud quem scriptum fuit, *εἰς πρασιὰς φυτεύεσθαι*, in areolis seri; quemadmodum & Columella reddidit. *Idem.*

c *Satum spargitur.*] Rigatur, quindecim proximis diebus. Columella. *Idem.*

d *Cum florere desiit.*] Nam tota hieme floret. *Idem.*

e *Madidum.*] Madefactum & maceratum. Nam aridum majores vires habet & nimis satiat. Columella. *Idem.*

f *Fertile est.*] Utile. observa. Vide Columellam cap. 4. lib. 9. *Idem.*

g *Arboresque minores in nostro.*] Theophrastus

Orientis Oceanus refertus est silvis. Non habet lingua alia nomen, quod Græci vocant phycos: [a] quoniam alga herbarum magis vocabulum intelligitur: [1] hic autem est frutex. [b] Folia lata colore viridi gignit, quod quidam prason vocant, alii zostera. Alterum genus ejusdem, capillaceo folio, simile fœniculo, in saxis nascitur: [c] superius in vadis haud procul littore: [d] verno utrunque: & interit autumno. [e] Circa Cretam insulam nato in petris purpuras quoque inficiunt, laudatissimo à parte Aquilonis, [f] aut cum spongiis. Tertium est gramini simile, radice geniculata & caule, qualiter calami. Aliud genus [2] fruticum bryon vocatur, folio lactucæ, rugosiore [3] tantum, [g] jam hoc interius nascens. In alto vero abies & quercus cubitali altitudine. Ramis earum adhærent conchæ. Quercu etiam tingi lanas tradunt. [h] Glandem etiam quasdam

1 hic autem frutex folia, &c. quem quidam. *Dal.*

2 phycorum.

3 tamen. m.

phrastus cap. 7. & 8. lib. 4. hist. Vide infra cap. 7. & 9. lib. 32. *Dalec.*

a *Quoniam alga herbarum, &c.*] Plinius satis negligenter hoc statuit. *Idem.*

b *Folia lata colore viridi gignit, quod quidam prason, alii zostera appellant.*] Vetus lectio, *Folio lato, colore viridi. Gignit quod quidam, &c.* Hæc si vera est, deceperunt Plinium Theophrasti verba male intellecta. Neque enim alga hæc gignit quod alii prason, alii zostera appellant, sed ipsum algæ genus sic vocant. sunt enim multa algarum genera. Theophrastus lib. 4. cap. 6. *Nam algæ quoddam genus folio lato, colore herbido est, quod prason quidam appellant, alii zostera.* ubi relativum *quod*, non *folium*, sed *genus algæ* refert. Theodorus morbo solito pro *prason porrum*, pro *zostera cingulum* reddidit. *Pint. Folia lata colore viridi gignit.*] Ταινιοειδῆ Theoph. fasciis similia, vel ut alii legunt, πλατυνοειδῆ, distenta. *Dalec.*

c *Superius in, &c.*] Ζωστήρ. *Idem.*

d *Verno utrunque, & interit autumno.*] Lectio nec integra nec sincera: videntur enim multa desiderari verba. Theophrastus lib. 4. cap. 6. *Annuum esse ajunt, & nasci vere desinente, vigere æstate, minui autumno, interire hieme.* Pintianus. *Verno utrunque.*] *Vere utrunque.* Non de Zostere id Theophrastus, sed de fœniculacea tantum, quam scribit extremo vere nasci, æstate vigere, autumno languere, hieme mori. *Dalec.*

e *Circa Cretam insulam*] Diversum hoc algæ tinctoriæ genus à fœniculacea Theophrastus memorat, laudatissimamque provenire Aquiloniis locis Cretæ ait, ubi spongiæ, & alii id genus marini frutices, marinæve plantæ præstantiores gignuntur. vide cap. 6. lib. 32. & cap. 7. lib. 27. *Idem.*

f *Aut cum spongiis.*] Sic Hermolaus: cum prior lectio tam scripta quam impressa haberet *aut spongeis.* aptiorem lectionem ducimus, *ut spongia.* Theophrastus: *Gignitur parte aquilonia tum copiosius, tum melius, ut etiam spongia reliquaque similia.* Pint.

g *Jam hoc interius nascens.*] *Jam hoc in alto nascens. Terris vero abies vicina & quercus* ex Theophr. cap. 7. lib. 4. hist. *Dalec.*

h *Glandem etiam, &c.*] Apud Athenæum

dam ferre in alto [a] naufragis hæc deprehensa urinantibusque. Et aliæ traduntur prægrandes circa Sycionem. Vitis enim passim nascitur. [1] Sed ficus [b] sine foliis, rubro cortice. [2] Fit & Palma fruticum generis. Extra Herculis columnas porri fronde [c] nascitur frutex, & alius lauri & thymi, qui ambo ejecti in pumicem transfigurantur. At in Oriente mirum est, statim à Copto per solitudines nihil gigni, præter spinam, quæ sitiens vocatur, & hanc raram admodum: [d] in mari vero Rubro silvas vivere, [e] laurum maxime & olivam ferentem baccas, & cum pluat, fungos, qui sole tacti mutantur in pumicem. Fruticum ipsorum magnitudo [3] ternorum est cubitorum, [f] [4] caniculis referta, [g] ut vix [5] prospicere è navi tutum sit, remos plerunque ipsos invadentibus. [h] Qui navigavere [6] in Indos Alexandri milites, frondem marinarum arborum tradidere in aqua viridem fuisse, exemptam sole protinus in salem arescen-

1 Sed & ficus. *V.*
2 est & ibi palma *Vet.*
3 ternum cubitorum est. *Ch.*
4 carchariis. *Theophr.*
5 respicere. *V.*
6 ab Indis. *Dal.*

neum lib. 7. Polybius narrat in mari Lusitanico gigni quercus, quarum glande Thynni vescantur, & pinguescant: itaque à vero minime aberraturum, qui Thynnos esse marinos porcos dixerit. *Dalec.*

a *Naufragis hæc deprehensa urinantibusque. Et aliæ traduntur prægrandes circa Sicyonem.*] Scribo, *naufragis urinantibusque & aliæ traduntur prægrandes.* cætera adjecta sunt, & falso Plinio attributa ex Theophrasto manifeste lib. 4. cap. 6. quem in hac parte ad verbum fere transfert Plinius, confer & statue. *Pint.*

b *Sine foliis.*] Εὔφυλλ☉, foliis comosa. Ficus similitudo, absque foliis intelligi nequit, nisi fructus illam ostendat. *Dalec.*

c *Nascitur frutex & alius lauri & thymi.*] Sic quidem legunt antiqua exemplaria, sed rectius impressa, *nascitur frutex & alius lauro & thymo similis:* convertenda tamen verba. *Nascitur frutex thymum, & alius lauro similis.* Theophrastus loco antеallegato: *In extero autem circa Gaditanum fretum, porrum ut retulimus, nascitur, & ea quæ in lapidem transfigurantur, ut thymum, & quæ lauriformia sunt.* Pint.

d *In mari vero Rubro silvas vivere.*] Theophrast. cap 8. lib. 4. histor. *Dalec.*

e *Laurum maxime, &c.*] Agriæ prorsus similem: oleam vero folio tantum: Theophrastus. *Idem.*

f *Caniculis referta.*] Crediderim omissam incuria librarii dictionem *maria*, ex Theophrasto superiore loco: *Mare*, inquit, *hoc belluis refertum plurimasque caniculas habet, in tantum ut nare tutum non sit.* Pint.

g *Ut vix prospicere.*] De hoc Theophr. nihil. *Dalec.*

h *Qui navigavere in Indos Alexandri milites.*] Scribo, *Qui navigavere in Indis Alexandri milites.* Theophrastus lib. 4. cap. 7. *Qui vero ex India missi ab Alexandro navigarunt: plantas marinas, quod in aqua sint, colorem algæ minutæ habere, &c.* Pint.

arescentem. Juncos quoque lapideos perquam similes veris per litora, & in alto quasdam [a] arbusculas colore bubuli cornus ramosas, & cacuminibus rubentes: cum tractarentur, vitri modo fragiles, in igne autem ut ferrum inardescentes, restinctis colore suo redeunte. Eodem tractu insularum silvas operit æstus, quanquam [b] [1] altiores platanis populisque altissimis. Folia iis [2] lauri, flos violæ & odore & colore. Baccæ, ut oleis, & ipsæ odoris jucundi, [c] autumno nascentes, foliis nunquam deciduis. Harum minores totas integit mare. Maximarum cacumina extant, ad quæ naves religantur, & cum recessit æstus, ad radices. Alias quoque arbores in alto ab eisdem accepimus eodem in mari visas, semper folia retinentes: fructu earum lupino simili. Juba tradit, circa Troglodytarum insulas fruticem in alto vocari, [d] [3] Isidos plocamon, corallio similem, sine foliis: præcisum mutato colore in nigrum durescere. Cum cadat, frangi. Item alium [4] qui vocatur [e] charitoblepharon, efficacem in amatoriis: [f] spathalia eo facere & monilia fœminas: sentire eum se capi, durarique cornus modo, & hebetare aciem ferri. Quod si fefellerint insidiæ, in lapidem transfigurari.

1 altiores sint.
2 laurea. M. & Ch.
3 Isidis crinem. Ch.
4 qui vocetur chariton blepharon. Ch.

a *Arbusculas colore, &c.*] In Adriatico, quæ arbusculæ nascuntur, glutini taurino colore similes sunt. *Dalec.*

b *Altiores platanis.*] Magnitudine platanorum. Theophr. *Idem.*

c *Autumno nascentes.*] Flore & fructu primo autumno nascente, vere defluente. Theophr. *Idem.*

d *Isidos plocamon.*] Quidam corallium esse volunt, coloris puniceí, non rubrií oculis quidem grati, & arridentis, sed minoris pretii, & auctoritatis, quam quod saturatius & plenius rubet. Horum opinioni non assentior, quoniam isidos plocamos præcisus nigrescit, non autem id corallii genus. *Idem.*

e *Charitoblepharon.*] Nigrum esse corallium hinc quidam arbitrantur, quod olim in superciliis fœminarum, color niger pulcherrimus & venustissimus haberetur. Quamobrem medicamenta superciliis tingendis apta καλλιβλέφαρα prisci vocaverunt. *Idem.*

f *Spathalia eo, &c.*] Σπαθάλη, ornamentum muliebre, brachialis & armillæ loco. Allusit ad id Claudianus in Epithalamio:

Et gravibus Spathale baccis diadema ferebat
Intextum, rubro quas legerat ipsa profundo.

Idem.

C. PLINII

C. PLINII SECUNDI NATURALIS HISTORIÆ

LIBER XIV.

In quo frugiferæ arbores traduntur.

PROOEMIUM.

EXTERNÆ *Arbores, indocilesque nasci alibi, quam ubi cæpere, & quæ in alienas non commeant terras, hactenus* [1] *fere sunt. Licetque jam de communibus loqui, quarum omnium peculiaris parens videri potest Italia. Noscentes tantum meminerint, naturas earum à nobis interim dici, non culturas: quanquam & colendi* [2] *maxima in natura portio est. Illud satis mirari non queo, interisse quarundam memoriam, atque etiam nominum, quæ auctores prodidere, notitiam. Quis enim non communicato orbe terrarum, majestate Romani imperii profecisse vitam putet commercio rerum* [a] *ac societate festæ pacis, omniaque etiam quæ occulta ante fuerant, in promiscuo usu facta? At hercule non* [3] *reperiuntur, qui norint multa ab antiquis prodita:* [4] *tanto priscorum cura fertilior aut industria felicior fuit,* [b] *ante millia annorum*

1 fere narratæ sunt. *Dal.*

2 maxime. *M.*

3 multi non rep. qui norint ab antiquis.

4 Tantum. *V.*

a *Ac societate festa pacis.*] Quo die Romani pacem cum hoste faciebant, Diis tantum sacra persolvebant, & vota, ab omni opere abstinentes. Inde festa pax. *Dalec.*

b *Ante millia annorum inter principia literarum Hesiodo præcepta agricolæ pandere orsus.*] Scribendum existimo, *Ante mille annos*, non *ante millia annorum*. Nam à Plinio ad Homerum mille anni intercesserunt, ut testatur vel Juvenalis versus, *atque uni cedit Homero, Propter mille annos.* & Plinius septimo, cap. 16. *Jam vero ante annos prope mille vates ille Homerus non cessavit minora corpora mortalium quam prisca conqueri.* Porro Hesiodum eodem

norum inter principia literarum Hesiodo præcepta [1] agricolæ pandere orso, subsecutisque non paucis hanc curam ejus, unde nobis crevit labor. Quippe cum requirenda sint non solum postea inventa, verum etiam ea, quæ invenerant prisci, [2] desidia rerum internecione memoriæ inducta. Cujus somni causas quis alias, quam publicas mundi, invenerit? Nimirum alii subiere ritus, circaque alia mentes hominum detinentur, & avaritiæ tantum artes coluntur. Antea inclusis gentium imperiis intra ipsas, ideoque & ingeniis, quadam sterilitate fortunæ, necesse erat animi bona [3] exercere: regesque innumeri honore artium colebantur, & in ostentatione has præferebant [4] opum, immortalitatem sibi per illas [5] prorogari arbitrantes. Quare abundabant & præmia, [6] & operæ vitæ. Posteris laxitas mundi & rerum amplitudo damno fuit, postquam Senator censu legi cœptus, judex fieri censu, magistratum ducemque nil magis exornare, quam census: postquam cœpere orbitas in auctoritate summa & potentia esse, captatio in quæstu fertilissimo, ac sola gaudia in possidendo: pessum iere vitæ pretia: omnesque à [a] maximo bono liberales dictæ artes, in contrarium cecidere, ac servitute sola profici [7] cœptum. [b] Hanc alius alio modo, & in aliis

1 agricolis. *Ch.*

2 des. aut rerum intern. memoria inducta. indicta. *M.* & *Ch.*

3 exercere reges. *M.*

4 opes. *V.* præferebant, opem & immortalitatem. *M.*

5 prærogari. *M.*

6 opera. *Dal.*

7 cœptæ. *M.*

eodem fuisse tempore quo Homerus, auctores nonnulli tradunt. *Pint.*

a *Maximo, &c.*] Libertate. *Dalec.*

b *Hanc alius alio modo & in aliis adorare.*] Budæus verba hæc ex fide antiquorum codicum superfluere scribit, habentur tamen in nostris, tractat & hunc locum Rhenanus, vir doctus & de Plinio benemeritus. *Pint.* *Alius hanc alio modo & in aliis adorare, eodem tamen habendi quæstu ad spes hominum tendente voto.*] In edit. quam nobis dedit Lutetia, annotatum est Gulielmum Budæum virum eruditissimum, priorem istius sententiæ partem tanquam subdititiam rescecuisse, non inventam in vol. quodam veteri. De qua re equidem multum miror. Nam ea dempta video sententiæ quoque elegantiam perire, quæ est in his verbis, *alio modo, & in aliis*, deinde *eodem voto.* Vult enim hoc dicere Plinius *miram esse servientium diversitatem propter varias servitutis species: & rursus miram convenientiam, dum omnes huc spectant, ut ditescant.* Alteram vero partem nempe posteriorem sic legendam putat, *eodem tamen habendi, quo spes omnium, tendente voto.* Manuscr. exemplar hic habet, *Hanc alius alio modo & in aliis adorare, eodem tamen habendique ac spes omnium tendente voto.* Proinde malim legere: *Hanc alius alio modo & in aliis adorare, eodem tamen, habendique spes omnium accendente voto.* Nam conjicio *adcendente* scri-

ptum

aliis adorare, [a] *eodem tamen habendi, quo eat spes, omnium tendente voto. Passim vero etiam egregii aliena vitia, quam bona sua, colere*[1] *malle. Ergo hercule voluptas vivere cœpit, vita ipsa desiit. Sed nos obliterata quoque scrutabimur. Nec deterrebit quarundam rerum humilitas, sicut nec in animalibus fecit. Quanquam videmus Virgilium præcellentissimum vatem, ea de causa* [b] *hortorum dotes fugisse:* [2] *è tantisque, quæ retulit, flores modo rerum decerpsisse, beatum felicemque* [3] *gratiæ, xv. omnino generibus uvarum nominatis, tribus oleæ, totidem pyrorum, malo vero tantum Assyrio, cæteris omnibus neglectis. Unde autem potius incipiemus, quam à vitibus? quarum principatus in tantum peculiaris Italiæ est,* [c] *ut vel hoc uno omnia gentium vicisse, quanquam odorifera, possit videri bona: quanquam ubicunque* [4] *pubescentium odori nulla suavitas præfertur.*

1 malunt. *Dal.*

2 & tantis quæret. *Ch.*

3 gratiâ. *Alii.* Græciæ. *Parm.*

4 florescentium. *Turn.*

CAP.

ptum fuisse avulsa primore syllaba à reliquis, hoc modo *ad cendente*. Cumque librarius duas esse dictiones putaret, præpositionemque suo casu carere, transtulit hanc in anteriorem locum, aptius legi censens, *ad spes omnium*, quam *spes omnium ad*. Deinde *cendente*, quod nihil significabat mutavit in *tendente*. Cæterum *habendique*, expositivum est, ut sit, *Eodem voto habendique voto*, hoc est, *eodem voto*, nempe habendi, *spes omnium accendente*. Suspicatus aliquando sum pro *habendique* scribendum *appendice*, sed alterum magis probatur. *Rhenanus.*

a *Eodem tamen habendi quo eat spes hominum tendente voto.*] Sic Budæus legit: sed non sapit hæc sententia salem & elegantiam Plinianam. Ego puto redundare verbum illud *habendi*, & cætera sic legenda: *Eodem tamen, quæstus spe, omnium tendente voto.* ut sit *eodem*, adverbium, hoc est, ad eandem servitutem. nam ambo nostri codices *omnium* habent, non *hominum*. Pint.

b *Hortorum dotes fugisse.*] De hortorum cultura nihil scripsisse. *Dalecampius.*

c *Ut vel hoc uno omnia gentium vicisse, quanquam odorifera, possit videri bona.*] Vetustus codex non habet, *quanquam odorifera.* sed tantum *quam odorifera.* Conjicio scriptum fuisse *usquam*. Nec enim hic placet *inquam*, magis placeret *quamlibet*. Itaque sic leges, *Quorum principatus in tantum peculiaris Italiæ est, ut vel hoc uno omnia gentium vicisse usquam odorifera possit videri bona.* Rhenanus.

CAP. I.

De vitium natura, & quibus modis ferant.

[a] VItes jure apud priscos magnitudine quoque inter arbores numerabantur. [b] Jovis simulacrum in urbe Populonia ex una conspicimus, tot ævis incorruptum: Item Massiliæ pateram. Metaponti templum Junonis vitigineis columnis stetit. Etiam nunc scalis tectum Ephesiæ Dianæ scanditur [1] vite una Cypria, ut ferunt, quoniam ibi ad præcipuam amplitudinem exeunt. Nec est ligno ulli æternior [2] natura. [c] Verum ista ex silvestribus facta crediderim, [3] quando hæ vites tonsura annua coërcentur, & vis earum omnis evocatur in palmites, aut deprimitur in propagines, succique tantum gratia ex his pluribus modis ad cœli mores, solique ingenia. In Campano agro populis nubunt: maritasque complexæ, atque per ramos earum procacibus brachiis geniculato cursu scandentes, cacumina æquant, in tantum sublimes, ut [d] [4] vindemiator auctoratus rogum ac tumulum excipiat. Nullo fine crescunt, dividique aut potius avelli nequeunt. Villas & domos ambiri singularum palmitibus ac sequacibus [5] loris quoque, memoria dignum inter prima Valerianus quoque Cornelius existimavit. Una vitis Romæ [e] in [6] Liviæ porticibus

1 ex vite. *Dal.*

2 materia. *V.*

3 quando lo *M. d.*

4 vindemitor auctoratus. *Ch.*

5 loris, memoria quoque dignum Valer. Corn. *V.*

6 Lunæ porticib. subdivales. *M.*

a *Vites jure apud, &c.*] Theophrastus cap. 5. lib. 1. hist. vitem inter arbores recenset. Columella lib. 11. arborem esse negat, sed medium quoddam genus inter arborem & fruticem esse vult. *Dal.*

b *Jovis simulacrum in urbe Populonia.*] *Geographi* omnes *Populonium* appellant, non *Populoniam.* & sic in Pomponium legendum diximus, sicque duo nostri codices præferunt. Virgilius tamen poëtica licentia, nomine abusus *Populonia* protulit lib. x. *Pint.*

c *Verum ista ex silvestribus, &c.*] Lege: *Verum ista ex silvestribus facta crediderim. Mites tonsura annua coërcentur, & vis earum omnis evocatur in palmites, aut deprimitur in propagines, succique tantum gratia exire finitur, pluribus modis ad cœli mores solique ingenia.* Vide Salmas. p. 817. a.

d *Vindemiator auctoratus, &c.*] Dum ad putandum vineam conducitur, paciscitur, si forte casu pereat, rogum ac sepulchrum sibi fieri impendio auctorantis. *Dalec.*

e *In Livia porticibus*] De Liviæ porticu vide Sueton. in Augusto. De porticibus milliariis, stadiariis, subterraneis,

bus subdiales inambulationes umbrosis [1] pergulis opacat, eadem duodenis musti amphoris fœcunda. [2] Ulmos quidem ubique exuperant. Miratumque altitudinem earum Ariciæ ferunt [a] legatum regis Pyrrhi Cineam, facete lusisse [b] in austeriorem gustum vini, merito matrem ejus pendere in tam alta cruce. [c] Rumbotinus vocatur, & alio nomine [3] populus arbor Italiæ Padum transgressis, cujus tabulata in orbem patula replent, puroque [d] [4] producto dracone in palmam ejus, inde in subrectos ramorum digitos flagella dispergunt. Eædem modici hominis altitudine adminiculatæ sudibus [5] horrent, vineamque faciunt: [6] & aliæ improbo reptatu pampinorumque [7] superfluitate peritia [8] domini [e] amplo discursu atria media [9] complentes. Tot differentias vel sola tantum Italia recipit. Stat provinciarum aliquarum per se vitis sine ullo pedamento, artus suos in se colligens, [10] & brevitate crassitudinem pascens. Vetant hoc [11] aliubi venti: ut in Africa & in Narbonensis provinciæ partibus. [f] Excrescere [12] ultra suos pollices prohibitæ, [g] semperque pastinatis

1 operculis. *M.*
2 Ulmi q. u. exuberant. *M.*
3 opulus. *Dal.*
4 perducto. *Turn.* perductæ. *Ch.*
5 hærent. *Alii.*
6 ut aliæ. *Quidam.* & alias. *Alii.*
7 superflua petulantia. *Dal.*
8 hominis. *V.*
9 complent. *Dal.*
10 brevitatem crassitudine pensans. *Dal.*
11 alicubi. *M.*
12 ultra senos. *Dal.*

raneis, simplici, duplici ordine columnarum extructis, vide Lucium Faunum cap. 5. lib. 3. in explicatione porticus Octaviæ, ubi nunc est fanum Divæ Mariæ in porticu. *Idem.*

a *Legatum regis Pyrrhi Cineam.*] Eum ἄπρακτον, infecta pace Senatus remisit, ut ait Plutarchus in Pyrrho, ἀποκρινάμενοι ἐξελθόντα τῆς Ἰταλίας εἰδεῖν τ, περὶ φιλίας καὶ συμμαχίας διαλέγεσθαι. De eo legato Ennius apud Varronem:

Orator sine pace redit regique refert rem.

Idem.

b *In austeriorem gustum vini.*] Vinum ejusmodi atrum & asperum, Crucium vocat Festus, Gallam Lucilius:

Quæ gallam bibere ac rugas conducere ventri
Farre acroso, oleo decumano, pane coëgit Cumano.

Exemplo Alexidis poëtæ; οἶνος ξενικὸς πάρεστιν, ὁ γὰρ Κορίνθιος βασανισμός ἐστι. *Idem.*

c *Rumbotinus vocatur.*] Rumbotinus Columel. cap. 7. lib. 5. non arboris genus, sed arbusti Gallici, vulgo *de Hautins.* Vide infra cap. 19. lib. 24. *Idem.*

d *Producto dracone in palmam ejus.*] Emerito palmite, multis annis durato. Sic vocant à squamoso & aspero cortice, qualis est draconum cutis, vel à longitudine anguinea. Scalig. pag. 312. vers. 33. *Idem.*

e *Amplo discursu atria media complentes.*] Hæ sunt jugatæ & compluviatæ vites. *Idem.*

f *Excrescere ultra suos pollices prohibita.*] Codex Toletanus, *prohibentes* non *prohibitæ.* Pintianus.

g *Semperque pastinatis similes.*] Legendum reor non *pastinatis*, sed *per se natis.* quod manifeste indicant verba statim sequentia

[1] pastinatis similes, herbarum modo vagantur per arva, ac succum terrâ passim uvis bibunt, quæ ob id magnitudinem infantium puerorum in interiore Africæ parte exuperant. Uva non [2] aliubi [3] gratiore callo, ut inde possit invenisse nomen [a] [4] duracina. Nanque genera magnitudine, colore, saporibus, acinis, innumera etiamnum multiplicantur vino. Hic purpureo lucent colore, illic fulgent roseo, nitentque viridi. Candicans enim nigerque vulgares. Tument vero mammarum modo [b] bumasti. Prælongis dactyli porriguntur acinis. Est & illa naturæ lascivia, ut prægrandibus adhæreant parvi, [5] mites, & suavitate certantes: leptoragas has vocant. Durant aliæ per [6] hiemem, [7] pensili concameratæ nodo. [c] Aliæ in sua tantum continentur anima ollis fictilibus, & insuper [8] doliis inclusæ, stipatæ vinaceis circumsudantibus. Aliis gratiam, qui & vinis, [d] fumus affert fabrilis, [9] iisque gloriam præcipuam in fornacibus Africæ Tiberii Cæsaris auctoritas fecit. Ante eum Rhæticis prior mensa erat, & uvis Veronensium [10] agro. [e] Quin & à patientia nomen acinis datur passis. [f] Conduntur & musto

1 putatis. *Dal.*
2 alibi. *Ch.*
3 crassiore. *Turn. cap. 26. lib. 25.*
4 durus acinus. *Ch.*
5 comites. *Cod. Tol.*
6 hiemes. *Ch.*
7 pensiles, congeminatæ nodis. *Dal.* pensili conglomeratæ nodo. *V.* pen. conc. modo. *M.*
8 doliis fictilib. *Ch.*
9 quæ in ea gloria præcipua. *C.*
10 agri. *Dal.*

quentia, *Herbarum modo vagantur per arva.* Et considerandum an scribendum sit paulo ante, *duos pollices*, non *suos pollices.* Idem. *Semperque pastinatis similes.*] Nam cum vinea pastinatur, solutæ suis adminiculis sarmenta vinitores humi jacere patiuntur, quoad putata suis rursum pedamentis alligent. *Dalec.*

a *Duracina.*]. Vulgo *Piquepoulle*, Monspessulanis vero *Marroquin* à *Marroch* Africæ civitate. *Dalec.* Sic appellatur à duritia acini omnibus rei rusticæ scriptoribus, & postea etiam liquebit. *Pintianus.*

b *Bumasti.*] *Ollares* vocat Aurelianus. Vide Columellam cap. 43. lib. 12. Martial. lib. 7. de Sanctra cœnarum fure his versibus:

Dulci placenta sordidam linit mappam,
Illic & uva collocantur ollares.

Aëtius vocat σταφυλὴν ἀπὸ χύτρας, καὶ ἐκ τῶν στεμφύλων. Dioscor. σταφυλὴν ἐκ στεμφύλων, καὶ ἐκ τῶν βικῶν. *Dalec.*

c *Aliæ in sua tantum, &c.*] Horum conditura generum meminit Cato c. 143. & c. 7. Varro c. 58. 1. *Idem.*

d *Fumus affert fabrilis.*] Fabriles vocat Aurelianus cap. 3. lib. 4. Chronion. Vide cap. 1. lib. 23. & cap. 17. lib. 15. *Idem.*

e *Quin & à patientia, &c.*] Fallitur Plinius. Passas vocamus, quod ad Solem expandantur. *Idem.*

f *Conduntur & musto uva.*] Nempe Sapa, ut cap. 1. lib. 23. Conduntur enim musto, vino dulci, sapa, aqua cœlesti. *Idem.*

a Jam

musto uvæ, ipsæque vino suo inebriantur. Aliæ decoctæ in musto dulcescunt: aliæ vero sobolem novam in matre ipsa expectant [1] translucidæ vitro, additque acinis [2] eandem, quam in doliis amphorisve, duratricem illam firmitatem austeritas picis infusa pediculo. [a] Jam inventa [3] vitis per se in vino picem [4] resipiens, [b] Viennensem agrum nobilitans, Arverno, Sequanoque & [c] Helvico generibus non pridem illustrata. Atque hæc Virgilii vatis ætate incognita, à cujus obitu XC. aguntur anni. Quid, quod [5] insertæ castris summam rerum imperiumque [6] continent? Centurionum in manu vitis, & opimo præmio tardos ordines [7] ad lentas perducit [8] aquilas, [d] atque etiam in delictis pœnam ipsam honorat. Nec non vineæ oppugnationum dedere rationem. Nam in medicaminibus adeo magnum obtinent locum, [e] ut per sese [9] vino ipso remedia sint.

1 translucido. *Dal.*
2 tandem. *V.*
3 vitis in *M. d.*
4 resipiens Viennensi agro. Nobilitas Arverno. *K.*
5 inserta. *Ch. & Turn.* inserta, &c. continet. *M.*
6 continent centurionum, &c. *Ch. Turn.*
7 ad levatas. *V.* ad elatas. letas. *Lips.*
8 aquilas atque. *Turn.*
9 vina ipsa. *M.*

CAP.

a *Jam inventa vitis per se, &c.*] Allobrogica, cap. proxime sequenti. vide & cap. 1. lib. 23. *Dalec.*

b *Viennensem agrum nobilitans.*] Ejus vinum in summo apud Romanos pretio fuisse tradit Plutarch. lib. 5. Sympos. Quæst. 3. καὶ τῶν Ἰταλικῶν, inquit, οἱ περὶ τὴν πόλιν οἰκοῦντες· ἐκ δὲ τῆς περὶ Βίενναν Γαλατίας ὁ πισσίτης οἶνος κατακομίζεται, διαφερόντως τιμώμενος ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων. *Idem.*

c *Helvico.*] Helvii hodie *Vivarez.* Idem.

d *Atque etiam in delictis, &c.*] Polybio, tribuni Rufuli legionum delicta coërcebant, ut auxiliarium copiarum, Socium præfecti. Rhod. cap. 22. 25. In castigandis militibus centuriones vitem adhibuisse traditum à Livio lib. 57. & à Floro, observatumque ab Africano Scipione qui Numantiam evertit. Hujus supplicii meminit Plutarchus in Galba. Macrobius centurialem vitem appellat. Martianus ff. de re militari, Si miles vitem tenuit, militiam mutat: si ex industria fregit, vel manum centurioni intulit, capite punitur. Rhod. cap. ult. lib. 26. Qui castigatur à Centurione miles, Pompeio *sub vineam jacere* dicitur. Vide Pithœum cap. 15. lib. 1. Scipio Æmilianus si quem militem deprehendisset in delicto, Romanum civem, vulgato inter milites exemplo, vite, externum vero fuste cædebat. Alex. ab Alex. cap. 22. lib. 1. Castigationum ac animadversionum militarium varietatem, & graviorem levioremque modum, pro noxæ magnitudine & conditione, vide apud eundem auctorem cap. 13. lib. 2. Juvenal. Sat. 8.

Nodosam posthac frangebat vertice vitem,
Si lentus pigra muniret castra dolabra.

Gerebant vitem centuriones. Vitis eum, cui erat aquila commissa, paulatim & lente ad Primipili centurionatum perducebat. Turn. cap. 26. lib. 25. In antiqui denarii adversa parte Romæ caput signatum est, in aversa Centurio vite bifida militem scutatum & hastatum genibus flexis tanquam supplicem verberans cum hac scriptura, T. DELID I. *Idem.*

e *Ut per sese vino ipso remedia sint.*] Lego, ut

CAP. II. *De generibus vitium.*

1 posse, *in V. d.*

[a] GEnera vitium numero comprehendi [1] posse unus existimavit Democritus, cuncta sibi Græciæ cognita professus. Cæteri innumera atque infinita esse prodiderunt, quod verius apparebit ex vinis. Nec omnia dicentur, sed maxime insignia: quippe quæ totidem pene sunt, quot agri. Quamobrem celeberrimas vitium, aut quibus est aliqua proprietate miraculum, ostendisse satis erit. Principatus datur [b] Ammineis propter firmitatem, [2] senioque proficientem vini ejus ubique vitam. Quinque earum genera: ex iis germana minor acino, [3] melior deflorescit, imbres tempestatesque tolerat: non item major, sed in arbore, quam in jugo, minus obnoxia. Gemellarum, quibus hoc nomen uvæ semper geminæ dedere, asperrimus sapor, sed vires præcipuæ. Ex iis minor Austro læditur, cæteris ventis alitur, ut in Vesuvio monte, Surrentinisque collibus. In reliquis Italiæ partibus non nisi arbori accommodata. Quintum genus [c] lanatæ, ne Seres miremur, aut Indos, adeo lanugo eam vestit. Prima ex Ammineis maturescit, ocyssimeque putrescit: proxima dignitas Nomentanis rubente materia: quapropter quidam [4] rubellas appellavere vineas. [5] Eæ minus [6] fertiles vino, acinis & fæce nimiæ, contra pruinas fortissimæ, siccitate

2 senique prof. vini e. utique. *Ch.*

3 ac in melius. *M. lego,* acino, melius deflorescit.

4 Rubellinas. *Columella.*

5 Hæ. *Ch.*

6 fertiles, vinaceis & fece nimia. *M. & Ch.*

go, *ut per sese vina ipsa remedia sint.* ex codice Salmanticensi. nam vinum multos in medicina usus habere, res nota est. *Pintianus.*

a *Genera vitium numero, &c.*] Vide Theophr. cap. 7. lib. 2. histor. Columel. cap. 2. lib. 3. *Dalec.*

b *Ammineis, &c.*] Vulgo *Gros plant.* Quidam scribunt cum duplici *m*, syllaba media correpta. Ausonius,

Solus qui Chium miscet & Ammineum:

alii cum simplici, *m*, media producta. Serenus,

Succus Aminea vitis cum pane medetur.

Turn. cap. 26. 29. Virgil.

Sunt & Aminea viti fortissima vina.

Hesychius in suis Glossis, Ἀμιναῖος, δι' ἑνὸς ν. οἶνος. ἡ γὰρ πολιτεία, ἀμιναία λέγεται. *Idem.*

c *Lanata.*] Cujus lanugine vestiuntur aversa folia. Lanatam uvam Marcellus Empeiricus cap. 14. *Caniculatam* vocat, veluti lanugine canescentem & hirtam. *Idem.*

ſiccitate magis quam imbre, æſtu quam algore vexantur. Quamobrem in frigidis humidiſque principatum obtinent. Fertilior quæ minor acino, & folio ſciſſa minus. Apianis apes dedere cognomen, præcipue earum avidæ. [a] Ex eis duo genera, lanugine & [1] ipſa pubeſcunt. Diſtant, quod altera celerius matureſcit, quanquam & altera properante. Situs frigidos non reſpuunt: & tamen [2] nullæ celerius imbre putreſcunt. Vina primo dulcia, auſteritatem annis [3] accipiunt, & rubra fiunt. [b] Nulla magis vite gaudet. Et hactenus potiſſima nobilitas datur peculiaribus atque vernaculis Italiæ. Cæteræ advenere [c] Chio, Thaſove. [d] Græcula non inferior Ammineis [4] bonitate, prætenera acino: & uva tam parva, ut niſi pinguiſſimo ſolo [5] colere non proſit. Eugeniam Taurominitani colles cum generoſitatis cognomine, miſere Albano tantum agro: quoniam tranſlata ſtatim mutatur. Nanque eſt aliquibus tantus locorum amor, ut omnem in [6] his gloriam ſuam relinquant, nec uſquam tranſeant totæ. Quod & [e] In Rhætica Allobrogicaque, quam [f] ſupra picatam appellavimus, evenit, domi nobilibus, nec agnoſcendis alibi. Fœcundæ tamen, bonitatis vice copiam præſtant: Eugenia ferventibus locis, Rhætica temperatis, Allobrogica frigidis, gelu matureſcens, & colore nigra. Ex his, quas adhuc diximus, ſed etiam è nigris vina vetuſtate in album [7] colorem tranſeunt. Reliquæ ignobiles.

1 *ipſæ. M.*

2 nulla celerius matureſcit imbre. *M.*

3 accipiunt: & ex his rubra fuit. *D.* accipiunt. Hetruria nulla magis vite gaudet. *Ch. & Merc.*

4 bonitatem. *Ch.*

5 coalere non poſſit. *M.* coaleſcere non poſſit. *Vet.*

6 iis. *Ch.*

7 colore tranſeunt. Reliqua *Ch.*

a *Ex eis duo genera.*] Major & minor, vel candicans & nigra. *Dalec.*

b *Nulla magis vite gaudet.*] Vinea. Uvas enim Apianas è vinea longe ſuaviores eſſe quam pergulis, arbuſto, jugo, compertiſſimum eſt. Vulgo *Muſcbat.* Idem.

c *Chio.*] Tibullus:

Nunc mihi fumoſos veteris proferte Falernos.
Conſulis, & Chio ſolvere vincla cado.

Idem.

d *Græcula.*] *Raiſins de Corinthe* Idem.

e *In Rhætica Allobrogicaque.*] *Di la valtolina* Allobrogica Viennenſis, *qui ſent la violette.* Allobrogicum vinum, quod ex Allobrogica fit. Celſus vocat cap. 5. lib. 4. *Idem.*

f *Supra.*] Sub finem primi capitis hujus libri. *Idem.*

a *Fecenia.*]

biles. Aliquando tamen cœli aut [1] ſoli opera non fallunt vetuſtatem, ſicuti [a] Fecenia, & cum ea florens [b][2] Biturica, acino rarior, nunquam [3] floris obnoxii, quoniam antecedunt, ventiſque & imbribus reſiſtunt, meliores tamen algentibus locis, quam calidis: humidis, quam ſitientibus. Vix ulla magis [4] tam denſo uvarum partu, impatiens variantis cœli, ſed contra tenorem unum algoris æſtuſve conſtans. [c] Quæ minor eſt ex eo genere, melior. In eligendo ſolo moroſa, pingui putreſcit, gracili omnino non provenit. Mediam temperiem delicate quærit, ob hoc Sabinis collibus familiaris. Uva ejus indecora viſu, ſapore jucunda: niſi matura protinus [5] rapiatur, etiam non [d] putreſcens cadit. Contra grandines eam tuetur foliorum amplitudo atque duritia. Inſignes jam colore inter purpureas nigraſque medio [e] helvolæ, ſæpius [6] varianti, & ob id [7] varianæ à quibuſdam appellatæ. Præfertur in his nigrior: utraque alternis annis fertilis, ſed melior vino, cum parcior. Et [8] Preciæ duo genera magnitudine acini diſcernuntur, quibus materies plurima, uvaque ollis utiliſſima, folium apio ſimile. [9] Baſilicam Dyrrhachini celebrant, Hiſpaniæ [10] cocolobin vocant. Rarior uva, æſtus Auſtroſque tolerat: [f] capiti inimica, copia larga. Hiſpaniæ duo genera ejus faciunt: unum oblongo acino, alterum rotundo: noviſſimas vindemiant. Quo dulcior

1 *ſolis. M.*
2 *Bituriaca. Ch.*
3 *tempeſtatibus obnox. quoniam folia antecedunt. Dal.*
4 *quam denſo. M. Aut, tam de eo: aut lego, condenſo. Dal.*
5 *rapitur. Ch.*
6 *variant. Dal.*
7 *variæ. Colum.*
8 *pretiæ. Dal.*
9 *Baliſcham. Ch.*
10 *cocoluben. Colum. vulgo, Subi.*

a *Fecenia.*] Supra Rubella: ſic dicta, quod fecis plus afferat, quam cæteræ. Columel. *Dalec.*

b *Biturica.*] *Le plant d'Orleans.* Idem. *Biturica.*] Non *Biturica*, ſed *Biturigiaca*, archetypum Toletanum, magis ex etymologia à Biturigibus Galliæ Aquitaniæ populis Plinio lib. 4. cap. 19. *Pintianus.*

c *Quæ minor eſt ex eo genere.*] Viſulam eam dictam fuiſſe oſtendit Columella, qui hæc omnia de Viſula tradit. *Dalec.*

d *Putreſcens cadit.*] Talis eſt quam Lugdunenſes vocant, *des Gametz.* Idem.

e *Helvolæ.*] Elveolæ, olim olera, elera: inde Elvela, olera minuta, & Elveola vitis herbacei coloris. Titinnius, *Lenti calido, elvela, rapula, rumice.* Scaliger.

f *Capiti inimica.*] Tale vinum eſt ex ea expreſſum, quod Monſpeſſulani vocant *Piquardant.* Dalec.

a *Juſtius*

dulcior [1] cocolobis, hoc melior. Sed & austera transit in dulcem [2] vetustate: & quæ dulcis fuit, in austeritatem: [3] tuncque Albano vino æmulantur. Tradunt vesicæ vitiis utilissimum ex his potum. Albuelis summis arboribus fertilior est, Visula imis. Quamobrem circa easdem satæ diversitate naturæ locupletant. Inerticulam è nigris appellavere, [a] justius sobriam dicturi, inveterato præcipue commendabilem vino, sed viribus innoxiam. Siquidem [b] temulentiam sola non facit. Fertilitas commendat cæteras, [4] principemque helvenacam. Duo ejus genera: major, quam quidam longam: minor quam [5] arcam appellant, non tam fœcundam, sed gratiorem haustu. Discernitur folio circinato: verum utraque gracilis. Furcas subdere his necessarium: alioqui ubertatem suam non tolerant: maritimo afflatu gaudent, [6] roscido odore. Nulla vitium minus Italiam [7] amat, rara, parva, putrescens in ea: vino quoque, quod genuit, æstatem [8] non exuperans. Nec alia macro solo familiarior. Græcinus, qui alioqui Cornelium Celsum transcripsit, arbitratur non naturam ejus repugnare Italiæ, sed culturam, avide palmites evocantium. Ob id [9] fertilitatem suam absumi, si non præpinguis soli ubertas lacescentem sustineat. Carbunculari negatur, magna dote si verum est, aliqua in vite cœlo non esse jus. Æstum fert spionia, quam quidam spineam vocant, [10] autumnisque & imbribus pinguescit. Quinimo nebulis una alitur, ob id Ravennati agro peculiaris. [11] Veniculam inter optime deflorescentes, & ollis aptissimam, Campani malunt [12] sirculam vocare, alii [13] staculam, Tarracina numisianam, nullas vires proprias habentem, sed totam perinde

1 est cocabolis. *Ch.*
2 vetustatem. *Dal.*
3 tunc Albanum vinum. *M.* tunc, &c. *Ch.*
4 præcipueque. *Dal.*
5 arcum. *M.* Emarcum. *Colum.*
6 roscida odere. *Dal.*
7 amat: uva rara. *Dal.*
8 non exit errans. *M.*
9 fertilitate sua. *Dal.*
10 autumnique imbribus pinguescit.
11 Venuculam, *Colum.* venucula convenit ollis. *Horat.*
12 scirpulam. *Colum.* sicculam. *M.* sciccnlam. *Ch.*
13 sticulam. *Colum.* *qui aliam ab hac Numesianam statuit.*

a *Justius sobriam dicturi.*] Latini sic vocarunt, quod innoxia sit & iners tentandis nervis. Columel. *Idem.*

b *Temulentiam sola non facit.*] Ideo Græci Amethyston vocant. Columel. *Idem.*

perinde ac solum valeat. Surrentinis [1] tamen efficacissima testis Vesuvio tenus. Ibi enim murgentina è Sicilia potissima, quam Pompeianam aliqui vocant, Latio demum feracem: sicut [a] horconia in Campania, tantum vilitatis cibariæ, sed ubertate præcipua. Tolerat & annos [2] mœrica, contra [3] omne sidus firmissima, nigro acino, vinis [4] vetustate rubescentibus.

1 tantum.
2 Merica, absque diphthongo. Colum. & Ch.
3 omnes situs. M.
4 in vetust. & Ch.

CAP. III.

Item de vitium generibus, secundum locorum & regionum proprietatem.

ET hactenus publica sunt genera: cætera regionum locorumque, aut ex his inter se insitu mista. Siquidem Thuscis peculiaris est tudernis, atque [5] etiam ejus nominis Florentia. Est [6] opima Aretio talpana, & [7] etesiaca, & [8] conseminia. [b] [9] Talpana nigra candidum facit mustum. [c] Etesiaca fallax, quæ quo plus tulit, eo laudabilius fundit: [10] mirumque, fœcunditate cessat. [d] Conseminia nigra, vino minime durante, uva maxime: post XV. dies, quam ulla alia metitur, fertilis, sed cibaria. Hujus folia, sicut labruscæ, prius quam decidant, sanguineo colore mutantur. Evenit hoc [11] etiam quibusdam aliis, pessimi generis argumento. [12] Irtiola Umbriæ, Mevanatique & Piceno agro peculiaris est, Amiternino [13] pumula. Iisdem [14] bannanica fallax est: amant tamen eam. [e] [15] Municipii uvam [f] Pompeii nomine appellant, quamvis Clusinis

5 æque etiam, nec minus. M.
6 optima. M.
7 tesiaca. Ch.
8 Consenta. M. prave.
9 Talpona. Ch.
10 miraque. M. miraque fœcunditate non cessat. Dal.
11 &. M. Ch.
12 Irciola. Ch.
13 Popula. M.
14 Brannanica. M.
15 munitis. Ch.

a *Horconia.*] Fortassis quam Arelacam majorem Columella vocat. *Dalec.*

b *Talpana nigra.*] A colore Talpæ. *Idem.*

c *Etesiaca fallax.*] Quæ Etesiis variat. *Idem.*

d *Conseminia nigra.*] *Conseminia* cognomen hic proprium est. Alioquin *Conseminalis vitis* Columellæ cap. 45. lib. 12. diversis vitium generibus consitæ. *Idem.*

e *Municipii uvam Pompeii nomine appellant.*] Exemplar Toletanum, *Municipi suam Pompeii nomine appellat*, scribendum reor præpostero ordine, *Pompeii municipii suo nomine appellant.* Pint.

f *Pompeii nomine.*] Oppidum Neapoli vicinum. *Dalec.*

ſinis copioſiorem. [1] Municipii & Tiburtes appellavere, quamvis [2] oleaginam nuper invenerint à ſimilitudine olivæ. Noviſſima hæc uvarum ad hoc tempus reperta eſt. Vinaciolam ſoli [3] novere Sabini & Laurenti. Nam Gauranas ſcio à Falerno agro tranſlatas vocari Falernas, celerrime ubique degenerantes. Nec non Tarentinum genus aliqui fecere, prædulci uva. Capnias & bucconiatis, & tarrupia, in Thurinis collibus non ante demetuntur, quam gelaverit. [4] Pharia gaudent Piſæ, Mutina, Pruſinia, nigro acino, intra quadriennium albeſcente vino. Mirum, [5] ubique cum Sole circumagi uvam, quæ ob id ſtreptos vocatur. Et in [6] Italia Gallicam placere, trans Alpes vero Picenam. Dixit Virgilius Thaſias & Mareotidas, & lageas: compluresque externas, quæ non reperiuntur in Italia. Sed ſunt etiamnum inſignes uvâ, non vino, ambroſiaca, duracina, ſine ullis vaſis in vite ſervabilis: tanta eſt contra frigora, æſtus, tempeſtateſque firmitas. Nec orthampelos indiget arbore aut palis, ipſa ſe ſuſtinens: non item dactylides digitali gracilitate. Columbinæ [a] acinoſiſſimæ: [b] & magis purpureæ cognomine bimammiæ, quando non racemos, ſed uvas alias [7] gerunt. Item tripedanea, cui nomen à menſura eſt. Item [8] ſcirpula paſſo acino. Et Rhætica in maritimis Alpibus appellata, diſſimilis laudatæ illi. Nanque hæc brevis, conferta acino, degener vino, ſed cute omnium tenuiſſi-

1 Mutianam. *Vet.*
2 oleagineam. *Col. & Ch.*
3 noverunt. *Ch.*
4 Paria. *M. & Ch.*
5 ubi. M. *lego*, ibi.
6 in Italia, ſed ſunt etiamnum. Inſignis uva, &c. M.
7 gignunt. *Turn.*
8 ſcribula. *Ch.*

a *Acinoſiſſimæ.*] *Racemoſiſſimæ.* Uvæ majores, & craſſioribus acinis, racemi minores; & tenuioribus fere à vindemiatore ſub pampinis latentes & fallentes relinquuntur. Græcis ἐπιφυλλίδες: inde Racematio. Turn.cap.26.25. *Idem.*

b *Et magis purpureæ cognomine bimammiæ.*] Legendum arbitror, *Et magis purpureæ cognomine bibammiæ*, hoc eſt duplicis tincturæ: ut dibapha purpura, de qua ſupra Plinius lib.9. cap. 39. *Huic ſucceſſit dibapha Tyria, quæ in libras denariis mille non poterat emi.* Cur vero dictæ ſint Bibammiæ, ilico ſubjicit, quod gerant diverſos, hoc eſt diverſicolores, non racemos, ſed uvas, quales etiam apud nos pleriſque in locis cernuntur. *Pintianus.*

a *In*

1 quod gigartum. *Turn.* quod Chii. *Ch.*

2 è duracinis. M. & *Ch.*

3 Ac. M.

4 picina. M. *à picis colore. Sic & Ch.*

5 rabucula. *Ch.*

6 asinusca. *Ch.*

7 Idæa. *Theophr. c.* 17. *l.* 3. *hist.*

8 Septimo hinc (*abhinc*) anno. M.

9 arvo olivia. M. *prave.* albo oliva. *Ch.*

tenuissima, nucleo [1] quem Chium vocant, uno ac minimo, acinum prægrandem unum alterumve habens. Est & nigra amminea, cui Syriacæ nomen imponunt. Item Hispana ignobilium probatissima. [a] In pergulis vero seruntur escariæ appellatæ, [2] ederæ acinis, albæ nigræque. Et bumasti totidem coloribus. [3] At nondum dictæ Ægia, & Rhodia, & uncialis, velut à pondere acini. Item [4] pucina omnium nigerrima: & coronario naturæ lusu stephanitis, acinos foliis intercursantibus: & [b] quæ forenses vocantur, celeres proventu, vendibiles aspectu, portatu faciles. Contra damnantur etiam visu cinerea, & [c] [5] rabuscula, & [6] asinisca: minus tamen, caudas vulpium imitata, [d] alopecis. [e] [7] Alexandrina appellatur vitis circa Phalacram brevis, ramis cubitalibus, [f] acino nigro fabæ magnitudine, nucleo molli & minimo, obliquis racemis prædulcibus, folio parvo & rotundo, sine divisuris. [8] Septem his annis, in Narbonensis provinciæ [g] [9] Alba Elvia inventa est vitis uno die deflorescens: ob id tutissima. Narbonicam vocant, quam nunc tota provincia conserit.

CAP.

a *In pergulis vero seruntur escaria, &c.*] Lege: *in pergulis vero seruntur escariæ appellatæ: Ederæ acinis albæ nigræque bumasti, totidemque coloribus.* Vides bumastum uvam dici, quæ acinos hederæ habet. Ergo acini hederæ Græcis proprie μαστοί. *Salmas. pag.* 366 b.

b *Quæ forenses vocantur.*] Rusticis nostris servato nomine veteri, *des Foirars.* Dalec.

c *Rabuscula.*] *Ravuscula*, colore ad Ravum inclinante. Asinisca, asini colore, quemadmodum in hoc Virgilii versu:

Et passo Psythia utilior, tenuisque Lageos.

Servius exposuit leporis colore. Brod. cap. 25. 4. *Idem.*

d *Alopecis.*] Vulgo, *Raisins barbus.* Idem.

e *Alexandrina appellatur vitis circa Phalacram.*] Scribo *Phalacras* numero plurium, ex Theophrasto lib. 3. cap 17. *Vitis*, inquit, *nascitur ea parte Idæ quam vocant Phalacras*, astipulante etiam Stephano. *Pint.*

f *Acino nigro fabæ magnitudine.*] Acino nigro, dulci, oblique ramis adhærente, fabæ magnitudine, qui vinaceo simile quippiam intus continet, molle, folio parvo, &c. Theophr. *Dalec.*

g *Alba, &c.*] Vulgo, *Aubenas de Vivarez.* Idem.

a Ita

CAP. IV. *Insignia culturæ vinearum.*

CAtonum ille primus, triumpho & Censura super cætera insignis, magis tamen etiamnum claritate literarum, præceptisque omnium rerum expetendarum datis generi [1] Romano, inter prima vero agrum colendi, [2] illius ævi confessione optimus ac sine æmulo agricola, pauca attigit vitium genera, quarundam ex iis jam etiam nominibus abolitis. Separatim toto tractatu [3] sententia ejus indicanda est, ut in omni genere noscamus quæ fuerint celeberrima, anno sexcentesimo urbis, circa captas Carthaginem ac Corinthum, cum supremum is diem obiit, & quantum postea CCXXX. annis vita profecerit. Ergo de vitibus uvisque [a] ita prodidit: Qui locus vino optimus dicetur esse, & ostentus solibus, ammineum minusculum & geminum eugenium, [b] [4] helvinum minusculum conserito. Qui locus crassior aut nebulosior, ammineum majus, [c] aut murgentinum, Apicium, Lucanum serito. Cæteræ vites miscellæ maxime in quemvis agrum conveniunt. [d] In lora recte conduntur. Quas suspendas duracinas, ammineas majores, [e] vel ad fabrum ferrarium pro passis hæ recte servantur. Nec sunt vetustiora de illa re Latinæ linguæ præcepta: tam prope ab origine rerum sumus. Ammineam proxime

1 humano. *Dal.*
2 ille. *Ch.*
3 excellentia indicanda, ut &c. *M.* testatus sententiam, cujus excell. *V.*
4 helvium. *Ch.*

a *Ita prodidit.*] Cap. 6. & 7. *Dalec.*

b *Helvinum minusculum.*] Scribo *Helveolum minusculum*, ex Catone ipso cap. 6. Confirmat etiam Varro repetitis Catonis verbis lib. 1. cap. 25. & Columella lib. 3. cap. 2. Sunt & helveolæ quas nonnulli varias appellant, neque purpureæ, neque nigræ, ab helvo nisi fallor colore. *Pintianus.*

c *Aut Murgentinum, Apicium, Lucanum serito.*] Cato prædicto cap. *Aut Murgentinum aut Apicium Lucanum serito.* Idem.

d *In lora recte conduntur.*] Scribo *olla* non *lora.* Sed complura ut conjicio verba hic desiderantur ex ipso Catone, ex cujus cap. 7. puto legendum hoc pacto: *Ammineum minusculum & majusculum & apicium, hæ in ollis, olla in vinaceis conduntur, eadem in sapa & musto in olla recte conduntur.* Idem. *In lora recte conduntur.*] Musto diluto. In Elsatico agro hodie *Lauren* vocant. *Dalec.*

e *Vel ad fabrum ferrarium.*] Ambustus etiam locus potest vero resarciri ex Catone sic: *Et Scantianas opportunissimas esse. Hæ & ad fabrum ferrarium pro passis recte servantur.* Pint.

norum inter principia literarum Hesiodo præcepta [1] *agricolæ pandere orso, subsecutisque non paucis hanc curam ejus, unde nobis crevit labor. Quippe cum requirenda sint non solum postea inventa, verum etiam ea, quæ invenerant prisci,* [2] *desidia rerum internecione memoriæ inducta. Cujus somni causas quis alias, quam publicas mundi, invenerit? Nimirum alii subiere ritus, circaque alia mentes hominum detinentur, & avaritiæ tantum artes coluntur. Antea inclusis gentium imperiis intra ipsas, ideoque & ingeniis, quadam sterilitate fortunæ, necesse erat animi bona* [3] *exercere: regesque innumeri honore artium colebantur, & in ostentatione has præferebant* [4] *opum, immortalitatem sibi per illas* [5] *prorogari arbitrantes. Quare abundabant & præmia,* [6] *& operæ vitæ. Posteris laxitas mundi & rerum amplitudo damno fuit, postquam Senator censu legi cœptus, judex fieri censu, magistratum ducemque nil magis exornare, quam census: postquam cœpere orbitas in auctoritate summa & potentia esse, captatio in quæstu fertilissimo, ac sola gaudia in possidendo: pessum iere vitæ pretia: omnesque à* [a] *maximo bono liberales dictæ artes, in contrarium cecidere, ac servitute sola profici* [7] *cœptum.* [b] *Hanc alius alio modo, & in aliis*

1 agricolis. *Ch.*
2 des. aut rerum intern. memoria inducta. indicta. *M.* & *Ch.*
3 exercere reges. *M.*
4 opes. *V.* præferebant, opem & immortalitatem. *M.*
5 prærogari. *M.*
6 opera. *Dal.*
7 cœptæ. *M.*

eodem fuisse tempore quo Homerus, auctores nonnulli tradunt. *Pint.*

a *Maximo, &c.*] Libertate. *Dalec.*

b *Hanc alius alio modo & in aliis adorare.*] Budæus verba hæc ex fide antiquorum codicum superfluere scribit, habentur tamen in nostris, tractat & hunc locum Rhenanus, vir doctus & de Plinio benemeritus. *Pint.* *Alius hanc alio modo & in aliis adorare, eodem tamen habendi quæstu ad spes hominum tendente voto.*] In edit. quam nobis dedit Lutetia, annotatum est Gulielmum Budæum virum eruditissimum, priorem istius sententiæ partem tanquam subdititiam resecuisse, non inventam in vol. quodam veteri. De qua re equidem multum miror. Nam ea dempta video sententiæ quoque elegantiam perire, quæ est in his verbis, *alio modo, & in aliis*, deinde *eodem voto.* Vult enim hoc dicere Plinius *mirandam esse servientium diversitatem propter varias servitutis species: & rursus mirandam convenientiam, dum omnes huc spectant, ut ditescant.* Alteram vero partem nempe posteriorem sic legendam putat, *eodem tamen habendi, quo spes omnium, tendente voto.* Manuscr. exemplar hic habet, *Hanc alius alio modo & in aliis adorare, eodem tamen habendique ac spes omnium tendente voto.* Proinde malim legere: *Hanc alius alio modo & in aliis adorare, eodem tamen, habendique spes omnium accendente voto.* Nam conjicio *adcendente* scriptum

aliis adorare, [a] eodem tamen habendi, quo eat spes, omnium tendente voto. Passim vero etiam egregii aliena vitia, quam bona sua, colere [1] malle. Ergo hercule voluptas vivere cœpit, vita ipsa desiit. Sed nos obliterata quoque scrutabimur. Nec deterrebit quarundam rerum humilitas, sicut nec in animalibus fecit. Quanquam videmus Virgilium præcellentissimum vatem, ea de causa [b] hortorum dotes fugisse: [2] è tantisque, quæ retulit, flores modo rerum decerpsisse, beatum felicemque [3] gratiæ, xv. omnino generibus uvarum nominatis, tribus oleæ, totidem pyrorum, malo vero tantum Assyrio, cæteris omnibus neglectis. Unde autem potius incipiemus, quam à vitibus? quarum principatus in tantum peculiaris Italiæ est, [c] ut vel hoc uno omnia gentium vicisse, quanquam odorifera, possit videri bona: quanquam ubicunque [4] pubescentium odori nulla suavitas præfertur.

1 malunt. *Dal.*

2 & tantis quæret. *Ch.*

3 gratiâ. *Alii.* Græciæ. *Parm.*

4 florescentium. *Turn.*

CAP.

ptum fuisse avulsa primore syllaba à reliquis, hoc modo *ad cendente.* Cumque librarius duas esse dictiones putaret, præpositionemque suo casu carere, transtulit hanc in anteriorem locum, aptius legi censens, *ad spes omnium*, quam *spes omnium ad.* Deinde *cendente*, quod nihil significabat mutavit in *tendente.* Cæterum *habendique*, expositivum est, ut sit, *Eodem voto habendique voto*, hoc est, *eodem voto*, nempe habendi, *spes omnium ascendente.* Suspicatus aliquando sum pro *habendique* scribendum *appendice*, sed alterum magis probatur. *Rhenanus.*

a *Eodem tamen habendi quo eat spes hominum tendente voto.*] Sic Budæus legit: sed non sapit hæc sententia salem & elegantiam Plinianam. Ego puto redundare verbum illud *habendi*, & cætera sic legenda: *Eodem tamen, quæstus spe, omnium tendente voto.* ut sit *eodem*, adverbium, hoc est, ad eandem servitutem. nam ambo nostri codices *omnium* habent, non *hominum.* Pint.

b *Hortorum dotes fugisse.*] De hortorum cultura nihil scripsisse. *Dalecampius.*

c *Ut vel hoc uno omnia gentium vicisse, quanquam odorifera, possit videri bona.*] Vetustus codex non habet, *quanquam odorifera.* sed tantum *quam odorifera.* Conjicio scriptum fuisse *usquam.* Nec enim hic placet *inquam*, magis placeret *quamlibet.* Itaque sic leges, *Quorum principatus in tantum peculiaris Italiæ est, ut vel hoc uno omnia gentium vicisse usquam odorifera possit videri bona.* Rhenanus.

a *Vites*

CAP. I.

De vitium natura, & quibus modis ferant.

[a] VItes jure apud priscos magnitudine quoque inter arbores numerabantur. [b] Jovis simulacrum in urbe Populonia ex una conspicimus, tot ævis incorruptum: Item Massiliæ pateram. Metaponti templum Junonis vitigineis columnis stetit. Etiam nunc scalis tectum Ephesiæ Dianæ scanditur [1] vite una Cypria, ut ferunt, quoniam ibi ad præcipuam amplitudinem exeunt. Nec est ligno ulli æternior [2] natura. [c] Verum ista ex silvestribus facta crediderim, [3] quando hæ vites tonsura annua coërcentur, & vis earum omnis evocatur in palmites, aut deprimitur in propagines, succique tantum gratia ex his pluribus modis ad cœli mores, solique ingenia. In Campano agro populis nubunt: maritasque complexæ, atque per ramos earum procacibus brachiis geniculato cursu scandentes, cacumina æquant, in tantum sublimes, ut [d] [4] vindemiator auctoratus rogum ac tumulum excipiat. Nullo fine crescunt, dividique aut potius avelli nequeunt. Villas & domos ambiri singularum palmitibus ac sequacibus [5] loris quoque, memoria dignum inter prima Valerianus quoque Cornelius existimavit. Una vitis Romæ [e] in [6] Liviæ porticibus

1 ex vite. *Dal.*

2 materia. *V.*

3 quando in *M. d.*

4 vindemitor auctoratus. *Ch.*

5 loris, memoria quoque dignum Valer. Corn. *V.*

6 Lunæ porticib subdivales. *M.*

a *Vites jure apud, &c.*] Theophrastus cap. 5. lib. 1. hist. vitem inter arbores recenset. Columella lib. 11. arborem esse negat, sed medium quoddam genus inter arborem & fruticem esse vult. *Dal.*

b *Jovis simulacrum in urbe Populonia.*] *Geographi* omnes *Populonium* appellant, non *Populoniam.* & sic in Pomponium legendum diximus, sicque duo nostri codices præferunt. Virgilius tamen poëtica licentia, nomine abusus *Populonia* protulit lib. x. *Pint.*

c *Verum ista ex silvestribus, &c.*] Lege: *Verum ista ex silvestribus facta crediderim. Mites tonsura annua coërcentur, & vis earum omnis evocatur in palmites, aut deprimitur in propagines, succique tantum gratia exire finitur, pluribus modis ad cœli mores solique ingenia.* Vide Salmas. p. 817. a.

d *Vindemiator auctoratus, &c.*] Dum ad putandum vineam conducitur, paciscitur, si forte casu pereat, rogum ac sepulchrum sibi fieri impendio auctorantis. *Dalec.*

e *In Livia porticibus*] De Liviæ porticu vide Sueton. in Augusto. De porticibus milliariis, stadiariis, subterraneis,

bus ſubdiales inambulationes umbroſis [1] pergulis opacat, eadem duodenis muſti amphoris fœcunda. [2] Ulmos quidem ubique exuperant. Miratumque altitudinem earum Ariciæ ferunt [a] legatum regis Pyrrhi Cineam, facete luſiſſe [b] in auſteriorem guſtum vini, merito matrem ejus pendere in tam alta cruce. [c] Rumbotinus vocatur, & alio nomine [3] populus arbor Italiæ Padum tranſgreſſis, cujus tabulata in orbem patula replent, puroque [d] [4] producto dracone in palmam ejus, inde in ſubrectos ramorum digitos flagella diſpergunt. Eædem modici hominis altitudine adminiculatæ ſudibus [5] horrent, vineamque faciunt: [6] & aliæ improbo reptatu pampinorumque [7] ſuperfluitate peritia [8] domini [e] amplo diſcurſu atria media [9] complentes. Tot differentias vel ſola tantum Italia recipit. Stat provinciarum aliquarum per ſe vitis ſine ullo pedamento, artus ſuos in ſe colligens, [10] & brevitate craſſitudinem paſcens. Vetant hoc [11] aliubi venti: ut in Africa & in Narbonenſis provinciæ partibus. [f] Excreſcere [12] ultra ſuos pollices prohibitæ, [g] ſemperque paſtinatis

1 operculis. *M.*
2 Ulmi q. u. exuberant. *M.*
3 opulus. *Dal.*
4 perducto. *Turn.* perductæ. *Ch.*
5 hærent. *Alii.*
6 ut aliæ. *Quidam.* & alias. *Alii.*
7 ſuperflua petulantia. *Dal.*
8 hominis. *V.*
9 complent. *Dal.*
10 brevitatem craſſitudine penſans. *Dal.*
11 alicubi. *M.*
12 ultra ſenos. *Dal.*

raneis, ſimplici, duplici ordine columnarum extructis, vide Lucium Faunum cap. 5. lib. 3. in explicatione porticus Octaviæ, ubi nunc eſt fanum Divæ Mariæ in porticu. *Idem.*

a *Legatum regis Pyrrhi Cineam.*] Eum ἄπρακτον, infecta pace Senatus remiſit, ut ait Plutarchus in Pyrrho, ἀποκρινάμενοι ἐξελθόντα τῆς Ἰταλίας οὕτω, περὶ φιλίας καὶ συμμαχίας διαλέγεσθαι. De eo legato Ennius apud Varronem:

Orator ſine pace redit regique refert rem.

Idem.

b *In auſteriorem guſtum vini.*] Vinum ejuſmodi atrum & aſperum, Crucium vocat Feſtus, Gallam Lucilius:

Quæ gallam bibere ac rugas conducere ventri
Farre aceroſo, oleo decumano, pane coëgit Cumano.

Exemplo Alexidis poëtæ; οἶνος ξενικὸς παρῆν, ὁ γὰρ Κορίνθιος βασανισμός ἐστι. *Idem.*

c *Rumbotinus vocatur.*] Rumbotinus Columel. cap. 7. lib. 5. non arboris genus, ſed arbuſti Gallici, vulgo *de Hautins.* Vide infra cap. 19. lib. 24. *Idem.*

d *Producto dracone in palmam ejus.*] Emerito palmite, multis annis durato. Sic vocant à ſquamoſo & aſpero cortice, qualis eſt draconum cutis, vel à longitudine anguinea. Scalig. pag. 312. verſ. 33. *Idem.*

e *Amplo diſcurſu atria media complentes.*] Hæ ſunt jugatæ & compluviatæ vites. *Idem.*

f *Excreſcere ultra ſuos pollices prohibitæ.*] Codex Toletanus, *prohibentes* non *prohibitæ.* Pintianus.

g *Semperque paſtinatis ſimiles.*] Legendum reor non *paſtinatis*, ſed *per ſe natis.* quod manifeſte indicant verba ſtatim ſequentia

[1] pastinatis similes, herbarum modo vagantur per arva, ac succum terrâ passim uvis bibunt, quae ob id magnitudinem infantium puerorum in interiore Africae parte exuperant. Uva non [2] aliubi [3] gratiore callo, ut inde possit invenisse nomen [a] [4] duracina. Nanque genera magnitudine, colore, saporibus, acinis, innumera etiamnum multiplicantur vino. Hic purpureo lucent colore, illic fulgent roseo, nitentque viridi. Candicans enim nigerque vulgares. Tument vero mammarum modo [b] bumasti. Praelongis dactyli porriguntur acinis. Est & illa naturae lascivia, ut praegrandibus adhaereant parvi, [5] mites, & suavitate certantes: leptoragas has vocant. Durant aliae per [6] hiemem, [7] pensili concameratae nodo. [c] Aliae in sua tantum continentur anima ollis fictilibus, & insuper [8] doliis inclusae, stipatae vinaceis circumsudantibus. Aliis gratiam, qui & vinis, [d] fumus affert fabrilis, [9] iisque gloriam praecipuam in fornacibus Africae Tiberii Caesaris auctoritas fecit. Ante eum Rhaeticis prior mensa erat, & uvis Veronensium [10] agro. [e] Quin & à patientia nomen acinis datur passis. [f] Conduntur & musto

1 putatis. Dal.
2 alibi. Ch.
3 crassiore. Turn. cap. 26. lib. 25.
4 durus acinus. Ch.
5 comites. Cod. Tol.
6 hiemes. Ch.
7 pensiles, congeminatae nodis. Dal. pensili conglomeratae nodo. V. pen. conc. modo. M.
8 doliis fictilib. Ch.
9 quae in ea gloria praecipua. C.
10 agri. Dal.

quentia, *Herbarum modo vagantur per arva.* Et considerandum an scribendum sit paulo ante, *duos pollices*, non *suos pollices.* Idem. *Semperque pastinatis similes.*] Nam cum vinea pastinatur, soluta suis adminiculis sarmenta vinitores humi jacere patiuntur, quoad putata suis rursum pedamentis alligent. *Dalec.*

a *Duracina.*]. Vulgo *Piquepoulle*, Monspessulanis vero *Marroquin* à *Marroch* Africae civitate. *Dalec.* Sic appellatur à duritia acini omnibus rei rusticae scriptoribus, & postea etiam liquebit. *Pintianus.*

b *Bumasti.*] *Ollares* vocat Aurelianus. Vide Columellam cap. 43. lib. 12. Martial. lib. 7. de Sanctra coenarum fure his versibus:

Dulci placenta sordidam linit mappam,
Illic & uva collocantur ollares.

Aëtius vocat σταφυλὴν ἀπὸ χύτρας, καὶ ἐκ τῶν στεμφύλων. Dioscor. σταφυλὴν ἐκ στεμφύλων, καὶ ἐκ τῶν βηκῶν. *Dalec.*

c *Aliae in sua tantum, &c.*] Horum conditurae generum meminit Cato c. 143. & c. 7. Varro c. 58. 1. *Idem.*

d *Fumus affert fabrilis.*] Fabriles vocat Aurelianus cap. 3. lib. 4. Chronion. Vide cap. 1. lib. 23. & cap. 17. lib. 15. *Idem.*

e *Quin & à patientia, &c.*] Fallitur Plinius. Passas vocamus, quod ad Solem expandantur. *Idem.*

f *Conduntur & musto uvae.*] Nempe Sapa, ut cap. 1. lib. 23. Conduntur enim musto, vino dulci, sapa, aqua coelesti. *Idem.*

8 Jam

musto uvæ, ipsæque vino suo inebriantur. Aliæ decoctæ in musto dulcescunt: aliæ vero sobolem novam in matre ipsa expectant [1] translucidæ vitro, additque acinis [2] eandem, quam in doliis amphorisve, duratricem illam firmitatem austeritas picis infusa pediculo. [a] Jam inventa [3] vitis per se in vino picem [4] resipiens, [b] Viennensem agrum nobilitans, Arverno, Sequanoque & [c] Helvico generibus non pridem illustrata. Atque hæc Virgilii vatis ætate incognita, à cujus obitu XC. aguntur anni. Quid, quod [5] insertæ castris summam rerum imperiumque [6] continent? Centurionum in manu vitis, & opimo præmio tardos ordines [7] ad lentas perducit [8] aquilas, [d] atque etiam in delictis pœnam ipsam honorat. Nec non vineæ oppugnationum dedere rationem. Nam in medicaminibus adeo magnum obtinent locum, [e] ut per sese [9] vino ipso remedia sint.

1 translucido. *Dal.*
2 tandem. *V.*
3 vitis in *M.* *&.*
4 resipiens Viennensi agro. Nobilitas Arverno. *K.*
5 inserta. *Ch. & Turn.* inserta, &c. continet. *M.*
6 continent centurionum, &c. *Ch. Turn.*
7 ad levatas. *V.* ad elatas. lentas, *Lips.*
8 aquilas atque. *Turn.*
9 vina ipsa. *M.*

CAP.

a *Jam inventa vitis per se, &c.*] Allobrogica, cap. proxime sequenti. vide & cap. 1. lib. 23. *Dalec.*

b *Viennensem agrum nobilitans.*] Ejus vinum in summo apud Romanos pretio fuisse tradit Plutarch. lib. 5. Sympos. Quæst. 3. καὶ τῶν Ἰταλικῶν, inquit, οἱ περὶ τ. πόλιν οἰκοῦντες· ἐκ δὲ τ. περὶ Βιέννην Γαλατίας ὁ πισσίτης οἶνος κομίζεται, διαφερόντως τιμώμενος ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων. *Idem.*

c *Helvico.*] Helvii hodie *Vivarez.* Idem.

d *Atque etiam in delictis, &c.*] Polybio, tribuni Rufuli legionum delicta coercebant, ut auxiliarium copiarum, Socium præfecti. Rhod. cap. 22. 25. In castigandis militibus centuriones vitem adhibuisse traditum à Livio lib. 57. & à Floro, observatumque ab Africano Scipione qui Numantiam evertit. Hujus supplicii meminit Plutarchus in Galba. Macrobius centurialem vitem appellat. Marianus ff. de re militari, Si miles vitem tenuit, militiam mutat: si ex industria fregit, vel manum centurioni intulit, capite punitur. Rhod. cap. ult. lib. 26. Qui castigatur à Centurione miles, Pompeio *sub vineam jacere* dicitur. Vide Pithœum cap. 15. lib. 1. Scipio Æmilianus si quem militem deprehendisset in delicto, Romanum civem, vulgato inter milites exemplo, vite, externum vero fuste cædebat. Alex. ab Alex. cap. 22. lib. 1. Castigationum ac animadversionum militarium varietatem, & graviorem levioremque modum, pro noxæ magnitudine & conditione, vide apud eundem auctorem cap. 13. lib. 2. Juvenal. Sat. 8.

Nodosam posthac frangebat vertice vitem,
Si lentus pigra muniret castra dolabra.

Gerebant vitem centuriones. Vitis eum, cui erat aquila commissa, paulatim & lente ad Primipili centurionatum perducebat. Turn. cap. 26. lib. 25. In antiqui denarii adversa parte Romæ caput signatum est, in aversa Centurio vite bifida militem scutatum & hastatum genibus flexis tanquam supplicem verberans cum hac scriptura, T. DIDI. *Idem.*

e *Ut per sese vino ipso remedia sint.*] Lego, ut

CAP. II. *De generibus vitium.*

1 posse, in V. d.

[a] GEnera vitium numero comprehendi [1] posse unus existimavit Democritus, cuncta sibi Græciæ cognita professus. Cæteri innumera atque infinita esse prodiderunt, quod verius apparebit ex vinis. Nec omnia dicentur, sed maxime insignia: quippe quæ totidem pene sunt, quot agri. Quamobrem celeberrimas vitium, aut quibus est aliqua proprietate miraculum, ostendisse satis erit. Principatus datur [b] Ammineis propter firmitatem, [2] senioque proficientem vini ejus ubique vitam. Quinque earum genera: ex iis germana minor acino, [3] melior deflorescit, imbres tempestatesque tolerat: non item major, sed in arbore, quam in jugo, minus obnoxia. Gemellarum, quibus hoc nomen uvæ semper geminæ dedere, asperrimus sapor, sed vires præcipuæ. Ex iis minor Austro læditur, cæteris ventis alitur, ut in Vesuvio monte, Surrentinisque collibus. In reliquis Italiæ partibus non nisi arbori accommodata. Quintum genus [c] lanatæ, ne Seres miremur, aut Indos, adeo lanugo eam vestit. Prima ex Ammineis maturescit, ocyssimeque putrescit: proxima dignitas Nomentanis rubente materia: quapropter quidam [4] rubellas appellavere vineas. [5] Eæ minus [6] fertiles vino, acinis & fæce nimiæ, contra pruinas fortissimæ, siccitate

2 senique prof. vini e. utique. Ch.

3 ac in melius. M. lego, acino, melius deflorescit.

4 Rubellinas. Columella.

5 Hæ. Ch.

6 fertiles, vinaceis & fæce nimia. M. & Ch.

go, *ut per sese vina ipsa remedia sint.* ex codice Salmanticensi. nam vinum multos in medicina usus habere, res nota est. *Pintianus.*

a *Genera vitium numero, &c.*] Vide Theophr. cap. 7. lib. 2. histor. Columel. cap. 2. lib. 3. *Dalec.*

b *Ammineis, &c.*] Vulgo *Gros plant.* Quidam scribunt cum duplici *m*, syllaba media correpta. Ausonius,

Solus qui Chium miscet & Ammineum:

alii cum simplici, *m*, media producta. Serenus,

Succus Aminea vitis cum pane medetur.

Turn. cap. 26. 29. Virgil.

Sunt & Aminea viti fortissima vina.

Hesychius in suis Glossis, Ἀμιναῖος, εἶδος τ. οἴνου. ἡ γὰρ πολιτεία, ἀμιναῖα λέγεται). *Idem.*

c *Lanata.*] Cujus lanugine vestiuntur aversa folia. Lanatam uvam Marcellus Empeiricus cap. 14. *Caniculatam* vocat, veluti lanugine canescentem & hirtam. *Idem.*

a *Ex*

ſiccitate magis quam imbre, æſtu quam algore vexantur. Quamobrem in frigidis humidiſque principatum obtinent. Fertilior quæ minor acino, & folio ſciſſa minus. Apianis apes dedere cognomen, præcipue earum avidæ. [a] Ex eis duo genera, lanugine & [1] ipſa pubeſcunt. Diſtant, quod altera celerius matureſcit, quanquam & altera properante. Situs frigidos non reſpuunt: & tamen [2] nullæ celerius imbre putreſcunt. Vina primo dulcia, auſteritatem annis [3] accipiunt, & rubra fiunt. [b] Nulla magis vite gaudet. Et hactenus potiſſima nobilitas datur peculiaribus atque vernaculis Italiæ. Cæteræ advenere [c] Chio, Thaſove. [d] Græcula non inferior Ammineis [4] bonitate, prætenera acino: & uva tam parva, ut niſi pinguiſſimo ſolo [5] colere non proſit. Eugeniam Taurominitani colles cum generoſitatis cognomine, miſere Albano tantum agro: quoniam tranſlata ſtatim mutatur. Nanque eſt aliquibus tantus locorum amor, ut omnem in [6] his gloriam ſuam relinquant, nec uſquam tranſeant totæ. Quod & [e] In Rhætica Allobrogicaque, quam [f] ſupra picatam appellavimus, evenit, domi nobilibus, nec agnoſcendis alibi. Fœcundæ tamen, bonitatis vice copiam præſtant: Eugenia ferventibus locis, Rhætica temperatis, Allobrogica frigidis, gelu matureſcens, & colore nigra. Ex his, quas adhuc diximus, ſed etiam è nigris vina vetuſtate in album [7] colorem tranſeunt. Reliquæ ignobiles.

1 ipſæ. M.

2 nulla celerius matureſcit imbre. M.

3 accipiunt: & ex his rubra fuit. D. accipiunt. Hetruria nulla magis vite gaudet. Ch. & Merc.

4 bonitatem. Ch.

5 coalere non poſſit. M. coaleſcere non poſſit. Vet.

6 iis. Ch.

7 colore tranſeunt. Reliqua Ch.

a *Ex eis duo genera.*] Major & minor, vel candicans & nigra. *Dalec.*

b *Nulla magis vite gaudet.*] Vinea. Uvas enim Apianas è vinea longe ſuavioreseſſe quam pergulis, arbuſto, jugo, compertiſſimum eſt. Vulgo *Muſchat.* Idem.

c *Chio.*] Tibullus:

Nunc mihi fumoſos veteris proferte Falernos
Conſulis, & Chio ſolvere vincla cado.

Idem.

d *Græcula.*] *Raiſins de Corinthe* Idem.

e *In Rhætica Allobrogicaque.*] *Di la valtolina* Allobrogica Viennenſis, *qui ſent la violette.* Allobrogicum vinum, quod ex Allobrogica fit. Celſus vocat cap. 5. lib. 4. *Idem.*

f *Supra.*] Sub finem primi capitis hujus libri. *Idem.*

1 folis. *M.* biles. Aliquando tamen cœli aut [1]soli opera no
fallunt vetustatem, sicuti [a] Fecenia, & cum ea flo-
2 Bituria-ca. *Ch.* rens [b2] Biturica, acino rarior, nunquam [3] flori
3 tempestatibus obnox. quoniam folia antecedunt. *Dal.* obnoxii, quoniam antecedunt, ventisque & imbri-
bus resistunt, meliores tamen algentibus locis,
quam calidis: humidis, quam sitientibus. Vix ull
4 quam denso. *M. Aut*, tam de eo: *aut lego*, condenso. *Dal.* magis [4] tam denso uvarum partu, impatiens va-
riantis cœli, sed contra tenorem unum algoris æstus-
ve constans. [c] Quæ minor est ex eo genere, melior.
In eligendo solo morosa, pingui putrescit, gracili
omnino non provenit. Mediam temperiem deli-
cate quærit, ob hoc Sabinis collibus familiaris. Uva
ejus indecora visu, sapore jucunda: nisi matura
5 rapitur. *Ch.* protinus [5] rapiatur, etiam non [d] putrescens cadit.
Contra grandines eam tuetur foliorum amplitudo
atque duritia. Insignes jam colore inter purpureas
6 variant. *Dal.* nigrasque medio [e] helvolæ, sæpius [6] varianti, &
7 variæ. *Colum.* ob id [7] varianæ à quibusdam appellatæ. Præfertur
in his nigrior: utraque alternis annis fertilis, sed
8 pretiæ. *Dal.* melior vino, cum parcior. Et [8] Preciæ duo gene-
ra magnitudine acini discernuntur, quibus materies
plurima, uvaque ollis utilissima, folium apio simi-
9 Balischam. *Ch.* le. [9] Basilicam Dyrrhachini celebrant, Hispaniæ
10 cocoluben. *Colum. vulgo*, Subi. [10] cocolobin vocant. Rarior uva, æstus Austros-
que tolerat: [f] capiti inimica, copia larga. Hispa-
niæ duo genera ejus faciunt: unum oblongo acino,
alterum rotundo: novissimas vindemiant. Quo
dulcior

a *Fecenia.*] Supra Rubella: sic dicta, quod fecis plus afferat, quam cæteræ. Columel. *Dalec.*

b *Biturica.*] *Le plant d'Orleans.* Idem. *Biturica.*] Non *Biturica*, sed *Biturigiaca*, archetypum Toletanum, magis ex etymologia à Biturigibus Galliæ Aquitaniæ populis Plinio lib. 4. cap. 19. *Pintianus.*

c *Quæ minor est ex eo genere.*] Visulam eam dictam fuisse ostendit Columella, qui hæc omnia de Visula tradit. *Dalec.*

d *Putrescens cadit.*] Talis est quam Lugdunenses vocant, *des Gametz.* Idem.

e *Helvola.*] Elveolæ, olim olera, elera: inde Elvela, olera minuta, & Elveola vitis herbacei coloris. Titinnius, *Lenti calido, elvela, rapula, rumices.* Scaliger.

f *Capiti inimica.*] Tale vinum est ex ea expressum, quod Monspessulani vocant *Piquardant.* Dalec.

a *Justins*

dulcior [1] cocolobis, hoc melior. Sed & austera transit in dulcem [2] vetustate: & quæ dulcis fuit, in austeritatem: [3] tuncque Albano vino æmulantur. Tradunt vesicæ vitiis utilissimum ex his potum. Albuelis summis arboribus fertilior est, Visula imis. Quamobrem circa easdem satæ diversitate naturæ locupletant. Inerticulam è nigris appellavere, [a] justius sobriam dicturi, inveterato præcipue commendabilem vino, sed viribus innoxiam. Siquidem [b] temulentiam sola non facit. Fertilitas commendat cæteras, [4] principemque helvenacam. Duo ejus genera: major, quam quidam longam: minor quam [5] arcam appellant, non tam fœcundam, sed gratiorem haustu. Discernitur folio circinato: verum utraque gracilis. Furcas subdere his necessarium: alioqui ubertatem suam non tolerant: maritimo afflatu gaudent, [6] roscido odore. Nulla vitium minus Italiam [7] amat, rara, parva, putrescens in ea: vino quoque, quod genuit, æstatem [8] non exuperans. Nec alia macro solo familiarior. Græcinus, qui alioqui Cornelium Celsum transcripsit, arbitratur non naturam ejus repugnare Italiæ, sed culturam, avide palmites evocantium. Ob id [9] fertilitatem suam absumi, si non præpinguis soli ubertas lacescentem sustineat. Carbunculari negatur, magna dote si verum est, aliqua in vite cœlo non esse jus. Æstum fert spionia, quam quidam spineam vocant, [10] autumnisque & imbribus pinguescit. Quinimo nebulis una alitur, ob id Ravennati agro peculiaris. [11] Veniculam inter optime deflorescentes, & ollis aptissimam, Campani malunt [12] sirculam vocare, alii [13] staculam, Tarracina numisianam, nullas vires proprias habentem, sed totam perinde

1 est cocabolis. *Ch.*
2 vetustatem. *Dal.*
3 tunc Albanum vinum. *M.* tunc, &c. *Ch.*
4 præcipueque. *Dal.*
5 arcum. *M.* Emarcum. *Colum.*
6 roscida odere. *Dal.*
7 amat: uva rara. *Dal.*
8 non exit errans. *M.*
9 fertilitate sua. *Dal.*
10 autumnique imbribus pinguescit.
11 Venuculam, *Colum.* venucula convenit ollis. *Horat.*
12 scirpulam. *Colum.* sicculam. *M.* scicculam. *Ch.*
13 sticulam. *Colum.* qui aliam ab hac Numesianam statuit.

a *Justius sobriam dicturi.*] Latini sic vocarunt, quod innoxia sit & iners tentandis nervis. Columel. *Idem.*

b *Temulentiam sola non facit.*] Ideo Græci Amethyston vocant. Columel. *Idem.*

a *Horconia.*]

1 tantum. perinde ac solum valeat. Surrentinis [1] tamen efficacissima testis Vesuvio tenus. Ibi enim murgentina è Sicilia potissima, quam Pompeianam aliqui vocant, Latio demum feracem: sicut [a] horconia in Campania, tantum vilitatis cibariæ, sed ubertate præcipua. Tolerat & annos [2] mœrica, contra [3] omne sidus firmissima, nigro acino, vinis [4] vetustate rubescentibus.

2 Merica, absque diphthongo. Colum. & Ch.
3 omnes situs. M.
4 in vetust. & Ch.

CAP. III.

Item de vitium generibus, secundum locorum & regionum proprietatem.

ET hactenus publica sunt genera: cætera regionum locorumque, aut ex his inter se insitu mista. Siquidem Thuscis peculiaris est tudernis, atque [5] etiam ejus nominis Florentia. Est [6] opima Aretio talpana, & [7] etesiaca, & [8] conseminia. [b] [9] Talpana nigra candidum facit mustum. [c] Etesiaca fallax, quæ quo plus tulit, eo laudabilius fundit: [10] mirumque, fœcunditate cessat. [d] Conseminia nigra, vino minime durante, uva maxime: post xv. dies, quam ulla alia metitur, fertilis, sed cibaria. Hujus folia, sicut labruscæ, prius quam decidant, sanguineo colore mutantur. Evenit hoc [11] etiam quibusdam aliis, pessimi generis argumento. [12] Irtiola Umbriæ, Mevanatique & Piceno agro peculiaris est, Amiternino [13] pumula. Iisdem [14] bannanica fallax est: amant tamen eam. [e] [15] Municipii uvam [f] Pompeii nomine appellant, quamvis Clusinis

5 atque etiam, nec minus. M.
6 optima. M.
7 tesiaca. Ch.
8 Consenta. M. prave.
9 Talpona. Ch.
10 miraque. M. miraque fœcunditate non cessat. Dal.
11 &. M. Ch.
12 Irciola. Ch.
13 Popula. M.
14 Brannanica. M.
15 munitis. Ch.

a *Horconia.*] Fortassis quam Arelacam majorem Columella vocat. *Dalec.*

b *Talpana nigra.*] A colore Talpæ. *Idem.*

c *Etesiaca fallax.*] Quæ Etesiis variat. *Idem.*

d *Conseminia nigra.*] *Conseminia* cognomen hic proprium est. Alioquin *Conseminalis vitis* Columellæ cap. 45. lib. 12. diversis vitium generibus consita. *Idem.*

e *Municipii uvam Pompeii nomine appellant.*] Exemplar Toletanum, *Municipi suam Pompeii nomine appellat*, scribendum reor præpostero ordine, *Pompeii municipii suo nomine appellant.* Pint.

f *Pompeii nomine.*] Oppidum Neapoli vicinum. *Dalec.*

a *Acinosissi-*

finis copiosiorem. [1] Municipii & Tiburtes appellavere, quamvis [2] oleaginam nuper invenerint à similitudine olivæ. Novissima hæc uvarum ad hoc tempus reperta est. Vinaciolam soli [3] novere Sabini & Laurenti. Nam Gauranas scio à Falerno agro translatas vocari Falernas, celerrime ubique degenerantes. Nec non Tarentinum genus aliqui fecere, prædulci uva. Capnias & bucconiatis, & tarrupia, in Thurinis collibus non ante demetuntur, quam gelaverit. [4] Pharia gaudent Pisæ, Mutina, Prusinia, nigro acino, intra quadriennium albescente vino. Mirum, [5] ubique cum Sole circumagi uvam, quæ ob id streptos vocatur. Et in [6] Italia Gallicam placere, trans Alpes vero Picenam. Dixit Virgilius Thasias & Mareotidas, & lageas: compluresque externas, quæ non reperiuntur in Italia. Sed sunt etiamnum insignes uvâ, non vino, ambrosiaca, duracina, sine ullis vasis in vite servabilis: tanta est contra frigora, æstus, tempestatesque firmitas. Nec orthampelos indiget arbore aut palis, ipsa se sustinens: non item dactylides digitali gracilitate. Columbinæ [a] acinosissimæ: [b] & magis purpureæ cognomine bimammiæ, quando non racemos, sed uvas alias [7] gerunt. Item tripedanea, cui nomen à mensura est. Item [8] scirpula passo acino. Et Rhætica in maritimis Alpibus appellata, dissimilis laudatæ illi. Nanque hæc brevis, conferta acino, degener vino, sed cute omnium tenuissi-

1 Mutianam. *Vet.*
2 oleagineam. *Col. & Ch.*
3 noverunt. *Ch.*
4 Paria. *M. & Ch.*
5 ubi. *M. lego*, ibi.
6 in Italia, sed sunt etiamnum. Insignis uva, &c. *M.*
7 gignunt. *Turn.*
8 scribula. *Ch.*

a *Acinosissimæ.*] *Racemosissimæ.* Uvæ majores, & crassioribus acinis, racemi minores; & tenuioribus fere à vindemiatore sub pampinis latentes & fallentes relinquuntur. Græcis ἐπιφυλλίδες: inde Racematio. Turn. cap. 26. 25. *Idem.*

b *Et magis purpureæ cognomine bimammiæ.*] Legendum arbitror, *Et magis purpureæ cognomine bibammiæ*, hoc est duplicis tincturæ: ut dibapha purpura, de qua supra Plinius lib. 9. cap. 39. *Huic successit dibapha Tyria, quæ in libras denariis mille non poterat emi.* Cur vero dictæ sint Bibammiæ, ilico subjicit, quod gerant diversos, hoc est diversicolores, non racemos, sed uvas, quales etiam apud nos plerisque in locis cernuntur. *Pintianus.*

tenuissima, nucleo [1] quem Chium vocant, uno ac minimo, acinum prægrandem unum alterumve habens. Est & nigra amminea, cui Syriacæ nomen imponunt. Item Hispana ignobilium probatissima. [a] In pergulis vero seruntur escariæ appellatæ, [2] ederæ acinis, albæ nigræque. Et bumasti totidem coloribus. [3] At nondum dictæ Ægia, & Rhodia, & uncialis, velut à pondere acini. Item [4] pucina omnium nigerrima: & coronario naturæ lusu stephanitis, acinos foliis intercursantibus: & [b] quæ forenses vocantur, celeres proventu, vendibiles aspectu, portatu faciles. Contra damnantur etiam visu cinerea, & [c] [5] rabuscula, & [6] asinisca: minus tamen, caudas vulpium imitata, [d] alopecis. [e] [7] Alexandrina appellatur vitis circa Phalacram brevis, ramis cubitalibus, [f] acino nigro fabæ magnitudine, nucleo molli & minimo, obliquis racemis prædulcibus, folio parvo & rotundo, sine divisuris. [8] Septem his annis, in Narbonensis provinciæ [g] [9] Alba Elvia inventa est vitis uno die deflorescens: ob id tutissima. Narbonicam vocant, quam nunc tota provincia conserit.

1 quod gigartum. *Turn.* quod Chii. *Ch.*

2 è duracinis. M. & *Ch.*

3 Ac. M.

4 picina. M. *à picis colore. Sic & Ch.*

5 rabucula. *Ch.*

6 asinusca. *Ch.*

7 Idæa. *Theophr. c. 17. l. 3. hist.*

8 Septimo hinc (*abhinc*) anno. M.

9 arvo olivia. M. *prave.* albo oliva. *Ch.*

CAP.

a *In pergulis vero seruntur escaria, &c.*] Lege: *in pergulis vero seruntur escaria appellata: Edera acinis alba nigraque bumasti, totidemque coloribus.* Vides bumastum uvam dici, quæ acinos hederæ habet. Ergo acini hederæ Græcis proprie *κόρυμβοι*. *Salmas. pag.* 366 b.

b *Quæ forenses vocantur.*] Rusticis nostris servato nomine veteri, *des Foirars.* Dalec.

c *Rabuscula.*] *Ravuscula*, colore ad Ravum inclinante. Asinisca, asini colore, quemadmodum in hoc Virgilii versu:

Et passo Psythia utilior, tenuisque Lageos.

Servius exposuit leporis colore. Brod. cap. 25. 4. *Idem.*

d *Alopecis.*] Vulgo, *Raisins barbus.* Idem.

e *Alexandrina appellatur vitis circa Phalacram.*] Scribo *Phalacras* numero plurium, ex Theophrasto lib. 3. cap. 17. *Vitis*, inquit, *nascitur ea parte Idæ quam vocant Phalacras*, astipulante etiam Stephano. *Pint.*

f *Acino nigro fabæ magnitudine.*] Acino nigro, dulci, oblique ramis adhærente, fabæ magnitudine, qui vinaceo simile quippiam intus continet, molle, folio parvo, &c. Theophr. *Dalec.*

g *Alba, &c.*] Vulgo, *Aubenas de Vivarez.* Idem.

a *Ita*

CAP. IV. *Insignia culturæ vinearum.*

CAtonum ille primus, triumpho & Censura super cætera insignis, magis tamen etiamnum claritate literarum, præceptisque omnium rerum expetendarum datis generi [1] Romano, inter prima vero agrum colendi, [2] illius ævi confessione optimus ac sine æmulo agricola, pauca attigit vitium genera, quarundam ex iis jam etiam nominibus abolitis. Separatim toto tractatu [3] sententia ejus indicanda est, ut in omni genere noscamus quæ fuerint celeberrima, anno sexcentesimo urbis, circa captas Carthaginem ac Corinthum, cum supremum is diem obiit, & quantum postea CCXXX. annis vita profecerit. Ergo de vitibus uvisque [a] ita prodidit: Qui locus vino optimus dicetur esse, & ostentus solibus, ammineum minusculum & geminum eugenium, [b] [4] helvinum minusculum conserito. Qui locus crassior aut nebulosior, ammineum majus, [c] aut murgentinum, Apicium, Lucanum serito. Cæteræ vites miscellæ maxime in quemvis agrum conveniunt. [d] In lora recte conduntur. Quas suspendas duracinas, ammineas majores, [e] vel ad fabrum ferrarium pro passis hæ recte servantur. Nec sunt vetustiora de illa re Latinæ linguæ præcepta: tam prope ab origine rerum sumus. Ammineam proxime

1 humano. *Dal.*

2 ille. *Ch.*

3 excellentia indicanda, ut &c. *M.* testatus sententiam, cujus excell. *V.*

4 helvium. *Ch.*

a *Ita prodidit.*] Cap. 6. & 7. *Dalec.*

b *Helvinum minusculum.*] Scribo *Helveolum minusculum*, ex Catone ipso cap. 6. Confirmat etiam Varro repetitis Catonis verbis lib. 1. cap. 25. & Columella lib. 3. cap. 2. Sunt & helveolæ quas nonnulli varias appellant, neque purpureæ, neque nigræ, ab helvo nisi fallor colore. *Pintianus.*

c *Aut Murgentinum, Apicium, Lucanum serito.*] Cato prædicto cap. *Aut Murgentinum aut Apicium Lucanum serito.* Idem.

d *In lora recte conduntur.*] Scribo olla non *lora*. Sed complura ut conjicio verba hic desiderantur ex ipso Catone, ex cujus cap. 7. puto legendum hoc pacto: *Amineum minusculum & majusculum & apicium, hæc in ollis, olla in vinaceis conduntur, eadem in sapa & musto in olla recte conduntur.* Idem. *In lora recte conduntur.*] Musto diluto. In Elsatico agro hodie *Laureu* vocant. *Dalec.*

e *Vel ad fabrum ferrarium.*] Ambustus etiam locus potest vero resarciri ex Catone sic: *Et Scantianas opportunissimas esse. Hæ & ad fabrum ferrarium pro passis recte servantur.* Pint.

proxime dictam, Varro ſcantianam vocat. In noſtra ætate pauca exempla conſummatæ hujus artis fuere: verum eo minus omittenda, ut noſcantur etiam præmia, quæ in omni re maxime ſpectantur. Summam ergo adeptus eſt gloriam Acilius Sthenelus è plebe libertina, LX. jugerum non amplius vineis excultis in Nomentano agro [1] atque CCCC. nummûm venundatis. Magna fama & Vetuleno Ægialo perinde libertino fuit [a] in Campaniæ rure Linternino, majorque etiam favore hominum, quoniam ipſum [b] Africani colebat exilium. Sed maxima, ejuſdem Stheneli opera, Rhemmio Palæmoni, alias Grammatica arte celebri, in hiſce XX. annis mercato rus DC. nummûm in eodem Nomentano decimi lapidis ab urbe diverticulo. Eſt autem uſquequaque [2] nota [c] vilitas mercis per omnia ſuburbana, ibi tamen [3] maxima, quoniam & neglecta [4] per indiligentiam prædia paraverat, ac ne in peſſimis quidem elegantioris ſoli. Hæc aggreſſus excolere, non virtute animi, ſed vanitate primo, quæ nota [5] mire in illo fuit, [6] paſtinatis de integro vineis [d] cura Stheneli, dum agricolam imitatur, ad vix credibile miraculum perduxit, intra octavum annum CCCC. nummûm emptori addicta pendente vindemia. Cucurritque non nemo ad ſpectandas uvarum in iis vineis ſtrues, [e] literis ejus altioribus

1 atque æque (*leg.* æquo) numero ſeſtertium. *V.*

2 nobilitas vinetis per omnia. *V.*

3 *Leg.* maxima. Quæ igitur jam neglecta, &c. ſoli, hæc aggreſſus, excol.

4 indiligentia. *Ch.*

5 mira. *Parm.*

6 Paſtinatas enim de integro vineas, cura Sthenelum agricolam imitatus, ad vix. *Parm.*

a *In Campaniæ rure Linternino.*] Archetypum Toletanum *Liternio*, non *Linternino.* Et ſane docti jam omnes ſic enunciant. *Pint.*

b *Africani colebat exilium.*] Valer. Max. cap. 3. lib. 5. *Dalec.*

c *Vilitas mercis.*] Prædiorum ac fundorum. *Idem.*

d *Cura Stheneli dum agricolam imitatur.*] In archetypo Toletano aliter; *Cura Stheneles agricolam imitatus.* Legendum reor, *cura Stheneles agricola invitatus.* Porro verba quæ ſtatim ante præcedunt, *non virtute animi, ſed vanitate, quæ primo nota mire in illo fuit*, non Plinii, ſed aliena eſſe duco. Nec enim Plinio hiſtoriam naturæ ſcribenti tantum ocii ſuperfuiſſe veriſimile eſt, ut grammatici mores tam curioſe nobis deſcriberet. *Pintianus.*

e *Literis ejus altioribus contra id pigra vicinitate ſibi patrocinante.*] Emendatius ut puto legetur, *Literis à latrantibus contra, impigra vicinitate ſibi patrocinante.* Idem. *Literis ejus altioribus, &c.*] Putabatur enim, quod inſigniter eſſet literatus,

altioribus [1] contra id pigra vicinitate sibi patrocinante, [a] novissime Anneo Seneca, principe tum eruditionis, ac [2] potentia, quæ postremo nimia fuit [b] super ipsum, minime utique miratore inanium, tanto prædii ejus amore capto, [c] ut non puderet [3] inviso alias & ostentaturo tradere palmam eam, emptis quadruplicato vineis illis intra decimum fere curæ annum: digna opera, quæ in Cæcubis Setinisque agris proficeret: quando & postea sæpenumero septenos culeos singula jugera, hoc est amphoras centenas quadragenas musti dedere. Ac ne quis victam in hoc antiquitatem arbitraretur, idem Cato [d] denos culeos redire ex jugeribus scripsit, efficacibus exemplis non maria plus [4] temerata conferre mercatori, non in Rubrum litus Indicumve merces petitas, quam sedulum ruris [5] larem. Vino antiquissima claritas [e] Maroneo, in Thraciæ maritima parte genito, ut auctor est Homerus. Neque enim fabulosa, aut de origine varie prodita consectamur, præterquam Aristæum primum omnium in eadem gente mel miscuisse vino, suavitate præcipua utriusque naturæ sponte provenientis.

Maroneum

1 contra eum. *Dal.*

2 potentiæ. *M.*

3 *Alias sic* invisuro alias regiones, & ostentaturo. *Quam lectionem agnoscit & Budæus lib. 5. de Asse.*

4 tentata. *Alii.*

5 laborem *Dal.*

tus, rectius potuisse & scivisse agrum colere. *Dalec.*

a *Novissime Anneo Seneca.*] Emendemus errorem publicum, omnes enim *Anneus* penultima correpta scribunt & proferunt, quæ longa est diphthongo, ut manifestum facit Terentiani versus: *Annæus Seneca & Pomponius ante Secundus.* Verba autem quæ sequuntur, *Principe cum eruditionis, ac potentia quæ postremo nimia fuit super ipsum*, non redolent Plinium, putamusque falso Plinio attribui. *Pint.* *Novissime Anneo Seneca.*] De his Senecæ vineis Columel. cap. 3. lib. 3. & ipse Epist. 105. *Dalec.*

b *Super ipsum.*] In ejus calamitatem ac exitium. *Idem.*

c *Ut non puderet inviso alias & ostentaturo tradere palmam.*] Exemplar Toletanum, *Ut non puderet inviso alias regiones, & ostentaturo*, scribendum arbitror, *ut non puderet in ipsa illa regione Nomentana tradere palmam*, ex Columella, scribente vineas Senecæ in Nomentano fuisse. *Pint.* *Ut non puderet, &c*] Et superba arrogantia, qua natas secum literas atque morituras jactabat, & insolentissima maledicentia, qua Varronem, tantum virum, porcum appellabat. *Dalec.*

d *Denos culeos.*] Sexenas urnas, Columel. lib. 3. cap. 3. *Dalec.* Quindenos culeos legit Fulv. Ursin. ad Varr. de re rust. lib. 1. cap. 2. pag. 15.

e *Maroneo.*] Μάρων rex Thraciæ. Cratino apud Pollucem vinum Maroneum οὔτ' ἄπιον τοσοῦτον, οὐδὲ μάρωνα πώμασι. Maronea Thraciæ urbs nobilis vino. *Idem.*

Maroneum vicies tanto addito aquæ miſcendum [a] Homerus prodidit. Durat etiam vis eadem in terra generi, [1] vigorque indomitus. Quippe cum Mutianus ter Conſul ex his qui nuperrime prodidere, ſextarios ſingulos [2] octonis aquæ miſceri compererit [b] præſens in eo tractu. Eſſe autem colore nigrum, odoratum, vetuſtate pingueſcere. [c] Et Pramnio, quod idem Homerus celebravit, etiam nunc honos durat. Naſcitur Smyrnæ regione, juxta delubrum Matris Deûm. [d] In reliquis claritas generi non fuit [3] alicui. Anno fuit omnium generum bonitas, L. Opimio Conſule, cum C. Gracchus Tribunus plebem ſeditionibus agitans interemptus: ea cœli temperies fulſit, quam cocturam vocant, ſolis [4] opere, natali urbis DCXXXIV. Durantque adhuc vina ducentis fere annis, jam in ſpeciem redacta mellis aſperi: etenim hæc natura vinis in vetuſtate eſt: nec potari per ſe queunt, ſi non pervincat aqua, uſque in amaritudinem carie indomita: ſed cæteris vinis commendandis minima aliqua miſtura medicamenta ſunt: [5] quo fit, ut ejus temporis æſtimatione in ſingulas amphoras centeni nummi ſtatuantur. Et his tamen [e] uſura multiplicata ſemiſſibus, quæ civilis ac modica eſt, in C. Cæſaris Germanici filii principatu, [f] [6] annis

1 rigorque. *Cb.*

2 octogenis. *Cb.*

3 alicui. Fuit quidem omnium, &c. interemptus eſt: quo anno ea cœli. *Alii vero*, alicui. Anno uno fuit, &c. interemptus eſt, & ea cœli, &c.

4 vapore. *Pal.*

5 quod, ut ejus, &c. centenis nummis acuantur. M.

6 anno centeſimo. *Budæus.*

a *Homerus prodidit.*] Odyſſ. ι. *Dalec.*

b *Præſens in eo tractu.*] Commodius legetur *præſes*, quam *præſens.* Pint.

c *Et Pramnio.*] Ex eo, caſeo & polenta, Iliad. λ. Hecamede τ̃ κυκεῶνα parat. *Dalec.*

d *In reliquis claritas generi, &c.*] Legend. *In reliquis claritas generi non fuit alicui, anno fuit omnium generum bonitatis L. Opimio Conſule, cum C. Gracchus Tribunus plebem ſeditionibus agitans, interemptus, ea cœli temperies fulſit, cocturam vocans ſolis opere, Natali Urbis* DCXXXIII. Anno fuit claritas bonitatis omnium generum. *Salmaſ.* pag. 467. b.

e *Uſura multiplicata ſemiſſibus.*] Uſura ſemiſſum in ſingulos annos adaucta, in centenarium ſex, in millenarium ſexaginta. Amphora continet ſextarios 48. cyathos 12. *Dalec.*

f *Annis* CLX. *ſingulas uncias vini.*] Sors in ſingulas amphoras Opimio Coſ. Nummi 100. Annua uſura ſemiſſis 160. annorum efficit 960. quibus ſi addas ſortem, nempe 100. ſumma ſortis & multiplicatæ uſuræ futura eſt 1060. *Idem.* *Annis* CLX. *ſingulas uncias vini.*] Lego *nummis*, non *annis.* Pint.

a Nec

nis CLX. singulas uncias [1] vini constitisse nobili exemplo docuimus, referentes vitam Pomponii Secundi vatis, cœnamque quam principi illi dedit. Tantum pecuniarum detinent vini apothecæ. [a]Nec alia res majus incrementum sentit ad vicesimum annum, majusve ab eo dispendium, non proficiente pretio. Raro quippe adhuc fuere, nec nisi in nepotatu, singulis testis millia nummûm: Viennenses soli picata sua, quorum genera diximus, pluris [2] permutasse, sed inter sese [3] amore patrio creduntur. Idque vinum frigidius reliquis [4] existimatur in frigido potu.

1 binis ac vicenis constitisse. V. vineæ constituisse. Ch.

2 permutare. Ch.

3 more. Dal.

4 existimatur in potu. V.

CAP. V. *De natura vini.*

[b]VIno natura est, hausto [c] accendendi calore viscera intus, foris infuso refrigerandi. Nec alienum fuerit commemorare hoc in loco, quod Androcydes sapientia clarus ad Alexandrum Magnum scripsit, intemperantiam ejus cohibens: Vinum [5] potaturus rex, [d] memento te bibere sanguinem terræ: [e] [6] sicut cicuta homini venenum est, sic cicutæ

5 poturus. Ch.

6 sicut venenum cicutæ vinum est, sic & vinum cicuta homini. Alii.

a *Nec alia res majus, &c.*] Hinc explere liceat præceptum seu regulam Varronianam de re rust. lib. 1. cap. 65. *Dalecamp.*

b *Vino natura est.*] Οἶνος Græcis, vel διὰ τὸ τῆς οἰήσεως ἐμπίμπλασθαι τὸν νοῦν: vel ἀπὸ τῆς ὀνήσεως. Nam, ut ait Homerus: ---- ὀνήσεαι αἴκε πίῃσθα. In levandis curis vini utilitatem versus hi Homerici declarant:

Οἶνον τοι Μενέλαε θεοὶ ποίησαν ἄριστον
Θνητοῖς ἀνθρώποισιν ἀποσκεδάσαι μελεδῶνας.

Idem.

c *Accendendi calore.*] Αἴθοπα οἶνον Homerus vocat, ἐπικεκραμένον τὴν ὄψιν, μέλανα ἢ ἐρυθρὸν: vel θερμὸν, καὶ ἐμπύριον, παρὰ τὸ αἴθειν. Plutarchus interpretatur λαμπρὸν, καὶ διαυγῆ. *Idem.*

d *Memento te bibere sanguinem terræ.*] Lego contra omnia exemplaria, & contra omnium hactenus sententias, *Memento te bibere sanguinem tauri*, id est venenum. nam sanguinem tauri mortiferum esse haustu præter Paulum Aëtium, Dioscoridem, Nicandrum, Psellum, & omnem medicorum scholam, Plinius quoque prodit lib. 11. cap. 38. *Taurorum*, inquit, *sanguis celerrime coit atque durescit: ideo pestifer potu maxime.* Confirmant hanc correctionem verba illa quæ statim subnectuntur. *Pint.*

e *Sicut cicuta homini venenum est, sic cicuta vinum.*] Duo verba superfluunt ex exemplari Toletano, *sicut*, & *sic*: legendumque prorsus ex ejus fide, *Cicuta homini venenum est, cicuta vinum.* Vidit & hoc ante nos Hermolaus. *Idem.*

[1] pastinatis similes, herbarum modo vagantur per arva, ac succum terrâ passim uvis bibunt, quæ ob id magnitudinem infantium puerorum in interiore Africæ parte exuperant. Uva non [2] aliubi [3] gratiore callo, ut inde possit invenisse nomen [a] [4] duracina. Nanque genera magnitudine, colore, saporibus, acinis, innumera etiamnum multiplicantur vino. Hic purpureo lucent colore, illic fulgent roseo, nitentque viridi. Candicans enim nigerque vulgares. Tument vero mammarum modo [b] bumasti. Prælongis dactyli porriguntur acinis. Est & illa naturæ lascivia, ut prægrandibus adhæreant parvi, [5] mites, & suavitate certantes: leptoragas has vocant. Durant aliæ per [6] hiemem, [7] pensili concameratæ nodo. [c] Aliæ in sua tantum continentur anima ollis fictilibus, & insuper [8] doliis inclusæ, stipatæ vinaceis circumsudantibus. Aliis gratiam, qui & vinis, [d] fumus affert fabrilis, [9] iisque gloriam præcipuam in fornacibus Africæ Tiberii Cæsaris auctoritas fecit. Ante eum Rhæticis prior mensa erat, & uvis Veronensium [10] agro. [e] Quin & à patientia nomen acinis datur passis. [f] Conduntur & musto

1 putatis. *Dal.*
2 alibi. *Ch.*
3 crassiore. *Turn. cap. 26. lib. 25.*
4 durus acinus. *Ch.*
5 comites. *Cod. Tol.*
6 hiemes. *Ch.*
7 pensiles, congeminatæ nodis. *Dal.* pensili conglomeratæ nodo. *V.* pen. conc. modo. *M.*
8 doliis fictilib. *Ch.*
9 quæ ibi ea gloria præcipua. *C.*
10 agri. *Dal.*

quentia, *Herbarum modo vagantur per arva.* Et considerandum an scribendum sit paulo ante, *duos pollices*, non *suos pollices*. Idem. *Semperque pastinatis similes.*] Nam cum vinea pastinatur, soluta suis adminiculis sarmenta vinitores humi jacere patiuntur, quoad putata suis rursum pedamentis alligent. *Dalec.*

a *Duracina.*]. Vulgo *Piquepoulle*, Monspessulanis vero *Marroquin* à *Marroch* Africæ civitate. *Dalec.* Sic appellatur à duritia acini omnibus rei rusticæ scriptoribus, & postea etiam liquebit. *Pintianus.*

b *Bumasti.*] *Ollares* vocat Aurelianus. Vide Columellam cap. 43. lib. 12. Martial. lib. 7. de Sanctra cœnarum fure his versibus:

Dulci placenta sordidam linit mappam,
Illic & uvæ collocantur ollares.

Aëtius vocat σταφυλὴν ἀπὸ χύτρας, τὴν ἐκ τῶν στεμφύλων. Dioscor. σταφυλὴν ἐκ στεμφύλων, τὴν ἐκ τῶν βυκῶν. *Dalec.*

c *Aliæ in sua tantum, &c.*] Horum condituræ generum meminit Cato c. 143. & c. 7. Varro c. 58. 1. *Idem.*

d *Fumus affert fabrilis.*] Fabriles vocat Aurelianus cap. 3. lib. 4. Chronion. Vide cap. 1. lib. 23. & cap. 17. lib. 15. *Idem.*

e *Quin & à patientia, &c.*] Fallitur Plinius. Passas vocamus, quod ad Solem expandantur. *Idem.*

f *Conduntur & musto uvæ.*] Nempe Sapa, ut cap. 1. lib. 23. Conduntur enim musto, vino dulci, sapa, aqua cœlesti. *Idem.*

a *Jam*

musto uvæ, ipsæque vino suo inebriantur. Aliæ decoctæ in musto dulcescunt: aliæ vero sobolem novam in matre ipsa expectant [1] translucidæ vitro, [1 translucido. *Dal.*] additque acinis [2] eandem, quam in doliis amphorisve, [2 tandem. *V.*] duratricem illam firmitatem austeritas picis infusa pediculo. [a] Jam inventa [3] vitis per se in vino [3 vitis in *M. d.*] picem [4] resipiens, [b] Viennensem agrum nobilitans, [4 resipiens Viennensi agro. Nobilitas Arverno. *K.*] Arverno, Sequanoque & [c] Helvico generibus non pridem illustrata. Atque hæc Virgilii vatis ætate incognita, à cujus obitu XC. aguntur anni. [5 inserta. *Ch. & Turn.* inserta, &c. continet. *M.*] Quid, quod [5] insertæ castris summam rerum imperiumque [6] continent? Centurionum in manu vitis, [6 continent centurionum, &c. *Ch. Turn.*] & opimo præmio tardos ordines [7] ad lentas perducit [8] aquilas, [d] atque etiam in delictis pœnam ipsam honorat. [7 ad levatas. *V.* ad elatas. letas. *Lips.*] Nec non vineæ oppugnationum dedere rationem. Nam in medicaminibus adeo magnum obtinent locum, [e] ut per sese [9] vino ipso remedia sint. [8 aquilas atque. *Turn.*] [9 vina ipsa. *M.*]

CAP.

a *Jam inventa vitis per se, &c.*] Allobrogica, cap. proxime sequenti. vide & cap. 1. lib. 23. *Dalec.*

b *Viennensem agrum nobilitans.*] Ejus vinum in summo apud Romanos pretio fuisse tradit Plutarch. lib. 5. Sympos. Quæst. 3. καὶ τῶν Ἰταλικῶν, inquit, οἱ περὶ τὴν πόλιν οἰκοῦντες· ἐκ δὲ τῆς περὶ Βίενναν Γαλατίας ὁ πισσίτης οἶνος κατακομίζεται, διαφερόντως τιμώμενος ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων. *Idem.*

c *Helvico.*] Helvii hodie *Vivarez.* Idem.

d *Atque etiam in delictis, &c.*] Polybio, tribuni Rufuli legionum delicta coërcebant, ut auxiliarium copiarum, Socium præfecti. Rhod. cap. 22. 25. In castigandis militibus centuriones vitem adhibuisse traditum à Livio lib. 57. & à Floro, observatumque ab Africano Scipione qui Numantiam evertit. Hujus supplicii meminit Plutarchus in Galba. Macrobius centurialem vitem appellat. Martianus ff. de re militari, Si miles vitem tenuit, militiam mutat: si ex industria fregit, vel manum centurioni intulit, capite punitur. Rhod. cap. ult. lib. 26. Qui castigatur à Centurione miles, Pompeio *sub vineam jacere* dicitur. Vide Pithœum cap. 15. lib. 1. Scipio Æmilianus si quem militem deprehendisset in delicto, Romanum civem, vulgato inter milites exemplo, vite, externum vero fuste cædebat. Alex. ab Alex. cap 22. lib. 1. Castigationum ac animadversionum militarium varietatem, & graviorem levioremque modum, pro noxæ magnitudine & conditione, vide apud eundem auctorem cap. 13. lib. 2. Juvenal. Sat. 8.

Nodosam posthac frangebat vertice vitem,
Si lentus pigra muniret castra dolabra.

Gerebant vitem centuriones. Vitis eum, cui erat aquila commissa, paulatim & lente ad Primipili centurionatum perducebat. Turn. cap. 26. lib. 25. In antiqui denarii adversa parte Romæ caput signatum est, in aversa Centurio vite bifida militem scutatum & hastatum genibus flexis tanquam supplicem verberans cum hac scriptura, T. DIDI. *Idem.*

e *Ut per sese vino ipso remedia sint.*] Lego, ut

CAP. II. *De generibus vitium.*

1 posse, in V. d. [a] GEnera vitium numero comprehendi [1] posse unus existimavit Democritus, cuncta sibi Græciæ cognita professus. Cæteri innumera atque infinita esse prodiderunt, quod verius apparebit ex vinis. Nec omnia dicentur, sed maxime insignia: quippe quæ totidem pene sunt, quot agri. Quamobrem celeberrimas vitium, aut quibus est aliqua proprietate miraculum, ostendisse satis erit. Principatus datur [b] Ammineis propter firmitatem, 2 senique prof. vini e. utique. Cb. [2] senioque proficientem vini ejus ubique vitam. Quinque earum genera: ex iis germana minor acino, 3 ac in melius. M. lego, acino, melius deflorescit. [3] melior deflorescit, imbres tempestatesque tolerat: non item major, sed in arbore, quam in jugo, minus obnoxia. Gemellarum, quibus hoc nomen uvæ semper geminæ dedere, asperrimus sapor, sed vires præcipuæ. Ex iis minor Austro læditur, cæteris ventis alitur, ut in Vesuvio monte, Surrentinisque collibus. In reliquis Italiæ partibus non nisi arbori accommodata. Quintum genus [c] lanatæ, ne Seres miremur, aut Indos, adeo lanugo eam vestit. Prima ex Ammineis maturescit, 4 Rubellinas. Columella. ocyssimeque putrescit: proxima dignitas Nomentanis rubente materia: quapropter quidam [4] rubellas appellavere vineas. 5 Hæ. Cb. 6 fertiles, vinaceis & fece nimia. M. & Cb. [5] Eæ minus [6] fertiles vino, acinis & fæce nimiæ, contra pruinas fortissimæ, siccitate

go, *ut per sese vina ipsa remedia sint.* ex codice Salmanticensi. nam vinum multos in medicina usus habere, res nota est. *Pintianus.*

a *Genera vitium numero, &c.*] Vide Theophr. cap. 7. lib. 2. histor. Columel. cap. 2. lib. 3. *Dalec.*

b *Ammineis, &c.*] Vulgo *Gros plant.* Quidam scribunt cum duplici *m*, syllaba media correpta. Ausonius,

Solus qui Chium miscet & Ammineum:

alii cum simplici, *m*, media producta. Serenus,

Succus Aminea vitis cum pane medetur.

Turn. cap. 26. 29. Virgil.

Sunt & Aminea viti fortissima vina.

Hesychius in suis Glossis, Ἀμιναῖος, δι' ἑνὸς ν. οἶνος. ἐν τῇ Ἰταλίᾳ, ἀμιναῖα λέγε). *Idem.*

c *Lanata.*] Cujus lanugine vestiuntur aversa folia. Lanatam uvam Marcellus Empeiricus cap. 14. *Caniculatam* vocat, veluti lanugine canescentem & hirtam. *Idem.*

a Ex

ſiccitate magis quam imbre, æſtu quam algore vexantur. Quamobrem in frigidis humidiſque principatum obtinent. Fertilior quæ minor acino, & folio ſciſſa minus. Apianis apes dedere cognomen, præcipue earum avidæ. [a] Ex eis duo genera, lanugine & [1] ipſa pubeſcunt. Diſtant, quod altera celerius matureſcit, quanquam & altera properante. Situs frigidos non reſpuunt: & tamen [2] nullæ celerius imbre putreſcunt. Vina primo dulcia, auſteritatem annis [3] accipiunt, & rubra fiunt. [b] Nulla magis vite gaudet. Et hactenus potiſſima nobilitas datur peculiaribus atque vernaculis Italiæ. Cæteræ advenere [c] Chio, Thaſove. [d] Græcula non inferior Ammineis [4] bonitate, prætenera acino: & uva tam parva, ut niſi pinguiſſimo ſolo [5] colere non proſit. Eugeniam Taurominitani colles cum generoſitatis cognomine, miſere Albano tantum agro: quoniam tranſlata ſtatim mutatur. Nanque eſt aliquibus tantus locorum amor, ut omnem in [6] his gloriam ſuam relinquant, nec uſquam tranſeant totæ. Quod & [e] In Rhætica Allobrogicaque, quam [f] ſupra picatam appellavimus, evenit, domi nobilibus, nec agnoſcendis alibi. Fœcundæ tamen, bonitatis vice copiam præſtant: Eugenia ferventibus locis, Rhætica temperatis, Allobrogica frigidis, gelu matureſcens, & colore nigra. Ex his, quas adhuc diximus, ſed etiam è nigris vina vetuſtate in album [7] colorem tranſeunt. Reliquæ ignobiles.

1 *ipſæ. M.*
2 nulla celerius matureſcit imbre. *M.*
3 accipiunt: & ex his rubra fuit. *D.* accipiunt. Hetruria nulla magis vite gaudet. *Ch. & Merc.*
4 bonitatem. *Ch.*
5 coalere non poſſit. *M.* coaleſcere non poſſit. *Vet.*
6 iis. *Ch.*
7 colore tranſeunt. Reliqua *Ch.*

a *Ex eis duo genera.*] Major & minor, vel candicans & nigra. *Dalec.*

b *Nulla magis vite gaudet.*] Vinea. Uvas enim Apianas è vinea longe ſuaviores eſſe quam pergulis, arbuſto, jugo, compertiſſimum eſt. Vulgo *Muſchat.* Idem.

c *Chio.*] Tibullus:
Nunc mihi fumoſos veteris proferre Falernos
Conſulis, & Chio ſolvere vincla cado.
Idem.

d *Græcula.*] *Raiſins de Corinthe* Idem.

e *In Rhætica Allobrogicaque.*] *Di la valtolina* Allobrogica Viennenſis, *qui ſent la violette.* Allobrogicum vinum, quod ex Allobrogica fit. Celſus vocat cap. 5. lib. 4. *Idem.*

f *Supra.*] Sub finem primi capitis hujus libri. *Idem.*

biles. Aliquando tamen cœli aut [1] soli opera non fallunt vetustatem, sicuti [a] Fecenia, & cum ea florens [b] [2] Biturica, acino rarior, nunquam [3] floris obnoxii, quoniam antecedunt, ventisque & imbribus resistunt, meliores tamen algentibus locis, quam calidis: humidis, quam sitientibus. Vix ulla magis [4] tam denso uvarum partu, impatiens variantis cœli, sed contra tenorem unum algoris æstusve constans. [c] Quæ minor est ex eo genere, melior. In eligendo solo morosa, pingui putrescit, gracili omnino non provenit. Mediam temperiem delicate quærit, ob hoc Sabinis collibus familiaris. Uva ejus indecora visu, sapore jucunda: nisi matura protinus [5] rapiatur, etiam non [d] putrescens cadit. Contra grandines eam tuetur foliorum amplitudo atque duritia. Insignes jam colore inter purpureas nigrasque medio [e] helvolæ, sæpius [6] varianti, & ob id [7] varianæ à quibusdam appellatæ. Præfertur in his nigrior: utraque alternis annis fertilis, sed melior vino, cum parcior. Et [8] Preciæ duo genera magnitudine acini discernuntur, quibus materies plurima, uvaque ollis utilissima, folium apio simile. [9] Basilicam Dyrrhachini celebrant, Hispaniæ [10] cocolobin vocant. Rarior uva, æstus Austrosque tolerat: [f] capiti inimica, copia larga. Hispaniæ duo genera ejus faciunt: unum oblongo acino, alterum rotundo: novissimas vindemiant. Quo dulcior

1 folia. M.
2 Bituriaca. Ch.
3 tempestatibus obnox. quoniam folia antecedunt. Dal.
4 quam denso. M. Aut, tam de eo: aut lego, condenso. Dal.
5 rapitur. Ch.
6 variant. Dal.
7 variæ. Colum.
8 pretiæ. Dal.
9 Balischam. Ch.
10 cocoluben. Colum. vulgo, Subi.

a *Fecenia.*] Supra Rubella: sic dicta, quod fecis plus afferat, quam cæteræ. Columel. *Dalec.*

b *Biturica.*] *Le plant d'Orleans.* Idem. *Biturica.*] Non *Biturica*, sed *Biturigiaca*, archetypum Toletanum, magis ex etymologia à Biturigibus Galliæ Aquitaniæ populis Plinio lib. 4. cap. 19. *Pintianus.*

c *Quæ minor est ex eo genere.*] Visulam eam dictam fuisse ostendit Columella, qui hæc omnia de Visula tradit. *Dalec.*

d *Putrescens cadit.*] Talis est quam Lugdunenses vocant, *des Gametz*. Idem.

e *Helvola.*] Elveolæ, olim olera, elera: inde Elvela, olera minuta, & Elveola vitis herbacei coloris. Titinnius, *Lenti calido, elvela, rapula, rumices.* Scaliger.

f *Capiti inimica.*] Tale vinum est ex ea expressum, quod Monspessulani vocant *Piquardant*. Dalec.

a Justius

dulcior [1] cocolobis, hoc melior. Sed & auſtera tranſit in dulcem [2] vetuſtate: & quæ dulcis fuit, in auſteritatem: [3] tuncque Albano vino æmulantur. Tradunt veſicæ vitiis utiliſſimum ex his potum. Albuelis ſummis arboribus fertilior eſt, Viſula imis. Quamobrem circa eaſdem ſatæ diverſitate naturæ locupletant. Inerticulam è nigris appellavere, [a] juſtius ſobriam dicturi, inveterato præcipue commendabilem vino, ſed viribus innoxiam. Siquidem [b] temulentiam ſola non facit. Fertilitas commendat cæteras, [4] principemque helvenacam. Duo ejus genera: major, quam quidam longam: minor quam [5] arcam appellant, non tam fœcundam, ſed gratiorem hauſtu. Diſcernitur folio circinato: verum utraque gracilis. Furcas ſubdere his neceſſarium: alioqui ubertatem ſuam non tolerant: maritimo afflatu gaudent, [6] roſcido odore. Nulla vitium minus Italiam [7] amat, rara, parva, putreſcens in ea: vino quoque, quod genuit, æſtatem [8] non exuperans. Nec alia macro ſolo familiarior. Græcinus, qui alioqui Cornelium Celſum tranſcripſit, arbitratur non naturam ejus repugnare Italiæ, ſed culturam, avide palmites evocantium. Ob id [9] fertilitatem ſuam abſumi, ſi non præpinguis ſoli ubertas laceſcentem ſuſtineat. Carbunculari negatur, magna dote ſi verum eſt, aliqua in vite cœlo non eſſe jus. Æſtum fert ſpionia, quam quidam ſpineam vocant, [10] autumniſque & imbribus pingueſcit. Quinimo nebulis una alitur, ob id Ravennati agro peculiaris. [11] Veniculam inter optime defloreſcentes, & ollis aptiſſimam, Campani malunt [12] ſirculam vocare, alii [13] ſtaculam, Tarracina numiſianam, nullas vires proprias habentem, ſed totam perinde

1 eſt cocobolis. *Ch.*

2 vetuſtatem. *Dal.*

3 tunc Albanum vinum. *M.* tunc, &c. *Ch.*

4 præcipueque. *Dal.*

5 arcum. *M.* Emarcum. *Colum.*

6 roſcida odere. *Dal.*

7 amat: uva rara. *Dal.*

8 non exit errans. *M.*

9 fertilitate ſua. *Dal.*

10 autumnique imbribus pingueſcit.

11 Venuculam, *Colum.* venucula convenit ollis. *Horat.*

12 ſcirpulam. *Colum.* ſicculam. *M.* ſcicculam. *Ch.*

13 ſticulam. *Colum.* *qui aliam ab hac Numeſianam ſtatuit.*

a *Juſtius ſobriam dicturi.*] Latini ſic vocarunt, quod innoxia ſit & iners tentandis nervis. Columel. *Idem.*

b *Temulentiam ſola non facit.*] Ideo Græci Amethyſton vocant. Columel. *Idem.*

a *Herconia.*]

perinde ac ſolum valeat. Surrentinis [1] tamen efficaciſſima teſtis Veſuvio tenus. Ibi enim murgentina è Sicilia potiſſima, quam Pompeianam aliqui vocant, Latio demum feracem: ſicut [a] horconia in Campania, tantum vilitatis cibariæ, ſed ubertate præcipua. Tolerat & annos [2] mœrica, contra [3] omne ſidus firmiſſima, nigro acino, vinis [4] vetuſtate rubeſcentibus.

1 tantum.
2 Merica, *abſque diphthongo. Colum. & Cb.*
3 omnes ſitus. *M.*
4 in vetuſt. *& Cb.*

CAP. III.

Item de vitium generibus, ſecundum locorum & regionum proprietatem.

ET hactenus publica ſunt genera: cætera regionum locorumque, aut ex his inter ſe inſitu miſta. Siquidem Thuſcis peculiaris eſt tudernis, atque [5] etiam ejus nominis Florentia. Eſt [6] opima Aretio talpana, & [7] eteſiaca, & [8] conſeminia. [b] [9] Talpana nigra candidum facit muſtum. [c] Eteſiaca fallax, quæ quo plus tulit, eo laudabilius fundit: [10] mirumque, fœcunditate ceſſat. [d] Conſeminia nigra, vino minime durante, uva maxime: poſt xv. dies, quam ulla alia metitur, fertilis, ſed cibaria. Hujus folia, ſicut labruſcæ, prius quam decidant, ſanguineo colore mutantur. Evenit hoc [11] etiam quibuſdam aliis, peſſimi generis argumento. [12] Irtiola Umbriæ, Mevanatique & Piceno agro peculiaris eſt, Amiternino [13] pumula. Iiſdem [14] bannanica fallax eſt: amant tamen eam. [e] [15] Municipii uvam [f] Pompeii nomine appellant, quamvis Cluſinis

5 æque etiam, nec minus. *M.*
6 optima. *M.*
7 teſiaca. *Cb.*
8 Conſenta. *M. prave.*
9 Talpona. *Cb.*
10 miraque. *M.* miraque fœcunditate non ceſſat. *Dal.*
11 &. *M. Cb.*
12 Irciola. *Cb.*
13 Popula. *I. M.*
14 Brannanica. *M.*
15 munitis. *Cb.*

a *Horconia.*] Fortaſſis quam Arelacam majorem Columella vocat. *Dalec.*

b *Talpana nigra.*] A colore Talpæ. *Idem.*

c *Eteſiaca fallax.*] Quæ Eteſiis variat. *Idem.*

d *Conſeminia nigra.*] *Conſeminia* cognomen hic proprium eſt. Alioquin *Conſeminalis vitis* Columellæ cap. 45. lib. 12. diverſis vitium generibus conſita. *Idem.*

e *Municipii uvam Pompeii nomine appellant.*] Exemplar Toletanum, *Municipi ſuam Pompeii nomine appellat*, ſcribendum reor præpoſtero ordine, *Pompeii municipii ſuo nomine appellant.* Pint.

f *Pompeii nomine.*] Oppidum Neapoli vicinum. *Dalec.*

a Acinoſiſſi-

ſinis copioſiorem. [1] Municipii & Tiburtes appellavere, quamvis [2] oleaginam nuper invenerint à ſimilitudine olivæ. Noviſſima hæc uvarum ad hoc tempus reperta eſt. Vinaciolam ſoli [3] novere Sabini & Laurenti. Nam Gauranas ſcio à Falerno agro tranſlatas vocari Falernas, celerrime ubique degenerantes. Nec non Tarentinum genus aliqui fecere, prædulci uva. Capnias & bucconiatis, & tarrupia, in Thurinis collibus non ante demetuntur, quam gelaverit. [4] Pharia gaudent Piſæ, Mutina, Pruſinia, nigro acino, intra quadriennium albeſcente vino. Mirum, [5] ubique cum Sole circumagi uvam, quæ ob id ſtreptos vocatur. Et in [6] Italia Gallicam placere, trans Alpes vero Picenam. Dixit Virgilius Thaſias & Mareotidas, & lageas: compluresque externas, quæ non reperiuntur in Italia. Sed ſunt etiamnum inſignes uvâ, non vino, ambroſiaca, duracina, ſine ullis vaſis in vite ſervabilis: tanta eſt contra frigora, æſtus, tempeſtateſque firmitas. Nec orthampelos indiget arbore aut palis, ipſa ſe ſuſtinens: non item dactylides digitali gracilitate. Columbinæ [a] acinoſiſſimæ: [b] & magis purpureæ cognomine bimammiæ, quando non racemos, ſed uvas alias [7] gerunt. Item tripedanea, cui nomen à menſura eſt. Item [8] ſcirpula paſſo acino. Et Rhætica in maritimis Alpibus appellata, diſſimilis laudatæ illi. Nanque hæc brevis, conferta acino, degener vino, ſed cute omnium tenuiſſi-

1 Mutianam. *Vet.*
2 oleagineam. *Col. & Ch.*
3 noverunt. *Ch.*
4 Paria. *M. & Ch.*
5 ubi. M. *lego*, ibi.
6 in Italia, ſed ſunt etiamnum. Inſignis uva, &c. M.
7 gignunt. *Turn.*
8 ſcribula. *Ch.*

a *Acinoſiſſimæ.*] *Racemoſiſſimæ.* Uvæ majores, & craſſioribus acinis, racemi minores; & tenuioribus fere à vindemiatore ſub pampinis latentes & fallentes relinquuntur. Græcis ἐπιφυλλίδες: inde Racematio. Turn. cap. 26. 25. *Idem.*

b *Et magis purpureæ cognomine bimammiæ.*] Legendum arbitror, *Et magis purpureæ cognomine bibammiæ*, hoc eſt duplicis tincturæ: ut dibapha purpura, de qua ſupra Plinius lib. 9. cap. 39. *Huic ſucceſſit dibapha Tyria, quæ in libras denarüs mille non poterat emi.* Cur vero dictæ ſint Bibammiæ, ilico ſubjicit, quod gerant diverſos, hoc eſt diverſicolores, non racemos, ſed uvas, quales etiam apud nos pleriſque in locis cernuntur. *Pintianus.*

tenuissima, nucleo [1] quem Chium vocant, uno ac minimo, acinum prægrandem unum alterumve habens. Est & nigra amminea, cui Syriacæ nomen imponunt. Item Hispana ignobilium probatissima. [a] In pergulis vero seruntur escariæ appellatæ, [2] ederæ acinis, albæ nigræque. Et bumasti totidem coloribus. [3] At nondum dictæ Ægia, & Rhodia, & uncialis, velut à pondere acini. Item [4] pucina omnium nigerrima: & coronario naturæ lusu stephanitis, acinos foliis intercursantibus: & [b] quæ forenses vocantur, celeres proventu, vendibiles aspectu, portatu faciles. Contra damnantur etiam visu cinerea, & [c] [5] rabuscula, & [6] asinisca: minus tamen, caudas vulpium imitata, [d] alopecis. [e] [7] Alexandrina appellatur vitis circa Phalacram brevis, ramis cubitalibus, [f] acino nigro fabæ magnitudine, nucleo molli & minimo, obliquis racemis prædulcibus, folio parvo & rotundo, sine divisuris. [8] Septem his annis, in Narbonensis provinciæ [g] [9] Alba Elvia inventa est vitis uno die deflorescens: ob id tutissima. Narbonicam vocant, quam nunc tota provincia conserit.

1 quod gigartum. Turn. quod Chii. Ch.
2 è duracinis. M. & Ch.
3 Ac. M.
4 picina. M. à picis colore. Sic & Ch.
5 rabucula. Ch.
6 asinusca. Ch.
7 Idæa. Theophr. c. 17. l. 3. hist.
8 Septimo hinc (abhinc) anno. M.
9 arvo olivia. M. prave. albo oliva. Ch.

CAP.

a *In pergulis vero seruntur escaria, &c.*] Lege: *in pergulis vero seruntur escaria appellata: Edera acinis alba nigraque bumasti, totidemque coloribus.* Vides bumastum uvam dici, quæ acinos hederæ habet. Ergo acini hederæ Græcis proprie μασοὶ. *Salmas. pag.* 366 b.

b *Quæ forenses vocantur.*] Rusticis nostris servato nomine veteri, *des Foirars.* Dalec.

c *Rabuscula.*] *Ravuscula*, colore ad Ravum inclinante. Asinisca, asini colore, quemadmodum in hoc Virgilii versu:

Et passo Psythia utilior, tenuisque Lageos.

Servius exposuit leporis colore. Brod. cap. 25. 4. *Idem.*

d *Alopecis.*] Vulgo, *Raisins barbus.* Idem.

e *Alexandrina appellatur vitis circa Phalacram.*] Scribo *Phalacras* numero plurium, ex Theophrasto lib. 3. cap. 17. *Vitis*, inquit, *nascitur ea parte Ida quam vocant Phalacras*, astipulante etiam Stephano. *Pint.*

f *Acino nigro fabæ magnitudine.*] Acino nigro, dulci, oblique ramis adhærente, fabæ magnitudine, qui vinaceo simile quippiam intus continet, molle, folio parvo, &c. Theophr. *Dalec.*

g *Alba, &c.*] Vulgo, *Aubenas de Vivarez.* Idem.

a Ita

CAP. IV. *Insignia cultura vinearum.*

CAtonum ille primus, triumpho & Censura super cætera insignis, magis tamen etiamnum claritate literarum, præceptisque omnium rerum expetendarum datis generi [1] Romano, inter prima vero agrum colendi, [2] illius ævi confessione optimus ac sine æmulo agricola, pauca attigit vitium genera, quarundam ex iis jam etiam nominibus abolitis. Separatim toto tractatu [3] sententia ejus indicanda est, ut in omni genere noscamus quæ fuerint celeberrima, anno sexcentesimo urbis, circa captas Carthaginem ac Corinthum, cum supremum is diem obiit, & quantum postea CCXXX. annis vita profecerit. Ergo de vitibus uvisque [a] ita prodidit: Qui locus vino optimus dicetur esse, & ostentus solibus, ammineum minusculum & geminum eugenium, [b] [4] helvinum minusculum conserito. Qui locus crassior aut nebulosior, ammineum majus, [c] aut murgentinum, Apicium, Lucanum serito. Cæteræ vites miscellæ maxime in quemvis agrum conveniunt. [d] In lora recte conduntur. Quas suspendas duracinas, ammineas majores, [e] vel ad fabrum ferrarium pro passis hæ recte servantur. Nec sunt vetustiora de illa re Latinæ linguæ præcepta: tam prope ab origine rerum sumus. Ammineam proxime

1 humano. *Dal.*

2 ille. *Ch.*

3 excellentia indicanda, ut &c. *M.* testatus sententiam, cujus excell. *V.*

4 helvium. *Ch.*

a *Ita prodidit.*] Cap. 6. & 7. *Dalec.*

b *Helvinum minusculum.*] Scribo *Helveolum minusculum*, ex Catone ipso cap. 6. Confirmat etiam Varro repetitis Catonis verbis lib. 1. cap. 25. & Columella lib. 3. cap. 2. Sunt & helveolæ quas nonnulli varias appellant, neque purpureæ, neque nigræ, ab helvo nisi fallor colore. *Pintianus.*

c *Aut Murgentinum, Apicium, Lucanum serito.*] Cato prædicto cap. *Aut Murgentinum aut Apicium Lucanum serito.* Idem.

d *In lora recte conduntur.*] Scribo *olla* non *lora.* Sed complura ut conjicio verba hic desiderantur ex ipso Catone, ex cujus cap. 7. puto legendum hoc pacto: *Aminium minusculum & majusculum & apicium, hae in ollis, olla in vinaceis conduntur, eadem in sapa & musto in olla recte conduntur.* Idem. *In lora recte conduntur.*] Musto diluto. In Elsatico agro hodie *Laureu* vocant. *Dalec.*

e *Vel ad fabrum ferrarium.*] Ambustus etiam locus potest vero resarciri ex Catone sic: *Et Scantianas opportunissimas esse. Ha & ad fabrum ferrarium pro passis recte servantur.* Pint.

proxime dictam, Varro scantianam vocat. In nostra ætate pauca exempla consummatæ hujus artis fuere: verum eo minus omittenda, ut noscantur etiam præmia, quæ in omni re maxime spectantur. Summam ergo adeptus est gloriam Acilius Sthenelus è plebe libertina, LX. jugerum non amplius vineis excultis in Nomentano agro [1] atque CCCC. nummûm venundatis. Magna fama & Vetuleno Ægialo perinde libertino fuit [a] in Campaniæ rure Linternino, majorque etiam favore hominum, quoniam ipsum [b] Africani colebat exilium. Sed maxima, ejusdem Stheneli opera, Rhemmio Palæmoni, alias Grammatica arte celebri, in hisce XX. annis mercato rus DC. nummûm in eodem Nomentano decimi lapidis ab urbe diverticulo. Est autem usquequaque [2] nota [c] vilitas mercis per omnia suburbana, ibi tamen [3] maxima, quoniam & neglecta [4] per indiligentiam prædia paraverat, ac ne in pessimis quidem elegantioris soli. Hæc aggressus excolere, non virtute animi, sed vanitate primo, quæ nota [5] mire in illo fuit, [6] pastinatis de integro vineis [d] cura Stheneli, dum agricolam imitatur, ad vix credibile miraculum perduxit, intra octavum annum CCCC. nummûm emptori addicta pendente vindemia. Cucurritque non nemo ad spectandas uvarum in iis vineis strues, [e] literis ejus altioribus

1 atque æque (leg. æquo, numero sestertium. V.

2 nobilitas vinetis per omnia. V.

3 Leg. maxima. Quæ igitur jam neglecta, &c. soli, hæc aggressus, excol.

4 indiligentia, Ch.

5 mira. Parm.

6 Pastinatas enim de integro vineas, cura Sthenelum agricolam imitatus, ad vix. Parm.

a *In Campania rure Linternino.*] Archetypum Toletanum *Liternio*, non *Linternino*. Et sane docti jam omnes sic enunciant. *Pint.*

b *Africani colebat exilium.*] Valer. Max. cap. 3. lib. 5. *Dalec.*

c *Vilitas mercis.*] Prædiorum ac fundorum. *Idem.*

d *Cura Stheneli dum agricolam imitatur.*] In archetypo Toletano aliter; *Cura Sthenelei agricolam imitatus.* Legendum reor, *cura Sthenelei agricolæ invitatus.* Porro verba quæ statim ante præcedunt, *non virtute animi, sed vanitate, quæ primo nota mire in illo fuit*, non Plinii, sed aliena esse duco. Nec enim Plinio historiam naturæ scribenti tantum ocii superfuisse verisimile est, ut grammatici mores tam curiose nobis describeret. *Pintianus.*

e *Literis ejus altioribus contra id pigra vicinitate sibi patrocinante.*] Emendatius ut puto legetur, *Literis à latrantibus contra, impigra vicinitate sibi patrocinante.* Idem. *Literis ejus altioribus, &c.*] Putabatur enim, quod insigniter esset literatus,

altioribus [1] contra id pigra vicinitate sibi patrocinante, [a] novissime Anneo Seneca, principe tum eruditionis, ac [2] potentia, quæ postremo nimia fuit [b] super ipsum, minime utique miratore inanium, tanto prædii ejus amore capto, [c] ut non puderet [3] inviso alias & ostentaturo tradere palmam eam, emptis quadruplicato vineis illis intra decimum fere curæ annum: digna opera, quæ in Cæcubis Setinisque agris proficeret: quando & postea sæpenumero septenos culeos singula jugera, hoc est amphoras centenas quadragenas multi dedere. Ac ne quis victam in hoc antiquitatem arbitraretur, idem Cato [d] denos culeos redire ex jugeribus scripsit, efficacibus exemplis non maria plus [4] temerata conferre mercatori, non in Rubrum litus Indicumve merces petitas, quam sedulum ruris [5] larem. Vino antiquissima claritas [e] Maroneo, in Thraciæ maritima parte genito, ut auctor est Homerus. Neque enim fabulosa, aut de origine varie prodita consectamur, præterquam Aristæum primum omnium in eadem gente mel miscuisse vino, suavitate præcipua utriusque naturæ sponte provenientis.

Maroneum

1 contra eum. *Dal.*

2 potentiæ. *M.*

3 *Alias sic* invisuro alias regiones, & ostentaturo. *Quam lectionem agnoscit & Budæus lib. 5. de Asse.*

4 tentata. *Alii.*

5 laborem *Dal.*

tus, rectius potuisse & scivisse agrum colere. *Dalec.*

a *Novissime Anneo Seneca.*] Emendemus errorem publicum, omnes enim *Anneus* penultima correpta scribunt & proferunt, quæ longa est diphthongo, ut manifestum facit Terentiani versus: *Annæus Seneca & Pomponius ante Secundus.* Verba autem quæ sequuntur, *Principe cum eruditionis, ac potentia quæ postremo nimia fuit super ipsum*, non redolent Plinium, putamusque falso Plinio attribui. *Pint.* *Novissime Anneo Seneca.*] De his Senecæ vineis Columel. cap. 3. lib. 3. & ipse Epist. 105. *Dalec.*

b *Super ipsum.*] In ejus calamitatem ac exitium. *Idem.*

c *Ut non puderet inviso alias & ostentaturo tradere palmam.*] Exemplar Toletanum, *Ut non puderet inviso alias regiones, & ostentaturo*, scribendum arbitror, *ut non puderet in ipsa illa regione Nomentana tradere palmam*, ex Columella, scribente vineas Senecæ in Nomentano fuisse. *Pint.* *Ut non puderet, &c*] Et superba arrogantia, qua natas secum literas atque morituras jactabat, & insolentissima maledicentia, qua Varronem, tantum virum, porcum appellabat. *Dalec.*

d *Denos culeos.*] Sexenas urnas, Columel. lib. 3. cap. 3. *Dalec.* Quindenos culeos legit Fulv. Ursin. ad Varr. de re rust. lib. 1. cap. 2. pag. 15.

e *Maroneo.*] Μάρων rex Thraciæ. Cratino apud Pollucem vinum Maroneum *ἦτ' ὤπιον ποτ' ἦν, ἐδὶ μαίρωνα πίομαι.* Maronea Thraciæ urbs nobilis vino. *Idem.*

Maroneum vicies tanto addito aquæ miſcendum [a] Homerus prodidit. Durat etiam vis eadem in terra generi, [1] vigorque indomitus. Quippe cum Mutianus ter Conſul ex his qui nuperrime prodidere, ſextarios ſingulos [2] octonis aquæ miſceri compererit [b] præſens in eo tractu. Eſſe autem colore nigrum, odoratum, vetuſtate pingueſcere. [c] Et Pramnio, quod idem Homerus celebravit, etiam nunc honos durat. Naſcitur Smyrnæ regione, juxta delubrum Matris Deûm. [d] In reliquis claritas generi non fuit [3] alicui. Anno fuit omnium generum bonitas, L. Opimio Conſule, cum C. Gracchus Tribunus plebem ſeditionibus agitans interemptus: ea cœli temperies fulſit, quam coctur am vocant, ſolis [4] opere, natali urbis DCXXXIV. Durantque adhuc vina ducentis fere annis, jam in ſpeciem redacta mellis aſperi: etenim hæc natura vinis in vetuſtate eſt: nec potari per ſe queunt, ſi non pervincat aqua, uſque in amaritudinem carie indomita: ſed cæteris vinis commendandis minima aliqua miſtura medicamenta ſunt: [5] quo fit, ut ejus temporis æſtimatione in ſingulas amphoras centeni nummi ſtatuantur. Et his tamen [e] uſura multiplicata ſemiſſibus, quæ civilis ac modica eſt, in C. Cæſaris Germanici filii principatu, [f] [6] annis

1 rigorque. *Ch.*

2 octogenis. *Ch.*

3 alicui. Fuit quidem omnium, &c. interemptus eſt: quo anno ea cœli. *Alii vero*, alicui. Anno uno fuit, &c. interemptus eſt, & ea cœli, &c.

4 vapore. *Pal.*

5 quod, ut ejus, &c. centenis nummis æquantur. M.

6 anno centeſimo. *Budæus.*

a *Homerus prodidit.*] Odyſſ. ι. *Dalec.*

b *Præſens in eo tractu.*] Commodius legetur *præſes*, quam *præſens*. Pint.

c *Et Pramnio.*] Ex eo, caſeo & polenta, Iliad. λ. Hecamede τ̃ κυκεῶνα parat. *Dalec.*

d *In reliquis claritas generi, &c.*] Legend. *In reliquis claritas generi non fuit alicui, anno fuit omnium generum bonitatis L. Opimio Conſule, cum C. Gracchus Tribunus plebem ſeditionibus agitans, interemptus, ea cœli temperies fulſit, cocturam vocans ſolis opere, Natali Urbis* DCXXXIII. Anno fuit claritas bonitatis omnium generum. *Salmaſ.* pag. 467. b.

e *Uſura multiplicata ſemiſſibus.*] Uſura ſemiſſum in ſingulos annos adaucta, in centenarium ſex, in millenarium ſexaginta. Amphora continet ſextarios 48. cyathos 12. *Dalec.*

f *Annis* CLX. *ſingulas uncias vini.*] Sors in ſingulas amphoras Opimio Coſ. Nummi 100. Annua uſura ſemiſſis 160. annorum efficit 960. quibus ſi addas ſortem, nempe 100. ſumma ſortis & multiplicatæ uſuræ futura eſt 1060. *Idem.* *Annis* CLX. *ſingulas uncias vini.*] Lego *nummis*, non *annis*. Pint.

nis CLX. singulas uncias [1] vini constitisse nobili exemplo docuimus, referentes vitam Pomponii Secundi vatis, cœnamque quam principi illi dedit. Tantum pecuniarum detinent vini apothecæ. [a] Nec alia res majus incrementum sentit ad vicesimum annum, majusve ab eo dispendium, non proficiente pretio. Raro quippe adhuc fuere, nec nisi in nepotatu, singulis testis millia nummûm: Viennenses soli picata sua, quorum genera diximus, pluris [2] permutasse, sed inter sese [3] amore patrio creduntur. Idque vinum frigidius reliquis [4] existimatur in frigido potu.

1 binis ad vicenis constitisse. *V.* vineæ constituisse. *Ch.*

2 permutare. *Ch.*

3 more. *Dal.*

4 existimatur in potu. *V.*

CAP. V. *De natura vini.*

[b] VIno natura est, hausto [c] accendendi calore viscera intus, foris infuso refrigerandi. Nec alienum fuerit commemorare hoc in loco, quod Androcydes sapientia clarus ad Alexandrum Magnum scripsit, intemperantiam ejus cohibens: Vinum [5] potaturus rex, [d] memento te bibere sanguinem terræ: [e] [6] sicut cicuta homini venenum est, sic cicutæ

5 poturus. *Ch.*

6 sicut venenum cicutæ vinum est, sic & vinum cicuta homini. *Alii.*

a *Nec alia res majus, &c.*] Hinc explere liceat præceptum seu regulam Varronianam de re rust. lib. I. cap. 65. *Dalecamp.*

b *Vino natura est.*] Οἶνος Græcis, vel διὰ τὸ τοὺς οἰνοῦντας ἐμπίμπλασθαι τοῦ νοῦ: vel ἀπὸ τῆς ὀνήσεως. Nam, ut ait Homerus: ---- ὀνήσεαι αἴκε πίησθα. In levandis curis vini utilitatem versus hi Homerici declarant:

Οἶνον τοι Μενέλαε θεοὶ ποίησαν ἄριστον
Θνητοῖς ἀνθρώποισιν ἀποσκεδάσαι μελεδῶνας.

Idem.

c *Accendendi calore.*] Αἴθοπα οἶνον Homerus vocat, ἐπικεχρωσμένον τὴν ὄψιν, μέλανα ἢ ἐρυθρόν: vel θερμόν, καὶ ἐμπύριον, διὰ τὸ αἴθειν. Plutarchus interpretatur λαμπρόν, καὶ διαυγῆ. *Idem.*

d *Memento te bibere sanguinem terræ.*] Lego contra omnia exemplaria, & contra omnium hactenus sententias, *Memento te bibere sanguinem tauri*, id est venenum. nam sanguinem tauri mortiferum esse haustu præter Paulum Aëtium, Dioscoridem, Nicandrum, Psellum, & omnem medicorum scholam, Plinius quoque prodit lib. XI. cap. 38. *Taurorum*, inquit, *sanguis celerrime coit atque durescit: ideo pestifer potu maxime.* Confirmant hanc correctionem verba illa quæ statim subnectuntur. *Pint.*

e *Sicut cicuta homini venenum est, sic cicutæ vinum.*] Duo verba superfluunt ex exemplari Toletano, *sicut*, & *sic*: legendumque prorsus ex ejus fide, *Cicuta homini venenum est, cicutæ vinum.* Vidit & hoc ante nos Hermolaus. *Idem.*

[1] pastinatis similes, herbarum modo vagantur per arva, ac succum terrâ passim uvis bibunt, quæ ob id magnitudinem infantium puerorum in interiore Africæ parte exuperant. Uva non [2] aliubi [3] gratiore callo, ut inde possit invenisse nomen [a] [4] duracina. Nanque genera magnitudine, colore, saporibus, acinis, innumera etiamnum multiplicantur vino. Hic purpureo lucent colore, illic fulgent roseo, nitentque viridi. Candicans enim nigerque vulgares. Tument vero mammarum modo [b] bumasti. Prælongis dactyli porriguntur acinis. Est & illa naturæ lascivia, ut prægrandibus adhæreant parvi, [5] mites, & suavitate certantes: leptoragas has vocant. Durant aliæ per [6] hiemem, [7] pensili concameratæ nodo. [c] Aliæ in sua tantum continentur anima ollis fictilibus, & insuper [8] doliis inclusæ, stipatæ vinaceis circumsudantibus. Aliis gratiam, qui & vinis, [d] fumus affert fabrilis, [9] iisque gloriam præcipuam in fornacibus Africæ Tiberii Cæsaris auctoritas fecit. Ante eum Rhæticis prior mensa erat, & uvis Veronensium [10] agro. [e] Quin & à patientia nomen acinis datur passis. [f] Conduntur & musto

1 putatis. *Dal.*
2 alibi. *Ch.*
3 crassiore. *Turn. cap. 26. lib. 25.*
4 durus acinus. *Ch.*
5 comites. *Cod. Tol.*
6 hiemes. *Ch.*
7 pensiles, congeminatæ nodis. *Dal.* pensili conglomeratæ nodo. *V.* pen. conc. modo. *M.*
8 doliis fictilib. *Ch.*
9 quæ in ea gloria præcipua. *C.*
10 agri. *Dal.*

quentia, *Herbarum modo vagantur per arva.* Et considerandum an scribendum sit paulo ante, *duos pollices*, non *suos pollices.* Idem. *Semperque pastinatis similes.*] Nam cum vinea pastinatur, soluta suis adminiculis sarmenta vinitores humi jacere patiuntur, quoad putata suis rursum pedamentis alligent. *Dalec.*

a *Duracina.*]. Vulgo *Piquepoulle*, Monspessulanis vero *Marroquin* à *Marroch* Africæ civitate. *Dalec.* Sic appellatur à duritia acini omnibus rei rusticæ scriptoribus, & postea etiam liquebit. *Pintianus.*

b *Bumasti.*] *Ollares* vocat Aurelianus. Vide Columellam cap. 43. lib. 12. Martial. lib. 7. de Sanctra cœnarum fure his versibus:

Dulci placenta sordidam linit mappam,
Illic & uvæ collocantur ollares.

Aëtius vocat σταφυλὴν ἀπὸ χύτρας, καὶ ἐκ τῶν στεμφύλων. Dioscor. σταφυλὴν ἐκ στεμφύλων, καὶ ἐκ τῶν βηκῶν. *Dalec.*

c *Aliæ in sua tantum, &c.*] Horum conditura generum meminit Cato c. 143. & c. 7. Varro c. 58. 1. *Idem.*

d *Fumus affert fabrilis.*] Fabriles vocat Aurelianus cap. 3. lib. 4. Chronion. Vide cap. 1. lib. 23. & cap. 17. lib. 15. *Idem.*

e *Quin & à patientia, &c.*] Fallitur Plinius. Passas vocamus, quod ad Solem expandantur. *Idem.*

f *Conduntur & musto uva.*] Nempe Sapa, ut cap. 1. lib. 23. Conduntur enim musto, vino dulci, sapa, aqua cælesti. *Idem.*

a Jam

musto uvæ, ipsæque vino suo inebriantur. Aliæ decoctæ in musto dulcescunt: aliæ vero sobolem novam in matre ipsa expectant [1] translucidæ vitro, additque acinis [2] eandem, quam in doliis amphorisve, duratricem illam firmitatem austeritas picis infusa pediculo. [a] Jam inventa [3] vitis per se in vino picem [4] resipiens, [b] Viennensem agrum nobilitans, Arverno, Sequanoque & [c] Helvico generibus non pridem illustrata. Atque hæc Virgilii vatis ætate incognita, à cujus obitu XC. aguntur anni. Quid, quod [5] insertæ castris summam rerum imperiumque [6] continent? Centurionum in manu vitis, & opimo præmio tardos ordines [7] ad lentas perducit [8] aquilas, [d] atque etiam in delictis pœnam ipsam honorat. Nec non vineæ oppugnationum dedere rationem. Nam in medicaminibus adeo magnum obtinent locum, [e] ut per sese [9] vino ipso remedia sint.

1 translucido. *Dal.*
2 tandem. *V.*
3 vitis in *M. d.*
4 resipiens Viennensi agro. Nobilitas Arverno. *K.*
5 insertæ. *Ch.* & *Turn.* inserta, &c. continet. *M.*
6 continent centurionum, &c. *Ch. Turn.*
7 ad levatas. *V.* ad elatas. letas. *Lips.*
8 aquilas atque. *Turn.*
9 vina ipsa. *M.*

CAP.

a *Jam inventa vitis per se, &c.*] Allobrogica, cap. proxime sequenti. vide & cap. 1. lib. 23. *Dalec.*

b *Viennensem agrum nobilitans.*] Ejus vinum in summo apud Romanos pretio fuisse tradit Plutarch. lib. 5. Sympos. Quæst. 3. καὶ τῶν Γαλατικῶν, inquit, οἱ περὶ τὸν Πάδον οἰκοῦντες· ἐκ δὲ τῆς περὶ Βίενναν Γαλατίας ὁ πισσίτης οἶνος κομίζεται, διαφερόντως τιμώμενος ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων. *Idem.*

c *Helvico.*] Helvii hodie *Vivarez*. Idem.

d *Atque etiam in delictis, &c.*] Polybio, tribuni Rufuli legionum delicta coërcebant, ut auxiliarium copiarum, Socium præfecti. Rhod. cap. 22. 25. In castigandis militibus centuriones vitem adhibuisse traditum à Livio lib. 57. & à Floro, observatumque ab Africano Scipione qui Numantiam evertit. Hujus supplicii meminit Plutarchus in Galba. Macrobius centurialem vitem appellat. Martianus ff. de re militari, Si miles vitem tenuit, militiam mutat: si ex industria fregit, vel manum centurioni intulit, capite punitur. Rhod. cap. ult. lib. 26. Qui castigatur à Centurione miles, Pompeio *sub vineam jacere* dicitur. Vide Pithœum cap. 15. lib. 1. Scipio Æmilianus si quem militem deprehendisset in delicto, Romanum civem, vulgato inter milites exemplo, vite, externum vero fuste cædebat. Alex. ab Alex. cap 22. lib. 1. Castigationum ac animadversionum militarium varietatem, & graviorem levioremque modum, pro noxæ magnitudine & conditione, vide apud eundem auctorem cap. 13. lib. 2. Juvenal. Sat. 8.

Nodosam posthac frangebat vertice vitem,
Si lentus pigra muniret castra dolabra.

Gerebant vitem centuriones. Vitis eum, cui erat aquila commissa, paulatim & lente ad Primipili centurionatum perducebat. Turn. cap. 26. lib. 25. In antiqui denarii adversa parte Romæ caput signatum est, in aversa Centurio vite bifida militem scutatum & hastatum genibus flexis tanquam supplicem verberans cum hac scriptura, T. HELIDI. *Idem.*

e *Ut per sese vino ipso remedia sint.*] Lego, ut

CAP. II. *De generibus vitium.*

[1] posse, *in V. d.*

[a] GEnera vitium numero comprehendi [1] posse unus existimavit Democritus, cuncta sibi Græciæ cognita professus. Cæteri innumera atque infinita esse prodiderunt, quod verius apparebit ex vinis. Nec omnia dicentur, sed maxime insignia: quippe quæ totidem pene sunt, quot agri. Quamobrem celeberrimas vitium, aut quibus est aliqua proprietate miraculum, ostendisse satis erit. Principatus datur [b] Ammineis propter firmitatem, [2] senioque proficientem vini ejus ubique vitam. Quinque earum genera: ex iis germana minor acino, [3] melior deflorescit, imbres tempestatesque tolerat: non item major, sed in arbore, quam in jugo, minus obnoxia. Gemellarum, quibus hoc nomen uvæ semper geminæ dedere, asperrimus sapor, sed vires præcipuæ. Ex iis minor Austro læditur, cæteris ventis alitur, ut in Vesuvio monte, Surrentinisque collibus. In reliquis Italiæ partibus non nisi arbori accommodata. Quintum genus [c] lanatæ, ne Seres miremur, aut Indos, adeo lanugo eam vestit. Prima ex Ammineis maturescit, ocyssimeque putrescit: proxima dignitas Nomentanis rubente materia: quapropter quidam [4] rubellas appellavere vineas. [5] Eæ minus [6] fertiles vino, acinis & fæce nimiæ, contra pruinas fortissimæ, siccitate

2 senique prof. vini e. utique. *Ch.*

3 ac in melius. *M. lego,* acino, melius deflorescit.

4 Rubellinas. *Columella.*

5 Hæ. *Ch.*

6 fertiles, vinaceis & fece nimia. *M. & Ch.*

go, *ut per sese vina ipsa remedia sint.* ex codice Salmanticensi. nam vinum multos in medicina usus habere, res nota est. *Pintianus.*

a *Genera vitium numero, &c.*] Vide Theophr. cap. 7. lib. 2. histor. Columel. cap. 2. lib. 3. *Dalec.*

b *Ammineis, &c.*] Vulgo *Gros plant.* Quidam scribunt cum duplici *m*, syllaba media correpta. Ausonius,

Solus qui Chium miscet & Ammineum:

alii cum simplici, *m*, media producta. Serenus,

Succus Aminea vitis cum pane medetur.

Turn. cap. 26. 29. Virgil.

Sunt & Aminea viti fortissima vina.

Hesychius in suis Glossis, Ἀμιναῖος, δι' ἑνὸς ν. οἶνος. ἡ γὰρ πόλις αὕτη, ἀμιναία λέγεται. *Idem.*

c *Lanata.*] Cujus lanugine vestiuntur aversa folia. Lanatam uvam Marcellus Empeiricus cap. 14. *Caniculatam* vocat, veluti lanugine canescentem & hirtam. *Idem.*

a Ex

ſiccitate magis quam imbre, æſtu quam algore vexantur. Quamobrem in frigidis humidiſque principatum obtinent. Fertilior quæ minor acino, & folio ſciſſa minus. Apianis apes dedere cognomen, præcipue earum avidæ. [a] Ex eis duo genera, lanugine & [1] ipſa pubeſcunt. Diſtant, quod altera celerius matureſcit, quanquam & altera properante. Situs frigidos non reſpuunt: & tamen [2] nullæ celerius imbre putreſcunt. Vina primo dulcia, auſteritatem annis [3] accipiunt, & rubra fiunt. [b] Nulla magis vite gaudet. Et hactenus potiſſima nobilitas datur peculiaribus atque vernaculis Italiæ. Cæteræ advenere [c] Chio, Thaſove. [d] Græcula non inferior Ammineis [4] bonitate, prætenera acino: & uva tam parva, ut niſi pinguiſſimo ſolo [5] colere non proſit. Eugeniam Taurominitani colles cum generoſitatis cognomine, miſere Albano tantum agro: quoniam tranſlata ſtatim mutatur. Nanque eſt aliquibus tantus locorum amor, ut omnem in [6] his gloriam ſuam relinquant, nec uſquam tranſeant totæ. Quod & [e] In Rhætica Allobrogicaque, quam [f] ſupra picatam appellavimus, evenit, domi nobilibus, nec agnoſcendis alibi. Fœcundæ tamen, bonitatis vice copiam præſtant: Eugenia ferventibus locis, Rhætica temperatis, Allobrogica frigidis, gelu matureſcens, & colore nigra. Ex his, quas adhuc diximus, ſed etiam è nigris vina vetuſtate in album [7] colorem tranſeunt. Reliquæ ignobiles.

1 *ipſæ. M.*

2 nulla celerius matureſcit imbre. *M.*

3 accipiunt: & ex his rubra fuit. *D.* accipiunt. Hetruria nulla magis vite gaudet. *Ch. & Merc.*

4 bonitatem. *Ch.*

5 coalere non poſſit. *M.* coaleſcere non poſſit. *Vet.*

6 iis. *Ch.*

7 colore tranſeunt. Reliqua *Ch.*

a *Ex eis duo genera.*] Major & minor, vel candicans & nigra. *Dalec.*

b *Nulla magis vite gaudet.*] Vinea. Uvas enim Apianas è vinea longe ſuaviores eſſe quam pergulis, arbuſto, jugo, compertiſſimum eſt. Vulgo *Muſchat.* Idem.

c *Chio.*] Tibullus:

Nunc mihi fumoſos veteris proferte Falernos
Conſulis, & Chio ſolvere vincla cado.

Idem.

d *Græcula.*] *Raiſins de Corinthe* Idem.

e *In Rhætica Allobrogicaque.*] *Di la valtolina* Allobrogica Viennenſis, *qui ſent la violette.* Allobrogicum vinum, quod ex Allobrogica fit. Celſus vocat cap. 5. lib. 4. *Idem.*

f *Supra.*] Sub finem primi capitis hujus libri. *Idem.*

a *Fecenia.*]

1 solis. *al.* biles. Aliquando tamen cœli aut [1]soli opera no fallunt vetustatem, sicuti [a] Fecenia, & cum ea flo-
2 Bituriaca. *Cb.* rens [b][2] Biturica, acino rarior, nunquam [3] flori
3 tempestatibus obnox. quoniam folia antecedunt. *Dal.* obnoxii, quoniam antecedunt, ventisque & imbribus resistunt, meliores tamen algentibus locis, quam calidis: humidis, quam sitientibus. Vix ulli
4 quam denso. *M. Ant.*, tam de eo: *aut lege*, condenso. *Dal.* magis [4] tam denso uvarum partu, impatiens variantis cœli, sed contra tenorem unum algoris æstusve constans. [c] Quæ minor est ex eo genere, melior. In eligendo solo morosa, pingui putrescit, gracili omnino non provenit. Mediam temperiem delicate quærit, ob hoc Sabinis collibus familiaris. Uva ejus indecora visu, sapore jucunda: nisi matura
5 rapitur. *Cb.* protinus [5] rapiatur, etiam non [d] putrescens cadit. Contra grandines eam tuetur foliorum amplitudo atque duritia. Insignes jam colore inter purpureas
6 variant. *Dal.* nigrasque medio [e] helvolæ, sæpius [6] varianti, &
7 variæ. *Colum.* ob id [7] varianæ à quibusdam appellatæ. Præfertur in his nigrior: utraque alternis annis fertilis, sed
8 pretiæ. *Dal.* melior vino, cum parcior. Et [8] Preciæ duo genera magnitudine acini discernuntur, quibus materies plurima, uvaque ollis utilissima, folium apio simi-
9 Balischam. *Cb.* le. [9] Basilicam Dyrrhachini celebrant, Hispaniæ
10 cocoluben. *Colum. vulgo*, Subi. [10] cocolobin vocant. Rarior uva, æstus Austrosque tolerat: [f] capiti inimica, copia larga. Hispaniæ duo genera ejus faciunt: unum oblongo acino, alterum rotundo: novissimas vindemiant. Quo dulcior

a *Fecenia.*] Supra Rubella: sic dicta, quod fecis plus afferat, quam cæteræ. Columel. *Dalec.*

b *Biturica.*] *Le plant d'Orleans.* Idem. *Biturica.*] Non *Biturica*, sed *Biturigiaca*, archetypum Toletanum, magis ex etymologia à Biturigibus Galliæ Aquitaniæ populis Plinio lib. 4. cap. 19. *Pintianus.*

c *Quæ minor est ex eo genere.*] Visulam eam dictam fuisse ostendit Columella, qui hæc omnia de Visula tradit. *Dalec.*

d *Putrescens cadit.*] Talis est quam Lugdunenses vocant, *des Gametz.* Idem.

e *Helvolæ.*] Elveolæ, olim olera, elera: inde Elvela, olera minuta, & Elveola vitis herbacei coloris. Titinnius, *Lenti calido, elvela, rapula, rumicis.* Scaliger.

f *Capiti inimica.*] Tale vinum est ex ea expressum, quod Monspessulani vocant *Psquardant.* Dalec.

lulcior [1] cocolobis, hoc melior. Sed & auſtera ranſit in dulcem [2] vetuſtate: & quæ dulcis fuit, in ıuſteritatem: [3] tuncque Albano vino æmulantur. Tradunt veſicæ vitiis utiliſſimum ex his potum. Al-ɔuelis ſummis arboribus fertilior eſt, Viſula imis. Quamobrem circa eaſdem ſatæ diverſitate naturæ ocupletant. Inerticulam è nigris appellavere, [a] juſtius ſobriam dicturi, inveterato præcipue commendabilem vino, ſed viribus innoxiam. Siquidem [b] temulentiam ſola non facit. Fertilitas commendat cæteras, [4] principemque helvenacam. Duo ejus genera: major, quam quidam longam: minor quam [5] arcam appellant, non tam fœcundam, ſed gratiorem hauſtu. Diſcernitur folio circinato: verum utraque gracilis. Furcas ſubdere his neceſſarium: alioqui ubertatem ſuam non tolerant: maritimo afflatu gaudent, [6] roſcido odore. Nulla vitium minus Italiam [7] amat, rara, parva, putreſcens in ea: vino quoque, quod genuit, æſtatem [8] non exuperans. Nec alia macro ſolo familiarior. Græcinus, qui alioqui Cornelium Celſum tranſcripſit, arbitratur non naturam ejus repugnare Italiæ, ſed culturam, avide palmites evocantium. Ob id [9] fertilitatem ſuam abſumi, ſi non præpinguis ſoli ubertas laceſcentem ſuſtineat. Carbunculari negatur, magna dote ſi verum eſt, aliqua in vite cœlo non eſſe jus. Æſtum fert ſpionia, quam quidam ſpineam vocant, [10] autumniſque & imbribus pingueſcit. Quinimo nebulis una alitur, ob id Ravennati agro peculiaris. [11] Veniculam inter optime defloreſcentes, & ollis aptiſſimam, Campani malunt [12] ſirculam vocare, alii [13] ſtaculam, Tarracina numiſianam, nullas vires proprias habentem, ſed totam perinde

1 eſt cocabolis. *Ch.*
2 vetuſtatem. *Dal.*
3 tunc Albanum vinum. *M.* tunc, &c. *Ch.*
4 præcipueque. *Dal.*
5 arcum. *M.* Emarcum. *Colum.*
6 roſcida odere. *Dal.*
7 amat: uva rara. *Dal.*
8 non exit errans. *M.*
9 fertilitate ſua. *Dal.*
10 autumnique imbribus pingueſcit.
11 Venuculam, *Colum.* venucula convenit ollis. *Horat.*
12 ſcirpulam. *Colum.* ſicculam. *M.* ſcicculam. *Ch.*
13 ſticulam. *Colum.* *qui aliam ab hac Numeſianam ſtatuit.*

a *Juſtius ſobriam dicturi.*] Latini ſic vocarunt, quod innoxia ſit & iners tentandis nervis. Columel. *Idem.*

b *Temulentiam ſola non facit.*] Ideo Græci Amethyſton vocant. Columel. *Idem.*

a *Herconia.*]

perinde ac solum valeat. Surrentinis [1] tamen efficacissima testis Vesuvio tenus. Ibi enim murgentina è Sicilia potissima, quam Pompeianam aliqui vocant, Latio demum feracem: sicut [a] horconia in Campania, tantum vilitatis cibariæ, sed ubertate præcipua. Tolerat & annos [2] mœrica, contra [3] omne sidus firmissima, nigro acino, vinis [4] vetustate rubescentibus.

1 tantum.
2 Merica, absque diphthongo. Colum. & Ch.
3 omnes situs. M.
4 in vetust. & Ch.

CAP. III.

Item de vitium generibus, secundum locorum & regionum proprietatem.

ET hactenus publica sunt genera: cætera regionum locorumque, aut ex his inter se insitu mista. Siquidem Thuscis peculiaris est tudernis, atque [5] etiam ejus nominis Florentia. Est [6] opima Aretio talpana, & [7] etesiaca, & [8] conseminia. [b] [9] Talpana nigra candidum facit mustum. [c] Etesiaca fallax, quæ quo plus tulit, eo laudabilius fundit: [10] mirumque, fœcunditate cessat. [d] Conseminia nigra, vino minime durante, uva maxime: post xv. dies, quam ulla alia metitur, fertilis, sed cibaria. Hujus folia, sicut labruscæ, prius quam decidant, sanguineo colore mutantur. Evenit hoc [11] etiam quibusdam aliis, pessimi generis argumento. [12] Irciola Umbriæ, Mevanatique & Piceno agro peculiaris est, Amiternino [13] pumula. Iisdem [14] bannanica fallax est: amant tamen eam. [e] [15] Municipii uvam [f] Pompeii nomine appellant, quamvis Clusinis

5 æque etiam, nec minus. M.
6 optima. M.
7 tesiaca. Ch.
8 Consenta. M. prave.
9 Talpona. Ch.
10 miraque. M. miraque fœcunditate non cessat. Dal.
11 &. M. Ch.
12 Irciola. Ch.
13 Popula. M.
14 Brannanica. M.
15 munitis. Ch.

a *Horconia.*] Fortassis quam Arelacam majorem Columella vocat. *Dalec.*

b *Talpana nigra.*] A colore Talpæ. *Idem.*

c *Etesiaca fallax.*] Quæ Etesiis variat. *Idem.*

d *Conseminia nigra.*] *Conseminia* cognomen hic proprium est. Alioquin *Conseminalis vitis* Columellæ cap. 45. lib. 12. diversis vitium generibus consita. *Idem.*

e *Municipii uvam Pompeii nomine appellant.*] Exemplar Toletanum, *Municipi suam Pompeii nomine appellat*, scribendum reor præpostero ordine, *Pompeii municipii suo nomine appellant.* Pint.

f *Pompeii nomine.*] Oppidum Neapoli vicinum. *Dalec.*

a *Acinosissi-*

ſinis copioſiorem. [1] Municipii & Tiburtes appellavere, quamvis [2] oleaginam nuper invenerint à ſimilitudine olivæ. Noviſſima hæc uvarum ad hoc tempus reperta eſt. Vinaciolam ſoli [3] novere Sabini & Laurenti. Nam Gauranas ſcio à Falerno agro tranſlatas vocari Falernas, celerrime ubique degenerantes. Nec non Tarentinum genus aliqui fecere, prædulci uva. Capnias & bucconiatis, & tarrupia, in Thurinis collibus non ante demetuntur, quam gelaverit. [4] Pharia gaudent Piſæ, Mutina, Pruſinia, nigro acino, intra quadriennium albeſcente vino. Mirum, [5] ubique cum Sole circumagi uvam, quæ ob id ſtreptos vocatur. Et in [6] Italia Gallicam placere, trans Alpes vero Picenam. Dixit Virgilius Thaſias & Mareotidas, & lageas: compluresque externas, quæ non reperiuntur in Italia. Sed ſunt etiamnum inſignes uvâ, non vino, ambroſiaca, duracina, ſine ullis vaſis in vite ſervabilis: tanta eſt contra frigora, æſtus, tempeſtateſque firmitas. Nec orthampelos indiget arbore aut palis, ipſa ſe ſuſtinens: non item dactylides digitali gracilitate. Columbinæ [a] acinoſiſſimæ: [b] & magis purpureæ cognomine bimammiæ, quando non racemos, ſed uvas alias [7] gerunt. Item tripedanea, cui nomen à menſura eſt. Item [8] ſcirpula paſſo acino. Et Rhætica in maritimis Alpibus appellata, diſſimilis laudatæ illi. Nanque hæc brevis, conferta acino, degener vino, ſed cute omnium tenuiſſi-

1 Mutianam. *Vet.*
2 oleagineam. *Gel. & Ch.*
3 noverunt. *Ch.*
4 Paria. *M. & Ch.*
5 ubi. *M. lego*, ibi.
6 in Italia, ſed ſunt etiamnum. Inſignis uva, &c. *M.*
7 gignunt. *Turn.*
8 ſcribula. *Ch.*

a *Acinoſiſſimæ.*] *Racemoſiſſimæ.* Uvæ majores, & craſſioribus acinis, racemi minores; & tenuioribus fere à vindemiatore ſub pampinis latentes & fallentes relinquuntur. Græcis ἐπιφυλλίδες: inde Racematio. Turn. cap. 26. 25. *Idem.*

b *Et magis purpureæ cognomine bimammiæ.*] Legendum arbitror, *Et magis purpureæ cognomine bibammiæ*, hoc eſt duplicis tincturæ: ut dibapha purpura, de qua ſupra Plinius lib. 9. cap. 39. *Huic ſucceſſit dibapha Tyria, quæ in libras denariis mille non poterat emi.* Cur vero dictæ ſint Bibammiæ, ilico ſubjicit, quod gerant diverſos, hoc eſt diverſicolores, non racemos, ſed uvas, quales etiam apud nos pleriſque in locis cernuntur. *Pintianus.*

tenuissima, nucleo [1] quem Chium vocant, uno ac minimo, acinum prægrandem unum alterumve habens. Est & nigra amminea, cui Syriacæ nomen imponunt. Item Hispana ignobilium probatissima. [a] In pergulis vero seruntur escariæ appellatæ, [2] ederæ acinis, albæ nigræque. Et bumasti totidem coloribus. [3] At nondum dictæ Ægia, & Rhodia, & uncialis, velut à pondere acini. Item [4] pucina omnium nigerrima: & coronario naturæ lusu stephanitis, acinos foliis intercursantibus: & [b] quæ forenses vocantur, celeres proventu, vendibiles aspectu, portatu faciles. Contra damnantur etiam visu cinerea, & [c] [5] rabuscula, & [6] asinisca: minus tamen, caudas vulpium imitata, [d] alopecis. [e] [7] Alexandrina appellatur vitis circa Phalacram brevis, ramis cubitalibus, [f] acino nigro fabæ magnitudine, nucleo molli & minimo, obliquis racemis prædulcibus, folio parvo & rotundo, sine divisuris. [8] Septem his annis, in Narbonensis provinciæ [g] [9] Alba Elvia inventa est vitis uno die deflorescens: ob id tutissima. Narbonicam vocant, quam nunc tota provincia conserit.

1 quod gigartum. *Turn.* quod Chii. *Ch.*
2 è duracinis. M. & *Ch.*
3 Ac. M.
4 picina. M. *à picis colore. Sic & Ch.*
5 rabucula. *Ch.*
6 asinusca. *Ch.*
7 Idæa. *Theophr. c. 17. l. 3. hist.*
8 Septimo hinc (*abhinc*) anno. M.
9 arvo olivia. M. *prave.* albo oliva. *Ch.*

CAP.

a *In pergulis vero seruntur escariæ, &c.*] Lege: *in pergulis vero seruntur escariæ appellatæ: Ederæ acinis albæ nigræque bumasti, totidemque coloribus.* Vides bumastum uvam dici, quæ acinos hederæ habet. Ergo acini hederæ Græcis proprie ῥαγοι. *Salmas. pag.* 366 b.

b *Quæ forenses vocantur.*] Rusticis nostris servato nomine veteri, *des Foirars.* Dalec.

c *Rabuscula.*] *Ravuscula*, colore ad Ravum inclinante. Asinisca, asini colore, quemadmodum in hoc Virgilii versu:

Et passo Psythia utilior, tenuisque Lageos.

Servius exposuit leporis colore. Brod. cap. 25. 4. *Idem.*

d *Alopecis.*] Vulgo, *Raisins barbus.* Idem.

e *Alexandrina appellatur vitis circa Phalacram.*] Scribo *Phalacras* numero plurium, ex Theophrasto lib. 3. cap 17. *Vitis*, inquit, *nascitur ea parte Idæ quam vocant Phalacras*, astipulante etiam Stephano. *Pint.*

f *Acino nigro fabæ magnitudine.*] Acino nigro, dulci, oblique ramis adhærente, fabæ magnitudine, qui vinaceo simile quippiam intus continet, molle, folio parvo, &c. Theophr. *Dalec.*

g *Alba, &c.*] Vulgo, *Aubenas de Vivarez.* Idem.

a *Ita*

CAP. IV. *Insignia cultura vinearum.*

CAtonum ille primus, triumpho & Censura super cætera insignis, magis tamen etiamnum claritate literarum, præceptisque omnium rerum expetendarum datis generi [1] Romano, inter prima vero agrum colendi, [2] illius ævi confessione optimus ac sine æmulo agricola, pauca attigit vitium genera, quarundam ex iis jam etiam nominibus abolitis. Separatim toto tractatu [3] sententia ejus indicanda est, ut in omni genere noscamus quæ fuerint celeberrima, anno sexcentesimo urbis, circa captas Carthaginem ac Corinthum, cum supremum is diem obiit, & quantum postea CCXXX. annis vita profecerit. Ergo de vitibus uvisque [a] ita prodidit: Qui locus vino optimus dicetur esse, & ostentus solibus, ammineum minusculum & geminum eugenium, [b] [4] helvinum minusculum conserito. Qui locus crassior aut nebulosior, ammineum majus, [c] aut murgentinum, Apicium, Lucanum serito. Cæteræ vites miscellæ maxime in quemvis agrum conveniunt. [d] In lora recte conduntur. Quas suspendas duracinas, ammineas majores, [e] vel ad fabrum ferrarium pro passis hæ recte servantur. Nec sunt vetustiora de illa re Latinæ linguæ præcepta: tam prope ab origine rerum sumus. Ammineam proxime

1 humano. *Dal.*
2 ille. *Ch.*
3 excellentia indicanda, ut &c. *M.* testatus sententiam, cujus excell. *V.*
4 helvium. *Ch.*

a *Ita prodidit.*] Cap. 6. & 7. *Dalec.*

b *Helvinum minusculum.*] Scribo *Helveolum minusculum*, ex Catone ipso cap. 6. Confirmat etiam Varro repetitis Catonis verbis lib. 1. cap. 25. & Columella lib. 3. cap. 2. Sunt & helveolæ quas nonnulli varias appellant, neque purpureæ, neque nigræ, ab helvo nisi fallor colore. *Pintianus.*

c *Aut Murgentinum, Apicium, Lucanum serito.*] Cato prædicto cap. *Aut Murgentinum aut Apicium Lucanum serito.* Idem.

d *In lora recte conduntur.*] Scribo *olla* non *lora.* Sed complura ut conjicio verba hic desiderantur ex ipso Catone, ex cujus cap. 7. puto legendum hoc pacto: *Amineum minusculum & majusculum & apicium, hæc in ollis, ollæ in vinaceis conduntur, eadem in sapa & musto in olla recte conduntur.* Idem. *In lora recte conduntur.*] Musto diluto. In Elsatico agro hodie *Laureu* vocant. *Dalec.*

e *Vel ad fabrum ferrarium.*] Ambustus etiam locus potest vero resarciri ex Catone sic: *Et Scantianas opportunissimas esse. Hæ & ad fabrum ferrarium pro passis recte servantur.* Pint.

proxime dictam, Varro scantianam vocat. In nostra ætate pauca exempla consummatæ hujus artis fuere: verum eo minus omittenda, ut noscantur etiam præmia, quæ in omni re maxime spectantur. Summam ergo adeptus est gloriam Acilius Sthenelus è plebe libertina, LX. jugerum non amplius vineis excultis in Nomentano agro [1] atque CCCC. nummûm venundatis. Magna fama & Vetuleno Ægialo perinde libertino fuit [a] in Campaniæ rure Linternino, majorque etiam favore hominum, quoniam ipsum [b] Africani colebat exilium. Sed maxima, ejusdem Stheneli opera, Rhemmio Palæmoni, alias Grammatica arte celebri, in hisce XX. annis mercato rus DC. nummûm in eodem Nomentano decimi lapidis ab urbe diverticulo. Est autem usquequaque [2] nota [c] vilitas mercis per omnia suburbana, ibi tamen [3] maxima, quoniam & neglecta [4] per indiligentiam prædia paraverat, ac ne in pessimis quidem elegantioris soli. Hæc aggressus excolere, non virtute animi, sed vanitate primo, quæ nota [5] mire in illo fuit, [6] pastinatis de integro vineis [d] cura Stheneli, dum agricolam imitatur, ad vix credibile miraculum perduxit, intra octavum annum CCCC. nummûm emptori addicta pendente vindemia. Cucurritque non nemo ad spectandas uvarum in iis vineis strues, [e] literis ejus altioribus

1 atque æque (leg. æquo) numero sestertium. V.

2 nobilitas vinetis per omnia. V.

3 Leg. maxima. Quæ igitur jam neglecta, &c. soli, hæc aggressus, excol.

4 indiligentia) Ch.

5 mira. Parm.

6 Pastinatas enim de integro vineas, cura Sthenelum agricolam imitatus, ad vix. Parm.

a *In Campaniæ rure Linternino.*] Archetypum Toletanum *Liternio*, non *Linternino*. Et sane docti jam omnes sic enunciant. *Pint.*

b *Africani colebat exilium.*] Valer. Max. cap. 3. lib. 5. *Dalec.*

c *Vilitas mercis.*] Prædiorum ac fundorum. *Idem.*

d *Cura Stheneli dum agricolam imitatur.*] In archetypo Toletano aliter; *Cura Sthenelei agricolam imitatus.* Legendum reor, *cura Sthenelei agricola invitatus.* Porro verba quæ statim ante præcedunt, *non virtute animi, sed vanitate, quæ primo nota mire in illo fuit*, non Plinii, sed aliena esse duco. Nec enim Plinio historiam naturæ scribenti tantum ocii superfuisse verisimile est, ut grammatici mores tam curiose nobis describeret. *Pintianus.*

e *Literis ejus altioribus contra id pigra vicinitate sibi patrocinante.*] Emendatius ut puto legetur, *Literis à latrantibus contra, impigra vicinitate sibi patrocinante.* Idem. *Literis ejus altioribus, &c.*] Putabatur enim, quod insigniter esset literatus,

altioribus [1] contra id pigra vicinitate sibi patrocinante, [a] novissime Anneo Seneca, principe tum eruditionis, ac [2] potentia, quæ postremo nimia fuit [b] super ipsum, minime utique miratore inanium, tanto prædii ejus amore capto, [c] ut non puderet [3] inviso alias & ostentaturo tradere palmam eam, emptis quadruplicato vineis illis intra decimum fere curæ annum: digna opera, quæ in Cæcubis Setinisque agris proficeret: quando & postea sæpenumero septenos culeos singula jugera, hoc est amphoras centenas quadragenas musti dedere. Ac ne quis victam in hoc antiquitatem arbitraretur, idem Cato [d] denos culeos redire ex jugeribus scripsit, efficacibus exemplis non maria plus [4] temerata conferre mercatori, non in Rubrum litus Indicumve merces petitas, quam sedulum ruris [5] larem. Vino antiquissima claritas [e] Maroneo, in Thraciæ maritima parte genito, ut auctor est Homerus. Neque enim fabulosa, aut de origine varie prodita consectamur, præterquam Aristæum primum omnium in eadem gente mel miscuisse vino, suavitate præcipua utriusque naturæ sponte provenientis.

1 contra eum. *Dal.*

2 potentiæ. *Al.*

3 *Alias sic* inviso alias regiones, & ostentaturo. *Quam lectionem agnoscit & Budæus lib. 5. de Asse.*

4 tentata. *Alii.*

5 laborem *Dal.*

Maroneum

tus, rectius potuisse & scivisse agrum colere. *Dalec.*

a *Novissime Anneo Seneca.*] Emendemus errorem publicum, omnes enim *Anneus* penultima correpta scribunt & proferunt, quæ longa est diphthongo, ut manifestum facit Terentiani versus: *Annaeus Seneca & Pomponius ante Secundus.* Verba autem quæ sequuntur, *Principe cum eruditionis, ac potentia quæ postremo nimia fuit super ipsum*, non redolent Plinium, putamusque falso Plinio attribui. *Pint.* *Novissime Anneo Seneca.*] De his Senecæ vineis Columel. cap. 3. lib. 3. & ipse Epist. 105. *Dalec.*

b *Super ipsum.*] In ejus calamitatem ac exitium. *Idem.*

c *Ut non puderet inviso alias & ostentaturo tradere palmam.*] Exemplar Toletanum, *Ut non puderet inviso alias regiones, & ostentaturo*, scribendum arbitror, *ut non puderet in ipsa illa regione Nomentana tradere palmam*, ex Columella, scribente vineas Senecæ in Nomentano fuisse. *Pint.* *Ut non puderet, &c*] Et superba arrogantia, qua natas secum literas atque morituras jactabat, & insolentissima maledicentia, qua Varronem, tantum virum, porcum appellabat. *Dalec.*

d *Denos culeos.*] Sexenas urnas, Columel. lib. 3. cap. 3. *Dalec.* Quindenos culeos legit Fulv. Ursin. ad Varr. de re rust. lib. 1. cap. 2. pag. 15.

e *Maroneo.*] Μάρων rex Thraciæ. Cratino apud Pollucem vinum Maroneum *ὔτ' ἄπιον τοσῦτον, ὐδὲ μάρωνα πίομαι.* Maronea Thraciæ urbs nobilis vino. *Idem.*

Maroneum vicies tanto addito aquæ miſcendum [a] Homerus prodidit. Durat etiam vis eadem in terra generi, [1] vigorque indomitus. Quippe cum Mutianus ter Conſul ex his qui nuperrime prodidere, ſextarios ſingulos [2] octonis aquæ miſceri compererit [b] præſens in eo tractu. Eſſe autem colore nigrum, odoratum, vetuſtate pingueſcere. [c] Et Pramnio, quod idem Homerus celebravit, etiam nunc honos durat. Naſcitur Smyrnæ regione, juxta delubrum Matris Deûm. [d] In reliquis claritas generi non fuit [3] alicui. Anno fuit omnium generum bonitas, L. Opimio Conſule, cum C. Gracchus Tribunus plebem ſeditionibus agitans interemptus: ea cœli temperies fulſit, quam cocturam vocant, ſolis [4] opere, natali urbis DCXXXIV. Durantque adhuc vina ducentis fere annis, jam in ſpeciem redacta mellis aſperi: etenim hæc natura vinis in vetuſtate eſt: nec potari per ſe queunt, ſi non pervincat aqua, uſque in amaritudinem carie indomita: ſed cæteris vinis commendandis minima aliqua miſtura medicamenta ſunt: [5] quo fit, ut ejus temporis æſtimatione in ſingulas amphoras centeni nummi ſtatuantur. Et his tamen [e] uſura multiplicata ſemiſſibus, quæ civilis ac modica eſt, in C. Cæſaris Germanici filii principatu, [f] [6] annis

1 rigorque. *Ch.*

2 octogenis. *Ch.*

3 alicui. Fuit quidem omnium, &c. interemptus eſt: quo anno ea cœli. *Alii vero*, alicui. Anno uno fuit, &c. interemptus eſt, & ea cœli, &c.

4 vapore. *Pal.*

5 quod, ut ejus, &c. centenis nummis æcuantur. M.

6 anno centeſimo. *Budæus.*

a *Homerus prodidit.*] Odyſſ. ι. *Dalec.*

b *Præſens in eo tractu.*] Commodius legetur *præſes*, quam *præſens*. Pint.

c *Et Pramnio.*] Ex eo, caſeo & polenta, Iliad. λ. Hecamede τ̃ κυκεῶνα parat. *Dalec.*

d *In reliquis claritas generi, &c.*] Legend. *In reliquis claritas generi non fuit alicui, anno fuit omnium generum bonitatis L. Opimio Conſule, cum C. Gracchus Tribunus plebem ſeditionibus agitans, interemptus, ea cœli temperies fulſit, cocturam vocans ſolis opere, Natali Urbis* DCXXXIII. Anno fuit claritas bonitatis omnium generum. *Salmaſ.* pag. 467. b.

e *Uſura multiplicata ſemiſſibus.*] Uſura ſemiſſum in ſingulos annos adaucta, in centenarium ſex, in millenarium ſexaginta. Amphora continet ſextarios 48. cyathos 12. *Dalec.*

f *Annis* CLX. *ſingulas uncias vini.*] Sors in ſingulas amphoras Opimio Cos. Nummi 100. Annua uſura ſemiſſis 160. annorum efficit 960. quibus ſi addas ſortem, nempe 100. ſumma ſortis & multiplicatæ uſuræ futura eſt 1060. *Idem.*

Annis CLX. *ſingulas uncias vini.*] Lego *nummis*, non *annis*. Pint.

a Nec

nis CLX. singulas uncias [1] vini constitisse nobili exemplo docuimus, referentes vitam Pomponii Secundi vatis, cœnamque quam principi illi dedit. Tantum pecuniarum detinent vini apothecæ. [a] Nec alia res majus incrementum sentit ad vicesimum annum, majusve ab eo dispendium, non proficiente pretio. Raro quippe adhuc fuere, nec nisi in nepotatu, singulis testis millia nummûm: Viennenses soli picata sua, quorum genera diximus, pluris [2] permutasse, sed inter sese [3] amore patrio creduntur. Idque vinum frigidius reliquis [4] existimatur in frigido potu.

1 binis ac vicenis constitisse. V. vineæ constituisse. Ch.

2 permutare. Ch.

3 more. Dal.

4 existimatur in potu. V.

CAP. V. *De natura vini.*

[b] VIno natura est, hausto [c] accendendi calore viscera intus, foris infuso refrigerandi. Nec alienum fuerit commemorare hoc in loco, quod Androcydes sapientia clarus ad Alexandrum Magnum scripsit, intemperantiam ejus cohibens: Vinum [5] potaturus rex, [d] memento te bibere sanguinem terræ: [e] [6] sicut cicuta homini venenum est, sic cicutæ

5 poturus. Ch.

6 sicut venenum cicutæ vinum est, sic & vinum cicuta homini. Alii.

a *Nec alia res majus, &c.*] Hinc explere liceat præceptum seu regulam Varronianam de re rust. lib. 1. cap. 65. *Dalecamp.*

b *Vino natura est.*] Οἶνος Græcis, vel διὰ τὸ τῆς οἰήσεως ἐμπίμπλασθαι τὸν νοῦν: vel ἀπὸ τῆς ὀνήσεως. Nam, ut ait Homerus: ---- ὀνήσεαι αἴκε πίῃσθα. In levandis curis vini utilitatem versus hi Homerici declarant:

Οἶνον τοὶ Μενέλαε θεοὶ ποίησαν ἄριστον
Θνητοῖς ἀνθρώποισιν ἀποσκεδάσαι μελεδῶνας.

Idem.

c *Accendendi calore.*] Αἴθοπα οἶνον Homerus vocat, ἐπικεχρωσμένον τὴν ὄψιν, μέλανα ἢ ἐρυθρόν: vel θερμόν, καὶ [illegible], διὰ τὸ αἴθειν. Plutarchus interpretatur λαμπρὸν, καὶ διαυγῆ. *Idem.*

d *Memento te bibere sanguinem terræ.*] Lego contra omnia exemplaria, & contra omnium hactenus sententias, *Memento te bibere sanguinem tauri*, id est venenum. nam sanguinem tauri mortiferum esse haustu præter Paulum Aëtium, Dioscoridem, Nicandrum, Psellum, & omnem medicorum scholam, Plinius quoque prodit lib. 11. cap. 38. *Taurorum*, inquit, *sanguis celerrime coit atque durescit: ideo pestifer potu maxime.* Confirmant hanc correctionem verba illa quæ statim subnectuntur. *Pint.*

e *Sicut cicuta homini venenum est, sic cicutæ vinum.*] Duo verba superfluunt ex exemplari Toletano, *sicut*, & *sic*: legendumque prorsus ex ejus fide, *Cicuta homini venenum est, cicutæ vinum.* Vidit & hoc ante nos Hermolaus. *Idem.*

cicutæ vinum. Quibus præceptis si ille obtemperavisset, profecto [a] amicos in temulentia non interemisset. Prorsus ut jure dici possit, [b] neque viribus corporis utilius [1] aliud, neque [c] aliud voluptatibus perniciosius, si modus absit.

1 aliud si modus adest, neque. *Dal.*

CAP. VI. *Vina generosa.*

GEnera autem vini alia aliis gratiora esse, quis dubitet? aut non ex eodem lacu aliud præstantius [2] altero germanitatem præcedere, [3] sive testa, sive fortuito eventu? Quamobrem de principatu [4] se quisque judicem statuat. Julia Augusta LXXXII. annos vitæ [d] Pucino [5] retulit acceptos, [6] non alio usa. Gignitur in sinu Adriatici maris, non procul à Timavo fonte, saxeo colle, maritimo afflatu paucas coquente amphoras. Nec aliud aptius medicamentis judicatur. Hoc esse crediderim, quod Græci celebrantes miris laudibus [e] [7] pyctanon appellave-

2 potu altero. *Dal.*
3 sive natura. *Alii*, sive arte. *Quidam*, sive astu.
4 si quisque jud. statuet. *Ch.*
5 vino ret. *Ch.*
6 non aquoso. Gign. *M.*
7 praicianum appellaverint. *Ch.*

a *Amicos in temulentia non interemisset.*] Clytum, Seneca cap. 17. lib. De ira: Callisthenem, idem auctor cap. 23. lib. 6. Natur. quæst. Idem de Clyto Epist. 84. lib. 12. Val. Max. cap. 3. lib. 9. *Dalec.*

b *Neque viribus corporis utilius aliud.*] Venustum hac de re Græcum epigramma:

Οἶνος, καὶ τὰ λοετρά, καὶ ἡ περὶ Κύπριν ἐρωὴ
Ὀξυτέρην πέμπει τὴν ὁδὸν εἰς Ἀΐδην.

Rhod. cap. 35. lib. 28. Elegantissimi sunt de Cratino & Nicerato versus:

Οἶνός τοι χαρίεντι μέγας πέλει ἵππος ἀοιδῷ.
—— Ὕδωρ δὲ πίνων ὐ καλὸν τίκοις ἔπος, &c.

Rhodig. ibidem ex Athenæo. *Idem.*

c *Aliud voluptatibus perniciosius.*] Vocem *voluptatibus* Muretus in Varronem, cap. 12. 6. expungendam censet, eamque lectionem à Politiano & Hermolao probari testatur. Lucilius:

Scito etenim bene longinquum mortalibus morbum
In vino esse, ubi qui invitavit dapsilius se.

Theognis:

Οἶνος πινόμενος πουλὺς κακός· ἢν δέ τις αὐτὸν
Πίνῃ ἐπισταμένως, οὐ κακὸς ἀλλ' ἀγαθός.

Panyasis:

Ὡς οἶνος θνητοῖσι θεῶν πάρα δῶρον ἄριστον
Πινόμενος κατὰ μέτρον, ὑπέρμετρος δὲ χερείων.

Vide Politianum cap. 61. Miscellan. *Idem*

d *Pucino.*] *Pizzino d'Istria.* Idem.

e *Pyctanon appellaverunt ex Adriatico sinu.*] Exemplar Salmanticense non *Pyctanon* legit, sed *Praictanum*: Toletanum vero *Praitianum*, scribendum puto, *Paratypianum*, ex Dioscoride lib. 5. *Paratypianum*, inquit, *quod ex Hadriano agro itidem affertur, odoratum molliusque est, eo propter fallit bibentes copiose potum, &c.* Neque *pithanon* scribendum hic

pellaverunt ex Adriatico sinu. Divus Augustus [a] Setinum prætulit cunctis, & fere secuti principes, confessa propter experimenta, [b] non temere cruditatibus noxiis [c] [1] ab ea saliva. Nascitur supra forum Appii. Antea [d] Cæcubo erat generositas celeberrima in palustribus populetis, [e] sinu Amyclano: quod jam intercidit & incuria coloni locique angustia: magis tamen fossa Neronis, [f] quam à Bajano lacu Ostiam usque navigabilem inchoaverat. Secunda nobilitas Falerno agro erat, & ex eo maxime [2] Faustiano. Cura culturaque id [3] collegerat. Exolescit hoc quoque, copiæ potius, quam bonitati, studentium. Falernus ager à ponte Campano læva petentibus urbanam coloniam Syllanam nuper Capuæ contributam incipit. Faustianus autem circiter quatuor milliaria à vico prope Cedias, qui vicus à Sinuessa VI. millibus abest. Nec ulli in vino

1 in ea salebra. *Dal.*

2 Faustini. *M.* Faustino. *Cb.*

3 contigerat. Exol. hoc quoque culpa copiæ potius, vel nimiæ cupiditate copiæ potius, vel. Exol. hoc quoque copiæ potius, quam bonitati stud. *Dal.* collegerat Exol. hoc quoque nimietate copiæ. *M.*

hic esse persuadebit mihi Sabellicus, aut, qui eum carpit, Hermolaus, *pyctanon.* nam à Pucino castello, quod item Ptolemæus Pucinon Græce vocat, quomodo possessivum deduci possit *pyctanon,* non video. *Pint.*

a *Setinum prætulit cunctis.*] Setia oppidum in colle, à Tarracinæ paludibus quinque millia dissitum: hodie, *Sezza.* Martial.

Pendula Pontinos quæ spectat Setia campos,
Exigua vetulos misit ab urbe cados.

Idem:

Setinum, dominaque nives, densique clientes,
Quando ego te medico non prohibente bibam.

Juvenal.

—— & lato Setinum ardebit in auro.

Vicinum & Setiæ oppidum Signia vino Signino clarum. *Dalec.*

b *Non temere cruditatibus noxiis ab ea saliva. Nascitur supra forum Appii.*] *Simile* non *saliva* exemplar Salmanticense. Scribendum opinor, *non temere cruditatibus noxiis ab eo. Setia nascitur supra forum Appii.* Pint.

c *Ab ea saliva.*] Saliva, gustus & sapor. Persius:

Nec tenuem solers turdarum nosse salivam:

De vini tamen familiari & peculiari sapore usurpatur infra cap. 1. lib. 23. circa medium. *Dalec.*

d *Cæcubo, &c.*] Galen. lib. κατὰ τόπους in Arteriacorum expositione Cæcubum vinum à loco dictum minime putat, sed ita vocatum fuisse quodvis vetustissimum, & ob vetustatem fulvum πυῤῥὸν, quod etiam 12. Meth. rursus confirmat, & lib. 1. de Antidotis. *Idem.*

e *Sinu Amyclano.*] In eo tractu fuerunt Amyclæ deletæ à serpentibus, & in propinquo Fundanus lacus. Supra cap. 5. lib. 1. *Idem.*

f *Quam à Bajano lacu Ostiam usque navigabilem inchoaverat.*] Scribendum non *à Bajanô,* sed *ab Averno.* Suetonius in Nerone cap. 31. *Fossam ab Averno Ostiam usque, ut navibus nec tamen mari iretur, longitudinis per* CLX. *miliaria, latitudinis qua contrariæ quinqueremes commearent.* Cornelius Tacitus lib. 15. *Namque ab lacu Averno navigabilem fossam usque ad ostia Tiberina depressurum promiserat.* Pint.

1 auctoritas. Solum. T.

2 vicina, nec rara, prædulcia in austero. Dal. Alii, vic. præd. ac grata in aust.

3 Gaulo. Ch. in Emend. Gauro.

4 principatum. Dal.

5 censusque. Dal.

6 vicinia. Alii. Et alia vicina. Ch.

vino major [1] auctoritas: solo vinorum flamma accenditur. Tria ejus genera, austerum, dulce, tenue. Quidam ita distinguunt: [a] summis collibus Gauranum gigni, mediis Faustianum, imis Falernum. Non omittendum autem nulli eorum qua celebrentur, jucundum saporem uvæ esse. Ad tertiam palmam varie venêre [b] Albana urbi [2] vicina [c] prædulcia ac rara in austero. Item Surrentina in vineis tantum nascentia, convalescentibus maxime probata, propter tenuitatem salubritatemque. Tiberius Cæsar dicebat consensisse medicos, ut nobilitatem [d] Surrentino darent, alioquin esse generosum acetum. C. Cæsar, qui successit illi, nobilem [e] vappam. Certant [f] Massica æque, ex monte [3] Gaurano Puteolos Bajasque prospectantia. Nam Falerno contermina Statana ad [4] principatus venere non dubie: palamque fecere sua quibusque terris tempora esse, sicut rerum proventus is occasusque. Juncta his præponi solebant Calena: & quæ in vineis arbustisque nascuntur, Fundana. Ex alia [6] vicina urbis Veliternina, Privernatiaque. Nam quod Signiæ nascitur, austeritate nimia continendæ utile alvo, inter medicamina numeratur. [g] Quartum curricu-

a *Summis collibus Gauranum gigni.*] *Caucinum* utrumque exemplar non *Gauranum* agnoscit. recte puto: nam de Gaurano infra differit. Caucinum autem vinum Athenæus celebrat inter Italica l. 1. *Pint.*

b *Albana urbi vicina, prædulcia, ac rara in austero. Item Surrentina in vineis tantum nascentia.*] Legendum reor *in arbusto*, non *in austero*, ut infra: *Et quæ in vineis arbustisque nascuntur, Fundana.* Idem.

c *Prædulcia.*] Γλυκάζειν subdulce esse, non prædulce esse Athenæus lib. 1. ex Galeno asserit. Vide Athenæum lib. 1. *Dalec.*

d *Surrentino darent.*] Galeno 12. Therapeutices, Surrentinum adstringit non nihil, aliisque suavius est ac calidius. *Idem.*

e *Vappam.*] Vappa, vinum corruptum ἐξεστηκὸς οἶνος *vin tourné*: ut ὀξίνης acescens: ἐκφαυλίδης, & ἐξίτηλος evanidum, fugiens, *qui n'est point de garde*: ἐκλελυμένος, languidum & subleſtum, *qui n'a point de force.* Idem.

f *Massica.*]

---- *nec veteris pocula Massici.*

Horatius.

g *Quartum curriculum, &c.*] Quartum auctoritatis & nobilitatis gradum. Sumpta metaphora ab aurigis, qui curru in Circo certabant. *Dalec.*

a Mamer

curriculum publicis epulis obtinuere à Divo Julio (is enim primus auctoritatem his tribuit, [1] ut in epistolis ejus apparet) [a] Mamertina, circa Messanam in Sicilia genita. Ex iis Potulana, ab auctore dicta, in loco proximo Italiæ laudantur præcipue. Est in eadem Sicilia & Taurominitanis honos, lagenis pro [b] Mamertino plerunque subditis. Ex reliquis autem à supero [2] mari Prætutia atque Ancone nascentia, & quæ à palma una forte enata [3] Palmesia [4] appellantur. In mediterraneo vero Cesenatia ac [c] Mecœnatiana. In Veronensi item Rhætica, Falernis tantum posthabita [d] à Virgilio. Mox ab intimo sinu maris, [5] Adriana. Ab infero autem Latiniensia, [6] Graviscana, Statoniensia. Hetruriæ palmam Luna habet, Liguriæ Genua: Inter Pyrenæum Alpesque Massilia gemino sapore, quando & condiendis aliis [e] pinguius gignit, quod vocant succosum. [7] Beterrarum [8] intra Gallias consistit auctoritas. De reliquis in Narbonensi genitis asseverare non est: [f] quoniam officinam ejus rei fecere tingentes fumo, utinamque non & herbis, ac medicamini-

1 ut in epulis ejus. M.
2 mari in Ch. d.
3 palmensia.
4 appellavere. Ch.
5 Adriatica. M.
6 Gravicana, Stoniensia. Ch.
7 Bliterarum. Dal.
8 inter. M.

a *Mamertina circa Messanam in Sicilia genita. Ex iis Potulana ab auctore dicta.*] Locum corruptissimum sic restituo, *Mamertina circa Messanam in Sicilia genita & Iotalina ab auctore dicta.* ut sit sensus: Mamertina à Romanis dicta, eadem in Sicilia genita appellari Iotalina. Athenæus auctor lib. 1. *Pint.*

b *Mamertino.*]
Amphora Nestorea tibi Mamertina senecta
Si detur, quodvis nomen habere potest.
Martialis.

c *Mecœnatiana.*] A Mecœnate, Augusti familiari, & fido amico, regio sanguine orto, quod Horatius palam facit. Ejus enim pater Menodorus Cæsaris partes secutus contra Pompeium. Menodori pater Menippus, & hujus Cecinna, rex Hetruscorum, Cilnium vocatum fuisse ostendit Tacitus lib. 5. Cæterum Augustus bellis civilibus Cilnium Mecœnatem equestris ordinis cunctis apud Romam atque Italiam præposuit. *Dalec.*

d *A Virgilio.*] 2. Georg.
---- *& quo te carmine dicam Rhætica?*
Admirantis hoc esse Plinius existimat. Seneca vero, incerti, laudaturusne, an vituperaturus sit. Turn. c.26. l.29. *Idem.*

e *Pinguius.*] Nigrius & crassius. *Idem.*

f *Quoniam officinam ejus rei fecere tingentes fumo.*] Exemplar Toletanum, *Quoniam officinam ejus rei fumo tinguentes fecere.* Legendum puto, *Quoniam officinas eorum fumo & unguentis infecere.* Nam alibi Plinius vina unguentis condiri tradit. *Pint.* *Quoniam officinam, &c.*] Vinum id Plato Comicus apud Athenæum καπνίαν vocat: Martialis fumos Massilitanos. Locum, in quo sic condiebantur, Columella Nebularium appellat. *Dalec.*

dicaminibus noxiis. [a] Quippe etiam oloën merca tur, qua saporem coloremque adulterant. Veru & longinquiora Italiæ ab Ausonio mari, non care gloria, Tarentina, & Servitiana & Consentiæ g nita, & Tempsæ ac [b] Babiæ, Lucanaque antec dentibus Thurinis. Omnium vero eorum maxir illustrata Messalæ potu & salute Lagarina, non pr cul Grumento nascentia. Campania nuper excit vit novis nominibus auctoritatem, sive cura, si casu, ad quartum à Neapoli lapidem Trebellici juxta Capuam Caulinis, & in suo agro [c] Trebul nis: alioqui semper inter plebeia & [d] Trifolin gloriata. Nam Pompeianis summum x. annorur [e] incrementum est, nihil senecta conferente. Do lore etiam [1] capitum in sextam horam diei sequer tis infesta deprehenduntur. Quibus exemplis, ni fallor, manifestum est, patriam terramque referr non uvam: & supervacuam generum consectatio nem in numerum, cum eadem vitis aliud aliis i locis [2] polleat. Hispaniarum [3] Laletana copia no bilitantur, elegantia vero Tarraconensia, atqu Lauronensia: & Balearica ex insulis, conferuntu Italiæ primis. Nec ignoro, multa prætermiss plerosque existimaturos, quando suum cuique pla cet, & quocunque eatur, fabula eadem [4] reperitur Divi Augusti judiciorum ac palati peritissimum è li bertis, censuram vini in epulas ejus facientem, dixiss hospiti de indigena vino, novum quidem sibi gu stum esse eum, atque non ex nobilibus, sed Cæsa rem

1 capitis. *M.*

2 pullulet. Vet. *quod si placeat, legendum fuerit*, vitis alia aliis in locis pullulet.

3 Lusitana. *M.* Luseta-na. *Ch.*

4 reperiatur. *V.*

a *Quippe etiam oloën mercantur.*] Ad potum vinum id non parabatur, sed ad usum medicinæ *Dalec.* Alii *aloën.*

b *Babiæ.*] *Babie.* Hermolaus in Dioscoridem Balbina vina eadem esse putat, quæ Athenæus Barbarina vocat. *Idem.*

c *Trebulanis.*] Italorum vulgo, *Trebiano.* Idem.

d *Trifolinis gloriata.*] Quæ tertio foliorum exortu, nempe tertio anno ad bibendum tempestiva forent: vulgo, *vin de trois fueilles.* Martial.

Non sum de primo, fateor, Trifolina Lyæo.

Idem.

e *Incrementum est.*]Durationis & ætatis tempus, ἡ ἀκμή. *Idem.*

a *Transma-*

rem non aliud [1] poturum. Nec negaverim & alia digna esse fama: sed de quibus consensus ævi [2] judicaverint, hæc sunt.

1 potaturum. M.
2 judicaverunt. M.

CAP. VII. *Vina transmarina.*

NUnc simili modo [a] transmarina dicemus. In summa gloria post Homerica illa, de quibus supra diximus, fuere Thasium Chiumque. Ex Chio quod [b] Arvisium vocant. His addidit Lesbium Erasistrati maximi Medici auctoritas, [3] circiter DC. annum urbis Romæ. Nunc gratia ante omnia est Clazomenio, postquam parcius mari condiunt. Lesbium sponte suæ naturæ mare sapit. [c] Nec Tmoliti per se gratia, ut vino: sed cujus [d] dulci admisto, reliquorum duritia suavitatem accipiat, simul & ætatem, quoniam vetustiora protinus videntur. Ab his dignatio est Sycionio, Cyprio, Telmesico, Tripolitico, Berytio, Tyrio, Sebennytico. In Ægypto hoc nascitur [e] tribus generibus uvarum

3 CCCCCL. anno urbis. V. M. CCCCL. anno. Ch.

a *Transmarina.*] Transmarina Plautus in Pœnulo memorat:
Ubi Leucadio, Lesbio, Thasio, Coo,
Vetustate vino edentulo ætatem irriges.
Dalec.

b *Arvisium vocant.*] *Arusium.* Turn. cap. 26. 25. agro aspero & importuoso insulæ Chii. Strabo 14. Virgilius,
Vina novum fundam calathis Arvisia nectar:
Quamvis aliqui legant *Arethusia.* Hujus meminit Clemens Alex. 2. pædagog. cap. 2. Plutarch. adversus Epicurum. Victorius cap. 24. 15. Servius apud Virgil. 2. Georg. in his versibus:
Sunt & Aminea vites, firmissima vina,
Tmolus & assurgit quibus, & rex ipse Phanæus:
notat Lucilio χίον οἶνον δυνάστην vocatum fuisse, tanquam satrapam, eademque forma loquendi Phanæum regem appellari. Tmolus Lydiæ mons Sardibus imminens, Phanæus promontorium in insula Chio, vino nobilissimum. Canterus cap. 3. 3. *Idem.*

c *Nec Tmoliti per se gratia ut vino.*] Illud prætermittendum non est, Tmoliten & mesogiten idem vinum esse, Plinio diversa, qui paulo post de mesogite tanquam diverso loquitur, subscribit Plinio Strabo libro quinto. *Pint.*

d *Dulci admisto.*] Τῷ γλυκεῖ passo. *Dalec.*

e *Tribus generibus uvarum ibi nobilissimis, Thasia, æthalo, peuce.*] Codices omnes tam antiqui quam impressi, *Thasia & alopece* agnoscunt. sed quia præcessit verbum *tribus*, emendatores veterem lectionem inverterunt, ut ex duobus generibus tria facerent vitium genera. Sed satius fuisset pro *tribus duobus* substituere, cum pauci in Plinio numeri errore vacent, quam ita impudenter vim priscæ lectioni afferre: nam de Æthalo & Peuce nusquam mentio, de alopece vero sic dicta quod caudas vulpium imitetur, in fine capitis tertii dixerat. *Pint.*

a *Æthalo.*]

uvarum ibi nobile, Thasia, [a] æthalo, peuce. Po
hæc auctoritas hippodamantio, mystico, [b] can
tharitæ, protropo Gnidio, [c] Catacecaumenita
Petritæ, Myconio. Nam mesogiten capitis dolore
facere compertum est: nec Ephesium salubre esse
quoniam mari & defruto condiatur. Apamenum
mulso præcipue convenire dicitur, sicut Prætutium
1 generum dulcia utique inter se non congruunt. Ch. in Italia. Est enim hæc proprietas [1] generum, u
dulcia utique inter se non congruant. Exolevit &
protagion, quod Italicis proximum fecerant Ascle
piadis scholæ. Apollodorus medicus, in volumine
quo suasit Ptolemæo regi quæ vina biberet, Italici
etiam tum ignotis, laudavit in Ponto Naspercen
ten, mox Orœticum, OEneaten, Leucadium
Ambracioten, [d] & quod cunctis prætulit Præpa
rentium: sed minoris famæ esse dixit, quoniam
2 ante sex. M. & Ch. [2] post sex annos non placeret.

CAP. VIII. *De vini salsi generibus septem.*

HActenus bonitas vini nationibus debetu
3 cura. Ch. Apud Græcos [3] jure clarissimum nomen acce
4 bizon. V. pit, quod appellaverunt [e] [4] bion, ad plurimos va
letudinum usus excogitatum, ut docebimus [f] i
part

a *Æthalo.*] Æthalo, quasi fulginosa: Peuce, quasi picea. *Dalec.*

b *Cantharitæ.*] A Cantharorum doliis. De canthare a vite vide Theophrast. c. 12. l. 2. de Causis. *Idem.*

c *Catacecaumenitæ.*] Quasi retorrido. κατακεκαυμένη regio 500. stad. longitudinis, 400. latitudinis, Mysiæ vicina, exustæ similis, vino generoso celebris, de qua Strabo lib. 13. & 14. *Idem.*

d *Et quod cunctis prætulit Præparentium.*] Lego *Peparethium.* ex Athenæo primo, ab insula Peparetho. *Pint.*

e *Bion.*] Βίαιον Rhodig. cap. 8. lib. 26. quod ad vetustatem accelerandam affuso mari cogeretur. Marinam enim veteres vinis miscebant, tum ut gratior sapor esset, tum ut celerior & præcocior vetustas contingeret. Maris expers vinum Gal. 12. Meth. ἀπ[illegible]χυτον vocat. Her mol. in Diosc. à festinatione nomen im positum, quasi violenter fiat. Plaut. i Rud.

Quasi vinis Græcis Neptunus nobis affu dit mare.
Itaque alvum prodissparavit nobis salsi poculis.

Turneb. cap. 26. 25. legit *Abion*, id est adynamon. Vini Græci faciendi rationem Cato docet cap. 24. Miscetur & sal, u vinum incorruptum servet. Colum cap. 37. 12. apud Horat.

—— Chium maris expers.

Dalec.

f *In parte medicinæ.*] Cap. 1. lib. 2 *Idem.*

parte medicinæ. Fit autem hoc modo: Uvæ paulum ante maturitatem decerptæ, ſiccantur acri ſole, ter die verſatæ per triduum: quarto [1] exprimuntur, dein in cadis ſole inveterantur. [a] Cui marinam aquam largiorem miſcent, à ſervi furto origine [2] orta, ſic menſuram explentis, [3] idque tranſlatum in album muſtum, [4] leucochron appellatur. In aliis autem gentibus ſimili modo factum [b] tethalaſſomenon vocant. Thalaſſiten autem vaſis muſti dejectis in mare, quo genere præcox fit vetuſtas. Nec non apud nos quoque Coum vinum ex Italico faciendi rationem Cato demonſtravit, [c] ſuper cætera in ſole [5] quadriennio maturandum præcipiens. [d] Rhodium Coo ſimile eſt. [6] Phorineum ſalſius Coo. Omnia tranſmarina ſeptem [7] aut ſex annis ad vetuſtatem mediam pervenire exiſtimantur.

1 expr. Vinum in cad. ſole inveteratur, cui mar. &c. *Dal.*
2 Tracta. *Dal.*
3 quæ tranſlata. *Cb.*
4 leucocoum, *i. e. album Coum. Tur. & Cb.*
5 quatriduo. *Dal.*
6 Phormeum. *Cb. forte*, Phormium, *vel* Formium.
7 vel in ſex. *M.* in ſex. *Cb.*

CAP. IX. *De dulcium generibus quatuordecim.*

VInum omne dulce [e] minus odoratum: quo tenuius, eo odoratius. [f] Colores vinis quatuor: albus, fulvus, ſanguineus, niger. [g] Pſythium & melampſy-

a *Cui marinam aquam largiorem miſcent.*] Exemplar Toletanum *Coi* legit, non *Cui*, ut intelligas habitatores inſulæ Co, nobilis alioqui natalibus Hippocratis. Cui lectioni favere videntur verba illa quæ paulo poſt ſequuntur. *Pint.*

b *Tethalaſſomenon vocant.*] Oraculum vetus redditum narrant, Dionyſium mari demergendum. Athenæus refert Dionyſium fulmine Jovis accenſum in mare fugiſſe. Utrunque id vini temperaturam cum aqua marina indicat. *Dalec.*

c *Super cætera in ſole quadriennio maturandum præcipiens.*] Lego, *triduo*, non *quadriennio*. Verba Catonis ſunt cap. 11. *Uvas relinquito in vinea, ſinito bene coquantur, & ubi pluerit & ſiccaverit, tunc deligito & ponito in ſole biduum aut triduum ſub dio, ſi pluvia non erunt: ſi pluvia erit, in tecto in cratibus.* Pint.

d *Rhodium Coo ſimile eſt.*] E Zacyntho præcipue laudabatur. *Dalec.*

e *Minus odoratum.*] Ariſtot. Problem. ſect. 3. quæſt. 13. & Theoph. cap. 24. lib. 6. Cauſ. *Idem.*

f *Colores vinis quatuor: albus.*] Galeno vinorum colores ſunt, λευκὸς, albus: κιῤῥὸς, fulvus: ἐρυθρὸς, ruber, ſive ſanguineus: ξανθὸς, flavus, ſive gilvus, quem idem vocari poſſe ait πυῤῥὸν ὠχρὸν, è ruffo palleſcentem; μέλας, niger: ὠχρὸς, pallidus, medius inter album & fulvum, ut fulvus medius eſt inter album & nigrum. Color κιῤῥὸς annis & vetuſtate in ξανθὸν tranſit. *Idem.*

g *Pſythium, &c.*] Pſythiam vitem eam eſſe putant, quæ & Pramnia dicitur. Rhod. cap. 15. 19. *Idem.*

melampsythium [a] passi genera sunt, suum saporem, non vini referentia: [1] Cisibilites vero musti, in Galatia nascens, [b] & Halyntium in Sicilia. Nam Syræum, quod alii [2] hepsema, nostri [c] sapam appellant, ingenii, non naturæ opus est, musto usque ad tertiam partem mensuræ decocto: quod ubi factum ad dimidiam est, defrutum vocamus. Omnia in adulterium mellis excogitata. Sed priora [d] uva terraque constant. Passum à Cretico Cilicium probatur, & Africum, & in Italia [3] provinciisque finitimis. Fieri certum est ex uva, quam Græci sticam vocant, nos apianam, item scirpula, [e] diutius in vite sole [4] adustis, [f] aut fervente [5] oleo. Quidam è quacunque dulci, dum præcocta alba faciunt siccantes sole, donec paulo amplius dimidium pondus supersit, [6] tusasque leniter exprimunt. Deinde quantum expressere, adjiciunt vinaceis aquæ puteanæ, ut & secundarium passum faciant. Diligentiores eodem modo siccatis acinos eximunt, ac [g] sine sarmentis madefactos vino excellenti,

1 *Fortasse* Scybelites *laudatum sæpe à Galeno inter dulcia.*
2 carenum. *Marc. Empir.*
3 finitimisque provinciis. *Ch.*
4 uvis adustis. *V. & Colum.*
5 oleo, in *M. d.*
6 tusamque. *Alii.* tusasque leniter uvas expr. *V.*

a *Passi genera sunt.*] Athenæus lib. 1. *Dalec.*

b *Et halyntium in Sicilia.*] Legendum puto *alontium* non *halyntium*, ab oppido Siciliæ *Alontio*, Ptolemæo & Plinio: cui tamen *Aluntium* est non *Alontium*. Pintianus.

c *Sapam appellant.*] Columel. cap. 19. lib. 12. *Sapam* fieri tradit nunc quarta parte consumpta, nunc tertia, nunc dimidia. Vide locum. *Carenum*, sapam Marcellus medicus appellat, vulgo, *Vin cuit*: at defrutum, *Resinée*. Dalec.

d *Uva terraque constant.*] Saporis proprietatem ex uvæ terræque natura & conditione obtinent, non hominum industria. *Idem.*

e *Diutius in vite sole adustis.*] Passas Græci vocant, πατηθείσας, quasi conculcatas, non quidem quod conculcentur, sed ob resiccationem calcatis similes videantur: qua ratione palmulæ genus πατητὸς supra vocatum est cap. 4. lib. 13. *Idem.*

f *Aut fervente oleo.*] Aut aqua fervente & oleo. Sic Monspessulani Passam uvam dum parant, racemos binos hinc illinc filo ligatos, vitiosis acinis forfice detractis, ferventi lixivio, addito olei paululum, immergunt, quoad flaccescant tantum, & corrugentur: deinde perticis imponunt, ut siccescant, ac post triduum quatriduumve insolant: ut & Columel. docet cap. 16. lib. 12. *Idem.*

g *Sine sarmentis madefactos, &c.*] Columel. cap. 39. lib. 12. Cato cap. 13. *scorpiones* vocant: Varro cap. 54. lib. 1. *scopos*, nempe uvas cum acinorum detractorum pediculis integras, à scoparum similitudine. Pediculos acinorum in uva Græci vocant κρεμαστῆρας, ficuum πείσμαλοι, pomorum πίλμαλοι, Palladius *tenacia*. Idem.

a *Quod*

lenti, donec intumescant, premunt. Et hoc genus ante cætera laudant. Ac simili modo aqua addita, secundarium faciunt. Medium inter dulcia [1] vinumque est, [a] quod Græci aigleuces vocant, hoc est, semper mustum. Id evenit cura, quoniam fervere prohibetur. Sic appellant musti in vina transitum. [b] Ergo mergunt è lacu protinus in aqua cados, donec bruma transeat, & consuetudo fiat algendi. Est etiamnum aliud genus ejus per se, [c] quod vocat dulce Narbonensis provincia, & in ea maxime [2] Vocontii. Asservatur ejus gratia uva diutius in vite, pediculo intorto. Ab aliis ipse palmes inciditur in medullam, ab aliis uva torretur in tegulis: omnia ex Helvenaca vite. His adjiciunt aliqui, quod vocant [d] diachyton, [e] uvis in sole siccatis loco clauso per dies septem, in cratibus, totidem pedes à terra alte, noctibus à rore defensis, octavo die calcatis. Ita fieri optimi odoris saporisque. Dulci è genere est & [f] melitites. Distat à mulso, quod fit [3] è musto, cum quinque congiis austeri musti, congio mellis & salis cyatho suffervefactis, austerum. Sed inter hæc genera potuum ponere debeo & protropum: ita appellatur à quibusdam [g] mustum sponte defluens, antequam calcentur uvæ. Hoc protinus diffusum lagenis suis defervere passi, postea in sole quadraginta diebus torrent æstatis secutæ ipso Canis ortu.

1 vinum est. *M. & Vu.*

2 Voconstia. *M.*

3 ex vetere vino austero, & exiguo melle: melitites vero è quinque, &c. suffervefactis. Sed inter. *Ex Diosc.*

CAP.

a *Quod Græci aigleuces vocant, hoc est semper mustum.*] *Aigleucos* ambo exemplaris non *aigleuces*, idque magis vero consonum: alioqui si *aigleuces* defenditur, ut sit forma adjectiva, *musteum* erit, non *mustum*, scribendum. Sed vetus lectio magis blanditur. *Pint.*

b *Ergo mergunt, &c.*] Cato cap. 120. *Dalec.*

c *Quod vocat dulce, &c.*] Nunc *Piquardant*, aliis *Muscat de Languedoc*. Idem.

d *Diachyton.*] Columella cap. 27. lib. 12. *Idem.*

e *Uvis in sole siccatis loco, &c.*] Uvas sic resiccatas extra vitem, & à suis palmitibus extractas Græci vocant ἡλιοπεδδιμβρίας. In crate, & super cannas id commode fieri ostendit Colum. cap. 16. lib. 12. Ea voce utitur Dioscorides in vino Myrtite, οἱ δὲ, inquit, προηλιοπεδδίωσιν ἐν ἡλίῳ. *Idem.*

f *Melitites.*] Dioscorides cap. 15. & 16. lib. 5. *Idem.*

g *Mustum, &c.*] Lixivium *mustum* à Latinis

CAP. X.

De deuteriis & secundariis, vini genera tria.

1 deuterias. *Vet. forma adjectiva.*

NOn possunt jure dici vina, [a] quæ Græci [1] deuteria appellant, Cato & nos loram, maceratis aqua vinaceis: sed tamen inter vina operaria numerantur. Tria eorum genera. [2] Decima parte aquæ addita, quæ musti expressa sit, & ita nocte ac die madefactis vinaceis, rursusque prælo subjectis. Alterum, quomodo Græci factitavere, tertia parte ejus quod expressum sit, addita aquæ, expressoque decocto ad tertias partes. Tertium est, fæcibus vini expressum, quod fœcatum [b] Cato appellat. Nulli ex his plus, quam anno, usus.

2 *Leg.* Decimæ parti musti quod expressum sit, pari aqua addita, & ita nocte, &c. *Dal. ex Colum. & Dioscor.*

CAP. XI.

Quæ nuper in Italia generosa vina esse cœperunt.

VErum inter hæc subit mentem, cum sint genera nobilia, quæ proprie [3] vini intelligi possint, LXXX. fere in toto orbe, duas partes ex hoc numero Italiæ esse, [4] longe præterea ante cunctas terras. Et hinc deinde altius cura serpit, non à primordio hanc gratiam fuisse.

3 vina. *M.*

4 præstantiora, quam cunctis terris. *Alii.* longe prætereuntis cunctas terras. *Alii.* longe propterea, &c. *Ch.*

CAP. XII. *De vini observatione.*

AUctoritatem post sexcentesimum urbis annum cœpisse. Romulum lacte, non vino, libasse, indicio sunt sacra ab eo instituta, quæ hodie custodiunt morem. Numæ regis [c] [5] Posthumia lex est: Vino

5 Posthumi. *Parm. & Gb.*

à Latinis vocari auctor est Rhod. cap. 34. lib. 28. Vide Athenæum lib. 1. *Dalec.*

a *Quæ Græci deuteria appellant.*] Deuterias Hesychio δευτερίας οἶνος, ὁ κατὰ τὸ ὕδωρ ἐπιχεθῆναι εἰς τὰ στέμφυλα. Turn. cap. decimonono, libri vigesimioctavi Advers. *Idem.*

b *Cato appellat.*] Cap. 153. *Idem.*

c *Posthumia lex est.*] Posthumia, id est, postrema supremoque vitæ tempore lata. De hujus verbi notione vide apud Gellium cap. 16. 12. Cesellii Vindicis & Sulpitii controversiam. Ut ab extra extumus, à citra citumus, sic fit à post postumus. Canterus cap. 10. lib. 2. Vel *postuma*, ab eorum similitudine, qui patre mortuo nascuntur. Nam multis annis post ejus interitum, Numæ libri

reperti

[a] Vino rogum ne respergito. Quod sanxisse illum propter inopiam rei nemo dubitet. Ea de lege, ex imputata vite libari vina diis, nefas statuit, ratione excogitata, ut putare cogerentur, alias aratores, & pigri circa pericula arbusti. M. Varro auctor est, Mezentium Hetruriæ regem auxilium Rutulis contra Latinos tulisse vini mercede, quod tum in Latino agro fuisset.

CAP. XIII.

Qui vini usus antiquis, & de vinis antiquorum.

[b] NOn licebat id fœminis Romæ bibere. Invenimus inter exempla, Egnatii [1] Mecenii uxorem,

[1] Metelli. *Val. cap. 3. lib. 6 Gellius lib. 6. cap. 23.* Sigonius *l. 1. de jure ant. Rom. cap. 9.* Maetenni. *Ch.*

reperti sunt Pontificii juris, ac in lucem editi, quibus id jussisse verisimile est. Supra cap. 13. lib. 13. Scaliger in Catulli versu: *Ut lex Posthumia jubet magistra*, interpretans, *legem Posthumia*, pro *lege Posthumia*. eadem ratione dictum censet, qua urbem Romæ, & herbam lapathi legimus: eiusque hunc Plinii locum, vult has leges Numæ συμποτικαῖς fuisse, non πολιτικάς. Qui enim id Numa vetarit, cum ex veteribus auctoribus satis constet, vino rogum respergi? Apparet itaque, inquit, allusum esse ad voluptariorum dicteria, cujusmodi sunt hæc in Epigrammatis Græcis:

Μὴ μύρα, μὴ στεφάνους λιθίναις στήλαισι χαρίζου,
Μηδὲ τὸ πῦρ βρέξῃς εἰς κενὸν ἡ δαπάνη.
Ζῶντί μοι, εἴ τι θέλεις, χάρισαι, τέφρην δὲ μεθύσκων
Πηλὸν ποιήσεις, οὐχ' ὁ θανὼν πίετ').

Quanquam, subjungit, in duodecim scriptum fuit: MURRINAM MORTUO NE INDITO. *Dalec.*

a *Vino rogum ne respergito*] Manibus cum parentabatur, rogum sepulchrumve conversa manu vino respergebant, pocula libabant, effuso vino vasa in ignem mittebant, nigras hostias immolabant. Alexander ab Alexandro cap. 26. lib. 5. Quamvis ob inopiam Numa rogum vino aspergi vetuerit: Decemviri tamen, quorum leges interpretati sunt Scævola, Lælius, Capito, ab auctore nominati, vino quovis id fieri permiserunt, præterquam Murrato, quod ex Varrone Festus citat. Pyhagoricæ disciplinæ scientissimum regem hoc Symbolo putant vinum iracundis prohibuisse. *Idem.*

b *Non licebat id fœminis Romæ bibere.*] Vide Val. Max. cap. 1. lib. 2. Scribit Gellius Romanas mulieres usas in potu laurea, passo, murrhina: quo loco *lauream* loram esse intelligunt. Grandiores natu fœminas auctor est Varro bibere solitas loram, poscam, defrutum, passum, quod à Plauto dictum volunt Murrhinam. Rhod. cap. 37. lib. 18. Mulieres Romanas, servos, ephebos ad annum usque tricesimum, mulieres item Massilienses vino abstinuisse refert idem auctor cap. 5. lib. 28. Apud Agellium Cato in oratore de dote: *Vir, nisi cum divortium facit, mulieri judex & pro censore est: imperium, quod videtur, habet: si quid perverse tetreque factum est à muliere, multatur: si vinum bibit, si cum alieno viro quid probri fecit, condemnatur, &c.* Lips. cap. 13. lib. 1. Apud Nonium Cic. 3. de Rep. *Ita magnam vim habet disciplina verecundia: Carent temeto omnes mulieres.* Idem lib. 4. *Atque etiam si qua erat famosa, ei cognatio osculum non ferebat.*

uxorem, quod vinum bibisset è dolio, interfectam [1] fuste à marito, eumque cædis à Romulo absolutum. Fabius Pictor in Annalibus suis scripsit: Matronam, quod loculos, in quibus erant claves vinariæ cellæ, resignavisset, à suis inedia mori coactam. Cato, ideo propinquos fœminis osculum dare, ut scirent an temetum olerent. Hoc tum nomen vino erat: unde & temulentia appellata. Cn. Domitius judex pronuntiavit, [a] mulierem videri plus vini bibisse, quam valetudinis causa, viro insciente, & dote mulctavit. Diuque ejus rei magna parsimonia fuit. [b] L. Papyrius Imperator adversus Samnites dimicaturus votum fecit, si vicisset, Jovi pocillum vini. Denique inter dona sextarios lactis datos invenimus, nusquam vini. Idem Cato, cum in Hispaniam navigaret, unde cum triumpho rediit: [2] Non aliud, inquit, vinum bibi, quam remiges: in tantum dissimilis istis, qui etiam convivis alia, quam sibimetipsis, ministrant, aut procedente mensa subjiciunt. [c] Lautissima apud priscos vina erant, [d] [3] myrrhæ

1 fusti. *Ch.*

2 Non aliud vinum bibit. *M.*

3 murino. *M.* unguentario. τῷ μύρῳ, myri. *Hermolaus.*

Apud Athenæum lib. 10. Polybius scribit, etiam nullo modo fallere potuisse quæ bibissent, cum mos ille mane ipsas osculandi ea de causa sit inventus, & illarum curæ non committeretur cella vinaria. Victorius cap. 7. 24. *Dalec.*

a *Mulierem videri plus vini bibisse.*] Ea modestia fuit priscorum hominum, ut qui testimonium dicerent, etiamsi referrent quæ vidissent, & certo scirent, ea tamen ἠθικῶς sibi videri, νομίζεσθαι, δοκεῖν, loquerentur. Idem observatum fuit in Senatusconsultis, quæ ob id δόγματα Græci vocaverunt, in Plebiscitis, & à Judicibus in causarum cognitione, quæ vera esse didicissent, ut ea, non tanquam essent, sed tanquam facta viderentur, pronunciarent. Cujacius cap. 26. 3. Observ. Brissonius cap. 22. *Idem.*

b *L. Papyrius Imperator, &c.*] De hoc vide cap. 11. lib. 17. *Idem.*

c *Lautissima apud priscos vina erant, myrrhæ odore condita, &c.*] Libri veteres legunt: *vina erant miro odore condita.* Sed apud Plaut. act. 1. Scen. 3. mulsum non vinum discribitur. Vide *Salmas.* pag. 709. b. Vel sic scripsit Plin. *Lautissima apud priscos erant vina pomorum odore condita, &c.* Salmas. pag. 710. a, b.

d *Myrrhæ odore condita.*] Myrrhæ odorem hic τὸ ἄρωμα vocat Colum. cap. 19. 12. Ad prædictum autem modum musti adjici debent hi odores, Nardi folium, Iris Illyrica, Nardum Gallicum. Brod. cap. 20. 4. Vinum sic conditum ἀνθοσμίαν οἶνον, & ἀνθινὸν Græci vocabant, ut & Latini veteres vini florem. Ennius:

---- *Hac anus admodum*
Friguit, nimirum sauciavit se flore Liberi.

Dalec.

a *Scævolam*

rhæ odore condita, ut apparet in Plauti fabula, quæ Persa inscribitur, quanquam in ea & calamum addi jubet. Ideo quidam [1] aromatice delectatos maxime credunt. Sed Fabius [2] Dorsenus his versibus decernit:

Mittebam vinum pulchrum, murrhinam.

Et in Acharistione:

Panem & polentam, vinum murrhinam.

[a] Scævolam quoque & Lælium & Atteium Capitonem in eadem sententia fuisse video, quoniam in Pseudolo sit:

Quod si opus est, ut dulce promat
Indidem, ecquid habet? CHAR. *rogas?*
Murrhinam, passum, defrutum, [3] *mella.*

Quibus apparet non inter vina modo [b] murrhinam, sed inter dulcia quoque nominatum.

CAP.

1 aromaticis, *V. vide num* aromatite. *Sic certe* Ch.

2 Dossenus. *Ch.*

3 mellinam. *Had. Jun. cap.* 19. *lib.* 5. Defrutum, mellinam, mel quojusmodi. Sambuceus, mellinam τὸ ὑδρόμελι. *M.*

a *Scævolam quoque & Lælium & Ateium Capitonem.*] Lego *Ælium* non *Lælium* ex indice antiquorum codicum & Romanæ etiam impressionis. Tres enim hic jurisconsulti memorantur, Scævola, Ælius, Ateius Capito: quorum inter alios Pomponius meminit Jurisconsultus primo Digestorum volumine, titulo de origine juris. Verba cujus de hoc Ælio sunt, *Non post multum temporis spatium Sextus Ælius alias actiones composuit, & librum populo dedit, qui appellatur Jus Ælianum.* & mox: *Deinde Sextus Ælius & frater ejus P. Ælius Aterius, & P. Atilius, maximam scientiam in profitendo habuerunt. & duo Ælii etiam consules fuerunt: Atilius autem à populo primus Sapiens appellatus est. Sextum Ælium etiam Ennius laudavit, & extat illius liber qui inscribitur Tripartita.* Hæc Pomponius. Versus autem Ennii quo Ælius hic laudatur, à Cicerone affertur prima Tusculana: *Egregie cordatus homo catus Ælius Sextus.* & in Catone majore idem Cicero hunc Ælium laudat, cujus verba ut ab inveterata multos jam annos menda asserantur, libuit subtexere: *Nihil Sextus Æmilius tale, nihil multis annis ante T. Coruncanius, nihil modo P. Crassus, à quibus jura civibus præscribebantur.* Scribendum, *Sextus Ælius*, non *Sextus Æmilius*. Pint.

b *Murrhinam.*] Quidam legunt *Murrianam*, alii *Murinam*, alii *Myrrhinum*. Had. Jun. cap. 19. 5. Murrynum, ἀπὸ τοῦ μύρου, quoniam, ut inquit Ælianus, οἶνον μύρῳ μεμιγμένον οὕτως ἔπινον, vinum odoribus imbutum bibebant, μυρρινίτην οἶνον, sive, ut legit Pollux, μυρρίτην, Philippides Comicus appellavit. ἦν δέ τις, inquit Pollux, καὶ μυρρίτης οἶνος, μύρῳ κεκερασμένος· οἱ δὲ τὸν γλυκὺν οὕτως οἴονται κεκλῆσθαι. Sex. Pomp. Murinam exponit Græcorum Nectar: quibus argumentis fit, ut interpretatio Plinii minus sit probabilis, quamvis Fulgentius laudet: ac præterea, quia ingrato amarore Myrrhæ perfusum vinum vix cuiquam placiturum sit. Juvenal. Sat. 6.

Cum perfusa mero spumant unguenta Falerno.

Martialis:

Et foliata sitis.

Brod. cap. 4. 4. Est & οἶνος ἀνθοσμίας Xenophonti ἑλλην. δ. at Luciano, idem

forassis

CAP. XIV. *De apothecis, & de vino Opimiano.*

APothecas fuisse, [a] & diffundi solita vina anno DCXXXIII. urbis, apparet [1] indubitato [b] Opimiani vini argumento, jam intelligente suum bonum Italia. Nondum tamen ista genera in claritate erant. [c] Itaque omnia tunc genita unum habent Consulis nomen. Sic quoque postea diu transmarina in auctoritate fuerunt, & ad avos usque nostros: quin & Falerno jam reperto, [d] sicut apparet ex illo Comico [2] versu,

Quinque [3] *Thasii vini inde depromam, Falerni bina.*

P. Licinius Crassus, & [4] L. Julius Cæsar Censores anno

1 in consulatu. *M.*

2 versu Anaxipolis Thasii. *V.*

3 Thasii. *M.* Thasi vini depr. *Ch.*

4 & L. Cæsar. *M.*

fortassis cum Myrino. Thomas interpretatur *ἀσσυμον*. Brod. cap. 26. & 33. lib. 5. Alexand. ab Alexand. cap. 11. 3. Scalig. in cap. 6. 9. Caus. Theophrast. Murrhinam vocatum censet vinum, quod Romanis fœminis premebatur ex baccis myrti, quoniam myrrha ob amarorem non sit idonea potui, & myrtum ubique Theoph. vocet *μύῤῥινον*. Murratam potionem Ædiles per supplicationes ad pulvinaria Diis addebant. Duodecim tabulis cautum erat, ne illa mortuo inderetur. *Murrinam* Græci vocant Nectar: mulieres *Murriolam*: quidam *Murratum vinum*: quidam dictum putant ab uva Murrina. Festus: Plauti versus est: *Bene in strutheis concaleat* (mulsum) *& calamum injice.* Apud Sutrium Comicum Glycerium, *Myrinum mihi adfer, quo virilibus armis occurram fortiuscula.* Supplicationibus publicis ad Deorum pulvinaria Ædilium jussu Myrinum apponebatur, quos ambrosia & nectare pasci credidit antiquitas. Apud Petronium Arbitrum quidam Myrini potu se ad libidinem concitatum fuisse narrat. *Dalec.*

a *Et diffundi solita vina, &c.*] Scribe: *& diffundi solita vina anno* DCXXXIII. *urbis apparet, in consulatu Opimii, Opimiani vini argumento.* Nam hoc anno urbis consul fuit Opimius. *Salmas.* 467. b. *Et diffundi solita vina, &c.*] Colari, saccari, διαχεῖν, transvasari, elutriari, ex cupa in qua per aliquot dies ferbuit, in dolia & cados transfundi, in quibus conditum servabatur, ac unde œnophoris haustum in crateres & pocula fundebatur bibituris. ἠθεῖν Theophrast. c. 24 lib. 6. Caus. quasi ἠθμειδῶς vocat. *Dal.*

b *Opimiani vini, &c.*] L. Opimii Consulis anno omnium vini generum bonitatem laudavit supra cap. 4. hujus libri. *Idem.*

c *Itaque omnia tunc genita, &c.*] Cicero in Bruto: *Ut si quis Falerno vino delectetur, sed eo nec ita novo, ut proximis Coss. natum velit: nec rursus ita vetere, ut Opimium aut Anatium Coss. quærat. Atqui hæ notæ sunt optimæ. Credo. Sed nimia vetustas, nec habet eam, quam quærimus, suavitatem; nec est jam sane tolerabilis.* Idem.

d *Sicut apparet ex illo Comico versu Anaxipolis Thasii, &c.*] Quid ego audio, Anaxipolim Thasium Latinos versus scriptitasse? an forte Græce quidem scripsit, sed togatas fabulas. Alioqui inepte citatur testis, ubi agitur de auctoritate, quæ fuit vinis in Urbe atque Italia. Subjiciam & hic veterem lectionem, quo magis appareat depravatio: *Sic quoque postea diu transmarina, &c. sicut apparet ex illo Comico versu, Quippe Thasii, &c.* non *Quinque, &c.* Gelenius.

e *Edixe-*

anno urbis conditæ [1] DCLXXV. [a] edixerunt, ne quis [2] vinum Græcum ammineumque [b] octonis æris singula quadrantalia venderet. Hæc enim verba sunt. Tanta vero vino Græco gratia erat, ut singulæ potiones in convictu darentur. Quibus vinis auctoritas fuerit sua in mensa, M. Varro his verbis tradit: L. Lucullus puer apud patrem nunquam lautum convivium vidit, in quo plus semel Græcum vinum daretur. Ipse cum rediit ex Asia, millia cadûm [c] [3] congiariorum divisit amplius centum. C. Sentius, quem Prætorem vidimus, Chium vinum [4] in domum suam illatum dicebat tum primum, cum sibi cardiaco medicus dedisset. Hortensius super decem millia cadûm hæredi reliquit. Hactenus Varro.

1 DCLXV. *M. & Cb.*

2 vini Græci Ammineique plus octonis, vel, pluris quam octonis. *Dal.*

3 congiarium. *M & Cb Lego*, congiario.

4 in *d.* in *C. Tol.*

CAP. XV. *De liberalitate Cæsaris in vino.*

QUid; non & Cæsar Dictator triumphi sui cœna vini Falerni amphoras, Chii cados [d] in [5] convivia distribuit? Idem Hispaniensi triumpho Chium & Falernum dedit. Epulo vero in tertio consulatu suo, Falernum, Chium, Lesbium, Mamertinum: quo primum tempore quatuor genera vini apposita constat. Postea ergo alia omnia in nobilitatem venerunt, [6] circiter septingentesimum urbis annum.

5 convivas. *Dal.*

6 & circ. septingentesimo urbis anno. *M.*

CAP.

a *Edixerunt, ne quis, &c.*] Olim minime liberum fuit cuique negotiatori tanti res suas æstimare quanti vellet, sed quanti censuisset magistratus, cujus censionem ac æstimationem annonam fori vocabant. Apud Terent. Donatus, illud, *scisti uti foro*, sumptum vult à negotiatoribus, qui, quanti vendant, quæ advehunt, non præscribunt, priusquam veniant in commercii locum: sed secundum annonam fori, quam deprehenderint, de vendendis, aut non vendendis mercibus consilium capiunt. Ræyard. cap. 17. 3. Variorum. *Dalec.*

b *Octonis æris singula, &c.*] Sextarios 48. *Idem.*

c *Congiariorum, &c.*] Congius Italici sextarii sex: Congiarius cadus, qui sextarios sex capiebat. *Idem.*

d *In convivia distribuit.*] Id est, in singula convivia singulos cados, singulasque amphoras. *Convivia* hic vocat certum convivarum numerum una discumbentium, qui fere intra Musarum numerum consistebat, juxta tritum illud proverbium: *Septem convivium, novem convitium.* Gelen.

 a *Cum*

CAP. XVI. *De vinis factitiis.*

Itaque non [1] miror innumerabilia pene genera factitii reperta multis ante seculis, quæ nunc dicemus, omnia ad medicinæ usum pertinentia. Omphacium quo modo fieret, propter unguenta, diximus [2] priori libro. Fit è labrusca, hoc est, vite silvestri, quod vocatur œnanthinum. Flores ejus libris duabus in musti cado [3] macerati, post xxx. dies mutantur. Præter hoc radix labruscæ & acini coria perficiunt. Ii paulo postquam [4] defloruere, singulare remedium habent ad refrigerandos in morbis corporum ardores, gelidissima, ut ferunt, natura. Pars eorum æstu moritur, [5] priusquam reliqui, qui solstitiales [6] dicuntur. Universi nunquam maturescunt: & si [7] prius, quam tota maturescat, una incocta detur cibo gallinaceo generi, fastidium gignit uvas appetendi. Factitiorum primum fit ex ipso vino, quod vocant adynamon, hoc modo: Albi musti [8] sextarii xx. aquæ [9] dimidium, fervet donec excoquatur aquæ mensura. Alii marinæ sextarios decem, tantundem [10] pluviæ, in sole quadraginta diebus torrent. Dant ægris, quibus vini noxiam timent. Proximum fit è milii semine maturo, [a] cum ipsa stipula, [11] libram & quadrantem in congios duos musti, macerato, [12] & post septimum mensem transfuso. [b] Ex loto arbore, frutice, herba, [c] dictum est uti quæque fierent. Fiunt & è pomis quæ dicemus, interpretationibus non nisi necessariis additis: primumque è palmis, quo Parthi

1 minora. *Vet. M.*
2 superioribus libris. *Dal. cap. 27. lib. 12.*
3 maceratis. *M.*
4 defluere. *Ch.*
5 perstant reliqui. *Dal.*
6 dicuntur universi. Nunquam. *Ch.*
7 priusquam tota uva marcescat, incocta. *C. Tol.* inarescat.
8 sextariis. *Dal.*
9 tantundem. *Diosc.*
10 pluviæ, mellis, musti, miscent, decapulant, & in sole. *Diosc. lib. 5.*
11 libra & quadrante. *Alii*, ad libram.
12 & vino post. *Dal.*

a *Cum ipsa stipula, &c.*] Cum juba, sive phoba. *Dalec.*

b *Ex loto arbore.*] Lapsus est memoria Plinius, tum quod citato loco ex fructu loti, Africanæ arboris, vinum tantum fieri dixit mulso simile, quod ultra denos dies non durat: tum quod loti arboris, & herbæ Ægyptiæ, ibi tantum meminit, non autem fruticis. *Idem.*

c *Dictum est uti quæque fierent.*] Cap. 17. lib. 13. arborem vocat Africanam: fruticem, Lotometram: herbam, Ægyptiam. *Idem.*

K 3

a *Matura-*

Parthi & Indi utuntur, & Oriens totus, [a] [1] maturarum quas vocant chydæas, modio in aquæ congiis tribus macerato [2] expressoque. Sic fit & sycites è fico, quem [3] alii [b] palmiprimum, alii catorchiten vocant. Aut si dulce esse non libeat, [c] pro aqua tantundem vinaceorum adjicitur. E Cypria fico & [d] acetum fit præcellens, [e] atque Alexandrino quoque melius. Vinum fit, [f] & è siliqua Syriaca, & è pyris malorumque omnibus generibus. Sed è Punicis, quod rhoiten vocant: & è cornis, mespilis, sorbis, moris siccis, [g] nucleis pineis. Hi musto madidi exprimuntur: superiora per se mitia. Myrtiten [h] Cato quemadmodum [4] fieri docuerit, mox paulo indicabimus. Græci vero & alio modo. Ramis teneris cum suis foliis in albo musto decoctis, tusis, libram in tribus musti congiis [5] deferveré faciunt, donec duo supersint. Quod ita silvestris myrti baccis factum est, [i] myrtidanum [6] vocant: hoc manus tingit. Ex his quæ in hortis gignuntur fit

1 mitiorum. *Vet.*

2 *Lego*, expressoque: aut si ita dulce esse non libeat, congiis quinque. Fit & sycites è fico (carica, *Diosc.*) in Cypro, ut palmeum: aliqui catorchiten vocant, sed pro aqua tantundem humoris adjiciunt, in quo recenter pressa vinacea maduerint. Fit & liquor is acetum præcellens, &c. *Sic locus hic ex Diosc. restituend.*

3 alii parnu primum, alii trocin. *Ch.*

4 fecerit, hoc paulo. *M.* 5 defervefaciunt. *Ch.* 6 vocatur. *Ch.*

a *Maturarum quas vocant chydæas.*] Lege: *mitiorum quas vocant Chydæas.* vocat *mitiores* quæ maturæ sunt, easque vocari Chydæas ait, quasi tum viliores, Sic olivæ maturiores pessimæ. *Salmas.* 1326.b. *Maturarum quas vocant chydæas.*] E caryotis fieri, non è chydæis, auctor scribit cap. 4. lib. 13. E chydæis fieri Dioscorides ait. *Dalec.*

b *Palmiprimum.*] Hæc vox si integra est, vinum Palmeo bonitate proximum significat. Quidam legunt *Carycinum.* Idem.

c *Pro aqua tantundem, &c.*] Pro aqua, cremoris vinaceorum tantundem, Dioscor. lib. 5. ἔνιοι ἀντὶ ὕδατος στεμφύλων ἀποβρέγματος νεαθλίπτων τὸ ἴσον μέτρον βάλλουσι. *Idem.*

d *Acetum fit præcellens.*] Aceti Sycitis, id est, ficulnei, parandi modum tradit Columel. cap. 17. lib. 12. *Idem.*

e *Atque Alexandrino, &c.*] Alexandriæ plurima Sycomorus est, cujus è fructu liquor in acetum aëre facile degenerat. Diosc. cap. 24. lib. 5. *Idem.*

f *Et è siliqua Syriaca.*] Diosc. cap. 32. lib. 5. *Idem.*

g *Nucleis pineis.*] Idem cap. 44. lib. eod. *Idem.*

h *Cato.*] Cap. 125. *Idem.*

i *Myrtidanum vocant.*] Myrtidanum Dioscoridi est adnatum myrto tuber, inæquale, verrucosum, concolor, quod manus instar caudicem myrti amplectitur. Ex eo vinum non fit, sed tusum cum vino austero reconditur, deinde in pastillos formatur, qui in umbra resiccati efficacius adstringunt, quam myrti & folium, & fructus. Vide intra cap. ultimo 23. Catonem cap. 125. Palladium cap. 2. & Columel. cap. 18. lib. 12. *Idem.*

fit vinum è radice, asparago, cunila, origano, a[...] semine, abrotano, mentastro, ruta, nepeta, se[...] pillo, marrubio. Manipulos binos [1] tundunt [...] cadum musti, & [2] sæpe sextarium, & aquæ ma[...] næ heminam. [a] E [3] napis fit, XI. denariorum po[...] dere in sextarios binos musti addito: item è scil[...] radice. Inter flores [b] ex rosæ foliis tusis in linteo[...] [c] in mustum, [4] colatis cum pondusculo, ut [5] sida[...] XL. pondere denariorum in sextarios vicenos mus[...] [d] nec ante tres menses vase aperto. Item è nar[...] gallico, & aliud è silvestri. [e] Aromatiten quoqu[...] invenio factitatum tantum non unguentorum com[...] positione, primo è myrrha, ut diximus, mox [...] nardo Celtico, calamo, aspalatho, offis in mustu[...] aut dulce vinum [6] defectis. [7] Aliud è calamo, ju[...] co, costo, nardo Syriaco, amomo, casia, cinn[...] momo, croco, palma, asaro, [8] similiter & off[...] Apud alios nardi, & malobathri selibris in mus[...] congios duos additis: qualia nunc quoque fiu[...] [f] pipere & melle addito, quæ alii condita, alii p[...] perata appellant. Invenitur & nectarites ex herba[...] quam alii [9] helenion, alii medicam, alii symphy[...] ton, alii Idæam & orestion, alii nectaream vo[...] cant[...]

1 condunt. Ch.
2 sapæ. Dal.
3 bunio. Diosc.
4 collatis.
5 sidaut.
6 dejectis. Dal. defe-ctis. Ch.
7 Alii de. M.
8 similibus & offis. Dal.
9 mele-nion. Ch.

a *E napis fit, XII. denariorum pondere.*] Archetypum Toletanum, *fit duum denariorum*: verbum etiam *pondere* superfluit, ex eodem exemplari. Hermolaus *undecim* defendit ex Dioscoride, nescio quo jure. nam Dioscoridis verba libro quinto mire cum verbis emendatissimi exemplaris faciunt. *Tundito*, inquit, *naporum drachmas duas, &c.* Porro idem esse pondus drachmæ, & denarii, in aperto est apud omnes. *Pint.*

b *Ex rosæ foliis tusis in, &c.*] Legend. *Ex rosæ foliis tusis in linteolo in mustum chalatis cum pondusculo, ut sidat, CCL. denariorum pondere in sextarios vicenos musti, nec ante tres menses vase aperto.* Nam minæ sive centum denariorum pondus in sextarios octo, requirit duas minas in sedecim, duas & ἡμίμναιον in viceno[...] Male vulgo, XL. *denariorum.* Sed ne[...] recte *colatis.* Scripsi, *chalatis*, id es[...] demissis: quod verbum apud Vegetium[...] ut & *chalatorios funes* eruit Turnebu[...] Vide *Gronov.* de Sestert. 193.

c *In mustum.*] In Hyssopite id Dios[...]corides. *Dalec.*

d *Nec ante tres menses vase aperto.*[...] Ut defæcatum vinum transfundatu[...] Diosc. *Idem.*

e *Aromatiten quoque, &c.*] Palladiu[...] in Octobri cap. 14. Dioscor. lib. 5. Co[...]lum. lib. 12. Athen. lib. 1. τρίμμα vo[...]cari scribit. *Idem,*

f *Pipere & melle addito.*]Hunc tertium modum non describit Diosc. *Idem.*

aRadice[...]

cant, [a] radice [1] ponderis XL. denariorum in sextarios sex musti, addita, similiter in linteo. Ex cæteris herbis fit absinthites [2] in XL. sextarios musti absinthii Pontici libra decocta ad tertias partes, vel [b] scopis absinthii in vinum additis. Similiter hyssopites è Cilicio hyssopo, unciis tribus in duos congios musti conjectis, aut tusis in unum. Fiunt [3] utraque & alio modo, circa radices vitium sato. Sic & elleboriten fieri ex veratro nigro [c] Cato docet. Sic fit & scammonites. Mira vitium natura, [d] saporem alienum in se trahendi, qualem & salicum redolent Patavinorum in palustribus vindemiæ. Sic & elleborum seritur in Thaso, [e] aut cucumis silvester aut scammonea, quod vinum phthorium vocant, quoniam abortus facit. Fit & ex herbis, quarum naturæ [4] suo loco dicentur. E stechade & radice gentianæ, & tragorigano, & dictamno, asaro, dauco, elelisphaco, panace, acoro, conyza, thymo, mandragora, junco. Vocarunt & scyzinum, & itæomelin, & lectisphagiten, quorum jam obliterata ratio est. Et fruticum vero è genere, [f] cedri utriusque, cupressi, [5] laurus, juniperi, terebinthi, [6] calami, lentisci, baccas aut lignum recens musto deco-

1 ponderis XL. in sextarios. *M.* poculo quinque drachmarum in congios sex. *Diosc.*

2 XLVIII. sextariis musti, absynthii Pontici libra, decoctis ad tertias partes. *Budæus.* *legitur* & sextariis musti, *in M. & Ch.*

3 Pleraque, &c. satu. *Dal.*

4 suæ. *Ch.*

5 lauri, pini, junip. *M.*

6 callia. *M.* *lego* thymelææ, *Ex Diosc. qui etiam bis plantis addit abietem.*

a *Radice ponderis, &c.*] Lege: *radice ponderis* V. *denariorum in sextarios* XXXVI. *musti addita.* Gronov. de Sestert. p. 194. *Radice ponderis* XL *denariorum in sextarios sex musti addita.*] Scribo, *radice ponderis* V. *denariorum.* Dioscorides: *Conficitur & nectarites dictum vinum ex helenio herba, quam alii à gente Medicam, alii symphyton, alii verbascon Idæon, alii orestion, alii nectarion appellant. Sumito helenii radicis siccatæ drachmas quinque, colligatasque in linteolo in musti congios sex demittito, &c.* Pint.

b *Scopis.*] Manualibus fasciculis. *Dalecamp.*

c *Cato docet.*] Cap. 115. Cæterum serendum veratrum esse non scribit, verum ejus radicis fasciculos tres circa vitis ablaqueatæ radicem defodiendos. Dioscorides ex plantæ radicibus musto immissis Elleboritem & Scammonitem parat. *Idem.*

d *Saporem alienum, &c.*] Non saporem tantum, sed etiam vires. Dioscor. cap. 77. lib. 5. *Idem.*

e *Aut cucumis silvester aut scammonea.*] Scribe, *scammonia*, non *scammonea*: unde *scammonites vinum* paulo ante: semper autem per jota in penultima invenies in Plinio, Dioscoride, Paulo, Galeno, reliquis. *Pint.*

f *Cedri utriusque.*] Negligenter Plinius de utraque Cedro id scribit, cum de Cedrino ex Oxycedri baccis parato, & cedrite ex cedrya confecto, id scribat Dioscor. *Dalec.*

decoquunt. [1] Item chamelææ, & chamepithyos, & chamædryos lignum. Eodem modo & ex flore, in congium musti [a] decem denariorum pondere addito.

1 Item cham. & etiam lignum, dum florent, eodem modo, in congios, &c. Ex Diosc. cap. 79. & 80. 5.

CAP. XVII. *De hydromelite & oxymelite.*

FIt vinum & ex aqua ac melle tantum. Quinquennio ad hoc servari cœlestem [2] jubent. Aliqui prudentiores statim ad tertias partes decoquunt, & tertiam mellis veteris adjiciunt: deinde XL diebus Canis ortu in sole habent. Alii [3] diffusa ita x. die obturant. Hoc vocatur hydromeli, & vetustate saporem vini assequitur, nusquam laudatius, quam in Phrygia. Quin & acetum melle temperabatur: adeo nihil [4] intentatum vitæ fuit. Oxymeli hoc vocarunt, mellis x. libris, aceti veteris heminis quinque, salis marini libra, aquæ pluviæ sextariis quinque suffervefactis decies, mox elutriatis atque ita inveteratis. Omnia ab Themisone summo auctore damnata: & hercule coactus eorum usus videri potest, nisi si quis naturæ opus esse credit aromatiten, & ex unguentis vina composita, aut ut biberentur genuisse [5] eam frutices. Ista sunt cognitu jucunda, solertia humani animi omnia exquirente. Nihil quidem ex his anno durare, prætérquam quæ [6] vetustate ipsa fieri diximus: & plura ne tricenis quidem diebus, non erit dubium.

2 jubent aliqui prudentiores. Alii statim. M.

3 diffusam post x. diem.

4 intemperatum in vita. M.

5 ea. M.

6 vetustatem ipsam ferre, &c. est.

CAP. XVIII. *Prodigiosa genera vini.*

[b] SUnt & in vino prodigia. Dicitur [c] in Arcadia fieri, [7] quod fœcunditatem fœminis importet, viris rabiem. At in Achaia maxime circa [d] [8] Caryniam

7 sterilitatem. Th. ἀτεκνίας ποιεῖ.

8 Charmiam. Ch.

a *Decem denariorum pondere addito.*] Diosc. hanc vini & materiæ, quæ injicitur portionem docet cap. De vino ex Chamelæa. *Dalec.*

b *Sunt & in vino prodigia.*] Teophrastus cap. 19. lib. 9. histor. *Idem.*

c *In Arcadia fieri.*] Apud Heracleam. Theophrast. cap. 20. lib. 9. histor. Athen. lib. 1. *Idem.*

d *Caryniam, &c.*] *Cabineam* Theoph. *Cerynam*

niam abigi partum vino, atque etiam si uvam edant gravidæ, cum differentia in gustatu non sit. Trœzenium vinum qui [1] bibunt, negantur generare. [a] Thasios duo genera vini diversa facere proditur: unum quo somnus concilietur, alterum vero quo fugetur. Apud eosdem vitis [b] theriace vocatur, cujus & vinum & uva contra serpentium ictus medetur. Libanios thuris odore, ex qua Diis prolibant. E diverso [c] aspendios, damnata aris. Ferunt eam nec ab alite ulla attingi. Thasiam uvam Ægyptus vocat apud se prædulcem, quæ solvit alvum. Est contra in Lycia, quæ solutam firmat. Ægyptus & ecbolada habet, [2] abortus facientem. [d] Vina in apothecis Canis ortu mutantur quædam, postea que restituuntur sibi. Sic & [3] mari navigatio, cujus jactatus his, quæ duraverint, tantum vetustatis adjicere [4] sentitur, quantum habuerint.

1 bibant. Ch.

2 abortivos. M.

3 maris navigatio. M.

4 censetur. V.

CAP.

Caryniam Athenæo. Addidit Theophrastus, canibus, si uvas gustaverint, etiam catulos elidi. Victorius cap. 23. lib. 7. *Dalec.*

a *Thasios duo genera vini diversa facere proditur.*] Verior lectio ejusdem exemplaris, *Thasos duo genera, &c.* ut insulam intelligas, non insulares. *Pint.*

b *Theriace vocatur.*] Vide infra cap. 1. lib. 23 & Palladium in Februario, c. 28. *Dalec.*

c *Aspendios.*] Quidam sic dictam interpretantur ab Aspendo urbe Pamphyliæ. Lego *Aspondos*, vel *Aspondios*, à particula privationis Græca α, & verbo σπένδειν, libare: ut uva sit, cujus vino diis libare nefas est. *Idem.*

d *Vina in apothecis Canis, &c.*] Hesiodus tamen vinum tum esse optimum scribit, τῆμος πιόταται, τ' αἶγες καὶ οἶνος ἄριστος, ut interpres, quoniam τότε ἤδη κεκερασμένος, τὰς μεταβολὰς ὁρῶν ἐκφυγεῖν, καθ' ἃς ἦν κίνδυνος τραπῆναι. Ea de causa sub Canis ortum veteres largius bibendum præceperunt: non tantum quod ingens æstus sitibundos ad potum invitet. Theognis:

Ἄφρονες ἄνθρωποι καὶ νήπιοι οἵ τινες οἶνον
Μὴ πίνουσ', ἄστρου καὶ κυνὸς ἀρχομένου.

Alcæus, Τέγγε δὲ πνεύμονας οἴνῳ, τὸ γὰρ ἄστρον περιτέλλεται. Brod. cap. 20. 3. Magius cap. 18. lib. 1. *Idem.*

CAP. XIX.

Quibus vinis ad sacra uti fas non sit, & quibus generibus musta condiantur.

1 vino. *M.*

2 hom. mortui laqueus, *vel*, hanc mortuus. *Dal.*

3 calcatæ. *Dal.*

4 pollutæ. *Dal.*

ET quoniam religione vita constat, [a] prolibare Diis nefastum habetur [b] [1] vina, præter imputatæ vitis, fulmine tactæ, quamque juxta [c] [2] hominis mors laqueo pependerit, aut vulneratis pedibus [3] calcata, & quod [d] circumcisis vinaceis profluxerit, aut superne deciduo immundiore lapsu aliquo [4] polluta. Item Græca, quoniam aquam habeant. Vitis ipsa quoque manditur, decoctis caulibus summis, qui & condiuntur in aceto ac muria. Verum & de apparatu vini dixisse conveniat, cum Græci privatim ea præcepta condiderint, artemque fecerint, sicut Euphronius, & Aristomachus, & [5] Coniades, & Hicesius. Africa gypso mitigat asperitatem, nec non aliquibus sui partibus [e] calce. Græcia argilla, aut marmore aut sale, aut mari, lenitatem excitat: Italiæ [6] pars aliqua [f] [7] rabulana pice ac resina condire musta vulgare [8] est ei, provinciisque finitimis. Nonnusquam prioris vini fæce acetove condiunt. Nec non & ex ipso musto fiunt medicamina: decoquitur, ut dulcescat portione virium. Nec durare ultra annuum spatium tale proditur. Aliquibus in locis decoquunt [g] ad sapas musta, infusisque

5 Conmiades. *Ch.*

6 In parte. *M.*

7 radulana. *V.*

8 est, provin. finitimis. Auni prioris vina fæce. *M.*

a *Prolibare diis nefastum habetur vina præter imputata vitis.*] In Toletano exemplari distincte legitur, *nefas tum habetur.* Ergo duo illa verba *tum* & *præter*, falso adjecta puto, ut capite duodecimo, *Eadem lege ex imputata vite libari vina diis nefas statuit.* nam quod ait Hermolaus, *præterimputata*, unam esse dictionem, mihi non fit verisimile. *Pint.*

b *Vina.*] Spurca hæc vina Pontifices appellabant. *Dalec.*

c *Hominis mors laqueo pependerit.*] Mortui laqueus, vel homo mortuus. *Idem.*

d *Circumcisis, &c.*] Tortivo. *Idem.*

e *Calce.*] Condiri etiam vina gypso, & calce, vide cap. 1. lib 23. *Idem.*

f *Rabulana pice*] Lego, *radulana* (tam sicca ut radi possit. Nam, ut ait Columel. cap. 20. lib. 12. quanto vetustior, tanto melior.) Idem auctor *rasim*, (lego, *rasilem*) vocat, ξυστὴν. Quidam *Rhetica* legunt. Eam certe Constantinus in Geoponicis maxime laudat. *Idem.*

g *Ad sapas musta.*] Vinum id γλύξιο vocat Athenæus lib. 1. *Idem.*

ſiſque his ferociam frangunt. Et in hoc tamen genere, & in omni alio [1] ſubminiſtrant vaſa ipſa [2] condimentis picis. Cujus faciendæ ratio proximo dicetur volumine.

1 ſubm. vaſis ipſis condimenta. Alii, ſublinunt vaſa ipſa condimento.
2 cum cond. D.

CAP. XX.

De picis generibus, & [a] reſinis & muſtis condiendis, & de aceto, & fæce.

[b] ARborum ſucco manantium picem reſinamque, aliæ [3] ortæ in Oriente, aliæ in Europa ferunt. Quæ intereſt Aſia, utrinque quaſdam habet. In Oriente optimam tenuiſſimamque terebinthi fundunt: deinde lentiſci, [c] quam & maſtichen vocant: poſtea cupreſſi, acerrimam ſapore. [d] [4] Liquidam omnes, & tantum reſinam: craſſiorem vero & ad [5] pices faciendas cedrus. Arabica reſina alba eſt, acri odore, difficilis coquenti. [6] Judaica calloſior & terebinthina quoque odoratior: Syriaca Attici mellis ſimilitudinem habet. Cypria antecedit omnes: eſt autem melleo colore, carnoſa. [e] Colophonia præter cæteras fulva: ſi [7] teratur alba fit, gravior odore, ob id non utuntur ea unguentarii. In Aſia quæ fit è picea, admodum candida, [8] ſpagas vocatur. Reſina omnis diſſolvitur [9] oleo. Quidam & [f] creta figlinarum hoc fieri arbitrantur. [g] Pudetque

3 ortæ in. M. d.
4 Liquidæ omnes extant (hæ) reſinæ. M.
5 picem faciendam idoneæ cedrus. V.
6 Judæa. M. & Ch.
7 utatur. Ex Dioſcor.
8 ſpargas. M. epargos. Quidam, pſegas. Alii. quaſi ſtalactis & ſtagonias.
9 oleo. Pudetque confiteri, &c. pilis. Quidam & creta, &c. arbitrantur. Ratio, &c.

a *Reſinis, &c.*] De reſina & pice vide cap. 11. & 12 lib. 16. & cap. 1. lib. 23. & cap. 6. lib. 24. *Dalec.*

b *Arborum ſucco manantium picem reſinamque, aliæ ortæ in oriente.*] Verbum illud *ortæ* proculdubio depravatum eſt. Exemplar Toletanum *actæ* legit, non *ortæ*, puto ſcribendum *Aſia*, quia ſequitur ſtatim: *Quæ intereſt Aſia utrinque quaſdam habet.* Verior lectio *utramque*, quam *utrinque*, hoc eſt Aſiam Orientalem & Europam. *Pint.*

c *Quam & maſtichen vocant.*] Plinius falſo maſtichen reſinis liquidis annumerat. *Dalec.*

d *Liquidam omnes, &c.*] Idem etiam è lentiſco reſinam liquidam fluere tradit cap. 6. lib. 24. quod tamen uſus falſum eſſe monſtrat. *Idem.*

e *Colophonia, &c.*] Colophoniacam vocat & Celſus lib. 5. cap. 18. *Idem.*

f *Creta figlinarum*] Cretam figularem vocat Celſus cap. 1. lib. 5. *Idem.*

g *Pudetque confiteri, &c.*] Κα[illegible] id Græci vocabant. Clemens Alexand. cap. 3. 3. pædag. de Cynædorum impura, infamique mollitie: Διὰ τούτους γοῦν πλήρεις αἱ πόλεις πιττούντων, ξυρούντων, παρατιλλόντων

1 à virorum. M.
2 quodam acumine M. quadam acrimonia. V.
3 decernitur. Dal.
4 nitro. Alii. Ego vero utrunque intelligo, & crapulam & resinæ florem.
5 Nec non alia, quæ est multi pice& natura. Ch. Nec non alia, quæ est multa pice nata. Parm. Lego, Nec non alii etiam multi pice quoque Naritia.
6 cum deferbuit, sapor vappæ accipit nomen. M.

que confiteri, maximum jam honorem ejus esse in evellendis [1] virorum corpori pilis. Ratio autem condiendi musta, in primo fervore, qui novem diebus cum plurimum peragitur, aspersu picis, ut odor vino contingat, & saporis [2] quædam acumina. Vehementius id fieri arbitrantur [a] crudo flore resinæ, excitarique lenitatem. E diverso [b] crapula compesci feritatem nimiam, frangique virus: aut ubi pigra lenitas torpeat, virus addi. [c] Liguriæ maxime Circumpadanisque mustis utilitas [3] discernitur hoc modo: Pugnacibus mustis crapulæ plus inditur, lenibus parcius. Sunt qui ex [4] utroque condiri velint. [5] Nec non [d] alia æque multiplici natura. Vitiumque musto quibusdam in locis iterum sponte fervere: qua calamitate [6] deperit sapor, [e] vappæque accipit

τῶν τῆς θηλυδείας τούτους. Qui sic vulsi & glabri forent πιττοκοπηθμοι eidem dicuntur. Fuit & καταπιττοῦν tormenti genus, cum ferventi pice instillata corpora hominum urebantur. Lucretius:

Verbera, carnifices, robur, pix, lumina, tædæ.

Plautus in Capt.

Atra bilis agitat hominem. B. At pol, te, si hic sapiat senex,
Atra pix agitet apud carnificem, ac tuo capiti illuceat.

Victorius cap. 18. lib. 8. Visco quoque pilos evelli solitos monstrant hi versus Juvenalis:

-----nullus tota intercute, qualem
Præstabat calidi circumlita fascia visci.

De hac re plura Had. Jun. lib. De coma. Idem Poëta:

---- quid enim resinata juventus,
Cruraque totius facient tibi levia gentis?

Philostratus in Viris, de Scopeliano εἰς τὸν ἐκδεδωκὼς ἑαυτὸν πίττῃ καὶ παρατιλτρείαις. Theopompus apud Athenæum narrat, omnes Barbaros, qui ad Occidentem habitant, picari & radi: apud Thuscos multas esse ad eam rem institutas officinas, quas adeunt, & peritis artificibus radendos ac picandos se præbent, nulla prorsus verecundia, si quis foris intueatur, vel dum hoc fit, interveniat. *Evirationem* pilorum eam vulsuram auctor vocat cap. 1. lib. 29. Palladius in Octobri cap. 14. *Dalec.*

a *Crudo flore resinæ.*] Coquendi in aqua ejusdem floris rationem vide cap. 11. lib. 16. *Idem.*

b *Crapula compesci, &c*] Crapula, resina, resinæve coctus flos, qui pro condimento vino immiscetur, sic dicta quod vinum resinatum, novitium præsertim, caput tentet. cap. 11. lib. 16. & cap. 1. lib. 23. Confecturam tradit Dioscorides cap. 23. lib. 5. *Idem.*

c *Liguriæ maxime circumpadanisque mustis utilitas discernitur.*] Addit codex Salmanticens. verbum *crapula*; *Utilitas crapula discernitur.* Pint.

d *Alia, &c.*] Vel musta condienda, vel mustorum condimenta. *Dalec.*

e *Vappaque accipit nomen*] Οἶνος παρεξίσταται, vappescere, vulgo se *tourner*, εἰς ὀξίνην μεταπεσεῖν, ὀξωνίσαι dicunt, *s'enaigrir*. Chrysost. οἶνος μὲν ἀρετῆς βλάβη τὸ παραπλήρωμα, καὶ εἰς ὀξίνην μεταπεσεῖν. ἀχρείους homines etiam Græci ὀξίνας dicunt, quasi corrupta

cipit nomen, probrosum etiam [1] hominum, cum [2] degeneraverit animus. [3] Aceti enim nequitiæ inest virtus magnos ad usus, & sine queis vita mitior degi non possit. Cætero vinorum medicaminis tanta cura est, ut cinere apud quosdam, [4] seu gypso alibi, [5] quibus diximus modis instaurentur. Sed cinerem è vitis sarmentis, aut quercu præferunt. Quin & marinam aquam ejusdem rei gratia ex alto peti jubent, servarique ab æquinoctio verno, aut certe nocte solstitio & Aquilone flante hauriri, vel si circa vindemiam hauriatur, decoqui. Pix in Italia ad vasa vino [6] condendo maxime probatur Brutia. Fit è piceæ resina: in Hispania autem è [7] pinastris, minime laudata. Est enim resina harum [a] amara & [8] arida, & gravi odore. Differentiam rationemque faciendi proximo volumine demonstrabimus inter arbores [9] feras. Vitia, præter [b] supra dicta, acor aut fumidum virus, picis autem adustio: experimentum vero, si fragmenta subluceant, ac sub dente lentescant [c] acore jucundo. [d] Asia picem [10] Idæam maxime probat, Græcia Piericam, Virgilius [11] Naryciam. Diligentiores admiscent [e] nigram mastichen, quæ in Ponto bituminis similis gignitur, & iris radicem [12] oleumque. [f] Nam ceram

1 hominis. *V.*
2 degeneravit. M. degenavit. *Ch.*
3 Acetis enim. M. Aceti vero. *V.*
4 seu gypso alibi, & lixivio quibus, &c. *Dal.*
5 & quibus. *Ch.*
6 condiendo. M.
7 picea. M. piceastris. *Parm.*
8 avida. *Ch.*
9 feracea. M *sub.* resinæ.
10 Indicam. M.
11 Nerytiam. M. Naresiam. *Alii à Naresiis Liburniæ populis. Alii Naritiam Calabriæ urbem esse volunt.*
12 foliumque. *Dal.* id est, malabathrum.

corrupta vina. Aristophanes in Equitibus, Ἀνδρὸς μοχθηροῦ πολίτην, ὀξίνην, ὑπέρβολον. Idem ἐμαχόμεσθ' αὐτοῖσι θυμὸν ὀξίνην πεπωκότες: Inde Græcis οἶνος τροπίας, καὶ ἐκτροπίας, vinum mutatum, fugiens in vappam aut acetum degenerans & exolescens, quod ætati cedit. Horatius:

Ac nisi mutatum parcit defundere vinum.

Turn. cap. 1. lib. 1. cap 9. lib. 7. cap. 13. lib 20. *Idem.*

a *Amara & arida.*] Non *arida* uterque codex habet, sed *avida*; ut legendum forte sit *uvida*, aut *mucida*, ut infra patebit. *Pint.*

b *Supra dicta.*] Amarorem, ariditatem, gravem odorem. *Dalec.*

c *Acore jucundo.*] Quoniam in cortinas æneas conjecta, aceto spissatur. *Idem.*

d *Asia picem Idæam maxime probat.*] Hermolaus pro *Indicam*, ut prius legebatur, *Idicam* substituit, id est, montis Idæ: melius qui *Idæam* emendat, nam picem Idæam & summus poëta celebrat Georgicon 3. *Idæasque pices & pingues unguine ceras.* Idicus vero possessivum ab Ida nusquam (quod recorder) legi. Exemplar quoque Toletanum *Idæam* habet, non *Indicam.* Pint.

e *Nigram mastichen.*] Nigræ mastichis supra meminit cap. 17. lib. 12. *Dal.*

f *Nam ceram accipientibus, &c.*] In picandis

ram accipientibus vasis compertum est vina acescere. Sed transferre in ea vasa, in quibus acetum fuerit utilius, quam in ea, in quibus dulce aut mulsum. Cato jubet, vina concinnari (hoc enim utitur verbo) [a] cineris lixivii cum defruto cocti parte quadragesima, [b] pulegii vel salis sesquilibra, interim & tuso marmore. Facit & sulphuris mentionem, resinæ vero in novissimis. Super omnia addi maturescente jam vino jubet mustum, quod ille tortivum appellat, nos intelligimus novissime expressum: [c] & adjici mustis tingendi gratia coloris, ut pigmentum aliquod vini, atque ita pinguius fieri. [1] Tot veneficiis placere cogitur: [d] & miramur noxium esse. In vitium inclinantis experimentum est, [2] laminæ plumbeæ mutatus in ea colos. Proprium autem inter liquores vino, [e] mucescere, aut in acetum verti: extantque medicinæ volumina. Et fæx vini siccata recipit ignes, ac sine alimento per se flagrat. Cinis ejus nitri naturam habet easdemque vires, hoc amplius, [3] quo pinguior sentitur.

1 Sed ut veneficiis placere cogatur, miramur. M.

2 lamina plumbea. M.

3 quod. M. & Ch.

CAP.

picandis doliis ceram pici admisceri solitam scribit Palladius cap. 11. Septembris. Adjecta cera ampliore vina vappescere scribit cap. 5. & 7. lib. 6. & fortassis hic legendum *vappescere*. Dalec.

a *Cineris lixivii, &c.*] Sic auctor vocat κονίαν στακτὴν Græcorum, nempe liquidum lixivium. Nam calce addita cum cinere quolibet, lixivium id aut κονιόστακτος, aut στακτὴ διηθημένη vocabatur, quasi excolatum lixivium. *Idem.*

b *Pulegii vel salis sesquilibra.*] Utrumque scriptum exemplar, *culeum* agnoscit non *pulegii*, verissima lectione, ex Catone ipso cap. 23. *Si opus*, inquit, *erit, defrutum indito, cineris lixivio cocti partem quadragesimam addito, defruti vel salis sesquilibram in culeum indito.* Pint.

c *Et adjici mustis tingendi gratia coloris.*] Ambo codices non *adjici mustis* legunt, sed *adjicimus*. scribo cum majore litera in initio, *Et adjici mos tingendi gratia colores.* nam Toletanum archetypum *colores* legit, non *coloris.* Idem.

d *Et miramur noxium esse.*] Vetus lectio *noxiam* habet, hoc est, damnum. *Idem.*

e *Mucescere aut in acetum verti.*] Proprium verbum id usurpatur de pane, carne & aliis id genus, quæ diutino situ lanuginem contrahunt, cum quadam graveolentia. In vino mucorem nos intelligimus saporem evanidum & obsoletum, cum odore ingrato, vulgo *vin poussé.* Dalec.

CAP. XXI. *De cellis vinariis.*

MAgna & collecto jam vino differentia in cella. Circa Alpes ligneis vasis condunt, circulisque cingunt, atque etiam hieme gelida ignibus rigorem arcent. [a] [1] Mirum dictu, sed aliquando visum: ruptis vasis stetere [2] glaciatæ moles prodigii modo, quoniam vini natura [b] non gelascit, alias ad frigus stupens tantum. Mitiores plagæ doliis condunt, infodiuntque terræ tota, [c] aut ad portionem [3] situs. Item cœlum præbent: alibi vero impositis tectis arcent: traduntur que & hæc præcepta: Latus cellæ vinariæ, aut certe fenestras [d] obverti in Aquilonem oportere, vel [4] utique in exortum æquinoctialem. [5] Sterquilinia & arborum radices procul abesse, omniaque odoris evitandi, facillimo in vina transitu: ficos utique & caprificos. Doliis etiam intervalla dari, ne inter sese vitia serpant, contagione vini semper ocyssima. Quin & figuras referre. [6] Ventrosa ac patula minus utilia. Picari oportere protinus à Canis ortu, postea perfundi marina aqua aut salsa, [7] dein cinere sarmenti aspergi vel argilla, abstersa myrrhâ suffiri, ipsasque sæpius cellas. Imbecilla vina demissis in terram doliis servanda, valida expositis. Nunquam implenda: & quod supersit, passo aut defruto perungendum, admisto croco, pice veteri cum sapa: sic opercula doliorum medicanda, [e] addita mastiche ac

1 Rerum. *Ch.*

2 glaciata prodigii. *M.*

3 satie. *Dal.*

4 usque in. *M.*

5 Sterculonia. *Ch.*

6 ventruosa. *M. & Ch.*

7 ac levi cinere sarm. asp. vel argilla aspera. *Vet.* *Alii* & argilla abstersa.

a *Mirum dictu, &c.*] Æque mirum quod prodit Arist. in Arcadia vinum ἀναξηραίνεται ὑπὸ τ͂ καπνοῦ, ἐν τοῖς ἀσκοῖς ὥστε ξυόμενον πίνεται. Rhod. cap. 36. 28. Virgil. 3. Georg.
—— *caduntque securibus humida vina.*
Vide Brod. cap. 31. 5. *Dalec.*

b *Non gelascit.*] Vide apud Macrobium lib. 7. Satur. causam, cur vinum & acetum non gelascant. *Idem.*

c *Aut ad portionem situs.*] Nam calidiore cœlo, tota sub dio relinquuntur: frigidiore, tota defodiuntur: medio, partim abduntur terra, partim cœlo permittuntur. *Idem.*

d *Obverti in Aquilonem oportere.*] Vitruvius cap. 4. lib. 1. *Idem.*

e *Addita mastiche ac pice. Bruma aperiri vetant.*] Exemplar Salmanticense, non *Bruma* legit, sed *brutia.* quare alii distinc

ac pice. Bruma aperiri vetant, nisi sereno die. Vetant Austro flante, Lunave plena. [a] Flos vini candidus probatur: rubens triste signum est, [1] si non vini colos sit. Item [2] vasa incalescentia, opercula ve sudantia. Quod celeriter florere [3] cœperit, [b] odoremque trahere, [4] non fore diutinum. Ipsa quoque defruta ac sapas, cum sit cœlum sine Luna, hoc est, in sideris ejus coitu, neque alio die coqui jubent. Præterea plumbeis vasis, non æreis, [5] nucibus juglandibus additis: eas enim [c] fumum excipere. Campaniæ nobilissima [6] exposita sub dio [7] cadis [d] verberari Sole, Luna, imbre, ventis, aptissimum videtur.

1 si non is vini *M.* & *Ch.*
2 vasis incalescentib. operculisve sudantibus quod celeriter. *M.*
3 cœpit. *M.*
4 non fit diutinum. *Vet.*
5 nucibusque. *M.* & *Ch.*
6 expositis. *Vet.*
7 in cadis. *M.* & *Ch.*

CAP. XXII. *De vitanda ebrietate.*

AC si quis diligentius reputet, [e] in nulla parte operosior vita est, seu non saluberrimum ad [8] potum aquæ liquorem natura dederit, quo cætera omnia animantia utuntur. [f] At nos vinum bibere & jumen-

8 potus. *Ch.*

distinctione legendum erit: *addita masticha ac pice Brutia. Aperiri vetant, &c.* De pice Brutia Plinius lib. 16. cap. 12. Dioscorides primo, Heron Græcus auctor septimo. *Pint.*

a *Flos vini candidus probatur.*] Flos vini, odor, fragrantia. Plaut. in Curcul.

Flos veteris vini naribus objectus est meis.

Flos vini, ἀνθοσμίας οἶνος, vinum optimum, & odoris jucundissimi. Festus, *Florem anclabant Liberi e carchesiis.* Plaut. in Cistellaria:

Quippe ubi linguam percussi flore Liberi.

Flos vini, tenuis spuma in summo innatans. Turn. cap. 34. 29. Cæcilius apud Nonium in Flores, tria hæc numerat florem, floces, id est, fæcem, & vinum. *Ego*, inquit, *neque florem, neque floces volo: mihi vinum volo.* Dalec.

b *Odoremque trahere.*] Alium, quam suum & nativum. *Idem.*

c *Fumum excipere.*] Qui permixtus sapæ eam corrumpere potest. *Idem.*

d *Verberari Sole.*] Ulpiano proprie verberatur, quod anima præditum verbere feritur cum doloris sensu: pulsatur, quod anima carens ictu crebro percutitur, ut lana, janua. Alex. ab Alex. cap. 19. lib. 3. *Idem.*

e *In nulla parte operosior vita est.*] Eubulus primum cratera sanitati, secundum voluptati & amori, tertium somno, quartum injuriæ dicat. Panyasis vero primum Gratiis, Horis, Dionysio: secundum Veneri, ac rursum Dionysio: tertium injuriæ. *Athenæus.*

f *At nos vinum bibere, &c.*] Hector apud Homerum Iliad. θ. sic equos suos alloquitur.

Νῦν μοι τὴν κομιδὴν ἀποτίνετον, ἣν μάλα πολλὴν
Ἀνδρομάχη θυγάτηρ μεγαλήτορος Ἠετίωνος
Ὑμῖν πὰρ προτέροισι μελίφρονα πυρὸν ἔθηκεν,
Οἶνόν τ' ἐγκεράσασα πιεῖν ὅτε θυμὸς ἀνώγοι,

Ἢ ἐμοί.

jumenta cogimus: tantoque opere, tanto labore & impendio constat, quod hominis mentem mutet, ac furorem gignat, millibus scelerum huic deditis, tanta dulcedine, ut magna pars non aliud vitæ præmium intelligat. Quinimo ut plus capiamus, [a] sacco [1] frangimus vires: & alia irritamenta [2] excogitantur: ac bibendi etiam causa venena conficiuntur, aliis cicutam præsumentibus, ut bibere mors cogat, aliis [b] pumicis farinam, & quæ referendo [c] pudet [3] docere. Cautissimos ex his [d] balineis coqui videmus, exanimesque efferri. Jam vero alios [e] lectum expectare non posse, imo vero [f] nec tunicam, nudos ibi protinus [4] anhelos ingentia vasa corripere, velut ad ostentationem virium, ac [5] plane infundere, ut statim evomant, rursusque hauriant, idque iterum tertiumque: tanquam ad perdenda vina geniti, & tanquam effundi illa non possint, nisi per humanum corpus. [6] Huc pertinent [g] peregrinæ exercitationes, & [h] volutatio in cœno, ac

1 franguntur. *Vet.*
2 excogitamur. *D.*
3 dicere. *M.*
4 & anhelos. *M.*
5 plene inf. ut statim vomant. *M.* & *Ch.*
6 ad hoc. *M.*

Ἢ ἐμοὶ, ὥσπερ οἱ θαλεροὶ πόσεις δέχομαι εἶναι.
Vide cap. 44. lib. 8. *Dalec.*

a *Sacco frangimus vires.*] Vinum sacco castratum, σεσακκισμένον, τῷ σάκκῳ ἐξευνουχισμένον, καὶ ἀποθηλυνόμενον, ἠθικόν. Theoph. cap. 24. lib. 6. causs. vocat: alii διηθικὸν, colatum, saccatum, ἀπὸ τοῦ ἠθεῖν. Cic. 2. de Finibus, *Quibus vinum defusum è pleno sit: hirsiphon, ut ait Lucilius, cui nihil demsit, nil vires sacculus abstulit.* Nempe vinum integerrimum, quod nec siphone depletum est, nec vola manus, (hic id significat) pitissatum. Hic sipho tubulus est, quo vinum exugitur, alias vero, γευστρὶς, veteri glossario. Meraria, sive gustatorium eidem, γευστρίδιον vasculum, quo in caupona vinum gustatur, tenui fistula, angustove collo. Inde *Simpo* veteribus Latinis, & à Simpone *Simpulum.* Scalig. Vide cap. 12. lib. 35. Huc pertinet quæstio apud Plutarchum in Sympos. 7. 6. An colandum vinum sit. *Idem.*

b *Pumicis farinam.*] Vide quæ ex Theophrasto refert cap. 21. lib. 36. *Idem.*

c *Pudet docere.*] Ut de Cosso tradit Seneca epist. 84. lib. 12. *Idem.*

d *Balineis coqui videmus.*] Cruditatem, ex pridiana temulentia infestam, balneo coquere, & in eo tantum perdurare, tantumque sudare, ut animus deficiat. *Idem.*

e *Lectum expectare non posse.*] Sed in mensa obdormiscere. Theophrast. cap. 18. lib. 9. hist. *Idem.*

f *Nec tunicam.*] E lecto surgentes. *Idem.*

g *Peregrinæ exercitationes.*] Halterum, luctæ, saltus, pugilatus, &c. *Idem.*

h *Volutatio in cœno.*] Pulvere palæstritarum, quem ἁφὴν vocaverunt. Aqueus hæc omnia refert ad inhonestas & indecoras poculis certantium inter bibendum leges & gesticulationes: *cervicemque repandam*, curvam interpretatur, nervis temulentia debilitatis, quod mihi non

ac pectorosa cervicis repandæ ostentatio. Per omnia hæc prædicatur sitis quæri. Jam vero quæ vasa adulteriis cælata? tanquam per se parum doceat libidines temulentia. Ita vina ex libidine hauriuntur, atque etiam [a] præmio invitatur ebrietas. [b] Et si diis placet, emitur [1] alius, ut quantum biberit tantum edat: & pretium vinolentiæ lege accipit. [c] Alius quantum alea quæsierit, tantum bibit. Tunc avidi matronam oculi [2] licentur, graves produnt marito: tunc animi secreta proferuntur. Alii testamenta sua nuncupant: alii [3] mortifera loquuntur, rediturasque per jugulum voces non continent, [4] quam multis ita interemptis. [d] Vulgoque veritas jam attributa vino est. Interea ut optime cedat, [e] solem orientem non vident, ac minus diu [5] vivunt. Hinc pallor, & genæ pendulæ, [f] oculorum hulcera, tremulæ manus, effundentes plena vasa, & (quæ [6] sit pœna præsens) furiales somni, & inquies nocturna, præmiumque summum ebrietatis [g] libido [7] portentosa,

1 alienus. Dal.

2 licenter gravi produntur. M. licentur. Tunc gravi produntur marito. Vet. Lego, licentur gravique se produnt. Dal.

3 mortifere. Ch.

4 perquam. Dal.

5 bibunt. M.

6 fit. M.

7 portentuosa. M.

non placet. Prolixe locum hunc enarrat Rhod. cap. 26. lib. 7. *Dalec.*

a *Præmio invitatur ebrietas.*] Apud Flavium Vopiscum Aurelianus suos Phagones, sive Comedones & Bibones habuit. Vide apud Eras. proverb. Edax currus. *Idem.*

b *Et si diis placet, emitur alius ut quantum biberit, tantum edat.*] Scribo diversa interpunctione, *& si diis placet emitur.* quæ prioribus annectenda sunt. deinde sequitur cum majore litera, *Alius ut quantum biberit, tantum edat, &c.* Pint.

c *Alius quantum alea quæsierit, &c.*] Tot haurit pocula, quot imperat modiperator, sive convivii magister & dominus, vel, ut ajunt Græci, *βασιλεὺς*, talorum sorte eam præfecturam adeptus: de quo Macrobius, Cicero, Plato in legibus. *Nec regna vini sortiere talis*, inquit Hor. Ego vero puto accusari perditos mores eorum, qui statim ab alea compotarent, ut quantum lucrati essent, tantum in convivia prodigeretur, omneque vitæ tempus in alea & bibendo periret. Vide & Rhod. cap. 6. lib. 28. Insignis est de hoc vitio, ac perverso illo vitæ genere, epistola 123. Senecæ. *Dalec.*

d *Vulgoque veritas jam attributa vino est.*] Inde natum proverbium, *vinum cum pueritia, & sine pueritia veridicum.* Sub Tiberio Cæsare, cum vigeret accusandi publica rabies, exceptum quoque fuisse ebriorum sermonem, Seneca lib. de Beneficiis tradit. *Idem.*

e *Solem orientem non vident.*] Smindrydes Sybarita, luxu & opibus diffluens, id sibi contigisse annis plus minus viginti gloriabatur. Idem & Hestieus Ponticus. sed honesta causa, cum studiis operam daret tota fere vita. Rhod. cap. 13. lib. 11. ex Athenæo lib. 6. *Idem.*

f *Oculorum hulcera.*] Iidemque & πελιδνοὶ, & κοιλοφθαλμιῶντες, lividi, & circa cavum tumidi, quod & amantibus & melancholicis contingit, Theocritus οἱ δ' ὑπὸ ἔρωτος Δῆτα κυλοιδιόωντες ἐπιόσσα μοχθίζοντι. *Idem.*

g *Libido portentosa.*] Veneris imaginarium somnium. *Idem.*

a Ea

tosa, ac jucundum nefas. [1] Postera die [a] ex ore halitus [2] cadi, ac fere rerum omnium oblivio, morsque memoriæ. Rapere se ita vitam prædicant, [3] cum priorem diem quotidie perdant, illi vero & venientem. Tib. Claudio principe ante hos annos XL. institutum, ut jejuni biberent, potusque vini antecederet cibos, externis & hoc artibus, ac medicorum placitis novitate aliqua sese commendantium. Gloriam hac virtute Parthi quærunt, famam apud Græcos Alcibiades meruit, apud nos cognomen etiam Novellius Torquatus Mediolanensis ad Proconsulatum usque è Prætura honoribus gestis, [b] tribus congiis (unde & cognomen illi fuit) epotis [c] uno impetu, spectante miraculi gratia [d] Tib. Claudio principe, in senecta jam severo [4] atque etiam sævo alias, sed [5] ipsa juventa [e] ad merum pronior fuerat. Eaque commendatione credidere [f] L. Pisonem urbis Romæ [6] curæ ab eo delectum, quod biduo duabusque noctibus per potationem continuasset apud ipsum jam principem. Nec alio magis

1 Posterâ. Ch.
2 fœdi. M. fœtidi. Vet. crudi. Vet.
3 si pri.di. quot. perdant, immo vero. Vet.
4 Moretus illa, atque etiam sævo alias, delet.
5 ipsi. Vet.
6 curatorem. V.

a *Ex ore halitus cadi.*] Apud Ulpianum Trebatius ait non esse morbosum os olere alicui, ut lurcosum & raponem: hoc enim ex ingluvie oris accidere, nempe ἐκ τῆς ἀδηφαγίας καὶ πολυποσίας. Quidam legunt *ut hircosum & strabonem*. Hoc enim ex illuvie oris. *Scalig.* Vide quod notatum cap. 53. lib. 11. *Dalec.*

b *Tribus congiis, &c.*] Tribus congiis, id est, libris triginta. Hemina libram pendit. Sextarius 2. Congius 10. Urna 40. Amphora 80. Culeus 1600. Vel, Heminа libram, Sextarius heminas duas, Congius sextarios quinque, Urna congios quatuor, Amphora urnas duas, Culeus amphoras quatuor. Rhod. cap. 1. lib. 29. *Idem.*

c *Uno impetu.*] Ἀμυστί. Sic Diotimum Atheniensem χῶνα vocarunt, quoniam infundibulo ori apposito vinum affusum perpetuo biberet: sic Xenarchum Rhodium Metreten. Aureliani Phago, uno die aprum integrum absumebat, vervecem, porcellum, panes centum, vini plus orca. Rhodig. cap. 1. 29. Idem auctor cap. 7. lib. ejusdem, Heraclidem Pyctem voracissimum & bibacissimum memorat. *Idem.*

d *Tiberio Claudio principe, in senecta jam severo.*] Scribendum opinor *sobrio*, non *severo*. nam sequitur mox: *Sed ipsa juventa ad merum pronior fuerat.* Verba autem illa, *atque etiam alias sævo*, invectitia esse existimo. *Pint.*

e *Ad merum pronior fuerat.*] Quare per jocum quidam eum *Biberium Meronem* pro Tiberio Nerone vocaverunt. *Dalec.*

f *L. Pisonem urbis Rom. curæ, &c.*] Hoc est ad curam. Præfectus urbis creatus est, non curator: & præfecturam circumloqui libuit. *Gelen.*

1 Torquato. M. & Ch. 2 sermonem. Ch. 3 non. M. 4 propterea. Ch. 5 summum. Merg mel. 6 bibendum. Ch. forte, bibentum. 7 Ciceronis. M. 8 marcidoque ac. M. Marcoque Agr. à marcido & temulento. Pit.

magis Drusus Cæsar [a] regenerasse patrem Tiberium ferebatur. [1] Torquati rara gloria (quando & [b] hæc ars suis legibus constat) non labasse [2] sermone, [3] nec levatum vomitione, non altera corporis parte, dum biberet: matutinas obisse vigilias, plurimum hausisse uno potu: plurimum [4] præterea aliis minoribus addidisse: optima fide [c] non respirasse in hauriendo, neque expuisse: nihilque [d] ad elidendum in pavimentis [5] sonum ex vino reliquisse, diligenti scito legum contra [6] bibendi fallacias. Tergilla [7] Ciceronem M. filium binos congios simul haurire solitum ipsi objicit: [8] Marcoque Agrippæ à temulento scyphum impactum. Etenim hæc sunt ebrietatis opera, sed nimirum hanc gloriam auferre Cicero voluit interfectori patris sui [e] M. Antonio. Is enim ante eum avidissime apprehenderat hanc palmam, edito etiam volumine de sua ebrietate: quo patrocinari sibi ausus, approbavit plane (ut equidem arbitror) quanta mala per temulentiam terrarum orbi intulisset. Exiguo tempore ante prælium Actiacum id volumen evomuit: quo facile intelligatur ebrius jam sanguine civium, & tanto magis

a *Regenerasse, &c.*] Repræsentasse. Vide Sueton. cap. 42. in Tiberio. Druso huic Cæsari fastiditum caulium delicatiorem tenerioremque cauliculum, neque id sine castigatione Tiberii patris, dicit infra cap. 8. lib. 19. *Dalec.*

b *Hæc ars suis legibus constat.*] De iis legibus potoriis vide Ciceronem ultima Tusculana. *Idem.*

c *Non respirasse in hauriendo.*] Hoc paulo ante dixit *uno impetu*, ἀμυστὶ & ἀπνευστὶ Græci, unde ἀμυστίζειν: quomodo Dion scribit Commodum in theatro feras ex alto jaculis impetentem, dulce vinum bibere solitum acclamante populo ζήσαις. *Idem.*

d *Ad elidendum in pavimentis.*] Eum morem indicat Horatius his versibus:

Absumet hæres Cæcuba dignior,
Centum servata clavibus, & mero
Tinget pavimentum superbo,
Pontificum potiore cœnis.

Vide Rhod. cap. 5. 28. ἀπνευστιαδίζειν id Græci dicunt. *Idem.*

e *M. Antonio.*] Is, teste Paterculo, hedera redimitus, aurea corona tectus, cothurnos indutus, curru vectus, Liberum patrem vocari se jussit. Cum ergo sic Athenienses salutassent, ac ut Minervam suam in matrimonium duceret, rogarent, ducturum is ait, sed dotis nomine imperare se mille talenta. Imitatus est tantam insaniam & Caligula, & Commodus, Antigono & Mithridate jam antea Dionysii & cultum & nomen usurpare ausis. Had. Jun. cap. 1. 5. Seneca Suasoria 1. *Idem.*

gis

a Te

gis eum sitiens. Nanque & hæc necessitas vitium comitatur, ut bibendi consuetudo augeat aviditatem. Scitumque est Scytharum legati, quanto plus biberint, tanto magis sitire Parthos. Est & Occidentis populis sua ebrietas, fruge madida: pluribus modis [a] per Gallias Hispaniasque, nominibus aliis, sed ratione eadem. Hispaniæ jam & vetustatem ferre ea genera docuerunt. Ægyptus quoque [b] è fruge sibi potus similes excogitavit. Nullaque in parte mundi cessat ebrietas: meros quippe hauriunt tales succos, nec diluendo, ut vina, mitigant. At [1] hercule illic tellus fruges parere videbatur. Heu mira vitiorum solertia, inventum est quemadmodum [c] aqua quoque inebriaret. [d] Duo sunt liquores corporibus humanis gratissimi, intus vini, foris olei, arborum è genere ambo præcipui, sed olei necessarius. Nec segniter vita in eo elaboravit. Quanto tamen in potu ingeniosior apparebit, ad bibendum generibus centum nonagintaquinque (si species vero æstimentur, pene duplici numero) excogitatis, tantoque paucioribus olei. De quo in sequenti volumine dicemus.

1 herculeis. M. illis. Vet. Lego, At hercule solas illic tellus.

a *Per Gallias Hispaniasque.*] Vide infra cap. ult. lib. 22. *Dalec.*

b *E fruge, &c.*] Hordeo, tritico, avena, olyra. Cassianus in Geoponicis lib. 6. ex Leontio. Columel.

Ut Pelusiaci proritet pocula Zythi.

Vide infra loco proxime citato. *Idem.*

c *Aqua quoque inebriaret.*] Nationes quibus familiaris est potus ejusmodi, illo inebriari testantur Leontius apud Cassianum in Geoponicis; Dioscorides, qui zytho & curmi cerebrum tentari, excitarique dolorem capitis ait; Dion Academicus, qui Ægyptios hordeaceo potu exhilaratos cantare & saltare temulentos scribit; Arist. lib. De temulentia, qui scribit, zytho ebrios, quoniam id potionis genus καρωτικὸν est, in dorsum supinos cadere, ac reclinari, μόγυς τῷ οἴνῳ μεθυσθέντας εἰς τ' ὀπίσω κ' ὑπτίους κλίνεσθαι, vino autem madidos in faciem pronos ferri. Virg. de Septentrionalibus populis, his versibus:

Hic noctem ludo ducunt, & pocula læti
Fermento, atq; acidis imitantur vitea sorbis.

Had. Jun. cap. 12. lib. 2. Scythæ herbarum quarundam vapore, dum uruntur: Thraces quorundam seminum inebriantur, & veluti temulenti jacent: Babylonii quarundam arborum fructu prunis injecto: Indi succo arundinis saccharatæ. Alex. ab Alex. cap. 11. lib. 3. Elegantes hi sunt Lucilii versus apud Nonium de vinosis, in Invito:

Scito enim bene longinquum mortalibus morbum
In vino esse, ubi quis invitavit dapsilius se.

Quos etiam supra adduximus. *Idem.*

d *Duo sunt liquores, &c.*] Alludit ad Pollionis Romuli festivum responsum, cujus meminit infra cap. 24. lib. 22. *Idem.*

C. PLINII SECUNDI
NATURALIS HISTORIÆ
LIBER XV.

Cap. I.

Naturæ frugiferarum arborum.

1 celeberrimus è Græcorum. *Vet.*
2 sexagesimo. M.



OLEAM Theophrastus [1] è celeberrimis Græcorum auctoribus urbis Romæ anno circiter quadringentesimo [2] quadragesimo, negavit [a] nisi intra XL. mil. passuum à mari nasci: Fenestella vero omnino non fuisse in Italia, Hispania, atque Africa, Tarquinio Prisco regnante, ab annis populi Romani CLXXXIII. [b] quæ nunc pervenit trans Alpes quoque & in Gallias Hispaniasque medias, Urbis quidem anno quingentesimo quinto, [c] Appio Claudio Cæci nepote, L. Junio Coss. olei libræ [3] duodenæ assibus veniere. Et mox anno sexcentesimo octogesimo, M. [4] Seius, L. F. [d] Ædilis curulis olei denas libras singulis

3 duodenis. *Vet.*
4 Servius. M.

a *Nisi intra xl. M. pass. à mari nasci, &c.*] Videtur legendum lx. non xl. ex Columella lib. v. cap. 6. *Hanc*, inquit, *arborem plerique existimant ultra miliarium lx. à mari aut non vivere aut non esse feracem.* Sed in Columella vitium est, non in Plinio, ostendit id Theophrastus lib. sexto, capite primo scribens, spatium à mari esse CCC. stadia, quæ colligunt miliaria fere xl. *Pint.*

b *Quæ nunc pervenit trans Alpes quoque.*] Legendum, ut sentio, *provenit*, non *pervenit*. Idem.

c *Appio Claudio Cæci nepote, L. Junio consulibus, olei libræ duodenæ assibus veniere, & mox anno* DCLXXX. *M. Seius, L. F. ædilis curulis olei denas libras singulis assibus præstitit.*] Hæc verba si quis accurate expendat & conferat inter se, deprehendet comparari summam olei caritatem summæ vilitati. quapropter liquet evidenter legendum non *duodenæ*, sed *duodenis*. & mox legere mallem, *duodenas libras*, quam *olei denas libras*. Idem.

d *Ædilis curulis olei denas, &c.*] Annonæ dispensationem penes Ædiles fuisse monstrat hic locus Livii lib. 10. *Caritas etiam annonæ solicitam civitatem habuit, ventumque ad inopiæ ultimum foret, ut scripsere, quibus Ædilem fuisse anno* Fabium

gulis assibus præstitit populo Romano per totum annum. Minus ea miretur, qui sciat post annos XXII. [1] Cn. Pompeji IIII. Consulatu oleum provinciis Italiam misisse. Hesiodus quoque in primis cultum agrorum docendam arbitratus [2] vitam, negavit oleæ satorem fructum ex ea percepisse quenquam. Tam tarda tunc res erat. At nunc etiam in plantariis serunt, translatarumque altero anno decerpuntur baccæ. Fabianus negat provenire in frigidissimis oleam, neque in calidissimis. [a] Genera earum tria dixit Virgilius, orchites, & radios, & pausias: nec desiderare rastros, aut [3] falcem ullamve curam. Sine dubio & in iis solum maxime cœlumque refert. Veruntamen & [4] tondentur, cum & vites: atque etiam interradi gaudent. Consequens earum vindemia est, [b] arsque vel major, oleum quam musta temperandi. Ex eadem quippe oliva differunt succi. Primum omnium è cruda, atque [c] nondum inchoatæ maturitatis: hoc [5] sapore præstantissimum. Quin & ex eo prima unda præli laudatissima, ac deinde per diminutiones sive ([d] ut nuper inventum est) exilibus regulis pede incluso. Quanto maturior bacca, tanto pinguior succus, minusque gratus. Optima autem ætas ad decerpendum inter copiam bonitatemque, incipiente bacca nigrescere. Nostri

1 Cn. Pompeio septies consule. M.

2 vita. M.

3 falces. Ch.

4 attendentur. V.

5 saporis præstantissimi. M.

Fabium Maximum placuit, in ejus viri cura, qualis in bellicis rebus multis tempestatibus fuerat, talis domi tum in annona dispensatione, comparando ac convehendo frumento fuisset. Rævard. cap. 17. 3. Varior. *Dalec.*

a *Genera earum tria dixit Virgilius, Orchites, & radios & pausias.*] Virgilius *orchades* appellat, non *orchites*, Georgicon 3. *Orchades & radii & amara pausia bacca.* at capite septimo Cato *orchites.* Varro quoque libro primo de re rustica cap. 24. *orchites:* item Columella libro de arboribus cap. 17. Rursus Macrobius cum Virgilio *orchades* 4. Saturn. *Pintian.*

b *Arsque vel major oleum quam musta temperandi.*] In exemplari Toletano, *Arsque vel major olei musta temperandi,* verbum enim *quam* neutrum exemplar agnoscit: appellat vero *olei musta*, oleum recens. *Idem.*

c *Nondum inchoatæ maturitatis.*] Omphacinum. Viride Catoni cap. 65. *Dal.*

d *Ut nuper inventum est.*] Exilibus regulis Sampsa inclusa. Columel. cap. 50. lib. 12. *Postea resolutis corticulis moli debebunt, adjectis binis sextariis integri salis in singulos modios: & aut regulis, si consuetudo erit regionis, aut certe novis fiscinis Sampsa exprimi.* Idem.

1 drypetidas. Ch. ſtri vocant drupas, Græci vero [1] drypetas. Cætero
2 distant. M. & Ch. ro [2] diſtat, an maturitas illa in torcularibus fiat, an
3 uda. Dal. ramis: rigua fuerit arbor, an ſuo tantum [3] bacca
ſucco, nihilque aliud quam rores cœli biberit.

CAP. II. *De oleo.*

4 &. Dal. VEtuſtas oleo tædium affert, non item [4] ut vi-
5 anno. M. no: plurimumque ætatis [5] annuo eſt, provi-
da (ſi libeat intelligere) natura. Quippe temulen-
tiæ naſcentibus vinis, uti neceſſe non eſt: quin-
6 interveterati. Ch. imo invitat ad ſervandum blanda [6] inveterati caries.
7 oleum. Vet. [7] Oleo noluit parci, [8] fecitque ea neceſſitate pro-
8 fecitque veteratica. M. veteratum ea. Vet. miſcuum & vulgo. Principatum in hoc quoque bo-
no obtinuit Italia toto orbe, maxime agro Vena-
frano, ejuſque parte quæ Licinianum fundit oleum:
unde & Liciniæ gloria præcipua olivæ. Unguenta
hanc palmam dedere, accommodato ipſis odore.
9 delicatiorem sententiam. M. Dedit & palatum [9] delicatiore ſententia. De cæ-
tero baccas Liciniæ nulla avis appetit. Reliquum
certamen inter Iſtriæ terram & Bæticæ par eſt. Vi-
cina bonitas provinciis, excepto Africæ frugifero
10 Cæteris. V. M. ſolo. [10] Cereri totum id natura conceſſit: oleum
ac vinum non invidit tantum: ſatiſque gloriæ in
meſſibus fecit. Reliqua erroris plena, quem in nul-
la parte vitæ numeroſiorem eſſe docebimus.

CAP. III.

De natura olivæ, & oleæ incipientis.

OLivæ conſtant nucleo, oleo, carne, amurca:
ſanies hæc eſt ejus amara. Fit ex aquis, ideo
ſiccitatibus minima riguis copioſa. Suus quidem oli-
11 præcipuum. Alii. væ ſuccus oleum eſt, idque [11] præcipue ex imma-
turis intelligimus, ſicut de omphacio [a] docuimus.
Auge-

a *Docuimus.*] Cap. 27. lib. 12. *Dalec.*

a *Augetur*

[a] Augetur oleum ab Arcturi exortu XVI. calendas Octobris: postea nuclei increscunt & caro. [b] Cum sitienti imbres copiosi [1] accessere, [c] vitiatur oleum in [2] amurcam. Hujus color olivam cogit nigrescere. Ideoque incipiente nigritia minimum amurcæ, ante eam nihil. Et error hominum falsus, existimantium maturitatis initium, quod est [3] vitii proximum. Deinde quod oleum crescere olivæ carne arbitrantur, cum succus omnis in corpus abeat, lignumque intus grandescat. [d] Ergo tum maxime rigantur. Quod ubi cura multa sive imbribus accidit, oleum absumitur, nisi consecuta serenitate, quæ corpus extenuet. Omnino enim, ut [e] Theophrasto placet, est olei causa calor, quare & [f] in torcularibus & jam [4] in cellis multo igne quæritur. Tertia est culpa in parsimonia, quoniam propter impendium decerpendi expectatur, ut decidat oliva. Qui medium temperamentum in hoc servant, perticis decutiunt, cum injuria arborum, sequentisque

1 incessere. *Dal.*
2 amurca. M.
3 vitio. *Vu.*
4 à. *Ch.*

a *Augetur oleum ab Arcturi exortu ad xvj. calendas Octobris.*] Ambo exemplaria: *Augetur oleum ad Arcturi exortum, ad xvj. &c.* verissima lectione, & quæ patrono fulciatur Theophrasto. Erit ergo *ad Arcturi exortum*, ad tempus usque quo exoritur Arcturus, quod est 16. calendas Octobris. Theophrastus libro primo de causis plantarum cap. vigesimotertio, *Nonnullis quodam tempore post copia largior data, ut olivis post Arcturi exortum: ad id enim temporis usque oleum augescere creditur: postea carnis incrementum succedit.* Pint.

b *Cum sitienti imbres copiosi accessere, vitiatur oleum in amurcam.*] Nihil de hac siti Theophrastus, à quo Plinius hæc omissa hausit, ut ipse manifestum facit mox paulo illum citans. quare ita ego legendum censuerim, *Quid si etiam imbres copiosi accessere, &c.* Theophrastus lib. 1. cap. 23. de causis plant. *Postea carnis incrementum succedit, & si imbres copiosi accessere, oleum in amurcam deterius redditur.* Idem.

c *Vitiatur oleum in amurcam.*] Oleum deterius redditur & amurcæ plus habet. Theoph. cap. 23. lib. 1. Causs. *Dalec.*

d *Ergo tum maxime rigantur. Quod ubi cura multa sive imbribus accidit.*] Scribe, *Quod ubi cura, multisve imbribus accidit*, ex exemplari Toletano. Præterea transpositio hujus particulæ *ubi*, sensum elegantem perdit. Lego igitur, *Ergo tum maxime ubi rigantur, quod cura, &c.* Theophrastus loco citato: *Enimvero si calor vehementior sit, non eodem fungi officio potest, sed velut alienus & adjectitius quidam deficit, vimque omnem succi impellens ad carnem, corpus tantummodo crescere cogit, quod etiam æstate ac hieme imbrium accessu & aquis scaturientibus accidit incrementi tempore: caro enim crescit, atque ita oleum alimenti nimietate absumitur, nisi secuta serenitas corpus exsiccet atque extenuet. sic enim servari.* Pintianus.

e *Theophrasto placet.*] Loco citato. *Dalec.*

f *In torcularibus.*] Cato cap. 65. *Idem.*

2 *Anni*

tisque [a] anni damno. Quippe [b] olivantibus lex antiquissima fuit: Oleam ne stringito, neve verberato. Qui cautissime agunt, harundine levi ictu, nec adversos percutiunt ramos. Sic quoque alternare fructus cogitur decussis germinibus. [1] Nec minus, si expectetur ut cadat. Hærendo enim ultra suum tempus, absumunt venientibus alimentum, & detinent locum. Argumentum est, quod nisi ante Favonium [2] collectæ, novas vires resumunt, & difficilius cadunt. [c] Prima ergo ab autumno colligitur, vitio operæ, non naturæ, pausia cui plurimum carnis: mox orchites, cui olei: post radius. Has enim ocyssime occupatas, quia sunt tenerrimæ, amurca cogit decidere. Differuntur vero etiam in Martium mensem callosæ, contra humorem pugnaces, ob idque minimæ, Licinia, [d] Cominia, Contia, Sergia, quam Sabini regiam vocant, non ante Favonii afflatum nigrescentes, hoc est ad VI. Idus Febr. Tunc arbitrantur eas maturescere, & quoniam probatissimum ex iis fiat oleum, [e] accedere etiam ratio pravitati videtur. Feruntque [f] frigore [3] sterilitatem fieri, sicut copiam maturitate: cum sit illa bonitas non temporis, sed generis [4] tarde putrescentium in amurcam. [g] Similis error collectam servandi in tabulatis, nec priusquam sudet premendi, cum omni [5] mora oleum decrescat, amurca

1 At minus, &c. absumit, &c. detinet, *sub.* fructus. *Dal.*

2 olivæ coll. *D.*

3 suavitatem. *Dal.*

4 tarditate. *D.*

5 hora. M.

a *Anni damno.*] Theoph. loco citato. *Dalec.*

b *Olivantibus.*] Olivas colligentibus. *Idem.*

c *Prima ergo ab, &c.*] Columellæ olivarum decem genera, Pausia, Licinia, Sergia sive Regia, Radius, Nevia, Culminia, Cominia Plinio, Orchites, Algiana, Murtea, Circites, Contia Plinio. *Idem.*

d *Cominia.*] Varro lib. 1. cap 24. *Colminia.* Cato cap. 6. *Colmiana.* Columella lib. 12. cap. 48. *culminea:* Palladius lib. 3. titulo 18. & codices scripti *cominia* cum Plinio. *Pint.*

e *Accedere etiam ratio pravitati videtur.*] *Parvitati* legerem potius quam *pravitati*, quia præcessit paulo ante *minima*. Idem. *Accedere etiam ratio, &c.*] Prave judicantium hominum opinioni. *Dalec.*

f *Frigore, &c.*] Exactæ hiemis, qui memorata olivarum genera non colliguntur. *Idem.*

g *Similis error.*] Cato capite 64. *Idem.*

a Pha-

amurca augeatur. Itaque vulgo non amplius senas libras singulis modiis exprimi dicunt. Amurcæ mensuram nemo agit, quanto ea copiosior reperiatur in eodem genere diebus adjectis. Omnino in [1] vita error est publicus, tumore olivæ crescere oleum [2] existimantium: præsertim cum magnitudine copiam olei non constare, indicio sint quæ regiæ vocantur, ab aliis majorinæ, ab aliis [a] phauliæ, grandissimæ, alioquin minimo succo. [3] Et in Ægypto carnosissimis olei exiguum. Decapoli vero Syriæ perquam parvæ, nec cappari [4] majores, carne tamen commendantur. Quam ob causam Italicis transmarinæ [b] præferuntur in cibis, cum oleo vincantur. Et in ipsa Italia cæteris Picenæ & Sidicinæ. Sale illæ [5] primum condiuntur, & ut reliquæ, [6] amurca sapave. Necnon aliquæ oleo suo sine accersita commendatione puræ [7] innatant, colymbades: franguntur eædem, [c] herbarumque viridium sapore condiuntur. Fiunt & præcoces ferventi aqua perfusæ, quamlibet immaturæ. Mirumque, dulcem succum [d] olivas bibere, & alieno sapore infici. Purpureæ sunt & in iis, ut [8] uvis in nigrum colorem transeuntibus, pausiæ. Sunt & superbæ, præter jam dicta genera. Sunt & prædulces, [e] per se tantum siccatæ, uvisque passis dulciores, admodum raræ in Africa, & circa Emeritam Lusitaniæ. [f] Oleum ipsum sale vindicatur [9] à pinguitudinis vitio. Cortice oleæ [10] conciso odorem accipit medicati: alias, ut vino, [g] palati gratia nulla est. Nec

1 victu. *Ch.*
2 existimandi. *Ch.*
3 Est & in *M.*
4 majores carne, oleo tamen. *Dal.*
5 privatim. *M.*
6 muria. *Vet.*
7 innatant. Colymbades franguntur, eademque herbarum. *M. Lego*, commendatione. Muriæ innatant colymbades, &c.
8 uvæ in nigrum colorem transeuntes. *Vet.*
9 a pinguedinis. *M.*
10 concisæ od. accepit. Medicatio. *M.* concisæ od. accipit. Medicatio alias ut vino. *Parm. Lego*, Cortice olea conciso odorem accipit medicatum, alias palato gratia nulla est. Nec tamnum. ut vini differ. Da. Cor. ol. con. od. ac. medicatio. *Ch.*

a *Phauliæ.*] Tales afferuntur ex Hispania & Africa. *Dalec.*

b *Præferuntur.*] Ob magnitudinem. *Idem.*

c *Herbarumque, &c.*] Præcipue fœniculi, in Narbonensi Gallia. *Idem.*

d *Olivas bibere.*] In maturitate acerbas. *Idem.*

e *Per se, &c.*] Nulla conditura. *Idem.*

f *Oleum ipsum, &c.*] Ne concrescat & spissetur supra modum. *Idem.*

g *Palati gratia nulla est.*] Palatum, vini modo, non aliquo eximio insignique sapore, titillat ac invitat, oleosa sua lenitate sola gratum. *Idem.*

a *Tribus*

Nec tam numerosa differentia: [a] tribus ut plurimum bonitatibus [1] distat. Odor in tenui argutior, & is tamen etiam in [2] optimo brevis.

1 distat odor. M.
2 optima. M.

CAP. IV. *De natura olei.*

OLeo natura tepefacere corpus, & contra algores munire. Eidemque fervores capitis refrigerare. Usum ejus ad luxuriam vertêre Græci, vitiorum omnium genitores, in gymnasiis publicando. Notum est, [b] magistratus honoris ejus, octogenis sestertiis strigmenta olei vendidisse. Oleæ honorem Romana majestas magnum [3] præbuit, [c] turmas equitum Idibus Juliis ex ea coronando: item minoribus triumphis ovantes. Athenæ quoque victores olea coronant, Græci vero [d] oleastro Olympiæ.

3 perhibuit. Ch.

CAP. V. *De cultura olivarum.*

NUnc dicentur [e] Catonis placita de olivis. In calido & pingui solo radium majorem Salentinam, orchitem, pausiam, Sergianam, [4] Cominianam, albiceram seri jubet. Adjicitque singulari prudentia, quam earum [5] in finitimis locis optimam

4 colminianam. Cato.
5 in iis locis. Cato & Vet.

a *Tribus ut plurimum, &c.*] Prima, secunda, & tertia pressura, Columella. *Dalec.*

b *Magistratus, &c.*] Qui gymnasiis præsunt. *Idem.*

c *Turmas equitum Idibus, &c.*] Quintus Fabius Rutilianus, equites Romanos equis insidentes, & olea coronatos, idibus Quintilibus ab æde honoris in Capitolium transire, & transvehi statuit, ordinis ejus recognoscendi & probandi gratia. *Augustus*, inquit Suetonius, *turmas equitum frequenter recognovit post longam intercapedinem reducto more transvectionis: sed neque detrahi quenquam in transvehendo ab accusatore passus est, quod fieri solebat, &c.* Atque id est, quod Ulpianus ait, eum, qui equo publico in Capitolium transvehitur, in jus vocari non posse. Alia fuit equitum porro censio, de qua fuse Rævardus cap. 15. 2. Var. Just. Lips. de milit. Rom. lib. 1. dial. 5. *Idem.*

d *Oleastro Olympiæ.*] Theocriti interpres & Aristophanis, Aristoteles in Pantho Callistephani oleæ ramis, non oleastri coronatos fuisse tradunt. Ejus autem folia extra, non intus, candicare: ramos esse myrto similes: plantatam eam ab Hercule in Olympia. Rhod. cap. 19. 12. Olympicorum certaminum initia & progressus fuse docet ex Pausania idem auctor cap. 17. 13. Atheniensium duces ad bellum profecturos fronde ex olea sacra sumpta coronari solitos scribit Alex. ab Alex. cap. 3. lib. 3. *Idem.*

e *Catonis placita de olivis.*] Cap. 6. *Idem.*

a *Vitia-*

nam esse dicant. In frigido autem & macro Liciniam. Pingui enim aut ferventi [a] vitiari ejus oleum arboremque ipsam fertilitate consumi. Musco præterea [1] rubro infestari. Spectare oliveta in Favonium loco exposito solibus censet. [1] & robe. Cb.

CAP. VI.

De servandis olivis, & quomodo faciendum oleum.

[b] NEc alio ullo modo laudat [1][c] condi olivas, [2] optime orchites, [3] & [d] pausias, quam vel virides in muria, vel fractas in lentisco. Oleum [4] quam acerbissima oliva optimum fieri. Cætero quam primum è terra [5] colligendam: si inquinata sit, lavandam: siccari triduo satis esse. Si gelent frigora, quarto die premendam. Hanc & sale aspergi. Oleum in tabulato minui, deteriusque fieri. Item & in amurca & [e] fracibus: hæ sunt carnes, & [6] inde fæces. [f] Quare sæpius die decapulandum: præterea in conchas & plumbeas cortinas, ære vitiari. [g] Ferventibus omnia ea fieri clausisque torcularibus, & quam minime ventilatis: [h] ideo nec ligna

2 maxime. 3 & pausias, vel virides, quam in muria. M. 4 quam acerbissimum die (leg. die, i. e. tempore) optimum. M. 5 colligenda: si inquin. sit, lavanda: sic. trid. sat esse si gelent frigora. Quarto die premenda. Has &c. M. 6 nudæ. Dal.

a *Vitiari, &c.*] Nequam esse hostum, id est fructum. Cato. *Dalec.*

b *Nec alio ullo modo laudat.*] Hæc fere omnia Cato à cap. 64. ad cap. 69. *Dalec.* *Nec ullo alio modo laudat.*] Hæc verba præcedenti capiti annectenda esse recte monet doctissimus Fulvius Ursinus super Varr. de R. R. pag. 41. & 60.

c *Condi olivas.*] Cato cap. 117. *Dalecamp.*

d *Pausias.*] Ad verbum hæc Varro cap. 60. lib. 1. *Idem*

e *Fracibus.*] *Fragibus* vet. à frangendo tanquam fragmentis. Eæ sunt reliquiæ fractarum ac contusarum trapetis olivarum: unde *fracescere*, seu fragescere, apud Catonem & Nonium ex Accio. Turn. cap. 7. lib. 28. *Idem.*

f *Quare sæpius die decapulandum.*] Archetypum Toletanum non *decapulandum* habet, sed *crapulandum*. Salmanticense, *capulandum*. Scribo *capulandum*, unde dicti *capulatores*. Cato cap. 67. *Ligna in torculario ne cedant, oleum frequenter capulent.* *Decapulo* verbum nusquam, quod meminerim, legi: quamobrem Hermolaus qui in lexico Plinianarum castigationum id agnoscit, & post Hermolaum alii, quibus vel Hermolai auctoritas, vel vitiosum Plinii exemplar imposuit, ubi id legerint, ipsi rationem reddant. *Pint.* *Quare sæpius die decapulandum.*] Decapulandum conchis, & plumbeas oportere esse cortinas, Cato cap. 66. *Dalec.*

g *Ferventibus.*] Columella cap. 6. lib. 1. *Idem.*

h *Ideo nec ligna ibi cadi oportere.*] *Illud autem in totum præcipiendum habeo, ut neque fumus, neque fuligo, quamdiu viride oleum conficitur in torcular admittatur, aut in cellam oleariam, &c.* Columel. lib. 12. cap. 50. *Idem.*

a *Ut*

1 accendi. *Ex Colum.*
2 fæces. *Cb.*
3 linquantur. *Dal.*

ligna ibi [1] cædi oportere. Qua de causa è nucleis ipsarum ignis aptissimus. Et è cortinis in labro fundendum, [a] ut [2] fraces & amurca [3] liquentur. [b] Ob id crebrius vasa mundanda, fiscinas spongia tergendas, ut quam maxime pura sinceritas constet. Postea inventum, ut lavarentur utique ferventi aqua: protinus prælo subjicerentur solidæ (ita enim amurca exprimitur) [c] mox trapetis fractæ premerentur: iterum premi plus quam centenos modios, non probant; Factus vocatur. Quod vero post molam primum est, flos. [d] Factus tergeminos fere à quaternis hominibus nocte ac die premi justum est.

CAP. VII. *De oleo factitio.*

4 de eo nihil. *Cb.*

[e] NOn erat tum factitium oleum: ideoque arbitror [4] nihil à Catone dictum. Nunc ejus genera plura. Primumque persequemur ea, quæ ex arboribus fiunt, & inter illas ante omnes ex oleastro. Tenue id, multoque amarius, quam oleæ, tantum

a *Ut fraces & amurca liquentur.*] Adde dictionem *solide*, ex vetere lectione, *ut fraces & amurca liquentur solide.* Pint.

b *Ob id crebrius vasa mundanda.*] Scribendum *mutanda* non *mundanda*, ex utroque exemplari. rectissime. Cato capite 66. *Ubi factores vectibus premerint, continuo capulator concha oleum quam diligentissime poterit tollat, nec cesset, amurcam caveat ne tollat. Oleum in labrum primum indito: inde in alterum dolium indito: de his labris fraces amurcamque semper subtrahito.* & cap. 67. *cotidie locum oleum commutet, donec in dolium pervenerit.* Idem.

c *Mox trapetis fracta premerentur: iterum premi plusquam centenos modios non probant.*] Scribendum ita ut dictio *iterum* ad priora pertineat. Non abs re fuerit, quando *trapeti* mentionem incurrimus, confutare errabundam Servii grammatici & aliorum qui eum secuti sunt, opinionem, circa *trapeti* intellectum. Exponens enim versum Virgilianum secundi Georgicon: *Venit hiems: teritur Sicyonia bacca trapetis*: Servius, *Trapetis*, inquit, *molis olivaribus.* falsum esse documentum hoc, Columella, ut reliquos omittamus, nos docet libro decimo secundo, capite quadragesimo nono. *Oleo*, inquit, *conficiendo molæ utiliores sunt quam trapetum: trapetum quam canalis & solea. Est & organon erecta tribulæ simile, quod rudicula appellatur, idque non incommode opus efficit, pro conditione tamen & regionum consuetudine prædictæ machinæ exercentur.* Hæc Columella, cujus ex verbis elicitur conficiendo oleo quinque fuisse in usu machinas, molam, trapetum, canalem, soleam, rudiculam. *Idem.*

d *Factus tergeminos fere à quaternis hominibus.*] Codex Salmanticensis, *Factus tres gemino ferro à quaternis hominibus:* ut forte *ferrum* appellet, quem Cato *vectem.* Idem.

e *Non erat tum, &c.*] Vide cap. 4. lib. 23. *Dalec.*

a Ex

tantum ad medicamentum utile. Simillimum huic est [a] ex chamelæa frutice saxoso, [b] non altiore palmo, [c] foliis [1] oleastri [2] baccisque. Proximum [d] fit & è cici, arbore in Ægypto copiosa: alii crotonem, alii [3] trixin, alii sesamum silvestre appellant: ibique non pridem. [4] Et in Hispania repente provenit [e] altitudine oleæ, caule ferulaceo, folio vitium, semine uvarum gracilium pallidarumque. Nostri eam ricinum vocant à similitudine seminis. Coquitur id in aqua, [f] innatansque oleum tollitur. At in Ægypto, ubi abundat, sine igne & aqua sale aspersum exprimitur, cibis fœdum, lucernis [5] utile. Amygdalinum, quod aliqui metopium vocant, ex amaris nucibus arefactis, & in offam contusis, aspersis aqua iterumque tusis, exprimitur. Fit & è lauro, [6] admisto druparum oleo. Quidamque è baccis exprimunt tantum: alii foliis modo: aliqui folio & cortice baccarum. Nec non styracem addunt, aliosque odores. Optima laurus ad id latifolia, silvestris, [g] nigra baccis. [h] Simile est è myrto nigra: & hæc latifolia melior. [i] Tunduntur baccæ [7] aspersæ calida

1 oleæi *Diosc.*
2 baccisque proximum. Fit & è. *M.*
3 Sibin. *M.* Seseli Cyprium. *Diosc.* sibi. *Ch.*
4 Exin Hispaniæ. *M.* Hispania repente. *Vet.* Et in Hisp. sponte. *Dal.*
5 exile. *M.* & *Ch.*
6 *Leg. ex Diosc.* admisto omphacino oleo. Quidam ex drupis baccis expr.
7 adspersa. *Ch.*

a *Ex chamelæa, &c.*] Vide infra cap. 14. lib. 24. & cap. 7. lib. 25. *Dalecamp.*

b *Non altiore palmo.*] Ramis dodrantalibus, foliis oleæ. Dioscor. *Idem.*

c *Foliis oleastri baccisque.*] Oleæ similitudine, quæ baccifera est. Plinius decipitur. Chamelæa enim baccas non gignit, sed fructum triangulum principio viridem, deinde rubrum. *Idem.*

d *Fit & è cici, arbore in Ægypto copiosa.*] Legend. *fit & è cici arbore in Ægypto copiosa: aliis crotonem, aliis Sili, aliis Sesamum agreste appellantibus: quæ non pridem & in Hispania repente provenit.* Salmas. p. 977. a,b. *Fit & è cici, arbore in Ægypto copiosa.*] Fallitur & hic Plinius. Herba est, non arbor. *Dalecampius.*

e *Altitudine oleæ.*] Altitudine ficus, cavo instar arundinis, folio platani, semine quale in uvis asperis. Dioscor. *Idem.*

f *Innatansque oleum tollitur.*] Dioscorides cap. 38. lib. 1. *Idem.*

g *Nigra baccis.*] Supervacuæ sunt hæ duæ voces. Omnibus enim lauri generibus maturæ baccæ nigræ sunt. *Idem.*

h *Simile est è myrto nigra, & hac latifolia melior.*] Prava interpunctio sensum alioqui perspicuum, subobscurum & vacillantem reddit. Legendum: *Simile est è myrto. Nigra & hac latifolia melior:* nam quia præmonuerat oleo laurino faciendo optimam esse laurum nigram & latifoliam, adjicit & myrtum similium accidentium accommodatam esse oleo myrtino faciendo. Consule Dioscoridem libro primo. *Pintianus.*

i *Tunduntur baccæ, &c.*] Dioscorides è foliis tantum parat: Palladius ex baccis, in Januario cap. 21. *Dalec.*

calida aqua, mox decoquuntur. Alii foliorum mollissima decoquunt in oleo, & exprimunt. Alii [1] dejecta ea in oleum prius sole [2] maturant. Eadem ratio & in sativa myrto, sed præfertur silvestris minore semine, quam [3] quidam [a] oxymyrsinen vocant, alii chamæmyrsinen, alii [b] acaron à similitudine: est enim brevis, fruticosa. Fit & ex citro, cupresso, nucibus [4] juglandibus, quod caryinon vocant: [c] [5] malis cedri, quod cedrelæon. Ex grano quoque Gnidio purgato semine & tuso. Item lentisco: nam & [6] cyprinum è glande Ægyptia ut fieret odorum causa, [d] dictum est. Indi ex castaneis & sesama atque oryza facere dicuntur: Ichthyophagi [e] è piscibus. Inopia cogit aliquando luminum causa & è platani baccis fieri, aqua & sale maceratis. Et œnanthinum fit de ipsa œnanthe, ut dictum est [f] in unguentis. [g] Gleucino mustum incoquitur vapore lento: ab aliis sine igne circumdatis vinaceis diebus [7] XXII. bis singulis, permistum: consumiturque mustum oleo. Aliqui non sampsuchum tantum admiscent, sed etiam pretiosiora odoramenta. [8] Et in gymnasiis quoque conditur odoribus, sed vilissimis. [h] Fit & de aspalatho, calamo, balsamo, iri, cardamomo, meliloto, nardo Gallico, panace, sampsucho, helenio, [9] cinnami radice, [10] omnium succis in oleo maceratis expressisque. Sic & [11] rhodinum

1 defecta. *M.*
2 macerant. *Dioscorid.* [illegible]
3 quidam oxymyrs. alii chamæmyrs. vocant. Fit & ex cypro. *M. Lego,* quidam oxym. vo. alii cham. à similitudine, alii acaron, vel acares, &c.
4 juglandis. *Ch.*
5 calcis. *Vet.* nempe *segmentis.*
6 balaninum. *Dal.* cyprinum & è gl. *Vet.*
7 XXX. *Diosc.*
8 Nam in gymn. *M.* & *Ch.*
9 cinnamomi. *Ch.*
10 omnibus succis. *Dal.*
11 rhodium. *Ch.*

a *Oxymyrsinen vocant.*] Cum silvestri myrto ruscum, qui & oxymyrsine dicitur, inscienter confundit, è quo nusquam oleum parabatur. *Dalec.*

b *Acaron, &c.*] Acares pusillum & exiguum, adeo ut præ brevitate tonderi nequeat. *Idem.*

c *Malis cedri, quod cedrelaeon.*] Fallitur. Cedrelæon fit ex accensis cedri Syriacæ ramis, halitu, inquam, cedriæ, dum coquitur, lana excepto, ut & Pisselæon. Cedrelæon *Chitram* Arabes vocant. Negligenter hæc Plinius. *Idem.*

d *Dictum est.*] Cap. 21. lib. 12. *Idem.*

e *E piscibus.*] Cetaceis, quorum adipe pro oleo utuntur. *Idem.*

f *In unguentis.*] Cap. ult. lib. 12. *Idem.*

g *Gleucino mustum, &c.*] Columel. cap. 51. lib. 12. *Idem.*

h *Fit & de aspalatho, calamo.*] Dioscorides confectionem tradit ex oleo omphacino, musto, calamo & junco odoratis, nardo Celtico, spatha, aspalatho, costo, meliloto. *Idem.*

dinum è rosis: juncinum è junco, quod est rosaceo simillimum: item hyoscyamo, lupinis & narcisso. Plurimum autem in Ægypto è raphani semine, [a]aut gramine herba, quod [1]chortinon vocant. [b]Item sesama & urtica, quod [2]cnecinum appellant. E lilio & alibi fit sub dio, sole, luna, [3]pruina maceratum. Suis herbis componunt inter Cappadociam & Galatiam, quod [4]Selgiticum vocant, nervis admodum utile: sicut [c]in Italia è gummi. E pice fit, quod [5]picinum appellant, cum coquitur velleribus supra halitum ejus expansis, atque ita expressis, probatum maxime è Brutia: est enim pinguissima & resinosissima. Color oleo fulvus. Sponte nascitur [d][6]in Syriæ maritimis, quod elæomeli vocant. Manat ex arboribus pingue, crassius melle, resina tenuius, sapore dulci, & hoc medicis. [7]Veteri quoque oleo usus est ad quædam genera morborum. Existimatur & ebori vindicando à cariæ utile esse. Certe simulacrum Saturni Romæ intus oleo repletum est.

1 agrostinum. *Vet.* costinou. *Ch.*
2. Cuidinum. *vide c. 13. l. 22.*
3 pruina. *In M. d.*
4 Seleuticum. *M.* Selticum. *Ch.*
5 pissleum. *Diosc.* pissinum. *Ch.*
6 in Syriæ Palmyris. *Vet. ex Diosc.*
7 veteris quoque olei. *Dal.*

CAP. VIII. *De amurca.*

SUper omnia [8]autem celebravit [e]amurcam laudibus Cato. Dolia olearia cadosque illa imbui, ne bibant oleum. Amurca [9]subigi areas terendis messibus,

8 vero. *M. & Ch.*
9 subjici. *M.*

a *Aut gramine herba.*] Gramen è quo oleum fit, meo judicio, Gramen mannæ est, Germanis *Himmel davv*, id est, Manna cœlestis: Italiæ vulgo, *Capriola*, & *Sanguinella*, quod æstate pueri spicas ejus convolutas, & naribus inditas, extrahant sanguinis eliciendi causa. Sclavi Carnioliæ incolæ & Goricienses id studiose colunt, & serunt, granumque oblongum, candidum, cortice deglubunt in pilis, milii, & panici modo, ac cum carnibus coquunt, non minus suavi gustu quam orizæ. Vide Matthiolum commentario in caput Dioscoridis de Coronopo & de Gramine. *Dal.*

b *Item sesama & urtica, quod cnecinum appellant.*] Lege, *Item sesama & cnico quod cnicinum appellant*, ex Dioscoride libro 1. capite XXXV. nam ex urtica oleum fieri, nec Dioscorides, nec ullus, quod sciam, auctor tradit. *Pint.*

c *In Italia è gummi.*] Ch. *in Italia Enguini*, vel *Eguini*. Eguini autem Umbriæ populi, hodie Engubini. Turn. cap. 17 27. Apud Nonium in Apisci, *Iguvini*. Sisenna lib. 4. hist. *Itaque postero die legatos Iguvium redeuntes apiscitur.* Turn. cap. 3. 29. *Dalec.*

d *In Syria maritimis.*] Vide quod adnotatum est ad cap. 4. lib. 23. *Idem.*

e *Amurcam, &c.*] Vide infra cap. 3. lib. 23. & Caton. à cap. 69. ad 130. *Idem.*

messibus, [a] ut formicæ rimæque absint. Quin & lutum parietum ac tectoria & pavimenta horreorum frumenti, vestiarium etiam contra teredines ac noxia animalia, amurca aspergi: semina frugum perfundi: morbis quadrupedum, arborum quoque [1] illa medendum, efficaci ad hulcera interiora humani quoque [2] oris. Lora etiam ac coria omnia, & calciamina, axesque, decocta ungi, atque æramenta contra æruginem, colorisque gratia elegantioris: & totam supellectilem ligneam, ac vasa fictilia, in queis ficum aridam libeat asservare: [3] aut si folia baccasque [4] in virgis myrti: aliudve [5] id genus simile. Postremo ligna macerata amurca, [b] nullius fumi tædio ardere. [c] Oleam si lambendo capra lingua contigerit, depaveritque primo germinatu, sterilescere, auctor est [d] M. Varro. Et hactenus de olea, atque oleo.

1 illa ad med. efficaci: ad ulcera. *M.*
2 corporis. (sedis, genitalium, vulvæ) *Diosc. & Ch.*
3 aut si olivas, baccasve myrti. *Cato.*
4 & virgas. *Vet.*
5 quod. *Ch.*

CAP. IX.

Pomorum omnium genera, & naturæ.

RELIQUI arborum fructus vix specie figurave non modo saporibus, succisque toties permistis atque insitis, enumerari queunt.

CAP. X. *Nucum pinearum genera IV.*

GRandissimus pineis nucibus, altissimeque [6] suspensus, intus exiles nucleos lacunatis includit oris, [7] vestitos alia ferruginis tunica, mira naturæ cura molliter semina collocandi. Harum genus

6 à terra susp. *M.*
7 vestitque eos. *V.*

a *Ut formicæ rimæque absint.*] Et ne curculio noceat, ne mures lædant. Cato. *Dal.* *Ut formicæ rimæque absint.*] Videtur legendum *herbæ*, non *rimæ*, ex Catone cap. XCI. *Postea denuo amurca conspargito, sinitoque arescat. Si ita feceris, neque formicæ nocebit, neque herbæ nascentur.* Pintian.

b *Nullius fumi tædio ardere.*] Acapna fieri. Cato cap. 130. *Dalec.*

c *Oleam si lambendo, &c.*] Idem infra cap. 24. lib. 17. Vide quæ ad eum locum notata sunt, & supra lib. 8. c. 50. *Idem.*

d *M. Varro.*] De re rust. lib. 1. cap. 2. monente ib. Fulv. Ursin. pag. 19. *Idem.*

a *Tarentina.*]

nus alterum [a][1] Tarentinæ, digitis fragili putamine, aviumque [2] furto [3] in arbore. [4] Tertium [b][5] sapineæ è picea sativa, nucleorum cute verius quam putamine, adeo molli, ut simul mandatur. Quartum [6] pityida vocant è pinastris, singularis remedii adversus tussim. In melle decoctos nucleos Taurini [c] aquicelos vocant. Pinea corona victores apud Isthmum coronantur.

1 Tarentinum. *Turn.* 2 expositum furto. *Turn.* 3 in arbore obnoxiæ. 4 Et tertium. *M.* & *Ch.* 5 Appiniæ. *Vet. Turn.* & *Ch.* 6 pitydia. *Turn. Vet.* & *Ch.*

CAP. XI. *De malo cotoneo.*

HIs proxima amplitudine mala quæ vocamus [d] cotonea, & Græci cydonea, ex Creta insula advecta. Incurvatos trahunt ramos, prohibentque crescere [7] parentem. [e] Plura eorum genera, [f] chrysomela, incisuris distincta, colore ad aurum [8] inclinato. Quæ candidiora, nostratia cognominata, odoris præstantissimi. Est & Neapolitanis suus honos. [9] Minora ex eodem genere struthea, odoratius vibrant, serotino proventu, [10] præcoci vero mustea. Strutheis autem cotonea insita suum genus fecere mulvianum: quæ sola ex his vel cruda manduntur. Omnia jam & virorum [g] salutatoriis

7 parientem. *M.* 8 inclinante. *Dal.* 9 Majora. *Ex Gal.* & *Diosc.* 10 præcocia. *Vet.*

a *Tarentinæ.*] Tarentinæ, fragilis & mollis. Avellana & Græca nux, sive Amygdala, quomodo Tarentina fiat, vide apud Columellam cap. 10. lib. 5. Macrobio *Terentina*, quoniam Sabinorum lingua *terentum* molle significat, τὸ τέρεν. Turn. cap. 17. lib. 27. *Dal.*

b *Sapineæ, &c.*] Vide infra cap. 12. & 39. lib. 16. *Idem.*

c *Aquicelos vocant.*] Monspessulani vulgo *des Tourons.* Idem.

d *Cotonea.*] Ob hujus fructus & formosam speciem, & amplitudinem, in arbore tam parva nascentis, ac tenui, Tryphon medicus apud Plutarchum 5. Symposiacôn malum ab Homero dictam fuisse ἀγλαόκαρπον commemorat, tamètsi Victorius cap. 5. lib. 32. de mali pitriæ fructu id potius explicandum esse curet. *Idem.*

e *Plura eorum genera.*] Columellæ cap. 10. lib. 5. Chrysomela, Mustea, Struthia. *Idem.*

f *Chrysomela.*] Vera, ἀληθινὰ, cydonia Dioscoridi parva sunt, rotunda, odorata, vulgo *Pommes coin*: ex his Genuenses suum delicatissimum cydoniatum parant. Struthia vero, magna, sed minus utilia, vulgo *Poires coin.* vide cap. 6. lib. 23. *Idem.*

g *Salutatoriis cubilibus inclusa.*] Sic cubicula vocat, in quibus divitem è dormitorio suo prodeuntem communis amicus, ut inquit Manilius lib. 5. salutabat: de quo Martialis,

Et matutinum portas ineptus, Ave.

Turn. cap. 13. lib. 28. Ad horum autem cubiculorum ornatum erectas & comparatas imagines, simulacra noctium conscia appellat. *Dal.* Accuratiorem interpreta-

riis cubilibus inclusa, simulacris noctium consciis imposita. Sunt præterea parva silvestria, à strutheis odoratissima, in sepibus nascentia. Mala appellamus, quanquam diversi generis, Persica, & granata, quæ in Punicis arboribus novem generum dicta sunt. His acinus sub cortice intus: illis lignum in corpore. Nec non & quædam è pyris libralia appellata, amplitudinem sibi ponderis nomine asserunt.

Cap. XII. *De Persico, genera* IV.

SEd Persicorum palma [a] duracinis: nationum habent cognomen Gallica & Asiatica. Post autumnum maturescunt, æstate [b] præcocia, intra xxx. annos reperta, & primo denariis singula venundata. [c] Supernatia è Sabinis veniunt, [1] popularia undique. Pomum innocuum expetitur ægris: pretiumque jam singulis [2] triceni nummi fuere, nullius majore: quod miremur, quia non aliud fugacius. Longissima namque decerpto bidui mora est: cogitque se venundari.

1 popularia. Undique pomum inno. expet. ægris: pretiumque sinendis, &c. *M.*

2 tricenis, nummi fuere.

Cap.

terpretationem reperies apud Casaubon. super Sueton. pag. 70.

a *Duracinis*] Rhodacenis. *Cornarius.* Sostratus ἐν τῷ περὶ βλητῶν καὶ δακέτων, Perseam Rhodacenæam vocari ait, translatamque ex Æthiopia in Ægyptum: Nicander in Alexipharmacis, Perseum Mycenis sevisse, à Cepheo Andromedes patre dono acceptam, ejusque nucleos cerussæ veneno auxiliari. Uterque scilicet, quamvis classicus & vetustus scriptor, Perseam cum Persica confundit. Rhodacena Paulo cap. 81. lib. 1. Persicorum genera, ea sunt, quæ nos vocamus *Auberges*, *Mirecotons*, *Presses*, sic dicta vel quod rosam oleant, vel roseo & rubro colore picturata fere conspiciantur. Ea fortassis Duracina Latini vocarunt ob carnis duritiem, cum mollis & tenera sit in Persicis, Præcociis, Armeniis, & Tuberibus, quæ vulgus appellat *Peches noix*. Idem.

b *Præcocia.*] Sub. magna & ampla: sic dicta quod è montanis & supernis locis aveherentur. Hæc vulgo, *Abricots*. Idem.

c *Supernatia è Sabinis veniunt.*] Præcocium duo genera hic Plinius indicat: alterum supernas, amplum, & magnum, quod è Sabinorum locis avehebatur, vulgo *gros Abricots*: alterum vulgare, parvum, & strigosum, etiam Armenium dictum, vulgo *des Armegnes*. Idem.

CAP. XIII. *De pruno, genera* XI.

INgens postea turba prunorum, versicolor, [a] nigra, [1] candicans. Hordearia appellata, [b] à comitatu frugis ejus. Alia eodem colore seriora majoraque, asinina cognominata à vilitate. [2] Sunt & nigra, ac laudatiora [c] cerina atque purpurea. Necnon ab externa gente Armeniaca, quæ sola, & odore [3] commendantur. Peculiaris impudentia est nucibus insitorum, quæ faciem parentis succumque adoptionis exhibent, appellata ab utroque nucipruna. Et hæc autem & persica, & cerina, ac silvestria, [d] ut uvæ, autumno cadis condita, usque ad alia nascentia ætatem sibi prorogant: reliquorum velocitas cito [4] mitescentium transvolat. Nuper in Bætica malina appellari cœperunt malis insita, & alia amygdalina amygdalis. His intus in ligno nucleus amygdalæ est: nec aliud pomum ingeniosius geminatum est. In peregrinis arboribus dicta sunt Damascena, à Syriæ Damasco cognominata, jam pridem in Italia nascentia, [5] grandiore quanquam ligno, & exiliore carne, nec unquam in rugas siccata, [6] quoniam soles sui desunt. Simul dici possunt populares eorum myxæ, quæ & ipsæ nunc [7] cœpere Romæ nasci insitæ sorbis. In totum quidem [e] Persica peregrina etiam Asiæ Græciæque esse, ex nomine ipso apparet, atque ex Perside

1 candida. *M.*
2 At nigra. *M.*
3 commendantur peculiari. Impudentia. *M.*
4 maturescentium. *Dal.*
5 grandiore ligno. *Dal.*
6 quanquam soles sui non desint.
7 cœperunt. *Ch.*

a *Nigra, candicans. Hordearia appellata.*] Scribendum sine distinctione, *nigra, candicans hordearia appellata.* nam nisi sic legeris, quod protinus sequitur, *Alia eodem colore, seriora, majora,* quo referas non habebis. In his tamen verbis dictio *alia* desideratur in codice Salmanticensi. *Pintian.*

b *A comitatu frugis ejus.*] Quod cum hordeum metitur, ea maturescant. *Dal.*

c *Cerina.*] Cerea Virgil. in Copa:
Sunt autumnali cerea pruna die.
Ovid. 13. Metam.
Prunaque non solum nigro liventia succo,
Verum etiam generosa, novasque imitantia ceras.
A flavo colore sic dicta. *Idem.*

d *Ut uva autumno cadis condita.*] Verbum *autumno* in Tol. & Salmanticensi exemplari desideratur. *Pint.*

e *Persica.*] Harpocrati taciturnitatis Deo Persicam sacram esse tradit Plutarchus lib. de Iside & Osiride, quoniam ejus arboris folium linguæ simile sit, fructus cordi. *Dalecamp.*

Perside advecta. Sed pruna silvestria ubique nasci certum est. Quo magis miror, hujus pomi mentionem à Catone non habitam, præsertim cum condenda demonstraret quædam & silvestria. Nam Persicæ arbores sero, & cum difficultate transiere, ut quæ in Rhodo nihil ferant, quod primum ab Ægypto earum fuerat hospitium. Falsum est, [a] venenata cum cruciatu in Persis gigni, & pœnarum causa à regibus translata in Ægyptum, terra mitigata. [b] Id enim de Persea diligentiores tradunt, quæ in totum alia est, [c] [1] myxis rubentibus similis, nec extra Orientem nasci voluit. Eam quoque eruditiores negaverunt ex Perside propter supplicia translatam, sed à Perseo Memphi satam. Et ob id Alexandrum illa coronari victores ibi instituisse, in honorem atavi sui. Semper autem folia habet & poma, subnascentibus aliis. Sed pruna quoque omnia post Catonem cœpisse manifestum est.

1 myrtis. M. Lege, pyris folio & ramis similis. ex Theophr.

CAP. XIV.

De diversis generibus malorum, genera XXIX.

[d] MAlorum plura sunt genera. [e] De citreis cum sua arbore diximus. Medica autem Græci

a *Venenata cum cruciatu in Persis gigni.*] Id prodiderunt Nicander & Sostratus. Vide annotata supra in proximum caput. *Idem.*

b *Id enim de Persea diligentiores tradunt.*] Theophr. cap. 2. lib. 4. hist. Vide & supra c. 9. lib. 13. *Idem.*

c *Myxis rubentibus similis.*] Galenus lib. 2. κατὰ τόπους, Perseam à se visam in Alexandria solam, arborem proceram, fructu pyri aut mali magnitudine, noxio in Perside, vesco in Ægypto. *Idem.*

d *Malorum plura sunt genera.*] Ἀγλαόκαρπον malum, Homerus vocat, ob splendidi fructus atque formosi præstantiam & suavitatem. σύκεαι τε γλυκεραὶ καὶ μηλέαι ἀγλαόκαρποι. Rhodig. c. 23. 29. Mirum vero non memorare hic auctorem μῆλα τὰ τοῦ Διονύσου, minuta illa, sed quæ tantum in amoribus conciliandis valere crediderunt, ut fœminas posse iis pellicere ad concubitum sperarent. Coronæ ex illis Bacchi statuæ imponebantur. Philetas:

Μᾶλα φέρων κόλποισι, τά οἵ ποτε Κύπρις ἑλοῖσα
Δῶρα Διωνύσου δῶκεν ἀπὸ κροτάφων.

Theocritus:

Μᾶλα μὲν ἐν κόλποισι Διωνύσοιο φυλάσσων.

Ejus forte generis fuerunt mala, quæ manibus tenentem Nanam nympham concepisse tradit Arnobius: quo fortassis pertinet hic versus ex Annalibus Attii apud Nonium.

Mala

Græci vocant patriæ nomine. Æque peregrina ſunt [a] zizipha, & tuberes, quæ & ipſa non pridem venêre in Italiam, hæc ex Africa, illa ex Syria. Sext. Papinius, quem Conſulem vidimus, primus utraque attulit, [b] Divi Auguſti noviſſimis temporibus, [1] in caſtrorum aggeribus ſata, [c] baccis ſimiliora, quam malis, ſed aggeribus præcipue decora, [d] quoniam & in tecta jam ſilvæ ſcandunt. Tuberum duo genera: candidum, & [e] à colore ſericum dictum. Pene peregrina ſunt in uno Italiæ agro Veronenſi naſcentia, quæ lanata appellantur. Lanugo [2] ea obducit, ſtrutheis quidem Perſiciſque plurima: his tamen peculiare nomen dedit, nulla alia commendatione [3] inſignibus. Reliqua cur pigeat nominatim indicare, cum conditoribus ſuis æternam propagaverint memoriam, tanquam ob egregium aliquod in vita factum? Niſi fallor, apparebit ex eo ingenium inſerendi: nihilque tam parvum eſſe, quod non gloriam parere poſſit. [f] Ergo habent originem

1 in caſtris ſata. *M.* & *Ch.* temporibus. In caſtris hæc ſata. *Dal.*

2 iis obducta. *Vo.*

3 inſignl. *M.*

Mala manu retinens gravida concepit in alvo.

Muſtea, ſive Melimela, quæ primum omnium matureſcunt, vulgus noſtrum vocat, nunc Divi Joannis mala, nunc amoris. *Scalig.*

* *De citreis cum ſua, &c.*] De Citreis vide Palladium in Martio. *Dalec.*

a *Zizipha.*] Zizipha, vulgo *Jujubes:* Tuberes autem, *Peches noix.* Idem.

b *Divi Auguſti noviſſimis temporibus, in caſtrorum aggeribus ſata.*] Lege: *Divi Auguſti temporibus noviſſimis in caſtris ſata, &c. ſed aggeribus præcipuè decora, quoniam in tecta jam ſylvæ ſcandunt.* Aggeres viæ ſunt publicæ ſtratæ, tam in urbe quam extrà urbem. arbores intrà urbem in iis aggeribus juxtà domos plantabantur, ut in tecta ſcanderent. *Salmaſ* p. 609. b.

c *Baccis ſimiliora.*] De Ziziphis non Tuberibus, id audiendum. *Dalec.*

d *Quoniam & in tecta jam ſylvæ ſcandunt.*] Quoniam in ædificiis jam privatorum hominum ſilvæ ſeruntur. *Idem.*

e *A colore ſericum dictum.*] *Syricum,* vel ut Hermolaus legit, *Sericum*, ruber color factus ex ſcandice & ſinopide mixtis c. 6. lib. 35. Hinc color Sericus, ruber: vulgo, *pomme Suzine.* Idem. *Et à colore ſericum dictum.*] Expende an non *ſericum*, ſed *cerinum* legendum ſit, ut præcedente capite: *Sunt & nigra, ac laudatiora cerina atque purpurea.* Pint.

f *Ergo habent originem à Matio.*] De malorum generibus Collumella c. 10. lib. 5. Pleraque eorum his hodie nominibus appellantur, Ceſtiana *Capendu,* Petiſia *Apicle*, Serica *Pomme Suzine,* Melapia *Poirepomme*, Muſtea *Pommes S. Jean,* Orbiculata *Pommeroſe*, Orthomaſtica *Taponne*, Spadonia Belgis *Paſſepomme,* Allobrogibus Sabaudis *Pommes Grillotes*, Panucea *Pannetes*, Pulmonea *Folanes*, quod & ipſum ſtolidorum nomini convenit, Sanguinea *Groſſe pomme rouge*, Camerina *Grannois*: quæ omnia malorum genera circa Lugdunum frequentia, Pannucea quidam eſſe putant, quæ Provinciales vocant *Pommes gelées.* Dalec.

ginem à Matio, [1] Gestioque [a] & Manlio, item Claudio. Quibus [2] cotoneo insito ab Appio è Claudia gente, Appiana sunt cognominata. Odor est his cotoneorum, [3] magnitudo quæ [4] Claudianis, color rubens. Ac ne quis id ambitu valuisse claritatis [5] & familiæ putet, sunt & Sceptiana ab inventore libertino, [6] insignia rotunditate. [b] Cato adjicit Quiriana, & quæ tradit in doliis condi, Scantiana. Omnium autem nuperrime adoptata sunt parva, gratissimi saporis, quæ Petisia nominantur. [c] Patrias nobilitavere [7] Camerina, & Græcula: cætera è causis traxere nomen: [8] germanitatis cohærentia & gemella, nunquam singula in fœtu, coloris serica, cognationis [d] melappia. Mustea à celeritate [9] mitescendi: quæ nunc melimela dicuntur, à sapore melleo. Orbiculata, à figura orbis in rotunditatem circumacti. Hæc in Epiro primum provenisse argumento sunt Græci, qui Epirotica vocant. Mammarum effigie [10] orthomastica. [e] A conditione castrati seminis, [f] quæ spadonia [11] appellant

1 Cestiana *vocat Galen. c. 14. l. 13. Vide. num leg.* Cestio.
2 cotonea insita. *Vet.* Quin & cotoneo insita. *Dal.*
3 magnitudoque, sed Claudianis color. *M.*
4 Scandianis. *Cb.*
5 è familia. *M.*
6 insigni. *M.*
7 Temeriana & Gracula. *Cb.*
8 germanitate, &c. colore ser. cognatione. *M.*
9 maturescendi. *Dal.*
10 orthomastia. *Cb.*
11 appellant. Bigemella à foliis. Folium enim unum. *Vet.*

a *Et Manlio, item Claudio.*] Lego, *& Manlio, item Scandio*, tum ex Macrobio III. Saturnalium, & Varrone I. cap. 59. & Columella V. Scandiana poma celebrante, tum ex vetere utroque exemplari, nam Scantiana, de quibus infra, diversi sunt generis eidem Macrobio & Colum. & statim ante, *à Matio Gestioque*, videtur scribend. *Sextio* non *Gestio* ex Colum. qui volumine quinto *Sextiana poma* memorat. Macrobius etiam *Sextilianorum pirorum* meminit. *Pintian.*

b *Cato adjicit Quiriana.*] Cato ipse capite VII. *Quiriniana*, Macrobius tamen *Quiriana.* Idem.

c *Patrias nobilitavere Camerina.*] Lego *Amerina*, ab Ameria, urbe Italiæ, ut liquebit capite sequente: favente etiam Columella lib. V. *Idem.*

d *Melappia.*] Melapii nomen inditum volunt, quod malorum & pyrorum quandam speciem habeant, illamque esse cognationem à Plinio indictam. Malorum genus quoddam etiam nunc vulgus appellat *Pomme poire*, quidam *Giraudette.* Dalec.

e *A conditione castrati seminis, quæ spadonia appellant Belgæ. Melofoliis folium unum, aliquando & geminum.*] Scribendum reor, *A conditione castrati seminis, quæ spadonia appellant vel gemella à foliis, &c.* Rectiorem etiam lectionem duco, *contritione*, quam *conditione*, sunt enim & castrati non præfectis sed contritis testibus, qui ob id Græce thladiæ & thlibiæ vocantur. *Pint.*

f *Quæ spadonia appellant Belgæ, &c.*] Mirum videri non debet, si Belgæ *spadonia* vocabant Romano, & non Gallico vocabulo, ut qui provinciales id temporis essent, apud quos ipse Plinius aliquandiu vixit: unde hoc pomum in ejus notitiam venit, urbanis alioqui non admodum notum. *Melofolium* verò dictio est ex Græca ac Latina composita, quasi μηλόφυλλον. *Dalec.*

a *Melofoliis.*]

pellant Belgæ. [a] [1] Melofoliis folium unum, aliquando & geminum erumpit è latere medio. Celerrime in rugas marcescunt [b] pannucea. Stolide tument pulmonea. [2] Sunt quibus sanguineus est color, origine ex mori insitu tracta. Cunctis vero, quæ fuerunt à sole, partes rubent. Sunt & parva gratia saporis atque etiam acutiora odore, silvestria. [3] Id peculiare [4] improbitatis & acerbitatis convicium, [5] & vis tanta, ut aciem gladii perstringat. [c] Dacis ferme [6] vilissimis nomen, quanquam primis adventu, decerpique properantibus.

1 Mesophyllis folium.
2 Est quibusdam sanguineus color. *Ch.*
3 Iis. *Vet.*
4 improbatis acerb. *Ch.*
5 sed vis. *Dal.*
6 vilissimum. *Dal.*

CAP. XV. *De pyris, & insitorum varietate.*

EAdem causa in pyris [7] taxatur [d] superbiæ cognomine. Parva hæc, sed ocyssima. Cunctis autem [8] Crustumina gratissima. Proxima iis Falerna, à potu, quoniam [9] tanta vis succi abundat. [10] Lactea hæc vocantur, [e] in iisque alia colore nigro donantur Syriæ. Reliquorum nomina aliter in aliis atque aliis locis appellantur. Sed confessis urbis vocabulis auctores suos nobilitavere Decimiana, & ex eo tractum quod Pseudodecimianum vocant. Dolabel-

7 taxantur superba. *Vide Colum. c. 10. lib. 5.*
8 Grustumina. *Ch.*
9 magna. *Dal.*
10 Lacte hoc vocatur.

a *Melofoliis.*] In villa Jacobi Regii, pagi, quem *Fontaines* vocant, haud procul Lugduno siti, pyra nascuntur, è quorum medio corpore folium exoritur. Ea simili ratione nominis, *Pyrophylla* vocari possent. *Dalec.*

b *Pannucea.*] Quasi in pannos fatiscentia & rugarum plicas, Persio *Pannucea Baucis*, vel tumida & præpinguis ac suffarcinata, vel pannis multis conglobata & conglomerata. Turn. c. 33. & 28. *Idem.*

c *Dacis ferme vilissimis nomen.*] Diversa lectio exemplaris Salmanticensis, nec dissimulanda, *Dat & farina vilissimis nomen.* Pintian.

d *Superbia cognomine.*] Sunt & nunc quoque variis pyrorum generibus sua hæc nostratibus nomina: superba *Petite Muscadelle*, Crustumina *Poire perle*, Faterna *Bergamote*, Lactea *Blanchette*, Dolabelliana *Poire muset*, Pompejana *Bonchrestien*, Favoniana *Grosse Muscadelle*, Lateriana *Poire prevost*, Tiberiana *Poirer forés*, Signina *Poire chat*, Myrapia *Calvaus rosat*, Nardinia *Poire d'argent*, Hordearia *Poire S. Jean*, Ampullacea *Poire d'angoisse*, Coriolana *Poire de jaiousie*, Cucurbitina *Poire course*, Venerea *Poire Acciole*, Regia *Poire Carmaignole*, Voconia *Poire sarteau*, Onychina *Poire cuisse madame.* Dalec.

e *In iisque alia colore nigro donantur Syria.*] Legendum puto, *In iis quæ alii à colore nigro vocant Syria.* De Syriis pyris præter cæteros Virgilius II. Georgicon: *Crustumiis Syriisque pyris, gravibusque volemis.* quem locum Servius exponens, *Syriis*, inquit, id est, *nigris.* Pintian.

a *Licriana,*

1 Dolobelliana. *Ch.*
2 Pomponiana. *Ch.*
3 Licerniana. *Ch.*
4 Scauriana. *Marc. Empir.* Seviana. *Ch.*
5 Lateriana. *Ch.*

[1] Dolabelliana longiſſimi pediculi. [2] Pompeiana cognomine mammoſa, [a] [3] Liceriana, [b] [4] Severiana; [c] & quæ ex iis nata ſunt, Tyranniana, longitudine pediculi diſtantia. [d] Favoniana rubra, paulo ſuperbis majora. [e] [5] Lateriana, Anitiana poſt [f] autumnalia acidulo ſapore jucunda. Tiberiana appellantur, quæ maxime Tiberio principi placuere. Colorantur magis ſole, grandeſcuntque: alioquin eadem eſſent, quæ Liceriana. Patriæ nomina habent, ſeriſſima omnium Amerina, Picentina, Numantina, Alexandrina, [6] Numidiana, Græca, & in iis Tarentina: Signina, quæ alii à colore teſtacea appellant: ſicut [g] Onychina, purpurea: Ab odore myrapia, laurea, nardina. A tempore, hordearia: [7] collo ampullacea, [8] & Coriolana. Brutæ gentilitatis cucurbitina, acidula ſucci. Incerta nominum cauſa eſt Barbaricis Venereiſque, quæ colorata dicunt: regiis, quæ minimo pediculo ſeſſilia, patriciis, [9] voconiis, viridibus oblon-

6 Neviana. *Colum.* Numidiana. *Ch.*
7 à collo. *Vet.*
8 & corio Coriolana.
9 vocimis. *Ch.*

a *Liceriana, Severiana.*] Vetuſtus uterque codex *Licerniana.* Columella lib. v. *Lateritana* & *Severiana:* iidem codices *Seviana* appellant. Macrobius lib. III. & Columella v. *Neviana*, ut puto. *Pint.*

b *Severiana.*] Scaurianorum mentionem facit Marcellus cap. 20. ut aut illic legendum ſit *Severiana*, aut hic *Scauriana.* Dalecamp.

c *Et quæ ex his nata ſunt Tyranniana.*] Sic quidem præferunt antiqui codices: ſed mallem *Turanniana*, quando & à Plinio citetur auctor Turanius Gracula. & ita ſane appellantur à Columella & Macrobio: cùm duplici tamen *rr. Turriana.* Pint.

d *Faveniana rubra.*] Lego cum diſtinctione, *Favoniana, rubra*, ut ſit *rubra* genus per ſe, quod Macrobius videtur appellare *rubile*. Idem. *Favoniana rubra.*] Favoniana dicta putant quod Favonio flante ſtatim formentur. *Dalec.*

e *Lateriana.*] Columella lib. 12. c. 10. *Lateritana*, Macrobius III. *Lateresiana.* Pint.

f *Autumnalia.*] Eadem fortaſſis quæ & acidalia paulo poſt memorata. *Dal.*

g *Onychina.*] *Onychina*, Plinius purpurea interpretari videtur, quod onyx tegumentum conchylii ſit, ut ait Dioſcorides, purpurarum operculo ſimile. *Pruna onychina* Columellæ cap. 10. lib. 12. ſic purpurea exponunt. Ego vero, quia Alabaſtrites lapis, onyx dictus eſt, unde Propertius *onychem myrrheum* pro poculo dixit,

Et Crocino nares murrheus ungat onyx.

quoniam ex alabaſtro pocula fierent: & Horat. *onychem* pro alabaſtro,

Nardi parvus onyx:

onychinum hic interpretor pyrum, alabaſtro colore ſimile, vulgo *Peire cuiſſe madame:* purpureumque hic genus ab onychino diverſum eſſe reor, non autem onychini vel epitheton, vel interpretationem. Eodem modo apud Columellam *onychinon* exponendum arbitror. *Idem.*

a *Velema.*]

oblongisque. Præterea dixit [a] volema Virgilius [b] à Catone sumpta, qui [1] & [c] sementina, & [2] mustea nominat. Pars hæc vitæ jampridem pervenit ad [3] culmen, expertis cuncta hominibus. Quippe cum Virgilius insitam nucibus arbutum, [d] malis platanum, cerasis ulmum dicat. Nec quicquam amplius excogitari potest. Nullum certe pomum novum diu jam invenitur. Neque omnia [4] insita misceri fas est, sicut nec spinas inseri quando fulgura expiari non queunt facile: [5] quotque genera insita fuerunt, tot fulgura [6] uno ictu pronuntiantur. Turbinatior pyris figura. In iis serotina ad hiemem usque [7] ad matrem pendent gelu maturescentia, Græca, ampullacea, laurea, sicut in malis Amerina, [8] Scantiana. [e] Conduntur vero pyra, ut uvæ, ac totidem [9] modis, neque aliud in cadis præterquam pruna. Pomis proprietas pyrisque vini: [10] similiterque in ægris medentes cavent: [11] ac vino & aqua coquuntur, atque [f] pulmentarii vicem implent: quod non alia præter cotonea, [12] & struthea.

CAP. XVI. *De pomis servandis.*

IN universum [13] vero de pomis servandis præcipitur: pomaria in [g] loco frigido ac sicco contabulari:

1 & sementina. *Cb.*
2 mulsa. *Colum.*
3 columen. *M. & Cb.*
4 insitu. *Dal.*
5 quotquot enim genera. *Vet.*
6 nec uno ritu procurantur. *Pet.*
7 in matre. *Alii.* à matre. *Vet.*
8 Scandiana. *Cb.*
9 modis, non aliter quam in cadis. Præterea quæ pennis. *Vet.*
10 Similiter iis ægris med. calentia in escam dant: ac vicino. *Vet.* Similiter iis ægris med. in escam dant. *Parm.*
11 at vino.
12 ac struthia. *Cb.*
13 autem. *Cb.*

a *Volema.*] Quod volam manus impleant: Eadem fortassis, quæ & Libraria supra cap. 11. hujus libri. *Dal.*

b *A Catone.*] Cap. 7. *Idem.*

c *Sementina.*] Sementina à Sementinis feriis (hoc vocabulo Varro utitur cap. 2. lib. 1.) quæ inclinante æstate sationis causa celebrabantur. Turneb. Pyrorum hoc genus tunc maturum colligebatur. *Idem.*

d *Malis platanum, cerasis ulmum.*] *Ilicibus ulmum*, non *cerasis ulmum*, legerem ego cum Virgilio II. Georgicon:

Inseritur vero ex fœtu nucis arbutus horrida,
Et steriles platani malos gessere valentes,
Castaneæ fagos; ornusque incanuit albo
Flore pyri, glandemque sues fregere sub ulmo.

Sed forte qui *cerasis* scripsit, deceptus est illo poëtæ versu: *Pullulat ab radice aliis densissima sylva, Ut cerasis ulmisque.* Sed illic res alia agitur, quot videlicet modis arbores proveniant. *Pint.*

e *Conduntur vero pyra.*] Columella cap. 10. lib. 12. *Dalec.*

f *Pulmentarii vicem implent.*] Idem cap. 14. lib. eod. *Idem.*

g *Loco frigido ac sicco contabulari.*] Vitruvius cap. 4. lib. 1. Varro cap. 59. lib. 1. *Idem.*

a Septen-

bulari: [a] ſeptentrionalibus feneſtris ſereno die pa-
tere: Auſtros ſpecularibus arcere, Aquilonis quo-
que afflatu poma deturpante rugis. Colligi mala
1 autumnale. Ch. post æquinoctium [1] autumnale, neque ante [2] xv.
2 xvii. lunam. Ch. octavam lunam. M. lunam, neque ante primam horam. Cadiva ſepa-
rari, [b] ſtramentis, ſtoreis, paleiſve ſubſterni. Ra-
ra componi, ut limites pervii ſpiritum æqualem
3 Camerina. ut c. 14. accipiant. [3] Amerina maxime durare, melimela
minime.

CAP. XVII.

De cotoneis, Punicis, pyris, & ſorbis, & uvis ſervandis.

4 Incluſis. Dal. inconcluſos. Ch. COtoneis [4] intercluſis ſpiramentum omne adi-
mendum, aut incoqui melle ea immergive
5 oportet. Dal. [5] oportere. [c] Punica aqua marina fervente indura-
ri: mox triduo ſole ſiccata, ita ne nocturno rore
6 & cum. Ch. contingantur, ſuſpendi. [6] Cum libeat uti, [d] aqua
dulci perlui, M. Varro & in doliis harenæ ſervari
jubet, & immatura obrui terra in ollis fundo effra-
cto, ſed ſpiritu excluſo ac ſurculo pice illito. Sic
7 poſſint. Ch. etiam creſcere amplitudine majore, quam [7] poſ-
ſunt in arbore. Cætera mala [e] foliis ficulnis, præ-
terquam cadivis, ſingula convolvi, ciſtiſque viti-
libus condi, vel creta figlinarum illini. Pyra in
vaſis

a *Septentrionalibus feneſtris ſereno die patere.*] Scribendum opinor, *Septentrionibus feneſtras ſereno die patere.* quod tum verba ſequentia monſtrant, tum magis M. Varro, quem ſequi hac parte videtur Plinius. Ejus verba lib. 1. cap. 59. *Hac omnia in loco arido & frigido ſuprapoſita palea ſervari recte putant: & ideo oporothecas qui faciunt, ad aquilonem ut feneſtras habeant, atque ut perflentur, curant.* Et Plinius lib. 17. cap. 3. *Quidam cœlum terra patere cogunt, ut quæ in ſiccis ſerantur, orientem atque ſeptentrionem ſpectent.* Et præſenti volumine cap. 25. *Inter prima hoc è pomis colono gratiam annuam refert, ſeptentrione frigidiſque gaudet.* Pintian.

b *Stramentis, ſtoreis, paleiſve ſubſterni.*] Scribendum autumo, *Ramenta ſcobes, paleaſve ſubſterni.* Plinius capite ſequente: *Sunt qui malunt uvas in ſcobe, ramentiſve abietis, populi, fraxini ſervare.* Columella libro duodecimo cap. 45. *Atque ea ipſa nonnulli ſic in aliis generibus, ut ſupra jam diximus populnea, quidam etiam abiegna ſcobe interpoſita, mala cuſtodiunt.* Idem.

c *Punica aqua marina fervente indurari.*] Id Mago præcipit apud Columellam cap. 44. lib. 12. *Dalec.*

d *Aqua dulci perlui.*] Idem Columel. loco citato. *Idem.*

e *Foliis ficulnis.*] Idem cap. 45. lib. 12. *Idem.*

a Sorba

vaſis [1] fictilibus picatis inverſis obrui [2] inter ſcobes. Tarentina ſeriſſime legi. Anitiana ſervari & in paſſo. [a] Sorba [3] vero & in ſcrobibus gypſato operculo, duûm pedum terra [4] ſuperinducta, in loco aprico, inverſis vaſis, & in doliis, ut uvas, cum ramis ſuſpendi. E proximis auctoribus quidam altius curam petunt: deputarique ſtatim poma ac [5] vites ad hunc uſum præcipiunt, decreſcente luna, poſt horam [6] diei tertiam, cœlo ſereno, ac ſiccis ventis. Similiter deligi & ex locis ſiccis, & ante perfectam maturitatem, addito ut luna infra terram ſit: [b] uvas cum malleolo ſarmenti duro, demptis forfice corruptioribus acinis, in dolio picato recenti ſuſpendi, excluſa omni aura operculo & gypſo, ſic & ſorba ac pyra, illitis omnium ſurculis pice. Dolia procul ab aqua eſſe. Quidam ſic cum palmite in gypſo condunt, capitibus ejus ſcillæ infixis utrinque. Alii etiam vina habentibus doliis, dum ne contingant ea uvæ. Aliqui mala in patinis fictilibus fluitantia: quo genere & vino odorem acquiri putant. Aliqui omnia hæc in milio ſervare malunt. Plerique vero in ſcrobe duûm pedum altitudinis harena [7] ſubſtrato, & fictili operculo, dein terra operto. Creta quidam etiam figlina uvas illinunt, ſiccataſque ſole ſuſpendunt, in uſu diluentes cretam. Eandem pomis vino ſubigunt. Mala vero

1 fictilibus. *M.*
2 intra ſcrobes. *Dal.*
3 quoque & ſcrob. *Ch.*
4 ſuperintecta. *Ch. Leg.* ſuperinjecta.
5 uvas. *Dal.*
6 ceu. *Ch.*
7 ſubſtrata. *M.*

a *Sorba vero & in ſcrobibus gypſato operculo, duûm pedum terra ſuperinducta.*] Verba manifeſte præpoſtero ordine ſcripta, ſicque ut ſentio reſtituenda: *Sorba vero & in ſcrobibus duum pedum gypſato, &c.* Columella libro 12. cap. 15. unde hæc fuiſſe deſumpta apparet perſpicue: *Eodem tempore ſorba manu lecta curioſe in urceolos picatos adjicito, & opercula picata imponito, & gypſo linito: tum ſcrobibus bipedaneis ſicco loco intra tectum factis, urceolos ita collocato, ut oblita ora eorum deorſum ſpectent, deinde terram congerito, & modice deſuper calcato.* Plinius quoque eam lectionem confirmat paulo poſt, cum dicit: *Plerique vero in ſcrobe duûm pedum altitudinis arena ſubſtrata & fictili operculo, deinde terra operto.* Aſtipulatur & Palladius volumine ſecundo, titulo XV. *Pint.* *Sorba vero & in ſcrobib. gypſato, &c.*] Columella cap. 16. lib. 12. Varro cap. 68. lib. 1. *Dalec.*

b *Uvas malleolo ſarmenti duro.*] Uvæ condendæ & ſervandæ ratio, docetur ſupra cap. 1. lib. 14. & apud Galen. c. 8. lib. 2. De aliment. *Idem.*

vero generosissima eadem ratione crustant gypso vel cera: quæ nisi [1] maturuerint, incremento calicem rumpunt. Semper autem [a] in pediculos collocant ea. Alii decerpunt cum surculis, eosque [b] in medullam sambuci abditos obruunt, ut supra scriptum est. Alii singulis malis pyrisque singula vasa fictilia assignant, & [2] opercula eorum picata dolio iterum includunt. Necnon aliqui in [3] floccis capsisque, quas luto paleato illinunt. Alii [4] hec quidem in patinis fictilibus: aliqui & in scrobe subjecta harena, ita [5] sicca operiunt mox terra. Sunt qui cotonea cera Pontica illita melle demergant. [c] Columella auctor, in puteos cisternasve in [d] fictilibus vasis pice diligenti cura illitis mergi. Liguria maritima Alpibus proxima uvas sole siccatas junci fasciis involvit, cadisque conditas, gypso includit. Hoc idem Græci [e] platani foliis, aut vitis ipsius, aut fici, uno die in umbra siccatis, atque in cado vinaceis

1 maturaverint. *Ch.*
2 operculo eorum picato. *Dal.*
3 fossis. *Dal.*
4 hoc idem. *M.*
5 sita. *D.* sepulta.

a *In pediculos collocant.*] Ut pediculi deorsum spectent, oculi sursum, quemadmodum etiam in arbore nata sunt. Columel. cap. 45. lib. 12. *Idem.*

b *In medullam sambuci abditos obruunt.*] Idem cap 44. lib. eod. *Idem.*

c *Columella auctor in puteos cisternasve in fictilibus vasis pice diligenti cura illitis mergi. Liguria maritima Alpibus proxima uvas sole siccatas junci fasciis involvit.*] Si hæc lectio recipiatur, falsum contra Columellam, conterraneum nostrum, scriptorem singulari doctrina & facundia testimonium perhiberi sinemus, neque enim Columella in puteos cisternasve in fictilibus pice diligenti cura illitis mergi cotonea tradit, sed uvas. Quam ob rem dictio quæ paulo post sequitur *uvas*, ex loco proprio emota ad superiorem aliquanto locum transferenda est, legendumque hoc pacto: *Columella auctor est in puteos cisternasve in fictilibus vasis pice diligenti cura illitis, mergi uvas. Liguria maritimis Alpibus proxima, sole siccatas junci fasciis involvit. Maritimis,* inquam, lego, *non maritima.* nam maritimarum Alpium frequens est apud hunc auctorem mentio, ut libro octavo, capite 39. *Et circa maritimas Alpes quondam effossa.* Columellæ autem verba sunt: *M. Columella patruus meus ex ea creta qua fiunt amphoræ, lata vasa in modum patinarum fieri jubebat, eaque intrinsecus & extrinsecus crasse picari: quæ cum præparaverat, tum vero purpureas & bumastos, & numisianas & duracinas uvas legi præcipiebat, pediculosque earum sine mora in ferventem picem demitti, & in prædictis patinis separatum sui cujusque generis ita componi, ne uvæ inter se contingerent: post hos opercula superponi & oblini crasso gypso, tum pice demum dura quæ igni liquata esset, sic picari, ne quis humor transire possit, tota deinde vasa in aqua fontana vel cisternina ponderibus impositis mergi, nec ullam partem earum pati extare, sic optime uva servatur.* Pint.

d *Fictilibus vasis pice diligenti, &c.*] Columella cap. 13. lib. eod. *Dalec.*

e *Platani foliis.*] Idem c. 16. lib. eod. *Idem.*

a *Sunt*

viniceis interpositis. Quo genere Goa uva & Berytia servantur, [1] nullius suavitati postferendæ. Quidam, ut has faciant, in cinere lixivo tingunt protinus quam detraxere vitibus, mox in sole siccant: tum foliis (ut supra dictum est) involutas vinaceis stipant. [a] Sunt qui malunt uvas in scobe [b] ramentisve abietis, populi, fraxini servare. Sunt qui suspendi procul [2] malis, protinusque in granariis [3] jubeant, quoniam [4] optime sit operimento pulvis pensilibus. Contra vespas remedio est, oleo aspergi ex ore. De palmis diximus.

1 nullis; &c. ut hoc. *Dal.*

2 malint. *Vet.*

3 jubent. *M.*

4 optimum sit operimentum. *Vet.* optimo sit operimento. *Alii Vet.*

CAP. XVIII. *De ficis, genera vigintinovem.*

E Reliquo genere pomorum [c] Ficus amplissima est, quædamque & pyris magnitudine æmula. De Ægyptiæ Cypriæque miraculis [d] retulimus inter externas. [e] Idæa rubet olivæ magnitudine, rotundior tantum, sapore mespili. [f] Alexandrinam hanc ibi vocant, crassitudine [5] cubitali ramosam, materie validam, lentam sine lacte, cortice viridi, folio tiliæ,

5 cubitalis ramosa materie: validam. *M.* Lege. ramosam; materia valida, lenta.

a *Sunt qui malunt uvas in scobe ramentisve abietis, populi fraxini servare.*] Ex Columella hoc quoque, ut supra visum est libro duodecimo, capite quadragesimo tertio. sed de abiegna populneaque scobe mentio illi tantum, de fraxini nulla omnino. *Pint.*

b *Ramentisve abietis, populi, &c.*] Eam materiam Græci vocant ῥινήματα sive ῥινίσματα, πελίσματα, πελεκύσματα, λεπίσματα, τορνεύματα: Hippocr. lib. de ulcer. ἰχθυήματα. *Dalecamp.*

c *Ficus amplissima est.*] Græcis proverbium est σῦκον σύκῳ, de rebus valde similibus, ut ovum ovo, lac lacti, aqua aquæ. Priscus Comicus apud Ciceronem, σύκῳ καὶ τὴν διμέτρων σῦκον οὐδὲ ἐν ὅπως ὅμοιον γέγονεν. Vict. cap. 5. 36. 37. *Idem.*

d *Retulimus inter externas.*] Cap. 7. lib. 13. *Idem.*

e *Idæa rubet.*] De Idæa Theophrast. cap. 17. lib. 3. hist. *Idæa, inquit, fruticosa est, minime procera, tam crassa ut cubitalis ambitus sit. Lignum contortum, lentum, inferne minime nodosum, superne in orbem comosum: colore folii, & corticis livido: folio Tiliæ, molli, lato, paris magnitudinis: flore mespili, qui simul cum mespilo prodit: fructu rubro, magnitudine olivæ, rotundiore, gustu mespili: crassa radice, ut fici; & lenta. Lignum non putret, & solidum cor habet, non medullam.* Hæc est Theophrasti integra descriptio, à qua Plinius quid dissideat, lector prudens judicare potest. *Idem.*

f *Alexandrinam hanc ibi vocant.*] Theophrastus nusquam ficum hanc Alexandrinam vocari tradit, sed in eodem Idæ monte laurum nasci, quam Alexandrinam nuncupant. Legendum puto, *Mespili, crassitudine molli. Alexandrinam & ibi natam laurum vocant. Quæsitus, &c.* Idem.

liæ, sed molli. Onesicritus tradit in Hyrcania multum nostris esse dulciores, fertilioresque, ut quæ modios CCLXX. singulæ ferant. Ad nos ex aliis transire [1]gentibus, Chalcide, Chio: quarum plura genera. Siquidem & Lydiæ, quæ sunt purpureæ, & mamillanæ, similitudinem earum habent: & [a]callistruthiæ [2]parum sapore præstantiores, ficorum omnium frigidissimæ. Nam de Africanis, quas multi præferunt cunctis, magna quæstio est: cum id genus in Africam nuperrime transierit, patriæ nomen obtinent. [b][3]Nam Alexandrina è nigris est, candicante rima, cognomine delicatæ. Nigra & Rhodia est, & Tiburtina [c]de præcocibus. Sunt & auctorum nomina iis, Liviæ, Pompeiæ: [4]siccandis hæc sole in annuos usus [5]aptissima, cum mariscis, & quas [d][6]harundinum folii macula variat. Est & Herculanea, & albicerata, & [7]aratia alba, pediculo minimo, latissima. Primo autem provenit porphyritis, longissimo pediculo. Comitatur eam è minimis & vilissimis, popularis dicta. Contra novissima sub hieme maturatur [e]chelidonia. Sunt præterea [8]eædem serotinæ & præcoces, biferæ, alba ac nigra, cum messe vindemiaque maturescentes. [f][9]Serotinæ & à corio appellatæ duro: ex Chalcidicis [10]quorundam trifero proventu. Tarenti tantum prædulces nascuntur,

1 gentibus Chalcidicæ, quarum. *M.*
2 fartim. *Ch.*
3 Nam Alexandrinæ enixiores Candicans, Terina (Theriana) cogno. delicatæ. *Parm.*
4 Siccantur hæ. *V.* Siccandæ hæ. *M.*
5 aptissimæ. *Vet.* aptissime. *M.*
6 harundinei folii mac. variant. *Vet.*
7 aritia. *M.*
8 eædem, in *M.* d.
9 Serotinæ & appellatæ cydoniæ. *Ex Macrob.* Lego, Serotinæ duracinæ à corio app.
10 quædam. *Vet.* quarundam. *Ch.*

a *Callistruthia.*] Lego: *Callistr. haud parum*, ex Athenæo, apud quem lib. 3. Magnus omnibus præfert, quæ ubivis nascantur. Ibidem laudatur multum ficus è Paro, quam *αἱμωνίαν* à sanguinis colore vocabant. Victor. c. 4. 36. *Dalec.*

b *Nam Alexandrina è nigris est, candicante rima, cognomine delicata.*] In aliis exemplaribus tam scriptis quam excusis: *Nam Alexandrina è nigris est candicans, terena cognomine delicata.* Ex quibus verbis postremum, expositionem fuisse credimus dictionis illius *terena*, eundem intellectum Græcæ habentis. *Pint.*

c *De Præcocibus.*] Protericas & Prodromos vocat Macrob. lib. 3. Saturn. *Dal.*

d *Harundinum.*] *Grandinum in foliis.* Nisi Laconicam harundinem intelligat, cujus folium versicolor est Theophrasto cap. 12. lib. 4. histor. *Idem.*

e *Chelidonia.*] Eam Athenienses vocabant Erythromelænam. *Idem.*

f *Serotinæ & à corio appellatæ duro.*] Quid si legas non *serotinæ*, sed exigua similis literulæ mutatione, *scrotinæ*, nota significatione verbi scrotum. *Pint.*

a Cato

tur, quas vocant [1] omas. [a] Cato de ficis ita memorat: [b] Ficos mariscas in loco cretoso aut aperto serito. In loco autem crassiore aut stercorato Africanas, & Herculaneas, Saguntinas hibernas, [2] Tellianas, atras pediculo longo. Postea tot subiere nomina atque genera, ut vel hoc solum æstimantibus appareat, mutatam esse vitam. Sunt & hibernæ quibusdam provinciis, sicuti Mœsiæ, sed [3] artis, non naturæ. Parvarum genus arborum post autumnum fimo contegunt, deprehensasque in hieme grossos: quæ mitiore [4] cœlo refossæ cum arbore atque in lucem remissæ, novos soles, aliosque, quam quibus vixere, avide, tanquam iterum natæ, accipiunt: [c] & cum venientium flore maturescunt, alieno præcoces anno, in tractu vel gelidissimo. Sed à Catone appellata jam tum Africana, admonet & Africæ, ad ingens documentum uso eo pomo. Nanque perniciali odio Carthaginis flagrans, nepotumque securitatis anxius, [d] cum clamaret [5] omni senatu Carthaginem delendam, attulit quodam die in curiam præcocem ex ea provincia ficum: ostendensque Patribus, Interrogo vos, inquit, [e] [6] quando hoc pomum demptum putetis ex arbore? Cum

1 ὄνας. M. & Ch. Lego, œnadas, quasi vini sapore.

2 Telanas. Cato.

3 arte, non natura. M.

4 calore fossæ. Ch.

5 omnis Senatus. M.

6 quam dudum. Vet.

a *Cato de ficis ita memorat: Ficus mariscas in loco cretoso, &c.*] Diverso ordine in Catone leguntur hæc verba capite octavo: *Ficus*, inquit, *mariscas in loco cretoso aut aperto serito: Africanas & Herculanas, Saguntinas, Hibernas, Telanas, atras, pediculo longo, eas in loco crasso aut stercorato serito.* Pint.

b *Ficos mariscas in loco cretoso.*] Ex hujus fici similitudine podicis ulcus attritu genitum, ut in pathicis ex obscena libidine, in iis, qui equo nudo insident, ex nimio natium affrictu, Mariscam & ficum olim vocaverunt. Juvenalis:

Caeduntur tumidæ medico ridente mariscæ.
Martial.
Stragula succincti venator sume veredi,
Nam solet à nudo surgere ficus equo.
Delecamp.

c *Et cum venientium flore maturescunt.*] Lego contra omnia exemplaria non *venientium*, sed *vernantium*. Pint.

d *Cum clamaret omni senatu Carthaginem delendam.*] Reclamante Scipione Nasica, ne urbis æmulæ sublato metu, felicitas Romana luxuriaretur: qua ratione Lacedæmoniorum oppido diruto ingemuerunt, dicentes, *οἴχεσθαι τὸ παλαίσμα τῶν νέων*, & captum oppidum everti à rege noluerunt, ne tolleretur *ἡ τῶν νέων ἀκόνη*. Rhod. cap. 1. lib. 27. *Dalecamp.*

e *Quando hoc pomum demptum putetis ex arbore?*] Utrumque exemplar, *quando hanc pomum demptam putatis ex arbore.*

& paulo

Cum inter omnes [1] recentem esse constaret: Atqui tertium, inquit, ante diem scitote decerptum Carthagine: tam [2] prope à muris habemus hostem: statimque sumptum est Punicum tertium bellum, quo Carthago deleta est: quanquam Catone anno sequente rapto. Quid primum in eo miremur? curam ingenii, an occasionem fortuitam, celeritatemque cursus, an vehementiam viri? Supra omnia [3] quiddam est, quo nihil equidem duco mirabilius, tantam illam urbem, & de terrarum orbe per CXX. annos [4] æmulam, unius pomi argumento eversam: quod non Trebia aut Thrasymenus, non Cannæ busto insignes Romani nominis perficere potuere: [a] non castra Punica ad tertium lapidem vallata, portæque Collinæ adequitans ipse Annibal. Tanto propius Carthaginem pomo Cato [5] admovit. [b] Colitur ficus arbor in foro ipso ac comitio Romæ

1 recens. M.

2 prope nos habemus. M.

3 quidam est, *in* M. *d.* quidem est. *Alii.* Super omnia est. *Ch.*

4 urbis æmulam. *Vet.*

5 adiri. M. adiit. *Dal.* adiri monuit. *Vet.*

& paulo post *decerptam* in eisdem legitur, non *decerptum*; quod est notatu dignum: item *quamdiu* libentius legerim, quam *quando*, & *decerptam putatis*, quam *demptam*. Pint.

a *Non castra Punica ad tertium, &c.*] Cum Annibal ob Romam noctu legiones ducere cœpit, ut ait Ennius, quibusdam nocturnis terriculamentis tantus pavor ejus milites invasit, ut inde pedem retulerint. Quo facto Tutano Deo ibi fanum consecrarunt, ac ideo rediculum appellaverunt. Varro in Satyra, Hercules tuam fidem:

Noctu Annibalis cum fugavi exercitum,
Tutanus hoc, Tutanus Romæ nominor:
Hoc propter, omnes, qui laborant invocant.
Scalig. ex Nonio.

b *Colitur ficus arbor in foro ipso ac comitio Romæ, &c.*] Hæc perturbata sunt, & ficus duas Romanis sacras confundunt: alteram Ruminalem, natam jam tum in Curmanico, ut scribit Plutarchus in Romulo, haud procul à Tiberi, cum expositi sunt Romulus & Remus, sub qua rumam infantibus lupa præbuit, ab eo miraculo sic appellatam: alteram Naviam in comitio, satam ab Attio Navio augure, an sumptis ex Ruminali stolonibus, nondum reperi. Clarius hoc ut fiat, adscripsi, quæ hac de re tradit Festus in dictionibus Navia & Ruminalis. Priore quidem loco, quæ integra sunt lege usque ad hæc verba, *jussit re cotem, ac novaculam:* deinde subjunge quæ in codice Romæ edito sequuntur minus lacera, hoc modo .... *novaculam proferri, qua prolata, cum interrogatus augur, an cos illa posset præcidi, respondisset posse, novacula subito præcidit, quo facto, Navium, ex eo Tarquinio nihil auso, contra amplius facere, novaculam illam ac cotem sub locum consecratum defodi jussisse, & ficum ab eo satam ibi esse, intra id spatium loci, qui contentus sine sacro sit: eamque, si quando arescere contigisset, subseri, sumique ex ea surculos jussisse: quo facto tantos intra temporis tractus, cum alia in eo loco complures ficus enatæ essent, atque ea evulsa deinde de sacro illo loco radicibus removerentur, omnes quæ inibi tunc temporis erant, ficum præter unam illam ejectas fuisse, admonitu fatali ac jussu imprimis aruspicum, & divinis etiam responsis promittentibus, quandiu ea vive-*

re,

Romæ nata ſacra [a] fulguribus ibi conditis: magiſque ob memoriam ejus, quæ nutrix fuit [1] Romuli ac Remi conditoris appellata: quoniam ſub ea inventa eſt lupa infantibus præbens [b] rumen (ita vocabant mam-

[1] Rom. cond. ac Ruminalis appellata. *Vet.*

ret, libertatem populi Romani incolumem manſuram, ideoque coli & ſubſeri ex illo tempore cœptam. Hæc ſcilicet Navia ficus, ad puteal Libonis in comitio à Navio depacta. Altera, Ruminalis appellata, quod ſub ea arbore lupa rumam, id eſt, mammam, Romulo & Remo dederit, ſub veteribus (ſub. tabernis) prope curiam fuit, ut auctor eſt Varro. Hæc eſt illa altera, quam à Navia pauci diſtinxerunt, eandem eſſe utramque arbitrati. Ego ſic locum hunc totum lego: Colitur ficus in foro ipſo Romano *in foro judiciario, prope curiam ſub veteribus tabernis* ac comitio, (*ad Libonis puteal,*) ſata ab Augure Attio Navio, ſacris ibi conditis, *novacula & cote, quam cotem præciderat)* & tanquam in comitium ſponte tranſiſſet, (*è curia, Ruminalique ficu, nec illam ſeviſſet Navius)* Illa cum areſcit, rurſus cura ſacerdotum ſeritur. Magis altera (*ſub., colitur)* ob memoriam ejus, (*lupa)* quæ nutrix fuit Romuli ac Remi conditoris, (*conditorum,*) Ruminalis appellata, quoniam ſub ea inventa eſt lupa, infantibus præbens rumam, ita vocabant mammam, miraculo ex ære juxta dicato. Quamvis fori, id eſt, ampliſſimæ & latiſſimæ plateæ partem fuiſſe Comitium dicant, curiam tamen à Libonis puteali, prope quod Attius ficum ſevit, diſtare, veterum ſcripta oſtendunt. Apud Tacit. ſub finem l. 13. legendum videtur: *Eodem anno ruminalem arborem in foro, quæ ſuper octingentos & quadraginta ante annos, &c.* quod ſcilicet ruminalem veram ſignificat, quæ Remum ac Romulum ejectos texit: non alteram illam, quæ à Navio depacta eſt. Quoniam libertatis fatum in Navia viva, & virente ſitum erat. Cum illa exaruiſſet ſub Nerone, qui moribus ſuis perditiſſimis exitium publici ſtatus moliebatur, mortuis ramalibus diligentiſſime culta eſt, donec in novos fœtus reviviſceret. *Idem. Colitur ficus arbor in foro, &c.*] Leg. *Colitur ficus arbor in foro ipſo ad Comitii aram nata ſacra fulguribus ibi conditis.* Omnis locus fulmine ictus ſtatim erat religioſus: at ſacer fiebat, ara ibidem extructa & ſacrificio facto. Vide *Salmaſ.* pag. 1136. b. Sequentia ſic lege: *tanquam in comitium ſponte tranſiſſet Attio Navio Augure. Areſcit, rurſuſque cura ſacerdotum ſeritur.* Salmaſ. 1137. a.

a *Fulguribus ibi conditis.*] Nam cum puteus illic effoſſus de cœlo tactus eſſet, locus is procuratus, operculo impoſito, Puteal vocatus eſt: τὸ τοῦ φρέατος πῶμα. Addit Halicarnaſſ. extructam ibi aram, quæ nimirum fuit operculum oſtii Deorum Manium. Polluta autem eſſe loca fulguratores Hetruſci crediderunt icta fulmine. Quam ob rem reliquias fulminis ſacro facto ii ſepeliebant, diſperſos ignes colligebant, & cum quibuſdam tacitis precibus terra condebant: locum ſic expiatum *bidental* vocantes. Alex. ab Alex. c. 13. lib. 5. Varroni *bidental*, quod binæ oves ibi immolarentur. Gell. c. 62. lib. 16. Inde *fulgurita arbores* Plauto in Trinummo, ad quas qui factum faciebant *Strufertarii* dicebantur, à ſtrue & ferto, quod ſacrificii genus eſt. Feſto, obſtitum, violatum, & de cœlo tactum, fanaticum. *Scalig.* Bidental, τὰ ἐνηλύσια Polluci εἰς ἃ κατασκήψῃ βέλος ἐξ οὐρανοῦ ἃ περιερχθέντα ἄψαυστα ἂν εἴη τοῖς. Inde Jovem καταιβάτην, Elicium, nominarunt. Perſius Satyr. 2.

Triſte jaces lucis, evitandumque bidental.

Nam fulmine lucos parum caſtos ferit Juppiter. Horat.

Tu parum caſtis inimica mittes
Fulmina lucis.

Turn. c. 15. 25. Vide Scalig. in Feſt. voce, Sceleratus campus. *Dalec.*

b *Rumen.*] Ruma, Rumis, Rumen, Rumin, ut germen, germin, Mamma. Inde Rumia dea, apud ſacellum, cujus Varro c. 11. lib. 2. ſcribit, à paſtoribus ſatam ficum, eam nimirum, cujus hîc auctor meminit. Inde lactantes agni, ſubrumi,

mammam) miraculo ex ære juxta dicato, tanquam in comitium sponte [1] transisset. Adacto navigio [2] illico [a] arescit: rursusque cura sacerdotum seritur. Fuit & ante Saturni ædem, urbis anno CCLX. sublata, sacro à Vestalibus facto, cum [3] Silvani simulacrum subverteret. Eadem fortuito [4] satu vivit in medio foro, qua sidentia imperii fundamenta ostento fatali Curtius maximis bonis, hoc est virtute ac pietate, ac morte præclara expleverat. Æque fortuita eodem loco est vitis atque olea, umbræ gratia, [5] sedulitate plebeia satæ. [6] Ara inde sublata [b] gladiatorio munere Divi Julii, [7] quod novissime pugnavit in foro. Admirabilis est pomi hujusce festinatio, unius in cunctis, ad maturitatem properantis arte naturæ.

1 transsevisset Actius Nanius. Illico arescit, rursus cura, &c *Scalig.* transisset, Attio Navio augure illic aresc. *Turn.*

2 illa cum arescit, rursus cura.

3 Silvani & Isidis simulacrum subverterent. Eadem autem fortuitu vivit. M.

4 fata advivit. *V. Leg.* fata adhuc vivit. fatu advivit in me. fo. quasi sid. imp. fun. osten. fatali, quæ Curtius, &c explevit. *Parm.*

5 sed utilitate. *M.*

6 Ira inde subl. *Chiffl.* *ab irato nimirum populo post necem Julii Cæs. non placet.*

CAP. XIX. *De caprifico, & caprificatione.*

CAprificus [8] vocatur è silvestri genere [c] ficus nunquam maturescens, sed quod ipsa non habet, [d] [9] aliis tribuens, quoniam est naturalis causarum transitus; atque è putrescentibus identidem generatur aliquid. Ergo culices [10] parit: hi fraudati alimento in matre, [11] putri ejus tabe [12] ad cognatam volant: morsuque [13] ficorum crebro, hoc est avidiore pastu aperientes [14] ora earum, [15] atque ita

7 quo noviss. pugnatum. *Dal.* 8 vocatur *in Vet. d.* 9 alii. *Ch.* 10 parti fraudati. *Parm.* parvi fraudati. M. 11 hoc est putri ejus tabe, ex qua nati ad cogn. *Parm.* 12 & cognati. M. 13 ficuum. *Dal.* 14 coria. *Dal.* 15 atque *in* M. *d.* & *Ch.*

subrumi, rumi. Varro de liberis educandis apud Nonium; *Hisce Manibus lacte fit, non vino: Cunina propter cunas: Rumia propter rumam.* Idem & eodem opere scribit, cum à lacte depulsos pueros primo cibo & potione initiarent, sacrificari solitos, ab edulibus, Edusæ: & à potione, Potinæ nutrici. Nonius in Edusa & Sacrificari. *Dalec.*

a *Arescit.*] Accidit id, uti diximus, sub Nerone, diro prodigio publici status, quoniam arbor ea condiiores verbis velut hospites excepisset, ac fronde protexisset. *Cornelius Tacitus sub finem lib.* 13. Idem.

b *Gladiatorio munere.*] Vide infra cap. 1. lib. 19. sub finem. *Idem.*

c *Ficus nunquam maturescens.*] Theophrast. cap. 12. lib. 2. histor. Palladius lib. 2. cap. 10. *Dalec.*

d *Aliis tribuens, &c.*] Vide infra c. 27. lib. 16. *Idem.* *Alii tribuens, &c.*] Lege: *Alii tribuens. Quoniam est naturalis causarum transitus atque vis, ut è putrescentibus gignatur aliquid, ergò culices parit.* Salmas. 1335. a.

a *Cerealest*

ita penetrantes, intus solem primo secum inducunt, [a] cerealesque auras immittunt foribus apertis. Mox lacteum humorem, hoc est, infantiam pomi, absumunt: quod fit & [b] sponte. Ideoque ficetis caprificus [1] permittitur ad rationem venti, 1 permiscetur. Dal.
ut flatus evolantes in ficus ferat. Inde repertum, ut illatæ quoque aliunde, & inter se colligatæ injicerentur fico: quod in macro solo & aquilonio non desideratur: quoniam sponte arescunt loci situ, [2] ri- 2 rimasque. V.
misque eadem, quæ culicum [3] opera, causa perfi- 3 opere. M.
cit: necnon ubi multus pulvis: quod evenit maxime frequenti via [c] apposita. Nanque & pulveri vis siccandi, succumque lactis absorbendi: quæ ratio pulvere & caprificatione hoc quoque præstat, ne decidant, absumpto humore tenero, & cum quadam fragilitate ponderoso. [d] Ficis mollis omnibus tactus: maturis [e] frumenta intus: succus maturescentibus lactis, percoctis mellis. [f] Senescunt in arbore, anusque distillant gummi modo lacrymam, [g] siccanturque. [h] Honos laudatas servat in capsis, Ebuso [4] insula præstantissimas, amplissimasque, 4 in M.s. insula.
mox in Marrucinis. At ubi copia abundat, implentur [5] orcæ in Asia, cadi autem in Ruspina Africæ 5 aren. V.
urbe

a *Cerealesque auras immittunt foribus apertis.*] Fœcundas, fertiles, maturitatem juvantes. *Dalec.* *Cerealesque auras immittunt foribus apertis.*] Commodior lectio, *foraminibus*, quam *foribus*: quas paulo post *rimas* appellat: & *adapertis* habet codex Toletanus. *Pint.*

b *Sponte.*] Naturæ vi, sed longiore temporis spatio. *Dalec.*

c *Apposita.*] Id est, propinqua. Theophrast. cap. ult. lib. 2. *ὅπου δὲ πλεῖστος κονιορτὸς ἐνταῦθα πλεῖστα καὶ ἰσχυρότατα γίνεται τὰ ἐρινά.* *Idem.*

d *Ficis mollis omnibus tactus: maturis frumenta intus.*] Scribendum puto non *frumenta*, sed *fati*: ex Columellæ auctoritate libro tertio de arboribus, capite 21. *Semper*, inquit, *proderit simul ac folia agere cœperit ficus, rubricam amurca diluere, & cum stercore humano ad radicem infundere. Ea res efficit uberiorem fructum, & fartum fici speciosius & plenius.* Pintian.

e *Frumenta.*] Grana minuta, observa. *Dalec.*

f *Senescunt in arbore, &c.*] Lege: *Senescunt in arbore, anusque distillant gummium lacrima. Siccas honos laudatas servat in capsis.* Vide Salmas. pag. 937. b.

g *Siccanturque.*] Ac ἰσχάδες Græcis dicuntur. *Dalec.*

h *Honos laudatas servat in capsis.*] Legetur forte aptius, *Mos laudatas servandi in capsis.* Pint.

urbe panisque simul & obsonii vicem siccatæ implent: utpote cum Cato cibaria ruris operariis justa seu lege sanciens, minui jubeat per fici [1] maturitatem. Cum recenti fico salitis vice casei vesci, nuper excogitatum est. Ex hoc genere sunt, ut diximus, [a] [2] cottana & caricæ, quæque conscendenti navim adversus Parthos omen fecere [b] M. Crasso, venales prædicantis voce [c] cauneæ. Omnia hæc in Albense rus è Syria intulit L. Vitellius, qui postea censor fuit, cum legatus in ea provincia esset, novissimis [3] Tiberii Cæsaris temporibus.

1 maturitatem, cum & obsonii vicem habeant recentes ficus. Sale siccatis & casei loco vesci nuper. V. maturitatem. Recenti fico salito vice, &c. *Alii V.* maturitatem, cum obsonii vice recenti ficu (*aliis*, vice casei) vesci nuper excog. sit. *M.*

2 castaneæ. *Cb.*

3 Titi *M.* noviss. Cæsaris temp. *Cb.*

4 adnumerantur. *Cb.*

5 Anthedoni tamen similius, quod. M. & Cb.

6 Selaniæ tamen majus. *V.*

CAP. XX.

De mespilis, & earum generibus tribus.

Malorum pyrorumque generi [4] adnumerentur jure mespila atque sorba. [d] Mespilis tria genera, anthedon, [e] setania: tertium degenerat, [5] tametsi anthedoni similius est, quod Gallicum vocant. [6] Setaniæ majus pomum candidiusque, acini molliore ligno: cæteris minus pomum, sed odore

a *Cottana & caricæ.*] Cap. 5. lib. 13. *Dalecamp.*

b *M. Crasso.*] Proficiscentem Crassum Attejus tribunus plebis gravissimis diris execratus est, quibus iram indignationemque deorum maxime concitari creditum est. Alex. ab Alex. cap. 21. lib. 3. *Idem.*

c *Caunea.*] Caunos, urbs est Cariæ; Cauni, civitas Æoliæ, è qua ficus etiam laudatur Athenæo lib. 3. Victor. c. 6. lib. 37. Quod autem omen fecisse eas ait M. Crasso in Parthos exercitum moventi, hoc est, Crasso navem expeditione illa conscendenti, cum Cauneas ficus venales quidam vociferaretur, dixisse visus est, Cave ne eas: Romani enim olim, ut *auruncare*, pro averruncare, *dortium* pro divortium dixerunt, sic & *Cauneas* pro cave ne eas. Cicero 2. de Divin. *Cum M. Crassus*, inquit, *exercitum Brundisii imponeret, quidam in portu caricas Cauno advectas vendens, Cauneas clamitabat. Dicamus si placet, monitum ab eo Crassum caveret ne iret, &c.* Vide Scal. in Festum, voce *Aurum.* Joach. Camerar. in Plautum. Leopard. cap. 13. lib. 6. *Idem.*

d *Mespilis tria genera.*] Theophr. c. 19. lib. 3. hist. *Idem.*

e *Setania.*] Duo mespili genera esse, Dioscorides tradit libro primo, alterum in Italia nascens, quod plerique epimelida appellant, nonnulli sitanion: quamquam Marcellus *setanion* legat: Hermolaus vero in Dioscoridis tralatione *sitanion.* Idem in Corollario cap. clxxx. mespilum *sitaniam* à Theophrasto appellari ait falso, si vulgatis Theophrasti exemplaribus fidem habemus: libro enim tertio, cap. duodecimo, *satanion* vocat penultima producta, à recto *satanios.* & Theodorus *satanea* vertit: sicque legendum in Plinio puto. *Pint.*

a *Aliis*

re præstantius, & quod diutius servetur. Arbor ipsa de amplissimis. Folia, antequam decidant, rubescunt: radices multæ atque altæ, & ideo inextirpabiles. Non fuit hæc arbor in Italia Catonis ævo.

CAP. XXI. *De sorbis, genera quatuor.*

SOrbis quadruplex differentia. [a] Aliis enim eorum rotunditas mali, aliis turbinatio pyri, aliis ovata species, seu malorum aliquibus: hæc [1] obnoxia acori. Odore & suavitate rotunda præcellunt: cæteris vini sapor: Generosissima, quibus circa pediculos [2] tenera folia. [b] Quartum genus torminale appellant, remedio tantum probabile, assiduum proventu minimumque pomo, arbore [3] dissimili, foliis [4] plane platani. Non ferunt ante trimatum ex ullo genere. [c] Cato & sorba sapa [5] condi jubet.

1 obnoxia acri odore, & suavitate jocunda præcellunt. *M.* nec suavit. jocunda. Cæteris. *V.*
2 tenera, *in M. d.*
3 dissimile. *Ch.*
4 pene. *M.*
5 condi sapa tradit. *Ch.* sapa condiri jubet. *Dal.*

CAP. XXII. *De nuce juglande.*

AB his locum amplitudine [6] vindicaverunt, quæ cessere auctoritati, [d] nuces juglandes: quanquam

6 vindicaverint, quæ cess. auctoritate. *Ch.*

a *Aliis enim eorum.*] Theophr. c. 20. lib. 3. histor. *Dalec.*

b *Quartum genus torminale.*] Plinius Sorbi Silvestris, quam Aucupariam herbarii vocant, Sequani vero lignatores *Tormigne*, & quæ vera Torminalis est, nusquam meminit: Cratægi vero folia cum forte vidisset, ea strictim & negligenter descripsit, Torminalisque sorbi esse credidit, nusquam alibi facta Cratægi mentione, præterquam cap. 8. lib. 27. ubi Cratægum, quem Cratægonon, seu Cratæogona vocat, inconsiderate Aquifoliam (τὴν ἀγρίαν) Italorum esse tradit. Genus id sorborum Andromacho dictum volunt ἐφελκυσόν, quamvis nonnulli legant ἐφεστινόν, lib. 9 κατὰ τόπους Galeni in curatione dysentericorum. Idque à Plauto significatum volunt in Pœnulo:

Hem mihi jam video propter te victitandum sorbilo.

Nempe Torminali: tormenta scilicet multa, & cruciatus esse perferendos. Quo etiamnum significatu vulgo dicimus, *Poires d'angoisse.* Idem.

c *Cato.*] Cap. 7. *Idem.*

d *Nuces juglandes.*] Varro lib. 4. de ling. Lat. *Nux,* inquit, *juglans, quod hac nux antequam purgetur, similis glandi. Hac glans optima & maxima, ab Jove & glande Juglans est appellata. Eadem Nux, quod ut nox aërem, ita hujus succus facit corpus atrum.* Hæc ille: ad quæ postrema Scaliger: *Alii,* inquit, *à nocendo Nucem dictam volunt,* quomodo & Græce quoque κάρυον παρὰ τὸ καρῶν. Est autem vox Syriaca *Lux.* Sed L in N. abiit: ut Lympha, Nympha. Vide infra c. 8. lib. 23. *Idem.*

 a *Nuptiæ*

quam & ipsæ [a] nuptialium Fescenninorum comites, multum pineis minores universitate, eædemque portione ampliores nucleo. [b] Nec non & [1] honor his naturæ peculiaris, gemino [2] protectis operimento, [c] pulvinati primum calycis, mox lignei putaminis. Quæ causa eas nuptiis fecit religiosas, tot modis fœtu munito: quod est verisimilius, [d] quam quia cadendo tripudium [3] sonumve faciant. Et has [4] è Perside à regibus translatas, indicio sunt Græca noimiha. Optimum quippe earum [e] Persi- con

1 honoris naturæ. M.
2 protectæ. M.
3 sonivium, *ex Festo. Turn. & Scalig. Nec aliter Ch.*
4 è Persidis regionibus. M. è Persidis regibus, *Ch.*

a *Nuptialium Fescenninorum comites.*] Fescennina carmina à Fescennio urbe Campaniæ, vel Sabinorum dicta, ubi primum reperta sunt, lasciva & procacia inter nuptiales jocos & lusus canebantur cum sacro hymno, sive epithalamio, quo præsides conjugiorum Deos quinque, Jovem adulterum, Junonem adulteram, Venerem, Dianam, Suadelam invocabant, rogantes, ut adessent propitii, ac prolem secundarent. Alex. ab Alexand. c. 5. lib. 3. *Idem.*

b *Nec non & honor his naturæ peculiaris, gemino protectis operimento, pulvinati primum calycis, mox lignei putaminis. Quæ causa eas nuptiis fecit religiosas, tot modis fœtu munito: quod est verisimilius quam quia cadendo tripudium sonumve faciant.*] Particulam *ve* neutrum exemplar agnoscit, & Toletanum *summum* legit non *sonum*: ut forte legendum sit *tripudium solistimum*, non *tripudium sonum*. Erat autem tripudium solistimum faustum felixque auspicantibus: de quo Cicero libro secundo de divinatione: *Sed quia cum pascuntur, necesse est aliquid ex ore cadere, & terram pavire, terripavium primo, post tripudium dictum est, hoc quidem jam tripudium. Cum igitur offa jam cecidit ex ore pulli, tum auspicanti tripudium solistimum nuntiant.* Et in eodem lib. *Si enim fatum fuit classes populi Romani bello Punico primo, alteram naufragio, alteram Pœnis depressam interire, etiamsi tripudium solistimum pulli fecissent, L. Junio & P. Clodio consulibus, classes tamen interiissent.* EX RETRACTAT. IN HUNC IPSUM LOCUM. Dixi legendum videri *tripudium solistimum*, non *tripudium sonumve*, quod *ve* particulam neuter scriptorum codicum haberet, & Toletanus *summum* præferret, non *sonum*. Nunc cogunt me nonnihil addubitare verba Servii grammatici exponentis carmen illud octavi Bucolici summi poëtæ: *Sparge marite nuces, tibi deserit Hesperus Oetam*, ea sunt: *Varro spargendarum nucum hanc dicit esse rationem, ut Jovis nomine matrimonium celebretur, ut nupta matrona sit sicut Juno: nam nuces in tutela sunt Jovis, unde juglandes vocantur, quasi Jovis glandes. Nam illud vulgare est, ideo spargi nuces, ut à rapientibus pueris fiat strepitus, ne puellæ vox virginitatem deponentis possit audiri.* Pint.

c *Pulvinati.*] In circulum subtumescentis, sed delumbata circinatione rotundi. *Dalec.*

d *Quam quia cadendo tripudium, &c.*] Patresfamilias sponsi cum domesticos pueros meritorios ab officio turpi dimitterent, nuces dabant, quas spargerent, nuptialia Fescennina cantantes. Apud Græcos, eodem instituto novus sponsus, τὰ καρυχύσματα, juglandes, amygdala, & nuces id genus alias spargebat, ut putant Grammatici, nuptæ clamor ne audiretur. Scribunt enim, τὰ κτύπια εἶναι ἐπικρύμματα τῶν θαλάμων ἐπικλυποῦσιν ἔξωθεν, ὅταν συγκατακλίνηται τῷ νυμφίῳ ἡ γαμουμένη. *Scalig. in Catul.* Idem.

e *Persicon atque Basilicon, &c.*] *Ocellatas*, vocat Tranquillus in Augusto, quod ea parte qua barbatæ suæ cuti adhærent, cum avelluntur oculi figura delineata

con atque Basilicon vocant. Et hæc fuere prima nomina. [a] Caryon à capitis gravedine, propter odoris gravitatem, convenit dictum. [b] Tinguntur cortice earum lanæ, & rufatur capillus primum prodeuntibus nuculis. Id compertum infectis tractatu manibus: pinguescunt vetustate. Sola differentia generum in putamine [c] duro fragilive, & tenui ac crasso, loculoso & simplici. Solum hoc pomum natura compactili operimento clausit. Nanque sunt bifidæ putaminum carinæ, nucleorumque [1] illis quadripartita distinctio, lignea intercursante membrana. Cæteris quicquid est, solidum est, ut in [2] avellanis, [3] & ipso nucum genere, quas antea [d] abellinas patrio nomine [4] vocabant. In Asiam Græciamque è Ponto venêre & ideo Ponticæ nuces vocantur. Has quoque mollis protegit barba. Sed putamini nucleisque solida rotunditas inest. Eæ & torrentur. Umbilicus illis intus in ventre medio. Tertia ab his natura [e] amygdalis, tenuiore, sed simili juglandium summo operimento: item secundo putaminis. Nucleus dissimilis latitudine & [f] acriore callo. Hæc arbor an fuerit in Italia

1 alia quadripertita. *Ch.*

2 abellanis. *Ch.*

3 ex ipso. *Dal.*

4 appellabant. *Ch.*

lineatâ conspiciatur, nec id in alia ulla nuce appareat. Alex. ab Alex. cap. 21. lib. 3. Quo loco plurima ludorum genera veteribus usitata commemorat, ocellatas nuces dici putat Persicorum nucleos, quod crebris velut ocellorum foraminibus pertusi sint: sed confidenter magis, quam recte: ἄρυα, Hesychio, τὰ ἡρακλεωτικὰ κάρυα. *Dalec.*

a *Caryon à capitis gravedine propter odoris gravitatem, convenit dictum.*] Nucem capitis dolorem gignere medici omnes proclamant: unde nomen ei inditum sit *caryon*: fieri tamen id propter odoris gravitatem nullus quod meminerim prodit: quapropter tria illa verba *propter odoris gravitatem*, commentitia esse existimo, & falso Plinianæ lectioni inserta. *Pint.* *Caryon à capitis gravedine.*] Galen. Comm. 1. in 3. Epidem. tradit vicinia Buxi, Nucis, Brassicæ propter δυσωδίαν, vicinum & circumjectum aërem fieri semper μοχθηρὸν, vitiosum. *Dalec.*

b *Tinguntur cortice earum lanæ.*] Pulvinato calyce, quem Festus vocat Culeolum, quasi exiguum Culeum. *Idem.*

c *Duro fragilive.*] Duras apud Festum Titinnius Moracias vocat, unde diminutivum Moracillum. *Idem.*

d *Abellinas patrio nomine vocabant.*] Theoph. c. 15. lib. 3. hist. *Idem.*

e *Amygdalis.*] Columella cap. 10. lib. 5. *Idem.*

f *Acriore callo.*] De amaris id verum est, non de dulcibus. *Idem.*

a *Græcas*

lia Catonis ætâte, dubitatur, quoniam [a] Græcas nominat, quas quidem & in juglandium genere servant. [b] Adjicit præterea avellanas & galbas, Prænestinas, quas maxime laudat, & conditas ollis, in terra servari virides tradit. [c] Nunc Thasiæ & Albenses celebrantur, & Tarentinarum duo genera, fragili putamine, ac duro: quæ sunt & amplissimæ, [1] & minime rotundæ. Præterea [d] molluscæ putamen rumpentes. Sunt qui honoris nomen [2] interpretentur, & Jovis glandem esse dicant. Nuper consularem virum audivi, biferas & juglandes nuces habere se profitentem. De pistaciis & ipsi [e] retulimus. Et hæc autem idem Vitellius in Italiam primus intulit eodem tempore: simulque in Hispaniam Flaccus Pompejus eques Romanus, qui cum eo militabat.

1 ac. Cb.

2 interpretantur, & Jo. gl. ess. dicunt. M.

CAP. XXIII. *De castaneis genera octo.*

[f] Nuces vocamus & castaneas, quanquam accommodatiores glandium generi. Armatum iis echinato calyce vallum, quod inchoatum glandibus. Mirumque, vilissima esse [3] quæ tanta occultaverit cura naturæ. Trini quibusdam partus ex uno

3 quæ natura tan. occul. cura. Dal.

a *Græcas nominat.*] Cap. 4. Ita & Varro cap. 9. lib. 2. & c. 16. lib. 3. Vide infra cap. 8. lib. 23. *Dalec.*

b *Adjicit præterea avellanas & galbas, Prænestinas.*] Leg. *Adjicit præterea Avellanas & Calvas Prænestinas.* In veteri glossario Calva nux, κάρυον βασιλικόν. In eodem Albanæ nuces, Prænestinæ. In Priapeis, Longæ nuces, avellanæ: Nucemve longam, quam vocant Abellinam. Turnebo cap. 19. 25. Calva nux quæ fructum calvum fert, id est, summo apice nudum, nec undique putamine corticis obductum, qualis est avellana. Turn. cap. 17. 27. è Vet. Cod. legendum putat *Abellanas.* Idem.

c *Nunc Thasiæ & Albenses celebrantur.*] Exemplar Salmanticense *Albeses* legit, non *Albenses:* quod non magno opere displicet: nam Festus *albesia* appellat scuta, quibus Albenses usi sunt, qui fuerunt Marsi generis. *Pint.*

d *Mollusca.*] De iis Plautus in Calceolo, Molluscam nucem super ejus dixit impendere tegulas. *Dalec.*

e *Retulimus.*] Cap. 5. lib. 13. Vide infra cap. 8. lib. 23. circa medium. *Idem.*

f *Nuces vocamus & castaneas.*] Virgil. *Castaneasque nuces.* Castaneæ dictæ à Castano oppido Magnesiæ, aut, si Stephano credimus, Apuliæ, non procul Tarento. Eædem Sardianæ glandes à Sardibus, ut mox, & λέπιμοι ἀπὸ τῶν λέπους, corticoso integumento. Columel. cap. 43. lib. 4. *Idem.*

a *Ideo*

uno calyce, cortexque lentus. Proxima vero corpori membrana, & in his & in nucibus saporem, ni detrahatur, infestat. Torrere has in cibis [1] gratius. Moluntur etiam, & præstant jejunio fœminarum quandam imaginem panis. Sardibus eæ provenere primum. [a] Ideo apud Græcos [2] Sardianos balanos appellant. [3] Nam Divus Tiberius postea balanum nomen imposuit, excellentioribus satu factis. Nunc plura earum genera. Tarentinæ faciles nec [4] operoso sunt cibo, planæ figura. Rotundior, quæ balanitis vocatur, purgabilis maxime & sponte prosiliens. Pura & plana est ex eis & Salariana; Tarentina minus tractabilis: laudatior [6] Corelliana, & ex ea facta, quo dicemus in insitis modo. Meterana, quam [7] rubens cortex præfert triangulis, & popularibus nigris, quæ coctivæ vocantur. Patria laudatissimis Tarentum, & in Campania Neapolis. Cæteræ suum pabulo gignuntur, scrupulosa corticis [b] intra nucleos quoque ruminatione.

1 gratius etiam. *Vet.*
2 Sardinianos *Turn.*
3 Nam Διὸς βάλανον postea nomen imposuere. *Dal.* *Reginaldus ex judicio Turnebi*, divus balanum postea imposuere. *Ch.*
4 operosæ cibo. *M. & Ch.*
5 planæ figura rotundior. Quæ. *Ch.*
6 Corelliana. *Ch.*
7 rubenti cortice, quam vulgus præfert, *vel*, quam præferunt.

CAP.

a *Ideo apud Græcos, &c. Nam divus Tiberius postea, &c.*] Nomen *Tiberius* in neutro exemplari habetur. Alioqui à nullo, quod sciam, nisi impudenti adulatore *divus* appellatus est Tiberius, homo impurus & omni flagitiorum genere inquinatus, tanto minus à Plinio, qui omnes adulandi Tiberio causas procul habuit. Item paulo post *imposuere* legit, non *imposuit*, apographum Toletanum. *Pintian.* *Ideo apud Græcos, &c*] Lege: *Ideo apud Græcos Sardianos balanos appellant. nam Dius balanum postea imposuere, &c.* hoc est, Διὸς βάλανον. *Salm.* pag. 601. b. Sequitur, quod sit legend. *Tarentinæ faciles nec operosæ cibo, figuræ rotundior. Quæ balanitis vocatur, purgabilis maxime & sponte prosiliens pura. Plana est & Salariana, Tarentina minus tractabilis.* Salmas. 603. a.

b *Intra nucleos quoque ruminatione.*] Lego: *Scrupulosa corticis interioris circa nucleos quoque ferruminatione.* Ferruminatione, tanto adhæsu, & tam arcto, ut interior cortex glutinatus cum nucleo, solidatus, ferruminatus videatur, ideoque ab eo separari & divelli nequeat, quod vitium est. Potest & omitti vox, *quoque*. *Dalec.*

a *Præduites*

CAP. XXIV.

De ſiliquis, & carnoſis pomis, & moris, & de acinis, & baccis.

HAud procul abeſſe videantur & [a] prædulces ſiliquæ, niſi quod in iis cortex ipſe manditur. Digitorum [1] hominis longitudo [2] illis, & interim falcata, pollicari latitudine. Glandes inter poma numerari non poſſunt: quamobrem in ſua natura dicentur. Reliqua carnoſi ſunt generis: [3] ea baccis atque carnibus diſtant. Alia acinis caro, alia moris, alia unedonibus: & alia [4] acinis inter cutem ſuccumque, alia myxis, alia baccis, ut olivis. [b] Moris ſuccus, in carne vinoſus: trini colores, candidus primo, mox rubens, maturis niger. In noviſſimis florent, inter prima matureſcunt. Tingunt manus ſucco matura, eluunt acerba. Minimum in hac arbore ingenia profecerunt, nec nominibus, nec [5] inſitis nec alio modo, quam pomi magnitudine. Differunt mora Oſtienſia & [6] Tuſculana Romæ. [c] Naſcuntur & in rubis, multum differente callo. Aliud corpus eſt terreſtribus fragis, aliud congeneri eorum unedoni: [d] quod ſolum pomum ſimile

1 omnis. *M. & Ch.*
2 illis interim falcatis.
3 eaque. *M. & Ch.*
4 acinorum cuti ſuccoque. *Dal.*
5 Inſitu. *Dal.*
6 Tuſculana Mora naſcuntur. &c. *Philander.*

a *Prædulces ſiliquæ.*] Gellius Flaminicas Diales in ſacris venenato operiri ſcribit, quoniam in rica, id eſt, palliolo purpureo ſurculum haberent arboris Siliquæ. Servius vetere cerimoniarum jure præceptum ait, ut Flaminica habeat inarculum, ricam, venenatum, fibulam, quibus in locis non hanc ſiliquam interpretor, ſed Rhododendron ſiliquatum, quod multis quadrupedibus venenatum eſt. *Dalec.*

b *Moris ſuccus.*] Theoph. c 21. lib. 5. Cauſ. Colum. c. 10. lib. 5. *Idem.*

c *Naſcuntur & in rubis.*] Ovid. *Cornaque & in duris naſcentia mora rubetis.* Idem.

d *Quod ſolum pomum ſimile fructui terra gignitur.*] Locus hic reſtituitur (ni fallor) ſi ad hunc modum ſcribatur: *quod ſolum pomum ſimile fartum aceri gignit*, ex Dioſcoride libro 1. his verbis: *Is cum manditur, veluti palearum acus linguæ & dentibus repræſentat.* Pint. *Quod ſolum pomum, &c.*] Lege: *Quod ſolum pomum ſimile frutici terraque gignitur.* fruticum & arborum fructus in alto, non humi gignuntur, ut herbarum, quarum fructus in terra fuſi, ideo terræ & frutici ſimile pomum gigni dicit, fraga & unedones, conſimiles igitur fructus fraga & unedo. Vide Salmaſ. pag. 511. a. *Quod ſolum pomum, &c.*] Non recordabatur Plin. cum hæc ſcriberet, Adrachnes fructum, quem ſimilem Memæcylo Theophraſtus eſſe tradit c. 16. lib. 3. hiſt. fructui quoque terræ, nempe frago, ſimilem eſſe. Apud Pauſaniam lib. 9. interpres vertit *Portulacam.* Dalec.

a *Fructus*

simile fructui terræ gignitur. Arbor ipsa fruticosa. [a] Fructus anno maturescit: pariterque floret subnascens, & prior [1] cogitur. Mas sit an fœmina sterilis, inter auctores non constat. Pomum inhonorum, ut cui nomen ex argumento sit unum tantum edendi. [b] Duobus tamen hoc nominibus appellant Græci, comaron & memecylon: quo apparet totidem esse [2] genera & apud nos. Alio nomine arbutus vocatur. Juba auctor est, quinquagenum cubitorum altitudine in Arabia esse eas. Acinorum quoque magna est differenria. Primum inter uvas ipsas callo, teneritate, crassitudine, interiore ligno, aliis parvo, & aliis etiam gemino, qui minime feraces musti. Plurimum vero differunt ederæ [c] sambucique acini: & figura etiam Punici, angulosi quippe soli. Nec cutis ulla singulis, præter communem, quæ est candida. [3] Totisque succus & caro est, [d] iis præcipue, quibus parvulum inest [4] ligni. Magna & baccis differentia. Aliæ nanque sunt olivis, lauris, & alio modo loto, cornis: alio myrtis, lentisco. Aquifolio enim ac spinæ sine succo: medioque etiamnum genere inter baccas acinosque cerasis: Pomum his primo candidum, [5] & fere omnibus baccis. Mox aliis virescit, ut [6] olivis, lauris:

1 coquitur. *Ch.* colligitur. *V.*
2 genera. Et apud nos alio. *M.*
3 Totisque (*sub.* acinus) *V.* *M.*
4 lignum. *Dal.*
5 ut fere. *Dal.*
6 oliva. *Ch.*

a *Fructus anno maturescit.*] Theophr. lib. 9. hist. *Dal.*

b *Duobus tamen hoc nominibus appellant Græci, comaron & memæcylon.*] Si lectio hæc errore vacat, quod non puto, mirandum est tam diversum abiisse Plinium in hac traditione ab aliis auctoribus: nam Theophrastus lib. III. capite 16. arborem comarum vocat, fructum memæcylon. *Comaros, inquit, quæ fructum esui habilem memæcylon fert, magnitudine non nimium præstat.* Et Dioscorides libro 1. *Comaron, ait, Romani arbutum dicunt, Coroneæ malo similis arbutus est, tenui folio, fructu prunorum magnitudine, sine nucleis, quem memacylon vocant.* Hesychius glossographos: *Comaros, inquit, planta quædam est quæ memæcylon fert.* Confirmat id quoque Athenæus lib. 2. consentiuntque ceteri omnes. Illud non prætererim, à Theophrasto præallegato loco cum *ε* in prima syllaba, & *αι* diphthongo in secunda, *memæcylon* scribi, ab Athenæo autem & Hesychio cum *ι*, in prima, & eadem diphthongo in secunda, *mimæcylon.* Pintian.

c *Sambucique acini.*] Lucilius lib. 27. àpud Nonium, Ardum: miserrimum, atque infelix lignum Sambucum vocat. *Dalec.*

d *Iis præcipue.*] Apyrenis. *Idem.*

a *Cerasis.*]

lauris: rubet vero moris, cerasis, cornis. Deinde nigrescit moris, [a] cerasis, olivis.

CAP. XXV. *De cerasis, genera octo.*

CErasi ante victoriam Mithridaticam L. Luculli non fuere in Italia. [1] Ad urbis annum DCLXXX. is primum vexit è Ponto: annisque CXX. trans Oceanum in Britanniam usque pervenere. [b] Eadem, ut diximus, in Ægypto nulla cura potuere gigni. Cerasorum [c] Aproniana maxime rubent: nigerrima [2] sunt, ut Actia: Cæciliana vero & rotunda. [3] Julianis gratus sapor, sed pene tantum sub arbore sua, adeo teneris, ut gestatum non tolerent. Principatus duracinis, quæ [d] Pliniana Campania appellat: in Belgica vero Lusitanis. In ripis etiam [4] Rheni. Tertius iis colos è nigro ac rubenti viridique, similis maturescentibus semper. Minus [5] quinquennium est, quod prodiere, quæ vocant laurea, non ingratæ amaritudinis, insitæ in lauro. Sunt & Macedonica parvæ arboris, raroque tria cubita excedentis: & minore etiamnum frutice chamæcerasi. Inter prima hoc è pomis colono gratiam annuam refert. Septentrione frigidisque gaudet: siccatur etiam sole, conditurque, ut oliva, cadis.

1 At urbis anno. *M.*

2 sunt Actia, ut & Cæciliana, rotunda. *Vide Theoph. c. 21. lib. 3. hist.*

3 Junianis. *M.* Vinianus. *Ch.*

4 Rheni rubent. Tertius. *M.* Rheni terni. Tertius: *Ch.*

5 quinquennio est: *M.*

CAP. XXVI. *De corno, & lentisco.*

QUæ cura & cornis atque etiam lentisco adhibetur, ne quid non hominis ventri natum esse videatur. Miscentur sapores, & alio alius placere cogitur. Miscentur vero & terræ cœlique tractus. In

a *Cerasis.*] Silvestribus, quorum fructus maturitate summa eum colorem accipit, & sativarum uni generi. *Dalecampius.*

b *Eadem, ut diximus.*] Lego, *Eadem ut diximus, peregrina, Ægypto, &c.* Peregrinas quidem ut & Persicas dixit cap. 3. lib. 12. sed nusquam Ægypti solum dedignatas, præterquam hic. *Idem.*

c *Aproniana maxime rubent.*] Vide Theophr. cap. 21. lib. 3. histor. *Idem.*

d *Pliniana.*] Vulgo, *Duraines.* Idem.

e In

In alio cibi genere India advocatur, in alio Ægyptus, Creta, Cyrene, singulæque terræ. Nec cessat [a] in veneficiis vita, dummodo omnia devoret. Planius hoc fiet in herbarum natura.

CAP. XXVII.

De generibus succorum, & de odore.

INterim quæ sunt communia & pomis omnibusque succis, [b] saporum genera XIII. reperiuntur, dulcis, suavis, pinguis, amarus, austerus, [c] acer, acutus, acerbus, acidus, salsus. Præter hæc, tria sunt genera mirabili maxime natura. Unum, in quo plures pariter sentiuntur sapores, ut vinis. Nanque in his & austerus, & acutus, & dulcis & suavis, [d] omnes alieni. Alterum est genus, in quo sit & alienus quidem, sed & suus quidam ac peculiaris, ut in lacte. [e] Siquidem inest ei, [1] quod tamen jure dici dulce, & pingue, & suave non posset, obtinente lenitate, quæ ipsa succedit in saporis vicem. Nullus hic aquis, ne succus quidem, ut tamen eo ipso fiat aliquis, ac [f] suum genus faciat. Sentiri quidem aquæ saporem ullum succumve, vitium est. Magnum his omnibus in odore momentum, & magna cognatio, qui & ipse nullus est aquis: aut si sentitur, omnino vitium est. Mirum, tria naturæ

1 quod jure dicitur dulce & pin. & suave, obtin. tamen lenit. M.

a *In veneficiis.*] Ut fungis. *Dalec.*

b *Saporum genera* XIII. *reperiuntur.*] Theophrastus simplices recenset c. 19. lib. 1. histor. vinosum, pinguem, dulcem, acrem, amarum, aquosum, acidum. At c. 4. lib. 6. Causs. dulcem, pinguem, amarum, austerum, acrem, acidum, acerbum, & ex quorundam sententia vinosum, ac salsum. *Idem.*

c *Acer.*] Acer, linguam urens, ut pyrethri: acutus, linguam pungens, ut cinamomi. *Idem.*

d *Omnes alieni.*] Præter proprium accedentes, præter τ̀ οἰνώδη, præter uvæ saporem genuinum adventitii, quia in omni vino necessario non insunt. *Idem.*

e *Siquidem inest ei quod tamen jure dici dulce, & pingue, & suave non posset.*] Vetus lectio: *Siquidem inest ei quod tamen jure dicitur potest dulce & pingue, &c.* legendum puto: *Siquidem inest ei (quod tamen jure dici suum non potest) dulce & pingue & suave, obtinenti tamen lenitatem, qua ipsa succedit in saporis vicem.* ut illud verbum *tamen*, quod paulo post redundare videtur, huc transferatur. ita sensus erit dilucidus. *Pint.*

f *Suum.*] Fatuum, ὑδατώδης. *Dal.*

1 esse, in M. d. — 2 aqua, aër, ignis. M.

ræ præcipua elementa sine sapore [1] esse, sine odore, sine succo: [2] aquas, aëra, ignes.

CAP. XXVIII.

[a] *De succis fructuum, & arborum, & coloribus, & odoribus, & natura pomorum, & de commendatione fructuum.*

3 non. M. — 4 Lactens. M. — 5 usum. M. & Gb. — 6 asperrimus quidam, tenuis. M.

[b] ERgo succorum vinosus pyro, moro, myrto: [3] minime (quod miremur) uvis. [c] At pinguis olivæ, lauro, nuci juglandi, amygdalis: dulcis uvis, ficis, palmis: aquosus prunis. Magna differentia & in colore succi. Sanguineus moris, cerasis, cornis, uvis nigris. Idem albis candidus. [4] Lacteus in capite ficis, in corpore non item: spumeus malis: nullus Persicis, cum præsertim duracina succo abundent: sed quis ejus ullum dixerit colorem? [d] Sua & in odore miracula. [e] Malis acutus, Persicis dilutus, dulcibus nullus. Nam & vinum tale sine odore, tenue odoratius. Multoque celerius talia ad [5] nasum veniunt quam pinguia. Quæ odorata, non eadem in gustu tenera: quia non sunt [f] pariter odor & sapor. Quamobrem citreis odor acerrimus, sapor [6] asperrimus: quadamtenus & cotoneis: [g] nullusque odor ficis. Et hactenus sint species ac genera pomorum, naturas arctius colligi par

a *De succis fructuum.*] Theoph. c. 19. lib. 1. hist. & cap. 1. lib. 9. ejusdem, & c. 18. lib. 1. Caus. *Dalec.*

b *Ergo succorum vinosus pyro, &c.*] Scribo, *vinosi* non *vinosus*, tum ex exemplari Salmanticensi, tum ex Theophrasto lib. 1. cap. 19. *Succorum vero alii vinosi, seu vitis, mori, myrti.* Pint.

c *At pinguis.*] In eodem exemplari *pingues*, non *pinguis* legas & eodem jure statim, *dulcis* & *aquosus*: legendum, *dulces* & *aquosi*: sicque præfert idem exemplar. *Idem.*

d *Sua & in odore miracula.*] Theophrasto lib. 6. Caus. *Dalec.*

e *Malis acutus.*] Suavis tamen, & adeo jucundus, ut vel animo defectos revocet: Plaut. in Amphit.

Enimvero pragnanti oportet & malum dari,
Ut quod abrodat sit, animo si male esse cœperit. Idem.

f *Pariter odor & sapor.*] Pariter, non simul, alioqui id falsum foret, sed pari modo. Theophrast. lib. de odoribus, ὡς γὰρ ἐπὶ τὸ πολὺ, οὐδεὶς οὔτε χυλὸς ἄοσμος, οὔτε ὀσμὴ ἄχυλος. *Idem.*

g *Nullusque odor ficis.*] Ficis, etiam siccis odor est, sed tenuis. Vide Scalig. in cap. 19. lib. 1. hist. Theophr. *Idem.*

par est. [a] Alia siliquis gignuntur, ipsis dulcibus, [b] semenque complexis amarum: cum in pluribus semina placeant, [1] in siliqua damnentur. Alia baccis, quarum intus lignum, & extra caro, ut olivis, cerasis. [c] [2] Aliquorum intus baccæ, foris lignum, ut his quæ in Ægypto diximus gigni. Quæ baccis natura, eadem & pomis. Aliorum intus corpus, & foris lignum, ut nucum. Aliis foris corpus, intus lignum, ut Persicis & prunis, vitiumque cinctum fructu, cum fructus alibi muniatur vitio. Putamine clauduntur nuces, corio castaneæ. Detrahitur hoc iis: at in mespilis manditur. Crusta teguntur glandes, cute uvæ, corio & membrana Punica. [d] Carne & succo mora constant, cute & succo cerasi. [e] Quædam statim à ligno recedunt, ut nuces & palmæ. Quædam adhærent, ut olivæ laurique. Quorundam generi utraque est natura, ut Persicis. Etenim duracinis adhæret corpus, è lignoque avelli [3] nequit, cum in cæteris facile separetur. Quibusdam nec intus, nec extra lignum, ut [f] in palmarum genere. Aliquorum lignum ipsum [4] in usu [g] & pomi vice, ut generi amygdalæ, quam in Ægypto gigni diximus. Quorundam extra, gemina geminantur vitia, ut in castaneis, amygdalis nucibusque juglandibus. Quorundam natura trigemina est,

1 & siliquæ. *Dal.*

2 Ali. intus lignum, foris bacca, ut Persicis, quæ. *Vet.* Alia baccis, quarum intus lignum, &c. *M. Alii nihil mutant, Ægyptiam myrobalanum intelligentes.*

3 non quit. *Ch.*

4 in usum. *Ch.*

a *Alia siliquis gignuntur.*] Verbum *gignuntur* Plinianum non putamus, constante sine illo sensu, immo cum illo non constante. *Pint.*

b *Semenque complexis amarum.*] Apud Dioscoridem cap. de Siliqua, non, ut vulgo legitur, τὰ ἐκ τῶν σπερμφύλλων συντιθέμενα, sed legendum, τὰ ἐπὶ τῶν, &c. *Dalec.*

c *Aliquorum intus baccæ.*] Lege: *Aliquarum intus baccæ, foris lignum*, id est, aliquarum baccarum, non pomorum. *Salmas.* 609. a. *Baccæ*] Abutitur hac voce ad nucleum significandum, ut in Persea fructu, quam & Persicam vocat c. 9. lib. 13. *Dalec.*

d *Carne & succo mora constant.*] Confer Theophr. cap. 18. lib. 1. histor. quem hic superavit. *Idem.*

e *Quædam.*] Fructuum genera. Vide c. 9. lib. 13. *Idem*

f *In palmarum genere.*] Supra cap. 22. lib. 12. Spadonas eas vocat cap. 4. lib. 13. *Idem.*

g *Et pomi vice, ut generi amygdalæ, quam in Ægypto, &c.*] His verbis indicat, Pomum longius pyro; inclusum amygdalæ putamine & corio, colore herbido. *Gelen.*

est, corpus, deinde lignum, rursusque semen in ligno, ut Persicis. Quædam inter se densa, ut uvæ, sorba: quæ ramos circundata ex omni parte uvarum modo degravant. Alia rara, ut in Persicis. Quædam alvo continentur, ut granata. Dependent alia pediculis, ut pyra. Alia racemis, ut uvæ, palmæ. Alia & pediculis & racemis, ut ederæ, sambuci. Alia ramo adhærent, ut in lauro. Quædam utroque modo, ut olivæ. Nam & breves pediculi & longi. Quædam [a] vasculis constant, ut punica & mespila, lotosque in Ægypto & Euphrate. Jam vero diversa gratia & commendatio. Carne palmæ placent, crusta Thebaicæ, succo uvæ & cariotæ, callo pyra ac mala, corpore melimela, mora cartilagine, nuclei grano. Quædam in Ægypto [1] cute, ut caricæ. Detrahitur hæc ficis virentibus, ut putamen: [2] eadem in siccis maxime placet. [b] In papyris & ferulis, [3] spinaque alba, [4] caulis ipse pomum est. [5] Sunt & ficulni caules. In fruticoso genere cum caule capparis: [c] in siliquis vero quod manditur, quid nisi lignum est? non omittenda seminis earum proprietate. Nam neque corpus, nec lignum, nec cartilago dici potest, neque aliud nomen [6] inveniat.

1 cute caricæ. *V.*
2 eisdemque. *Ch.*
3 spinaque Cacto, caulis. *Ex Theoph. cap. 4. lib. 6.*
4 caulis ipse seu pomum estur. *Chiffletius. Sic infra lib 25. cap. 13. 14.*
5 eduntur & ficulnei caules *Vet. Lego*, sunt & in usu medicinæ ficulnei caules. *ut infra c. 4. lib. 26.*
6 inveniet. *M.*

CAP.

a *Vasculis.*] Vel *flosculis*, ut apud Columel. cap. 45. lib. 12 id est, umbilicatis, in summo fructu cavis: vel, ut quidam legendum apud Colum. censent, *oculis*. Dalec.

b *In papyris & ferulis.*] Nam Ægyptii papyri caulem crudum coctumque mandunt, succum tantum devorantes. c. 11. 13. Hac ratione caulem, sive thyrsum, καρπὸν Æschylus vocat, βίβλου δὲ καρπὸς οὐ κρατεῖ στάχυων μέγαν. *Guilland.* De papyro vide supra cap. 11 lib. 13. ex Theophrast. cap. 9. lib. 4. hist. De ferula infra cap. 9. & 23. lib. 20. et Theoph. cap. 2. lib. 6. hist. Vide & Dioscor. cap. 90. lib. 3. *Idem.*

c *In siliquis vero quod manditur, &c.*] Falluntur doctissimi viri, qui de siliquis leguminum hæc dici putarunt: de siliquis arboris, quæ κεράτια Græcis, omnino sunt accipienda. *Salmas.* pag. 459. b.

a Bin

CAP. XXIX. *De myrto, genera ejus XI.*

SUccorum natura præcipuam admirationem in myrto habet, quando ex uva omnium olei vinique [a] bina genera fiunt. Item myrtidanum, [b] ut diximus. Et alius usus baccæ fuit apud antiquos, antequam piper reperiretur, illius obtinens vicem, quodam etiam generosi obsonii nomine inde tracto, quod etiam [c] nunc myrtatum vocatur. Eademque origine aprorum sapor commendatur, plerunque [d] ad intinctus additis myrtis. [e] Arbor ipsa in Europæ [1] citeriore [2] cœlo, quod à Cerauniis montibus incipit, primum Circeiis in [f] Elpenoris tumulo visa traditur: Græcumque ei nomen remanet, quo peregrinam esse apparet. Fuit ubi nunc Roma est, jam tum cum conderetur: quippe ita traditur: myrtea verbena Romanos Sabinosque, [g] cum propter raptas virgines dimicare voluissent, depositis armis [3] purgatos in eo loco, qui nunc signa [h] Veneris Cluacinæ habet. Cluere enim antiqui

1 tetritiore. Ch.
2 solo. Dal.
3 pacificatos. Lil. Gyral.

a *Bina genera fiunt.*] Unum genus vini myrtei docet Cato cap. 125. Palladius in Januario cap. 19 Dioscor. lib. 5. At duo hujus vini genera describit, nempe album & nigrum, Colum. cap. 38. lib. 12. Olei genera duo tradit Dioscorides Pallad. unum in Januario cap. 18. *Dalec.*

b *Ut diximus*] Supra c. 16. l. 14. *Idem.*

c *Nunc myrtatum vocatur.*] Etiamnum *murtatum.* Varro 4. de ling. Latin. *Quod in extis dicitur nunc prosectum, murtatum à murta* (sic & Cato pro myrto) *quod eo large fartum intestinum crassum. Idem.*

d *Ad intinctus.*] Τὰ ἐμβάμματα, liquores nimirum vel liquamina, quibus aut panem aut carnem intingimus ad saporis gratiam, & gulæ irritamentum: ἀρτύματα odorata & aromata quæ liquoribus induntur, ut eos condiant. Sæpius alterum pro altero usurpatur. *Idem.*

e *Arbor ipsa in Europa, &c.*] Virgil. in Culice *Parthicam* vocat:

Et rosa purpureo crescit rubicunda colore,
Et viola omne genus: hic est & Parthica myrtus.

Apud Athenæum quoque lib. 15. Apollodorus lib. 4. τῶν παρθικῶν scribit in Parthia μυρσίνας εἶναι ποικίλας χρόαν, μέλαινάν τε, καὶ ... φυλλόβλαστον. *Idem.* *Arbor ipsa in Europa citeriore cœlo.*] Lego: *Arbor ipsa in Europa tetriciore cœlo*, ex exemplari Toletano, rectissime. *Pint.*

f *Elpenoris tumulo.*] Hic est Elpenor unus ex Ulyssis sociis, quos à Circe in porcos mutatos fabulatus Homerus Odyss. x. *Dalec.*

g *Cum propter raptas virgines, &c.*] Livius lib. 1. *Idem.*

h *Veneris Cluacinæ.*] Luere, purgare: Lua mater, dea quæ purgabat: ei nonnunquam ad lustrandam hostium cædem arma & spolia incedenbantur. Cluacina

1 pugnare. *Idem.* tiqui [1] purgare dicebant. Et in ea quoque arbore suffimenti genus habetur. Ideo tum electa, quoniam conjunctioni, & huic arbori Venus præest.
2 an primæva omnium. M. Haud scio, [2] an prima etiam omnium in locis pu-
3 fit *in* M. blicis Romæ sata [3] sit, fatidico quidem & memo-
d. rabili augurio. [a] Inter antiquissima namque delubra habetur Quirini, hoc est, ipsius Romuli: in eo sacræ fuere myrti duæ ante ædem ipsam per longum tempus, altera patritia appellata, altera plebeia. [b] Patritia multis annis prævaluit, flaccescente plebeia, exuberans ac læta quandiu Senatus quo-
4 torrida. M. que floruit, [c] illa vigens, plebeia [4] retorrida ac squalida. Quæ posteaquam evaluit [d] flaccescente patritia Marsico bello, languida auctoritas patrum facta est, ac paulatim in sterilitatem emarcuit majestas. Quin & ara vetus fuit Veneri Myrteæ, quam
5 myrciam. *Ch.* nunc [e] [5] Murtiam vocant. [f] Cato tria genera myrti prodidit, nigram, candidam, conjugulam, fortas-
6 &. *Ch.* sis à conjugiis, [6] ex illo Cluacinæ genere. Nunc & alia distinctio, sativæ, aut silvestris & in utraque latifoliæ. In silvestri propria oxymyrsine. Sativarum genera topiarii faciunt: Tarentinam folio minuto,

cina Venus, quasi luacina, à purgatione est dicta, quamvis Tertullian. à cloaca, Cloacinam dictam contendat. *Dalec.*

a *Inter antiquissima namque, &c.*] Semper id clausum fuit, nec aperire licebat, quasi arcanum haberi vellent, an humo tectus, an inter Deos Romulus relatus fuisset, tametsi Varro post rostra Romuli sepulchrum fuisse scribat. Alex. ab Alexandro cap. 14. libro 2. *Idem.*

b *Patritia multis annis prævaluit, &c.*] Lege, *Patricia multis annis prævaluit exuberans ac læta, quamdiu senatus quoque floruit, illa ingens, plebeia, retorrida ac squalida: quæ postquam evaluit flaccescente patricia Marsico bello, &c.* Salmas. 442. b. *Patritia multis annis prævaluit flaccescente plebeia.*] Duo ultima verba delenda, si codici Toletano credimus. *Pint.*

c *Illa vigens.*] Verba hæc falso adjecta putamus. *Idem.*

d *Flaccescente patricia.*] *Flavescente patricia*, in utroque codice, non *flaccescente.* Idem.

e *Murtiam vocant.*] Idem Plutarchus in caussis Rom. Alia fuit Murcea desidiæ ignaviæque Dea, de qua vide Gyraldum. De Venere Murtia, quæ ædem habuit ad metas primas Circi, prope Consi aram defossam, Tertull. lib. de spectacul. Vide Murcia apud Festum. Porro ut Veneri Myrtus sacra est, sic Jovi æsculus, Apollini laurus, Minervæ olea, Herculi populus, Baccho hedera, Pani pinus, Diti cupressus. Itaque cum iis divis sacrum fieret, sua fronde templum araque ornabatur. Alex. ab Alex. c. 17. lib. 4. *Dalec.*

f *Cato.*] Cap. 8. *Idem.*

a *Exoticam*

minuto, noſtratem patulo, [a] [1] exoticam denſiſſimo, ſenis foliorum verſibus. Hæc non eſt in uſu: ramoſa utraque alia. [2] Conjugulam exiſtimo nunc noſtratem dici. [b] Myrtus odoratiſſima [3] eſt in Ægypto. Cato docuit vinum fieri è nigra, ſiccata uſque in ariditatem in umbra, [c] atque ita mulſo indita. Si non ſiccentur baccæ, oleum gigni. [d] Poſtea compertum, & ex alba vinum fieri album, duobus ſextariis myrti tuſæ in vini tribus heminis maceratæ expreſſæque. [e] Folia & per ſe ſiccantur in farinam ad hulcerum remedia in corpore humano, leniter mordaci pulvere, ac refrigerandis ſudoribus. Quinimo oleo quoque (mirum dictu) ineſt quidam vini ſapor, ſimulque pinguis liquor, præcipua vi ad corrigenda vina, ſaccis ante perfuſis. Retinet quippe fæcem, nec præter purum liquorem tranſire patitur, datque ſe comitem præcipua commendatione liquato. [f] Virgæ quoque ejus geſtatæ [3] manu viatori proſunt in longo itinere pediti. [g] Quin & virgei anuli expertes ferri inguinum tumori medentur. Bellicis quoque ſe rebus inſeruit: triumphanſque

1 hexaſtichan. *Turn.*

2 conjugalem. *Ch.*

3 eſt, in M. d.

4 modo. *Ch.*

a *Exoticam denſiſſime.*] Plurimum hoc loco debemus archetypo Salmanticenſi, cujus beneficio reſtituitur locus pulcherrimus: legendum eſt enim ex eo non *exoticam*, ſed *hexaſticham*, hoc eſt, ſex ordinum: unde ſtatim ſequitur, *ſenis foliorum verſibus.* Meminit & Columella libro 2. cujuſdam generis ordei, quod vocetur hexaſtichon, & alterius quod diſtichon. *Pint.*

b *Myrtus odoratiſſima.*] Theophraſt. cap.27. lib.6. Cauſ. *Dalec.*

c *Atque ita in mulſo indita.*] *Muſto* non *mulſo* agnoſcit codex Toletanus: quam lectionem confirmant verba Catonis c. CXXIV. *Myrtum nigram arefacito in umbra: ubi jam erit paſſa, ſervato ad vindemiam in urna muſti myrta ſemodium: Id obiinito. ubi deſierit fervere muſtum: myrtam eximito. Id eſt ad aivum crudam, &c.* Pint.

d *Poſtea compertum.*] Columel. c. 38. lib. 12. *Dalec.*

e *Folia & per ſe ſiccantur.*] Vide ſupra cap. 22. lib. 14. *Idem.*

f *Virga quoque ejus geſtata, &c.*] Ad myrtum Græci olim canebant ejuſque ramo tradito, illum, qui poſtea cantaturus eſſet, invitabant. Alex. ab Alex. c.25. lib. 2. *Idem.*

g *Quin & virgei anuli, &c.*] In antiquis ſanctuariis Turn. reperit, *Quin & virga jaculi:* fortaſſe quod è myrto jacula nonnunquam fierent, quorum haſtile nondum ferro ſpiculatum virgam vocant. Virgilius:

Crebris haſtilibus horrida myrtus.

Iterum:

Et paſtoralem præfixa cuſpide myrtum.

Itaque *virga jaculi* dici poſſunt, tam grandes, ut pro jaculo muniri ferro poſſint. *Idem.*

phansque de Sabinis Posthumius Tubertus in Consulatu (qui primus omnium ovans ingressus urbem est, quoniam rem leviter sine cruore gesserat) [a] myrto Veneris Victricis coronatus incessit, optabilemque arborem etiam hostibus fecit. Hæc postea ovantium fuit corona, excepto M. Crasso, qui de fugitivis & Spartaco laurea coronatus incessit. Massurius auctor est, curru quoque triumphantes myrtea corona usos. L. Piso tradit, [b] Papyrium [1] Massonem, qui primus in monte Albano triumphavit de Corsis, myrto coronatum [c] ludos Circenses spectare solitum. Avus maternus Africani sequentis hic fuit. Marcus Valerius duabus coronis utebatur, laurea & myrtea, qui & hoc voverat.

1 Nasonem. V.

CAP. XXX. *De lauro, genera tredecim.*

LAurus triumphis propriè dicatur, vel gratissima domibus janitrix Cæsarum [d] Pontificumque: quæ sola & domos exornat, & ante limina excubat.

a *Myrto Veneris Victricis coronatus incessit.*] Dionysius Halicarnasseus non myrto, sed laurea coronatum tradit, volumine quinto. *Pint. Myrto Veneris Victricis, &c.*] Myrto, quod Plin. tacet, mortuorum busta etiam Græci ornarunt, cum inferias solverent. Euripides in Electra:

Ἀγαμέμνονος δὲ τύμβος ἠτιμασμένος,
Οὔ πώποτ' χοὰς, οὐδὲ κλῶνα μυρσίνης
Ἔλαβε. πυρὰ δὲ χέρσος ἀγλαϊσμάτων.

Cui respondet Agamemnonis altor:

Ἦλθον γὰρ αὐτοῦ πρὸς τάφον πάρεργ' ὁδοῦ.
Καὶ προσπεσὼν ἔκλαυσ' ἐρημίας τυχὼν,
Σπονδάς τε λύσας ἀσκὸν ὃν φέρω ξένοις
Ἔστεψα, τύμβῳ δ' ἀμφέθηκα μυρσίνας.

Victorius cap. 2. lib. 16. Præterea qui olim in conviviis carmina cantabant, myrtum laurumve manu tenebant: laurum, qui versus Homericos recitarent: myrtum, qui Æschyli, Simonidis, Stesichori. Apud Plutarchum Dicæarchus lib. de certaminibus musicis. *Dalec.*

b *Papyrium Massonem.*] Valer. Max. cap. 5. lib. 3. *Idem.*

c *Ludos Circenses.*] De Circensibus vide quod notatum est ad cap. 22. lib. 36. hujus operis. *Idem.*

d *Pontificumque.*] Pontificum majorum & minorum gradus, ordinem, dignitatem, jus, auctoritatem, immunitatem, cultum, munus & officium, collegia, prolixe describit Alex. ab Alex. cap. 8. 2. Pontifices à ponte dictos volunt: quod iis solis licet pontem sublicium ligneum, nullo ære, vel ferro compactum, si collaberetur, cæsa victima, & sacrificio peracto, reficere. Pontificum galerus insigne fuit, ut augurum lituus. *Idem.*

a *Delphicam*

excubat. Duo ejus genera [1] tradit Cato: [a] Delphicam & Cypriam. [b] Pompejus Lenæus adjecit quam mustacem appellavit, quoniam [c] mustaceis subjiceretur. Hanc esse folio maximo, flaccidoque & albicante: Delphicam æquali colore, viridiorem, maximis baccis atque è viridi rubentibus. Hac [2] victores Delphis coronari, & triumphantes Romæ. Cypriam esse folio brevi, nigro, per margines imbricato, [3] crispam. Postea accessere genera: tinus, hanc silvestrem laurum aliqui intelligunt, nonnulli sui generis arborem. Differt [4] colore: est enim ei cærulea bacca. Accessit & regia, quæ cœpit Augusta appellari, amplissima & arbore & folio, baccis gustatu quoque non [5] asperis. Aliqui negant eandem esse, & suum genus regiæ faciunt longioribus foliis latioribusque. Iidem in alio genere baccaliam appellant hanc quæ vulgatissima est, baccarumque fertilissima. Sterilem vero earum (quod maxime miror) triumphalem, eaque dicunt triumphantes uti: nisi id à Divo Augusto [6] cœperit, ut [d] docebimus, ex ea lauru, quæ ei missa è cœlo [7] minima est altitudine, folio crispo ac brevi, inventu rara. Accedit in topiario opere taxa, excrescente in medio folio parvulo, veluti lacinia folii. Et sine ea [8] spadonia, mira opacitatis patientia.

1 tradidit. Ch.
2 acutiores. Ch.
3 crispam, & postea. M.
4 color: est enim cærula bacca. Ch.
5 aspero. M.
6 cœpit. & Ch.
7 est minima. M. & Ch.
8 spadonia. Ch.

a *Delphicam & Cypriam.*] His duabus addit tertiam Cato cap. 8 silvaticam: quod mirum est Plinium tacuisse. *Dalec.*

b *Pompejus Lenæus.*] Pompeii libertus, Grammaticus doctissimus, de quo cap. 2. lib. 25. Olim gentilitium nomen patronorum liberti assumebant. Auctor Lactant. lib. 3. Inst. Tertul. de resurrect. carnis. Sic Carvilius, Carvilii libertus nominatus est Plutarcho, Laurea Tull. Ciceronis cap. 1. 31. Cornel. Alexander, Cornelii Lentuli, Suidæ. Brissonius cap. 14. lib. 2. Persius:

Verterit hunc dominus, momento turbinis exit
Marcus Dama.

Idem.

c *Mustaceis subjiceretur.*] *Mustacei* Catoni, *mustacea* Juvenali, fiunt è farina siliginis musto conspersa, anyso, cymino, adipe, caseo, ramentis virgæ lauri subditis, dum coquuntur lauri foliis. Juvenal.

----- *nec est quare cœnam & mustacea perdas*
Labente officio, crudis donanda.

Idem.

d *Docebimus.*] Mox eodem hoc capite. *Idem.*

patientia. Itaque quanta libet sub umbra solum implet. Est & chamædaphne silvestris frutex. [a] Est & Alexandrina, quam aliqui Idæam, alii hyppoglottion, alii daphnitin, alii carpophyllon, alii hypelaten vocant. Ramos spargit à radice dodrantales, [1] topiarii ac coronarii operis, folio acutiore quam myrti, molliore & candidiore, majore semine inter folia rubro. Plurima in Ida, & circa Heracleam Ponti, nec [2] nisi montosis. [b] Id quoque, quod Daphnoïdes vocatur, genus, in nominum ambitu est. Alii enim pelasgum, alii eupetalon, alii stephanon Alexandri vocant. Et hic frutex est ramosus, [3] crassiore ac molliore, quam laurus, folio cujus gustatu accenditur os atque guttur, baccis [c] [4] è nigro russis. Notatum antiquis, nullum genus [5] lauri in Corsica fuisse: quod nunc satum & ibi provenit. Ipsa pacifera, ut quam prætendi etiam inter armatos hostes quietis sit indicium. Romanis præcipue lætitiæ victoriarumque nuntia additur [6] literis, & militum lanceis, pilisque. Fasces Imperatorum decorat. [7] Ex his in gremio Jovis optimi [8] maximi deponitur, quoties lætitiam [9] nova victoria attulit. Idque non quia perpetuo viret, nec quia pacifera est, præferenda ei [10] utroque olea, sed quia spectatissima in monte Parnasso: [d] [11] ideoque etiam grata Apollini, assuetis

1 topiarii ac, *in M. d.*

2 nisi in montuosis. *Ch.*

3 graciliore. *Dal. Plinius pro* λεχνότερα, *legit*, ἰσχυρότερα.

4 nigris vel russis. *V.*

5 laurus. *Ch.*

6 lituis. *V.*

7 ex hac corona. *Dal.*

8 maximique. *Cb.*

9 novam. *M.*

10 utique myrto & olea. *V.*

11 Ideoque etiam. *Vet.*

a *Est & Alexandrina, &c.*] Lege: *Est & Alexandrina, quam aliqui Idæam, alii hypoglotton.* male legitur, *Hippoglotton.* Salmas. p. 403. a. *Idæam* appellari volunt, quod in Ida monte plurimum nascatur. *Est & Alexandrina, &c.*] Theophr. cap. 17. lib. 3. histor. *Dal.*

b *Id quoque, quod Daphnoïdes vocatur, genus, in nominum ambitu est. alii enim Pelasgum, alii eupetalon, alii stephanon Alexandri.*] Hic vides *stephanon Alexandri* vocari τὸ δαφνοειδὲς, quod cognomentum propriè convenit Alexandreæ lauro, quod ea coronari solitus esset Alexander. Paris in agonalib. certaminibus. Vide *Salmas.* pag. 403. b. *Id quod, &c.*] Vide quæ de Chamædaphne sunt adnotata infra cap. 8. lib. 23. & cap. 15. lib. 24. *Dalec.*

c *E nigro russis.*] Nigris vel russis. Dioscor. bacca nigra est Daphnoeides. Theophr. cap. 15. lib. 9. In Arcadia nascitur Daphnides croceum, id est, croceis baccis. Utrumque Plinius hic significat. *Idem.*

d *Ideoque etiam grata Apollini.*] Nam, ut

tis eo dona mittere jam & regibus Romanis, teste L. Bruto. Fortassis etiam in argumentum, quoniam [1] ibi libertatem publicam is meruisset, [a] lauriferam tellurem illam osculatus ex responso. Et quia manu satarum receptarumque in domos, fulmine sola non icitur. Ob has causas equidem crediderim, [b] honorem ei habitum in triumphis potius, quam quia suffimentum sit cædis hostium & purgatio, ut tradit Massurius. Adeoque in profanis usibus [c] pollui laurum & oleam fas non est, ut ne propitiandis quidem numinibus accendi ex his altaria aræve debeant. [d] Laurus quidem [2] manifesto abdicat ignes crepitu, & quadam detestatione: interaneorum [3] etiam vitia & nervorum ligno torquente. [e] Tiberium principem tonante cœlo coronari ea solitum ferunt contra fulminum metus. [4] Sunt & [f] circa Divum Augustum eventa ejus digna memoratu. Nanque

1 ibi in libert. *M.*

2 manifeste. *M.*

3 etiam vitiis (*vulvæ, vesicæ*) & nervorum lassitudini medentur. Tiberium, &c. *Dal. ex Diof.*

4 Sed & circa. *M.*

ut ait Hesiodi interpres, ἐνεργεῖ αὐτοὺς ἐνθουσιασμοὺς. Ideo *μαντικὸν φυτὸν* nominatur. Sophocles in *Cassandra*:

δάφνην φαγὼν ὀδόντι πρίε τὸ στόμα.

Lycophron, *δαφνηφάγων φοιβάζειν ἐκ λαιμῶν ὄπα.* Vates certe lauro semper coronati futura præcinebant. Vide Rhodig. cap. 7. lib. 5. *Dalec.*

a *Lauriferam tellurem illam osculatus ex responso.*] Titus Livius, Ovidius & alii auctores, non explicant, utra fuerit terra, quam exosculatus sit Brutus, Delphica an Italica. Plinius Delphicam intelligit: Dionysius Halicarnasseus quarto volumine, Italicam. *Brutus*, inquit, *intelligens quid vellet declarare deus, ubi quam celerrime Italicam terram ascendit, prævidens osculatus est terram, hanc esse putans omnium hominum matrem.* Pint. *Lauriferam tellurem, &c.*] Livius lib. 1. Valer. Max. cap. 3. lib. 7 Ovid. 2. Fastor. *Dalec.*

b *Honorem ei habitum, &c.*] Et, si quando Imperatores de hostium exercitu deleto, aut expugnata urbe ad senatum scriberent, literis exornandis, quas nunc victrices, nunc laureatas appellabant. Ovid.

Non ego victrices lauro redimire tabellas.

Brod. cap. 33. 1. Alex. ab Alex. cap. 27. lib. 1. Quin & iidem insigni victoria parta, laureatis fascibus incedebant, nuncios cum laureatis jaculis mittebant, navesque laureatas, aut vittatas. *Idem.*

c *Pollui oleam fas non est.*] Castitas etiam requiritur in oleæ cultura. Constantinus lib. 9. γεωπονικῶν. Palladius lib. 1. cap. 9. *Idem.*

d *Laurus quidem, &c.*] Inde Græcis δάφνη quasi δαφωνὴ dicitur. Crepitum eum sonorum portendere fœlicia existimatum à Theocrito, Lucretio, Porphyrio: contra vero, Laurum injectam igni & tacitam, tristia. Tibullus:

Laurus ubi bona signat dedit, gaudete coloni.

Propertius:

Et tacet extincto laurus adusta foco.

Rhodig. cap. 7. lib. 5. *Idem.*

e *Tiberium principem, &c.*] Suetonius in Tiberio cap. 69. *Idem.*

f *Circa Divum Augustum.*] Idem in Augusto, & Dion lib. 48. *Idem.*

a *Nonum*

que Liviæ Drusillæ, quæ postea Augusta matrimonii nomen accepit, cum [1] pacta esset illa Cæsari, gallinam conspicui candoris sedenti aquila ex alto abjecit [2] in gremium illæsam: intrepideque miranti accessit miraculum, quoniam teneret rostro laureum ramum onustum suis baccis. Conservari alitem & sobolem jussere aruspices, ramumque eum seri, ac rite custodiri. Quod factum est in villa Cæsarum, fluvio Tiberii imposita juxta [a] nonum lapidem Flaminia via, quæ ob id vocatur ad gallinas: mireque silva provenit. Ex ea triumphans postea Cæsar, laurum in manu tenuit, coronamque capite gessit: ac deinde Imperatores Cæsares cuncti. Traditusque mos est ramos, quos tenuerunt, serendi, & durant silvæ nominibus suis discretæ, fortassis ideo [3] mutatis triumphalibus. Unius arborum Latina lingua [b] nomen imponitur viris. Unius folia distinguuntur appellatione: Lauream enim vocamus. Durat & in urbe impositum loco, quando Loretum in Aventino vocatur, ubi silva [4] lauri fuit. Eadem purificationibus adhibetur: testatumque sit obiter [5] & ramo eam seri, quoniam dubitavere Democritus & [c] Theophrastus. Nunc dicemus silvestrium naturas.

1 nupta. *M.*

2 *quæ sunt inter*, abjecit, *&* miraculum, *in M. non leguntur.*

3 nominatis. *F.*

4 laurus. *Ch.*

5 atque. *Ch.*

a *Nonum lapidem.*] Nonum milliare, Plutarcho. Tiberius Gracchus vias milliaribus dimensus est omnes: quod spacium parum abest ab octo stadiis, ejusque mensuræ notam lapideam columellam statuit: ac præterea ex utraque parte viæ lapides parum ab invicem distantes disposuit, e quibus facilius salire in equum liceret, nec τῷ ἀναβολεῖ opus esset: quo in loco ἀναβολέας quidam stapham nostram exponunt, alii servum corpus domini prehensis natibus attollentem. Inde usus obtinuit, ut milliare lapis vocetur. Brissonius cap. 9.4. *Dalec.*

b *Nomen imponitur viris.*] Libertus Ciceronis, Laurea Tullius vocatus est. *Idem.*

c *Theophrastus.*] Cap. 1. lib. 2. *Idem.*

C. PLINII

C. PLINII SECUNDI NATURALIS HISTORIÆ

LIBER XVI.

Silvestrium arborum naturæ.

PROOEMIUM.

POMIFERÆ Arbores, quæque mitioribus succis voluptatem primæ cibis attulerunt, & necessario alimento delicias [1] *immiscere docuerunt, sive illæ ultro, sive ab homine didicere blandos sapores adoptione & connubio,* [a] *idque munus etiam feris volucribusque* [2] *dedimus, intra prædictas constant. Proximum erat narrare glandiferas* [3] *quoque,* [b] *quæ* [4] *primò victum mortalium aluerunt, nutrices inopis ac feræ sortis, ni præverti cogeret admiratio usu comperta, quænam qualisque esset vita, sine arbore ulla, sine frutice viventium.*

1 miscere. M. & Ch.
2 didicimus. M. & Ch.
3 quoque, primo victu mortalium alvorum nutrices inopis. M.
4 prima. Ch.

CAP.

a *Idque munus etiam, &c.*] Ut jucundioribus scilicet, industria operaque nostra fructibus, ac suavioribus vescantur. *Dalec.*

b *Quæ primo victum mortalium aluerunt.*] *Prima* non *primo*, archetypum Toletanum. Cæterum commonere hic lectores libuit, deseri nos in præsenti volumine reliquisque insequentibus, à semiveteri illo exemplari bibliothecæ florentissimæ hujus Salmanticensis Academiæ, cujus testimonio in superioribus usi sumus: neque enim plures quindecim libros illud complectitur: Reliquum præsidii nobis superesse in uno tantum Toletano codice, tantæ tamen integritatis, ac in locis numerosissimis tam indubitatæ fidei, ut quod de Platone dixit Antimachus, solus sit instar omnium. *Pint.*

a Captumque

CAP. I.

Gentes sine arbore, & miracula in Septentrionalis regionis arboribus.

DIximus & in Oriente quidem juxta Oceanum complures ea in necessitate gentes. Sunt vero [1] in Septentrione visæ nobis Cauchorum, qui majores minoresque appellantur. Vasto ibi [2] meatu, bis dierum noctiumque singularum intervallis, effusus in immensum agitur Oceanus, [3] æternam operiens rerum naturæ controversiam: [4] dubiumque terræ sit, an [5] parte in maris. Illic misera gens tumulos obtinet altos, [6] aut tribunalia structa manibus ad experimenta altissimi æstus, casis [7] ita impositis: navigantibus similes, cum integant aquæ [8] circundata: naufragis vero, cum recesserint: fugientesque cum mari pisces circa tuguria venantur. Non [9] pecudem his habere, non lacte ali, ut finitimis, ne cum feris quidem dimicare contingit, omni procul abacto frutice. Ulva & palustri junco funes nectunt ad prætexenda piscibus retia: [a] captumque manibus [b] lutum ventis magis, quam sole siccantes, terra cibos, [c] & rigentia Septentrione viscera sua urunt. Potus [10] iis non nisi ex imbre servato scrobibus in vestibulo domus. Et hæ [11] gentes, si vincantur hodie à Pop. Rom. servire se dicunt. Ita est profecto, [d] multis fortuna [12] parcit in pœnam. Aliud è silvis miraculum: totam

1 & in Sept. visæ nobis Caucorum. *Ch.*
2 meatu perpetuis bis dierum. *M.*
3 Lego, *externam op. rer. nat. fatalem controversiam.*
4 dubiumve. *M.*
5 pars maris. *M.*
6 ut. *Dal.*
7 ita, *in M. d.*
8 circumdantes (*leg.* circumdatæ.) *Vet.*
9 pecudes hos hab. non lacte ali, ut finitimos. *Parm.*
10 iis, *in M. d.*
11 terræ. *M.*
12 pactior (*leg.* pacatior) in pœna. *M.*

a *Captumque manibus.*] Scribendum reor *capiuntve manibus*, ut intelligas piscem. *Pint.*

b *Lutum ventis magis.*] Bituminosum, quo in culina, & usu domestico, non aliter quam ligno utuntur. *Dalec.*

c *Et rigentia septentrione viscera sua urunt.*] *Suburunt* commodius scribetur, quam *sua urunt*. Pint.

d *Multis fortuna, &c.*] Publius Laberius:

Fortuna multis parcere in pœnam solet.

Dalecamp.

a *Hercy-*

:am reliquam Germaniam [1] replent, adduntque frigori umbras: altissimæ tamen haud procul supra dictis Cauchis, circa duos præcipue lacus. Litora ipsa obtinent quercus, [2] maxima aviditate nascendi: suffossæque fluctibus aut propulsæ flatibus, vastas complexu radicum insulas secum auferunt: atque ita libratæ stantes navigant ingentium ramorum armamentis, sæpe territis classibus nostris, cum velut industria fluctibus agerentur [3] in proras stantium noctu, inopesque remedii illæ, prælium navale adversus arbores inirent.

1 referunt. *M. leg.* repleruut. reperiunt. *Ch.*

2 maxime. *Ch.*

3 in prospera. *Ch.* ut in prospectu stantes.

CAP. II.

De Hercyniæ silvæ magnitudine.

IN eadem Septentrionali plaga [a] Hercyniæ silvæ roborum vastitas intacta [4] ævis, & congenita mundo, prope immortali sorte miracula excedit. Ut alia omittantur fide caritura: constat attolli colles occursantium inter se radicum repercussu: aut ubi secuta tellus non sit, [b] arcus ad ramos usque, & ipsos inter se [c] rixantes, curvari portarum patentium modo, ut turmas equitum transmittant.

4 ævis in *M. & V. d.*

CAP. III. [5] *De glandiferis.*

GLandiferi maxime generis omnes, quibus honos apud Romanos perpetuus.

5 Tertium hoc caput cum quarto continuatur in Ch.

CAP.

a *Hercynia silva.*] Melæ Hercyniæ silvæ magnitudo sexaginta dierum itineris est ab Istro usque ad Neccarum. Ea *Schwartzwaldt* dicitur: à Neccaro ad Mœnum, *Ottenwaldt:* à Mœno usque ad fluvium Lonam, quem & *Mosul* vocant prope Confluentiam, *Westerwaldt.* Inde Franconiam ab Hassia & Thuringia dividens, in Boëmiam, Moraviam, Sarmatiam, Pannoniam, Getas porrigitur, variis appellata nominibus. *Dalecampius.*

b *Arcus, &c.*] Radicum in altum sublatarum. *Idem.*

c *Rixantes.*] Collisæ veluti dimicantes. *Idem.*

a Civica

CAP. IV.

De civica corona, & qui frondea corona donati.

HInc [a] civicæ coronæ, militum virtutis insigne clarissimum: jam pridem vero & [b] clementiæ Imperatorum, postquam civilium bellorum [1] profano, meritum cœpit videri civem non occidere. Cedunt his [2] murales vallaresque, & aureæ, quanquam pretio antecedentes. Cedunt & rostratæ, quamvis in duobus maxime ad hoc ævi celebres: M. Varrone è piraticis bellis, dante Magno Pompejo: [c] itemque M. Agrippa, tribuente Cæsare è Siculis, quæ & ipsa piratica fuere. Antea [d] rostra navium tribunali præfixa [3] fori decus erant, veluti populo Rom. [4] ipsi corona imposita: postquam vero tribunitiis seditionibus calcari ac pollui cœpere, postquam vires ex publico in privatum [5] magis singulisque civium quæri, sacrosancta omnia profana [6] fecere, tum à pedibus eorum subiere in capita civium rostra. Dedit hanc Augustus coronam Agrippæ: sed civicam à genere humano accepit

1 profanatio. *M.* profanatione. *V.*

2 murales, vallaresque aureæ. *Ex Gellio cap.* 6. *lib.* 5.

3 foro. *Parm.*

4 ipsa. *Parm.*

5 agi, sing. *Ch.* quæ & sacrosancti (*sub.* Tribuni.) *Parm. & Ch.*

6 facere. *M.* sub. *cœperunt.*

a *Civica corona.*] Corona querna, & draconum voluminibus olim Triviæ Dianæ, τῆς εἰνοδίας, sive τριοδίτιδος, quam eandem esse cum Hecate putabant, imaginem coronare mos fuit. Sophocles in Rhizotomis apud interpretem Apollonii:

Ἥλιε δέσποτα, καὶ πῦρ ἱερὸν
Τῆς εἰνοδίας Ἑκάτης φέγγος,
Τὸ δι' Ὀλύμπου πολῶν φέρει.
Καὶ γῆς ναίουσ' ἱερὰς τριόδους,
Στεφανωσαμένη δρυΐ, καὶ πλεκταῖς
Ὠμῶν σπείραισι δρακόντων.

Hanc coronam ut inferis diis, sic etiam Parcis imponebant. Catullus:

His corpus tremulum complectens undique quercus,
Candida purpureis ramis induxerat ora.

Purpureis, τοῖς ἀγλαοῖς. *Scaliger.*

b *Clementia Imperatorum.*] Hac ratione Palatinæ ædes, & Augustæ quercu coronabantur, ut regis sacrorum, flaminis, Pontificis maximi, lauro. Alex. ab Alex. cap. 27. lib. 3. *Dalec.*

c *Itemque M. Agrippa.*] In denario Antiquo gentis Vipsaniæ, Marci Vipsanii Agrippæ altera parte signatum caput est, cum rostrata corona, altera Neptunus delphinum manu dextra gestans: in alius denarii parte altera, caput Agrippæ cum civica & rostrata corona, altera Augusti caput. *Idem.*

d *Rostra navium.*] Ex ære illa fuerunt, unde æratæ naves, rostratæ, Græci χαλκήρεις, & χαλκέμβολοι. Virg. lib. 9.

Quot prius æratæ steterant ad littora puppes.

Brod. cap. 13. lib. 4. vide Navalis apud Festum. *Idem.*

accepit ipse. Antiquitus quidem nulla, nisi Deo, dabatur: ob id Homerus cœlo tantum eas & prælio universo tribuit, viritim vero ne in certamine quidem ulli. Feruntque primum omnium Liberum patrem imposuisse capiti suo ex edera. Postea Deorum honori sacrificantes sumpsere, victimis simul coronatis. Novissime & [a] in sacris certaminibus usurpatæ, in quibus hodieque non victori [1] datur, sed patriam ab eo coronari pronunciatur. Inde natum, ut etiam triumphaturis conferrentur in templis dicandæ: mox ut & ludis darentur. Longum est, [2] nec instituti operis disserere quisnam Romanorum primus acceperit. Neque enim alias noverant, quam bellicas. Quod certum est, uni gentium huic plura sunt genera, quam cunctis. Romulus frondea coronavit Hostum Hostilium, quod Fidenam primus irrupisset. Avus hic Tulli Hostilii regis fuit. P. Decium patrem, Tribunum militum, frondea donavit exercitus ab eo servatus, Imperatore Cornelio Cosso cos. Samnitium bello. Civica iligna primo fuit, postea magis placuit ex esculo Jovi sacra. Variatumque & cum quercu est, [b] ac data ubique, quæ fuerat, custodito tantum honore glandis. Additæ leges arctæ, & ideo [c] superbæ, quasque conferre libeat cum illa Græcorum [d] summa, [e] quæ sub ipso Jove datur, [f] cuique muros patria gaudens rumpit: Civem servare, hostem

1 dant. *Al.*

2 nec ex institutione. *Vet.* nec instituti operis. *Ch.*

a *In sacris certaminibus usurpatæ.*] Olympiis, Nemæis, Pythiis, Isthmijs. Vide supra cap. 26. lib. septimi. *Dalec.*

b *Ac data ubique.*] Plutarchus in Quæst. Roman. Quæst. 92. *Idem.*

c *Superbæ.*] Coronæ. *Idem.*

d *Summa.*] Clarissima ex oleastro in Olympicis, ut diximus. *Idem.*

e *Quæ sub ipso Jove datur, cuique, &c.*] Confert leges Romanas de civica, cum illa Græcorum de Hieronicis, hoc est, sacrorum certaminum victoribus, in quorum honorem patria cuique sua redeunti murorum partem diruebat, qua oppidum intraret: tanquam nihil opus esset mœnibus civitati, quæ tales viros gigneret. Mox subjiciuntur capita legum: *Civem servare: Hostem occidere, &c.* Gelen.

f *Cuique muros patria, &c.*] Nero è Græcia reversus Neapolim; quod in ea primus artem canendi protulerat, albis equis introiit, disjecta parte muri, ut mos est hieronicarum. *Dalec.*

ſtem occidere: Utque eum locum, in quo ſit actum, hoſtis [1] obtineat eo die: [2] Utque ſervatus fateatur: alias teſtes nil proſunt: Ut civis fuerit. [3] Auxilia, quamvis rege ſervato, decus id non dant: Nec creſcit honos idem Imperatore conſervato, quoniam conditores in quocunque [4] cive ſummum eſſe voluêre. Accepta licet uti perpetuo. [5] Ludos ineunti ſemper aſſurgi etiam ab Senatu, in more eſt. Sedendi jus in proximo Senatui. Vacatio munerum omnium ipſi patrique, & avo paterno. Quatuordecim eas accepit [6] Siccius Dentatus, ut [a] retulimus ſuo loco: ſex Capitolinus. Is quidem & de duce Servilio. Africanus [b] de patre accipere noluit [c] apud Trebiam. O mores æternos, qui tanta opera honore ſolo [7] donaverint: & cum reliquas coronas auro commendarent, ſalutem [8] civis in pretio eſſe noluerint: [9] clara profeſſione, ſervari quidem hominem nefas eſſe lucri cauſa.

CAP. V. *De glande, genera* XIII.

[d] GLandes opes eſſe [10] nunc quoque multarum gentium, etiam pace gaudentium conſtat. [11] Necnon & inopia frugum arefactis molitur farina, ſpiſſaturque in panis uſum. Quin [12] & hodieque per Hiſpanias, ſecundis menſis glans inſeritur. Dulcior eadem in cinere toſta. Cautum eſt præterea [e] lege XII. tabularum, ut glandem in alienum fundum procidentem liceret colligere. Genera earum multa. [f] Diſtant fructu, ſitu, ſexu, ſapore. Nanque

1 obtineret. *V.*
2 ut ſervatus. *Cb.*
3 auxiliis. *Parm.*
4 civem ſummum. *M. & Cb.*
5 Ludis. *V.*
6 Sicinius. *M.*
7 donaverunt. *Parm. M.*
8 civis iis in pretio. *M.*
9 clare profeſſi, ne ſervari quidem hominem fas eſſe lucri cauſa. *Turn. & Cb.*
10 nunc quoque *in M. d.*
11 Glans & nunc in inopia frugum arefacta molitur in farinam. *Dal.*
12 & hodie. *Dal.*

a *Retulimus ſuo loco.*] Cap. 28. lib. 7. *Dalec.*

b *De patre accipere, &c.*] Conſule cum Hannibale pugnante adverſis auſpiciis ad Ticinum. *Idem.*

c *Apud Trebiam.*] Apud Ticinum. Val. Max. cap. 4. lib. 5 Seneca cap. 33. lib. 3. de beneficiis. *Idem.*

d *Glandes opes, &c.*] Theophraſtus cap. 9. & 10. lib. 3. hiſt. *Idem.*

e *Lege 12. tabularum*] Rævardus c. 26. in LL. XII. tabularum. *Idem.*

f *Diſtant fructu, ſitu, ſexu, ſapore.*] Videtur nullo modo legi poſſe *fructus* nam quatuor hic differentias Plinius notat, quas ſtatim ſingulatim exequitur, cum tamen nulla ſit quæ fructui reſpondeat. Scribendum igitur *figura*, non *fructu*,

que alia fageæ glandi figura, alia quernæ, & alia ilignæ: atque inter se quoque generum singulorum differentiæ. Præterea sunt aliquæ silvestres, aliæ placidiores, quæ culta obtinent. Jam etiam in [1] montosis planisque distant: sicut & sexu mares ac fœminæ: item sapore. Dulcissima omnium fagi, ut qua obsessos etiam homines durasse in oppido Chio tradat Cornelius Alexander. Genera distinguere non datur nominibus, quæ sunt alia alibi. Quippe cum robur quercumque vulgo nasci videamus, esculum non ubique. Quartam vero generis ejusdem, quæ cerrus vocatur, ne Italiæ quidem majore ex parte notam esse. Distinguemus ergo proprietate naturaque: & ubi res coget, etiam Græcis [2] nominibus.

1 montuosis. Ob.

2 nominibus utendum (leg. utendo) M.

CAP. VI.

De fagina glande, & reliquis glandibus, & carbone, & pastu porcorum.

[a] FAgi glans nucleis similis, triangula cute includitur. [b] Folium tenue, [3] ac levissimum, populo simile, celerrime flavescens: & media parte plerunque gignens, superne parvulam [c] baccam viridem, cacumine aculeatam. Fagi glans muribus gratissima est, & ideo animalis ejus una proventus: glires quoque saginat: [4] expetitur & turdis. Arborum fertilitas omnium fere alternat, sed maxime fagi. Glandem, quæ proprie intelligitur, ferunt robur, quercus, esculus, cerrus, ilex, [d] suber. Continentur hispido calyce, per genera plus minus cutem complectente. Folia præter ilicem gravia,

3 atque. M. atque à levissimis. Ch.

4 Expedit. M.

fructu, ut confestim sit manifestum. *Pintian.*

a *Fagi glans nucleis similis.*] Castaneæ, Theophr. cap 10. lib. 3 hist. qui & fagum ὀξύαν vocat: Gaza vertit inepte *Scissimam.* Dalec.

b *Folium tenue.*] Folium crassum, pyro simile. Theoph. *Idem.*

c *Baccam viridem.*] Duriusculum tuberculum baccæ simile. *Idem.*

d *Suber.*] Omittit Haliphlœon, quam postea memorat. *Idem.*

1 grandia. Dal. [1] gravia, carnosa, procera, sinuosa lateribus, nec
2 cum. Ch. [2] dum cadunt, flavescentia, ut fagi, pro differentia generum breviora, vel longiora. [a] Ilicis duo genera. Ex iis in Italia folio non multum ab oleis distant, [b] smilaces à quibusdam Græcis dictæ, in pro-
3 aquif. sunt ilices. Glans. Ch. vinciis [3] aquifoliæ. Ilicis glans [4] utriusque brevior & gracilior, quam Homerus [c] acylon appellat, eo-
4 utique. Quidam. que nomine à glande distinguit: [d] masculas ilices negant ferre. [e] Glans optima in quercu atque grandissima, mox esculo: nam roboris parva: cerro tristis, horrida, echinato calyce, seu castaneæ. Sed & in querna alia dulcior, molliorque fœminæ,
5 mari. M. [5] maris spissior. Maxime autem probantur [f] latifo-
6 autem In M.d. liæ ex argumento dictæ. Distant [6] autem inter se magnitudine, & cutis tenuitate. Item quod aliis subest tunica rubigine scabra, aliis protinus candidum corpus. [g] Probatur & ea, cujus in balano utrin-
7 longitudinis extremo. Theophr. que ex [7] longitudine extrema [h] lapidescit duritia: melior, cui in cortice, quam cui in corpore, utrunque non nisi mari. Præterea aliis ovata, aliis rotunda, aliis acutior figura. Sicut & colos nigrior, candi-

a *Ilicis duo genera.*] Theoph. cap. 16. lib. 3. hist. *Dalec.*

b *Smilaces à quibusdam, &c.*] Legend. *smilaces à quibusdam Græcis dictæ, in provinciis aquifoliæ sunt ilices. Glans utriusque brevior, &c.* duo genera ilicis facit, & utrumque describit. ex iis esse in Italia, folio non multum ab oleis diverso: ergò nec aculeato: in provinciis verò aquifolias ilices, ab aculeatis nimirum foliis sic dictas. Multum itaque distant apud Plinium, *aquifolia ilex*, & *aquifolium: aquifolia ilex* genus est omnes ilices comprehendens, quæ aculeato sunt folio: aquifolium spinæ genus. *Salmas.* pag. 271. b.

c *Acylon appellat.*] Acylon hodie Græci, præsertim in Lemno insula, *Acylaca* vocant. Bellonius Smilacem. Plinius glandiferam à Phellodryi nescit distinguere. Smilacis folium in ambitu minime pungit: Phellodryi vero aculeatium est & margine, & cacumine, Agriæ modo: quamobrem Dores Agriam, quæ Latinis Aquifolia est, vocaverunt. Theophrast. cap. 16. lib. 3. hist. Smilacem etiamnum Græci vocant *Milaci*. Dalecamp.

d *Masculas ilices negant ferre.*] Theophrast. c. 16. lib. 3. hist. quo loco tractat de Ilice, Smilace, Phellodryi, nusquam id scribit. Vide vocem παζαλιθίζουσι in dictión. Constantini. *Idem.*

e *Glans optima in quercu, &c.*] Dulcissima in Fago atque grandissima, mox Hemeridi, nam latifoliæ parva, Cerro amarissima. Theophr. *Idem.*

f *Latifolia.*] Fagi, Theoph. *Idem.*

g *Probatur & ea, &c.*] Id accidere glandi maris Fagi, & Haliphlœi, tradit Theophrastus, sed glandem non commendare. *Idem.*

h *Lapidescit duritia.*] Nunc in cute, nunc in carne. Theoph. *Idem.*

a *Fortius*

candidiorve, qui præfertur. Amaritudo in extremitatibus, mediæ dulces. Quin & pediculi brevitas proceritaſque differentiam habet. In ipſis vero arboribus, quæ maximam fert, hemeris vocatur, brevior, & in orbem comoſa, [1] alaſque ramorum crebro cavata. [a] Fortius lignum quercus habet & incorruptius: ramoſa & ipſa, procerior tamen & craſſior caudice. Excelſiſſima autem ægilops, incultis amica. [b] Ab hac proxima latifoliæ proceritas, ſed minus utilis ædificiis: atque [2] carbone dotata, [c] vitiis obnoxia eſt. Quamobrem ſolida utuntur: carboni [3] ærariorum tantum officinis compendio: quoniam deſinente flatu protinus emoriens, ſæpius recoquitur: [4] cætero plurimis ſcintillis. [d] Item è novellis melior. Acervi [5] confertis taleis recentibus luto [e] caminantur: accenſaque ſtrue

1 aliſque ramorum crebris. *V.*

2 carboni: dolata. *Dal.*

3 ærariorum. *Ch.* carbonis ærariis. *V.*

4 cæterum. *M.*

5 confertis. M.

a *Fortius lignum quercus habet, & incorruptius, ramoſa & ipſa, procerior tamen & craſſior caudice.*] Legendum non *quercus*, ſed *fagus*: & non *procerior*, ſed *brevior*. Utrumque evidentiſſime ex Theophraſto libro 3. cap. 9. comparat enim hemerida, quam Theodorus *placidam* vertit, cum fago. *Nanque placida*, inquit, *non erecta, nec levis, nec excelſa eſt: quippe quæ corpore in orbem comoſo, contorto ſinuoſoque ſtet, ut nodoſa alataque aſſurgat. Materies robuſta, verum infirmior quam fago: hæc enim robuſtiſſima, putredinique nulli obnoxia eſt. Sed nec ipſa erecta, quanquam minus torta quam quercus, caudice vero craſſiſſimo conſtat, ut tota quoque brevis ſpecies reddatur: nam ejus etiam corpus in orbem comoſum minimeque erectum eſt*, Pint.

b *Ab hac proxima latifolia proceritas, ſed minus utilis ædificiis: atque carbone dotata vitiis obnoxia eſt. Quam ob rem ſolida utuntur, carboni ærariorum tantum officinis compendio: quoniam, &c.*] Scribo, *Aſpris dolata, vitiis obnoxia. Quam ob rem ſolida utuntur. Carboni utilis, ærariorum tantum officinis compendio, &c.* Theophr. lib. 3 de aſpri arbore loquens: *Materies*, inquit, *improba, & laborata quidem inutilis: rumpitur enim & cadit: rudis autem melior: ob id ſic ea utuntur. Improba etiam ad cremandum & ad carbonem faciendum: quippe cum carbo ejus omnino inutilis, quod tranſiliat ſcintilletque, præterquam ærariorum officinis: his enim utilior cæteris hic habetur, quod enim flatu deſinente protinus extinguitur, parum abſumi poteſt.* Idem. Legend. *Ab hac proxima latifoliæ proceritas, ſed minus utilis ædificiis atque carboni, dolata vitiis obnoxia eſt: quamobrem ſolida utuntur. Carbo in ærariorum tantum officinis compendio, quoniam deſinente flatu emoriens protinus recoquitur.* paulo poſt lege: *querna diſtuſam: graviſſima & ipſa glandium atque dulciſſima.* Sequitur: *proximam huic cerream tradit Nigidius, nec ex alia ſolidiorem carnem, ſed duram. Cerrum* Latini vocarunt, quam Græci ὀξύην. *Salmaſ.* pag. 334. a. b.

c *Vitiis obnoxia eſt.*] De Cerro, ſive Aſpri *Macedonum*, hæc Theophr. c. 10. lib. 3. hiſtor. *Dalec.*

d *Item è novellis melior.*] Idem c. 16. lib. 5. hiſtor. *Idem.*

e *Caminantur.*] In camini formam oblinuntur. *Idem.*

 a *Dureſcens*

ſtrue contis pungitur [a] dureſcens calyx, [b] atque ita ſudorem emittit. Peſſima & carboni & materiæ [c] haliphleos dicta, cui craſſiſſimus cortex atque caudex, & plerunque [1] cavus fungoſuſque. Nec alia putreſcit ex hoc genere, etiam cum vivit. Quin & fulmine [2] ſæpiſſime icitur, quamvis altitudine non excellat: ideo ligno cjus nec ad ſacrificia uti fas habetur. [d] Eidem [3] raro glans, & cum tulit, amara, quam præter ſues [e] nullum attingat animal: ac ne [4] eæ quidem, ſi aliud pabulum habeant. Hoc quoque inter reliqua neglectæ religionis eſt, [5] quod emortuo carbone ſacrificatur. Glans fagea ſuem hilarem facit, carnem [6] coquibilem ac levem & utilem ſtomacho: [f] iligna, ſuem [g] anguſtam, nitidam, ſtrigoſam, ponderoſam: querna, diffuſam & graviſſimam, [7] & ipſa glandium æque dulciſſima. Proximam huic cerream [h] tradit Nigidius, nec ex alia [8] ſordidiorem carnem, ſed duram. Iligna tentari ſues, niſi paulatim detur. [i] Hanc noviſſimam cadere. Fungoſam carnem fieri eſculo, robore, ſubere. [k] Quæ glandem ferunt, omnes & gallam,

1 canus. M.
2 ſæpiſſime, in M. d.
3 rare. M. & Ch.
4 hæ. Ch.
5 cum. Vet.
6 coctibilem. M.
7 & ipſarum glandium quæ eſt dulciſſima. Dal. nempe fagi Græcorum.
8 ſolidiorem. M. & Ch.

a *Dureſcens calyx.*] Corium, ſeu tegumentum lutoſa cruſta. *Dalec.*

b *Atque ita ſudorem emittit.*] Hoc fieri Theophraſtus vult, ut excitata flamma omnia corripiat. *Idem.*

c *Haliphleos.*] Scribe, *haliphlœos* cum œ dipthongo, in tertia *Pint.*

d *Eidem raro glans, & cum tulit, amara, quam præter ſues nullum attingat animal, ac ne ea quidem ſi aliud pabulum habeant.*] Hæc verba falſo hic inſerta ſunt, falſoque haliphlœo tribuuntur, ad hemeridem enim pertinent, & cum his quæ de illa paulo ante dicta ſunt continuari debent, ex Theophraſto lib. 4. cap. 10. *Hemerida,* inquit, *quam alii ſterilem dicunt, alii fructum adeo vitiatum ferre, ut eum animal nullum mandere poſſit præterquam ſues, & hos cum aliam nullam habent.* Idem.

e *Nullum attingat animal.*] De Cerri glande id Theophr. *Dalec.*

f *Iligna*] Horatius,

Umber & iligna nutritus glande rotundas
Curvet aper lances carnem vitantis inertem.

Idem.

g *Anguſtam.*] Compacta & minime laxa carne. *Idem.*

h *Tradit Nigidius.*] Contra judicium Theophraſti. *Idem.*

i *Hanc noviſſimam cadere*] Quoniam ſero matureſcit, novaque veterem occupat. Theophr. cap. 16. lib. 3. hiſtor. *Idem.*

k *Quæ glandem ferunt omnes & gallam*] Videtur hoc falſum eſſe: nam ilex glandem fert teſte Plinio hoc ipſo libro & capite, & Theophraſto libro tertio de hiſtoria plantarum, capite 16. & tamen gallam non fert, ut eodem loco refert

gallam, alternisque annis glandem. Sed gallam hemeris optimam & coriis perficiendis aptissimam. [a] Similem huic latifolia, sed leviorem, multoque minus probatam. Fert & nigram. Duo enim genera sunt. [b] Hæc tingendis utilior.

CAP. VII.

[c] *De galla, & quam multa præter glandem eadem ferant arbores.*

NAscitur autem galla [d] sole de Geminis exeunte, erumpens noctu semper universa. Crescit uno die [1] candidior. Et si æstu [2] excepta est, arescit protinus, neque ad justum incrementum pervenit: [e] hoc est, ut nucleum fabæ magnitudine habeat. Nigra diutius viret, crescitque ut interdum mali compleat magnitudinem. Optima Comagena, deterrima ex robore. Signum ejus, quod cavernæ translucent. [f] [3] Robur, præter fructum, plurima & alia gignit. Nanque fert & gallæ utrun-

1 candida. *Alii.* candida præter nigram. *Theoph.*
2 recepta. *Alii.*
3 Quercus. *Dal.*

fert Theophrastus. Videtur autem deceptus Plinius, dum Theophrastum sequitur male intellectum. Nam quod Theophrastus eodem libro capite 9. tradit de generibus roboris, ferre videlicet omnia genera glandem & gallam, id Plinius ad omnes glandiferas arbores transtulit. Annotavit hoc ante me Genesius Sepulveda doctor Theologus, ac Cæsareæ majestatis historiographus, vir multarum disciplinarum scientia clarus, Græcaque ac Latina facundia eminentissimus. *Pint.*

a *Similem huic latifolia, sed leviorem.*] Scribo diphthongo *æ læviorem*, ut intelligas lævorem, non levitatem, ex Theophrasto. *Idem.*

b *Hæc tingendis utilior.*] Adde verbum *lanis* ex Theophrasto evidenter libro tertio, capite nono. *Fert*, inquit, *& alteram nigram, qua lanas tingunt.* Idem.

c *De galla.*] Theophr. cap. 6. lib. 3. histor. & infra c. 4. lib. 24. *Dalec.*

d *Sole de Geminis exeunte.*] Theophr. loco citato tempore secundæ germinationis, quæ fit circa desinentem Martium, cum in Ariete sol adhuc vertitur. *Idem.* *Sole de Geminis exeunte.*] Theophrastus libro tertio, cap. 6. *Scirthophorione mense:* Theodorus *Martio* transtulit. *Pint.*

e *Hoc est ut nucleum fabæ magnitudine habeat.*] Scribendum puto, *hoc est cur nonnulla fabæ magnitudinem habeant*, ex Theophrasto, libro tertio, cap. 6. *Si ab æstu*, inquit, *occupetur, arescit, augerique amplius nequit: qua de caussa earum aliqua non majores fabis evadunt.* Idem.

f *Robur, præter fructum.*] Theophrasto, præter fructum, quercus hæc omnia fert: *κηκῖδα, συκαμινώδεις, αἰδοιώδεις, ταυρηκίφαλον, πῖλον, σφαίριον, μελιτηρὸν, σφαίριον μεσοχαλαζῶδες, λιθάριον, σφαίριον φυλλικὸν, σφαίριον ὑδατῶδες.* *Dalec.*

[a] utrunque genus, & quædam veluti mora, ni distarent arida [1] duritie, plerunque tauri caput imitantia, quibus fructus inest nucleis olivæ similis. [b] Nascuntur in eo & pilulæ, nucibus non absimiles, intus habentes floccos molles, lucernarum luminibus aptos. [2] Nam & sine oleo flagrant, sicuti galla nigra. Fert & aliam inutilem pilulam cum capillo, verno tamen tempore [3] melligeni succi. Gignunt & alæ ramorum ejus pilulas, corpore, non pediculo, [c] adhærentes, candicantes umbilicis. Cætera nigra varietate dispersa. Media cocci colorem habent. [d] Apertis amara inanitas est. Aliquando & pumices gignit: necnon [4] & è foliis convolutas pilulas: [e] & in folio rubente aquosos nucleos candicantes [5] & translucidos, quandiu molles sint, in quibus & [6] culices nascuntur: maturescunt in modum gallæ.

1 duritie, penemque & tauri caput. Ex Theophr. duritie: tum pleraque tau. c. Alii.
2 Nam sane in oleo. Dal.
3 mellei. Vet. melleo succo & gustum inficientem, & tactum. Theophr.
4 & foliis. Ch.
5 ac. Ch.
6 μυῖαι, muscæ. Theophr.

CAP. VIII.

De cachrye, & cocco grano, & agarico, & subere.

[f] FErunt robora & [g] cachryn: ita vocatur pilula in medicina urendi vim habens. Gignitur & in

a *Utrunque genus.*] Album & nigrum. Theophr. c. 10. lib. 3. hist. Dal.

b *Nascuntur in eo pilulæ nucibus non absimiles intus habentes flocculos, &c.*] *Nucleis* hic legendum non *nucibus*: Idem Theophrastus docet libro 3. capite octavo. *Fert*, inquit, *& quod quidam pilum appellant: id pilula est, comam gerens laneam, mollem, nucleo durior, qua in lucernarum luminibus utuntur.* Pint.

c *Adhærentes.*] Adhærentes, intus sculptas, varii coloris. Nam eminentes umbilicos aut candicantes, aut punctis maculosos, aut nigros: media splendida & coccinea. Apertæ vero & nigræ sunt, & putres. Theophr. *Dal.*

d *Apertis amara inanitas est.*] Legendum forte *atra* potius quam *amara*. Theophrastus libro tertio, cap. 8. *Aperta nigra & fruticans cernitur.* Pint.

e *Et in folio rubente, &c.*] A tergo vero folii, mediæ costæ insidentes, pilulas albas (σφαιρία λευκά) pellucidas, aquosas, quandiu molles sint, in quibus & muscæ interdum nascuntur; durescunt in modum gallæ parvæ & levis. Theophr. *Dalec.*

f *Ferunt robora.*] Theophr. c. 7. l. 3. hist. *Idem.*

g *Cachryn.*] Cachrys foliorum conceptu, è medio germinis globo prominens, tanquam parturiente folium natura, qui in folia post explicatur: convoluta è foliis pilula iülus, in juglande & avellana racematim compactus callus, floris vicarius. Cyttarus in coniferis gradatum, squamosumque nucamentum, rudimentum fructus: Bryon in quercu,

in abiete, larice, picea, [a] tilia, nuce, platano, postquam folia cecidêre, hieme durans. [b] Continet nucleum pineis similem. Is crescit hieme, aperitur vere pilula tota. Cadit, cum folia [1] cœperint crescere. Tam multifera sunt, [2] & tot res præter glandem pariunt robora. Sed & [c] boletos suillosque, gulæ novissima irritamenta, [3] quæ circa radices gignuntur: quercus probatissimos, robur autem & cupressus, & pinus, noxios. [d] Robora ferunt & viscum, & mella, ut auctor est Hesiodus. Constatque rores melleos, è cœlo, ut diximus, cadentes, non aliis magis insidere frondibus. Cremati quoque roboris cinerem nitrosum esse certum est. Omnes tamen has ejus dotes ilex, solo provocat [4] cocco. [e] Granum hoc, primoque [5] seu scapus fruticis, parvæ aquifoliæ ilicis: [f] cusculium vocant: pensionem alteram tributi pauperibus Hispaniæ donat. Usum ejus gratiorem in conchylii mentione

1 cœpero. *Ch.*
2 &, *in M. d.*
3 qui. *Ch.*
4 cocci grano. Hic primo. *M.*
5 seu scapo fruticis *Dal. male emendat*, scabies *Turn. cap. 16. lib. 4. Adversf.* seu scaptes frut. *Ch.*

quercu, racemosi villi, qui loco floris sunt. Hæc diligenter distinguenda, κέγχρον pro Libanotidis semine quidam scribunt. *Dalec.*

* *Urendi vim habens.*] Roboris & arborum sequentium Cachryn inepte confundit cum Rosmarini pilula acri & urente, quæ etiam Cachrys dicitur: ut & medulla seminis Crethmi, cap. 8. non procul à fine, lib. 26. *Idem.*

a *Tilia, nuce, platano.*] Theophrastus *castanea*, non *platano*, libro tertio, capite 7. *Pint.*

b *Continet nucleum, &c.*] Hoc de iülis avellanarum Theophrast. esse nuci pineæ similes, crescere hieme, aperiri vere totos, &c. Dormitavit hic Plinius. *Dalec.*

c *Boletos suillosque.*] Vide infra c. 23. lib. 22. *Idem.*

d *Robora ferunt & viscum.*] Theophr. c. 10. lib. 22. *Idem.*

e *Granum hoc primoque, &c.*] Legend. *Granum hic primoque seu scabies fruticis parvi, aquifolia Ilicis: coscylium vocant.* hic coccus, inquit, & primo seu scabies parvi fruticis, aquifoliæ nempe ilicis & coscylion vocatur. Ilicem solo croco provocare omnes roboris dotes ait. non omnis ilex coccum βαφικὸν fert: sed aquifolia. Vide *Salmas.* pag. 268. b.

f *Cusculium vocant.*] Fortassis *quisquilium:* Nam *quisquilia* Festo, quidquid surculorum foliorumve cadit ex minutis arboribus, ac inde res quævis nihili. Cæcilius:

Quisquilias volantes, venti spolia memorasti modo.

Nævius in Togularia:

Abi, deturba te saxo, homo non quisquilia,

Id est, non nauci. Coccum scapis derasum cadere notum est: inde *quisquilium* appellarunt. *Dalec.* Imo *cusculium*: est enim Hispanum vocabulum, non Romanum: & *cusculiatum* videtur olim dictum, quod nunc depravate *scarlatum.* Gelen.

tione [a] tradidimus. Gignitur & in Galatia, Africa, Pisidia, Cilicia: pessimum in Sardinia. Galliarum [b] glandiferæ maxime arbores agaricum ferunt. Est autem fungus candidus, [c] odoratus, antidotis efficax, in summis arboribus nascens, [d] nocte relucens. Signum hoc ejus, quo in tenebris decerpitur. E glandiferis sola quæ vocatur ægilops, fert [1] panos arentes, muscoso villo canos, [e] non in cortice modo, verum & è ramis dependentes cubitali magnitudine, odoratos, ut diximus inter unguenta. Suberi [2] minima arbor, glans pessima, rara, cortex [3] tantum in fructu præcrassus ac renascens, atque etiam in denos pedes undique explanatus. [f] Usus ejus ancoralibus maxime navium, piscantiumque tragulis, & cadorum obturamentis: præterea [g] in hiberno fœminarum calceatu. Quamobrem non infacete Græci corticis arborem appellant. Sunt & [h] qui fœminam ilicem vocent: atque ubi non nascitur ilex, pro ea [4] subere utantur, in carpentariis præcipue fabricis, ut circa [5] Elin & Lacedæmonem. i Nec in Italia tota nascitur, aut in Gallia omnino.

1 pannos. *Vet. & Ch.* phascon. *Theophr.* sphagnos, & bryon. *supra cap.* 23. *lib.* 12.
2 non minima. *D.*
3 tantum non in. *Dal.*
4 phellodry. *Th.*
5 Elean. *Th.*

CAP.

a *Tradidimus.*] Supra c.4. l.9. & infra c.4. lib.24. *Dalec.*

b *Glandiferæ maxime, &c.*] In laricibus maxime nascitur. *Idem.*

c *Odoratus.*] Imo potius odoris expers. *Idem.*

d *Nocte relucens.*] Fabulosum hoc. *Idem*

e *Non in cortice modo, verum & è ramis dependentes.*] Contraria prodit Theophrast. libro tertio, capite nono: *Nascitur*, inquit, *idem cortice non è surculo unde glans, neque è gemma, sed è latere supernorum nodorum.* Quare hic mallem legeres, *è cortice modo*, quam *è ramis.* Pint.

f *Usus ejus ancoralibus.*] Theophrast. c.16. lib. 3. Histor. *Dalec.*

g *In hiberno fœminarum calceatu.*] Non solum valetudinis causa id fœminæ hieme fecerunt, sed ut grandiores viderentur. Clemens Alexandrinus 3. Pædagogi, ex Alexi Comico, *τυγχάνει μικρά τις οὖσα, φελλὸς ἐν ταῖς βλαυτῆσιν ἐγκεκάττυται.* Xenophon lib. de tuenda re famil. de uxore Ischomachi, *ὑποδήματα δ' ἔχουσαν ὑψηλὰ ὅπως μείζων δοκεῖν εἶναι ἢ ἐπεφύκει.* Victorius cap. 25. lib. 15. *Idem.*

h *Qui fœminam ilicem vocent.*] Hæc male. De Phellodryi id Theophrastus, non de Subere. *Idem.*

i *Nec in Italia tota nascitur, &c.*] Falsum id. Nam quod & Theophr. ait, Thyrrheniæ, id est, Hetruriæ familiarissima est, & pene propria. *Idem.*

a *Vasa*

CAP. IX. *Quarum sint in usu cortices.*

COrtex & fagis, tiliæ, abieti, piceæ, in magno usu agrestium. [a] Vasa, corbesque, ac patentiora quædam messibus convehendis vindemiisque faciunt, atque [1] prætexta tuguriorum. [b] Scribit in recenti ad duces explorator, [2] incidens literas à succo. Nec non in quodam usu sacrorum religiosus est fagi cortex. Sed [c] non durat arbor ipsa.

1 protecta. *Cb.*
2 incisas literas tegente succo. *Dal.*

CAP. X.

De scandulis, & pinu, pinastro, abiete, picea, larice, teda, taxo.

[3] SCandulæ è robore aptissimæ, mox è glandiferis aliis, fagoque: facillimæ ex omnibus quæ resinam ferunt, sed minime durant, præterquam è pino. [4] Scandula contectam fuisse Romam, ad Pyrrhi usque bellum annis quadringentis LXX. Cornelius Nepos auctor est. Silvarum certe distinguebatur insignibus. [d] [5] Fagutali Jovi etiam nunc, ubi lucus fageus fuit, porta Querquetulana, [6] colle in quem vimina petebantur, totque lucis, quibusdam & geminis. Q. Hortensius Dictator, cum plebs secessisset in Janiculum, legem in Esculeto tulit, ut quod ea jussisset, omnes Quirites [7] teneret. Peregrinæ [8] tunc videbantur, quoniam non erant suburbanæ, pinus atque abies, omnesque quæ picem gignunt, de quibus nunc dicemus, simul ut tota condiendi vina origo cognoscatur. Quædam ferunt in Asia, aut Oriente, è prædictis picem. In Europa

3 Scindulæ. *Turn. ex Isid.* scandulæ, &c. aptissima, facilima, durans. *Cb.*
4 Scindulam non conspectam fuisse Romæ. *M.*
5 Fagutalis Jovis. *Dal.*
6 Querculana. *Vel.*
7 tenerent. *M.* tenerentur. *Vet.*
8 tum. *Cb.*

a *Vasa corbesque ac patentiora quædam.*] Immo è contrario lego, *corbesque ac patentiora quadam vasa.* Pint.

b *Scribit in recenti ad duces explorator.*] Literis ob succi madorem non conspicuis, & cum siccatus fuerit cortex, apparentibus. *Dalec.*

c *Non durat arbor ipsa.*] Cortice spoliata. *Idem.*

d *Fagutali Jovi.*] Varroni lib. 4. de ling. Lat. in Esquiliis fuit lucus Fagutalis & Virarum querquetulanum sacellum, & lucus Mefitis. *Viras* Festus dictas vult nymphas, quæ præsident querceto virescenti, χλωείδας καὶ ἁμαδρυάδας. *Idem.*

a Nec

1 cognitarum. *Vet.* Europa sex genera [1] cognatarum arborum ferunt.
2 pinastri. *Ch.* Ex iis pinus atque [2] pinaster folium habent capillamenti modo prætenue, longumque, & mucrone aculeatum. Pinus fert minimum resinæ, interdum
3 vixque ut. *M. & Ch.* & nucibus ipsis, de quibus dictum est, [3] vix ut ascribatur generi. Pinaster nihil aliud est, quam pinus silvestris, mira altitudine, & à medio ramosa, sicut pinus in vertice. Copiosiorem dat hæc resi-
4 de qua. *M.* nam, [4] quo dicemus modo. Gignitur & in pla-
5 sed alio. *Dal.* nis. Easdem arbores [5] alio nomine esse per oram
6 quas. *Dal.* Italiæ, [6] quos [7] tibulos vocant, plerique arbitran-
7 stubulos. *M.* strubulos. *Hermol.* tur, sed graciles succinctioresque, & enodes, liburnicarum ad usus, pene resina. Picea montes amat, atque frigora: feralis arbor, & funebri indicio ad fores posita, ac rogis virens: jam tamen & in domos recepta, tonsili facilitate. Hæc pluri-
8 intermicante. *Dal.* mam resinam fundit, [8] interveniente candida gem-
9 similem thuri. *M.* ma, tam [9] simili thuris, ut mista visu discerni non
10 & inde. *M.* queat: [10] unde fraus Seplasiæ. [11] Omnibus his ge-
11 Omnino huic generi. *Dal.* neribus folia brevi seta & crassiore duraque, seu cupressis. Piceæ rami pene statim ab radice modici, velut brachia, lateribus inhærent. Similiter abieti expetitæ navigiis. Situs in excelso montium, seu maria fugeret: [a] nec forma alia. Materies vero
12 est trab. *Ch.* præcipua [12] trabibus, & plurimis vitæ operibus.
13 Resinæ vitium unde fructus piceæ. *Ch.* [13] Resina ei vitium, unde fructus unus piceæ: exiguumque sudat aliquando contactu solis. E diverso materies, quæ abieti pulcherrima, piceæ ad fissiles scandulas, cupasque, & pauca alia secamenta. Quinto generi situs idem, eadem facies: larix vocatur. Materies præstantior longe, incorrupta
14 usu. *M.* 15 Emori. *M.* humori. *Vet.* [14] vis, [15] emori contumax, rubens præterea, & odore acrior. Plusculum huic erumpit liquoris, melleo

a *Nec forma alia.*] Nam camerato ramorum & foliorum veluti fornice imbrem prorsus respuit. Theophr. *Dalec.*

a *Sextum*

melleo colore, atque [1] lentiore, nunquam dure-
scentis. [a] Sextum genus est teda proprie dicta, ab-
undantior succo quam reliqua, [2] parcior liquidior-
que quam picea, flammis ac [b] lumini sacrorum
etiam grata. [3] Hæ, mares duntaxat, ferunt & eam,
quam Græci sycen vocant, odoris gravissimi. [4] La-
ricis morbus est, ut teda fiat. Omnia autem hæc
genera accensa, fuligine immodica, carbonem re-
pente expuunt cum eruptionis crepitu, ejaculan-
turque longe: [c] excepta larice, quæ nec ardet, nec
carbonem facit, nec alio modo ignis vi consumi-
tur, quam lapides. Omnia ea perpetuo virent, nec
facile discernuntur in fronde, etiam à peritis. Tan-
ta natalium mistura est: sed picea minus alta quam
[5] larix. Illa crassior, leviorque cortice, folio villo-
sior, pinguior, & densior, molliorque flexu. At pi-
ceæ

1 recentiore. *Al.* lentioris. *Dal.*
2 parciore, liquidioreque quam in picea. *Ch.*
3 Pini mares. *Theophr.*
4 Pini. *Th.*
5 larix: hæc crassiori læviorique. *vel, quod magis probo,* larix, crassiori, &c. *Dal.*

a *Sextum genus est teda proprie dicta.*] Male hæc. Vide Theoph. cap.12. lib. 3. hist. Tedæ nomen πολύσημον est. Nunc enim pini resinosum & pingue lignum significat, τὴν δᾷδα, quod lucernæ candelæve loco uritur: nunc arborem sui generis, ignotam Theophrasto, quam *Cambro* vocant Tridentini, Allobroges *Auvia*. Dalec. Vide *Salmas.* pag. 505. a.

b *Lumini sacrorum etiam grata.*] Intellige lustrales faces, quas Claudianus 6. de Consulatu Honorii describit luculenter,

Lustralem sic triste facem, cui lumen odorum
Sulphure cæruleo, nigroque bitumine fumat,
Circum membra rotat, doctus purganda sacerdos,
Rore pio spargens, & dira fugantibus herbis
Numina, terrificumque Jovem, Triviamque precatus,
Trans caput aversas manibus jaculatur in Austrum,
Secum rapturas cantata piacula tedas.

Ovidius:

Uror ut inducta cerato sulphure teda.

Vide quæ notata sunt cap. 25. lib. 35. Juvenal.

----- si qua darentur
Sulphura cum tedis.

Ab agitatione quæ in orbem fiebat, ductum est verbum *Circumferre* & *Circumferri.* Virgilius:

----- ter socios pura circumtulit unda.

Plaut. in Amphit.

SO. Quæso quin tu istam jubes
Pro cerita circumferri: -----

lustrati, περιμάττεσθαι, περιαγνίζεσθαι, περικαθαίρεσθαι. quod fieri ovis solitum, teda, scilla, sulphure, carmine ad aurem insusurrato. Turneb. Adnot. cap. 15. 4. & cap. 10. 9. sed manibus prius rore pio, sive expiatorio ablutis: quod Aristophanes ἐν εἰρήνῃ χερνίπτεσθαι dixit. Apulejus lib. 11. Asini aurei de expiata nave: *Summus sacerdos*, inquit, *teda lucida, & ovo, & sulphure, solemnissimas preces de casto præfatus ore, quam purissime purificatam deæ nuncupavit.* Dalec.

c *Excepta larice.*] Theophrastus id de Fico adnascente Pinis maribus: de Larice idem Vitruv. *Idem.*

a Ei

ceæ rariora ſiccioraque folia, [a] & tenuiora, ac magis [b] algentia: totaque horridior eſt, & perfuſa reſina. Lignum abietis ſimilius. [1] Larix uſtis radicibus non repullulat, [2] picea repullulat, ut in Lesbo accidit, incenſo nemore [3] Pyrrhæo. Alia etiamnum generibus ipſis in ſexu differentia. [c] Mas brevior & durior: fœmina procerior, pinguioribus foliis & [4] ſimplicibus, atque non rigentibus. Lignum maribus durum, & in fabrili opere contortum: fœminæ mollius, publico diſcrimine in ſecuribus. Hæ in quocunque genere deprehendunt marem: quippe reſpuuntur & fragoſius ſidunt, ægrius revelluntur. [d] Ipſa materies retorrida, & nigrior maribus radix. Circa Idam in Troade & alia differentia eſt, montanæ maritimæque. [e] Nam in Macedonia & Arcadia, circaque Elin, permutant nomina, nec conſtat auctoribus, quod cuique generi attribuant: nos iſta Romano diſcernimus judicio. Abies è cunctis ampliſſima eſt, & fœmina etiam prolixior: [f] materie mollior [5] utiliorque, arbore rotundior, [g] folio pinnato denſa, ut imbres non tranſ-

1 totaque jucundi odoris reſina perfuſa eſt. *Th.* Rotaque *Hermol*

2 Pinus. *Th.* πεύκη.

3 Pyrrhæorum. *Th.*

4 mollib. *Th.* ἁπαλοῖς.

5 utiliorque. Arbor rotundior. M. θηλοειδής, camerata, in teſtudinem fornicata.

a *Et tenuiora ac magis algentia.*] Legendum videtur *rigentia*, non *algentia*: cum ut opponatur illis, *mollior flexu*, tum quod ſequitur paulo poſt, *pinguioribus foliis & ſimplicibus atque non rigentibus.* Appellat autem *folia rigentia*, ſubrecta, non proclivia in terram, ex Theophraſto libro tertio, capite 10. κεκλιμένα μᾶλλον id eſt, inclinata magis, *ſimplicibus* autem, intelligo *mollibus* ex eodem *Pint.*

b *Algentia*] Πεφρικότα μᾶλλον. Theophr. cap. 10. lib. 3. hiſtor. hiſpidiora. *Dalec*

c *Mas brevior & durior*] Addi debet, ut opinor, verbum *folio*, ex Theophraſto, libro 3 cap. 10. *Et marem*, inquit, *breviorem folioque duriorem, fœminam proceriorem, foliis pinguem, mollem procliviore mque* Pint.

d *Ipſa materies retorrida & nigrior maribus radix.*] Dictio *radix* videtur ſuperfluere ex eodem Theophraſto citato loco: *Omnis mas ſecuri brevior & contortior, operique difficilior eſt: fœmina procerior atque facilior* Idem.

e *Nam in Macedonia & Arcadia.*] Macedones Pinum dividunt in marem, fœminam, ſterilem, Arcades nec ſterilem agnoſcunt, nec ſativam, ſed ſilveſtrem tantum, quam ſuis notis à Picea diſtinguunt. In Arcadia Picea pauca naſcitur, in Eleo agro multa. Theophraſt. Plinius negligenter hoc reddit. *Dalec.*

f *Materie mollior utiliorque.*] Operibus facilior, εὐεργεστέρα. Theophr. *Idem.*

g *Folio pinnato denſa.*] Frons pinnas habet, ſuperne minores, tota ſpecie camerata, Bœotorum galeis ſimili, tam denſa, &c. Theophr. qui *pinnas* vocat ramos exporrectos alarum diſtentarum modo. *Idem.*

a *Præter-*

ranſmittat, atque hilarior [1] in totum. E ramis generum horum panicularum modo nucamenta quamatim compacta dependent, [a] præterquam larici. Hæc abietis maſculæ, primori parte nucleos habent, non item fœminæ. Piceæ vero totis paniculis, minoribus gracilioribuſque, [b] minimos c nigros. Propter quod Græci phthirophoron eam ppellant. In eadem nucamenta compreſſiora maibus ſunt, ac minus reſina roſcida. Similis his tiamnum aſpectu eſt, ne quid prætereatur, taxus, [3] minus virens, graciliſque & triſtis, ac dira, nullo ucco, ex omnibus ſola baccifera. Mas noxio fructu. Lethale quippe baccis, in Hiſpania præciue, venenum ineſt. Vaſa etiam viatoria ex ea inis in Gallia facta, mortifera fuiſſe compertum ſt. Hanc [4] Seſtius [5] ſmilacem à Græcis vocari dixit: & eſſe in [6] Arcadia tam præſentis veneni, [c] [7] ut qui obdormiant ſub ea, cibumve capiant, moriantur. Sunt qui & [d] taxica hinc appellata dicant venena, quæ nunc toxica dicimus, quibus ſagittæ ingantur. Repertum, innoxiam fieri, ſi in ipſam rborem clavus æreus adigatur.

1 intuitu. Vet.

2 laricis. Dal.

3 minus, in V. d. minime. M. & Ch.

4 Sextius. Ch.

5 milon. Th.

6 Narbonenſi Gallia. Dioſc.

7 ut ſi qui dormiant. Vet.

CAP.

a *Præterquam larici.*] Fallitur Plinius. ui enim ſunt & Larici coni, veluti Pio, ſed minores & cupreſſinis ſimiles. Dalec.

b *Minimos ac nigros.*] Pediculis ſimis, aut pulicibus. *Idem.*

c *Ut qui obdormiant ſub ea.*] Plutarch. Sympoſ. ἱστοροῦσι γὰρ ὅτι ἡ σκιὰ σμίλακος ἀποκτείνει τοὺς ἐγκαθευδήσαντας, ὅταν ὀργᾷ μάλιστα πρὸς τὴν ἄνθησιν Lucretius:

Eſt etiam magnis Heliconis montibus arbos,
Floris odore hominem tetro conſueta necare.

Victorius cap. 22. 18. *Idem.*

d *Taxica hinc appellata dicant venena.*] Plaut. in Merc.

Certum eſt: ibo ad medicum, atque me ibi toxico morti dabo:
Quando mihi adimitur, qua cauſa vitam cupio vivere.

Idem.

CAP. XI.

[a] *Quibus modis fiant genera picis, & quomodo fiat cedrium, & de spissa pice quomodo fiat, & quibus modis resina coquatur.*

[b] PIx liquida in Europa è teda coquitur, [1] navalibus muniendis, [c] multosque alios ad usus. Lignum ejus concisum, furnis [2] undique igni extra circundato, fervet: [3] primus sudor aquæ modo fluit canali: [d] hoc in Syria cedrium vocatur, cui tanta vis est, ut [e] in Ægypto corpora hominum defunctorum eo perfusa serventur. Sequens liquor, crassior jam, picem fundit. Hæc [f] rursus in [4] cortinas æreas conjecta, [g] aceto spissatur: [5] & [h] coagulata [i] Brutiæ cognomen [6] accepit, [k] doliis duntaxat, vasisque cæteris utilis, [l] lentore ab alia pice differens: item

1 navibus. *Vet.*
2 undique terra circundatis igni fervet ex *Theophrast.*
3 ut prim. sud. aquæ mo. fluat canali. Hoc è cedro in Syria cedrium. *Vet.*
4 Curtinas. M.
5 & coagulo. *Cb.*
6 accipit.

a *Quibus modis fiant genera picis.*] Theophrast. c. 2. & 3. lib. 9. hist. De resina & pice vide c. 20. lib. 14. c. 1. lib. 23. c. 6. lib. 24. *Dalec.*

b *Pix liquida in Europa è teda coquitur.*] In libris legitur: *Pix liquida in Europa tæda cogitur.* quod rectum est, id est, colligitur. Sequitur paulo post: *è tæda omnia illa fiunt, è picea, &c.* hæc inepta sunt & falsa. Vide *Salmas.* pag. 504. a.

c *Multosque alios & usus.*] Pice liquata & in corpus affusa, flagitiosos homines olim cruciari solitos indicat hic Plauti versus ex Captivis:

---- at pol te hic si sapiet senex,
Atra pix agitet apud carnificem, tuoque capiti illuceat.

Dalecamp.

d *Hoc in Syria cedrium vocatur.*] Sensus, qui potest ex his verbis colligi, est, primum illum sudorem aquæ modo fluentem è canali in Syria vocari cedrium sive ex teda, seu ex quovis ligno. At hoc falsum est, si Dioscoridi fidem habemus libro 1. capite de cedro. Ex cedro namque tantum *cedrium*, aut *cedrinus liquor* dicitur. Aut igitur legendum: *Hoc è cedro cedrium vocatur:* aut additis aliquot verbis: *hoc in Syria è cedro cedrium vocatur.* Nam in Syria præstantissimas esse cedros Theophr. auctor est l. 5. c. 11. *Pint.*

e *In Ægypto corpora hominum, &c.*] Vide cap. 5. lib. 24. Varius modus curandi funera apud diversas gentes fuit. Græci, statim ac expirasset qui obierat, calentis adhuc corporis membra dirigebant. Vide infra cap. 3. lib. 21. & cap. 5. lib. 24. Victorium c. 20. lib. 10. Muret. Var. lib. 3. cap. 10. Alex. ab Alex. lib. 3. cap. 7. qui copiosissime omnes omnium gentium mores in curandis funeribus tradidit. *Dalec.*

f *Rursus in cortinas æreas conjecta.*] Palimpissa vocatur Dioscoridi. *Idem.*

g *Aceto spissatur, & coagulata Brutiæ cognomen accepit.*] Archetypum Toletanum, *aceto spissatur ut coagulo, & Brutiæ, &c.* Pint.

h *Coagulata.*] Talis Brutia & Lycia est Dioscor. *Dalec.*

i *Brutiæ cognomen.*] In Brutiis, Straboni, oppidum Mamertium, & silva, quæ optimam picem fert. *Idem.*

k *Doliis duntaxat, &c.*] Pugnat secum Plinius, qui cap. 7. lib. 24. scribit Brutiam medicinæ utilissimam esse. *Idem.*

l *Lentore ab alia pice differens.*] Scrib. *Lentore ab alia pice differens: item colore rutilant*

item colore [1] rutilante, & quod pinguior eſt. [2] E teda omnia illa fiunt. E picea reſina, [a] ferventibus [3] cocta lapidibus, in alveis validi roboris: aut ſi alvei non ſint, ſtruis [4] congerie, velut in carbonis uſu. Hæc in vinum additur, farinæ modo tuſa, nigrior colore. [b] Eadem reſina ſi cum aqua levius decoquatur coleturque, rufo colore lenteſcit, ac ſtillatitia vocatur. [c] Seponuntur autem [5] in id fere vitia reſinæ cortexque. Alia temperies [d] ad crapulam. Namque flos crudus reſinæ, cum multa [6] aſſula tenui brevique avulſus, [e] conciditur [7] ad cribri minuta, deinde ferventi aqua, donec coquatur, perfunditur. Hujus expreſſum pingue, præcipua reſina fit, atque rara, nec niſi paucis in locis ſubalpinæ Italiæ, conveniens medicis. [f] Reſinæ albæ congium in duobus aquæ pluviæ coquunt. Alii utilius putant ſine aqua coquere lento igne [g] tota die, [8] utique vaſe æris albi. Item terebinthinam in ſartagine referventi, [h] hanc cæteris præferentes. Proxima ex lentiſco.

CAP.

1 ſubruffo. *Dioſc.*

2 Reliqua illa omni fit è pic. &c. *Ch.* Reliqua omnia illa è picea reſina fervent coacta. *M.* Lego, E teda pinus & piceæ illa fit. Reſina ferventibus coquitur. *Ex Dioſc.*

3 coacta. *Ch.*

4 congerie, vel carbonis. Uſu hæc, &c.

5 ad id. *M. & Ch.*

6 haſtula. *M. & Ch.*

7 ad cribrum. Minuta dein. *M.* ad cribrum in minuta. *Turn.* Lego, ad cribrum minutum: deinde, &c. Ad cribrum deinde minuta. *Vet.* coquitur ad cibi minuta. *Quidam.*

8 utrique. *Vet.*

rutilante & quod pinguior eſt reliqua illa omni. Fit è picea reſina. Vult è tæda picem cogi, quæ piceæ ſpecies eſt, è picea autem reſinam fieri. quod eſt falſiſſimum. Vide *Salmaſ.* pag. 504. a.

a *Ferventibus cocta lapidibus.*] Eam Græci φρυκτὴν vocant. *Dalec.*

b *Eadem reſina ſi cum aqua, &c.*] Negligentius, breviori tempore, minore cura. Hunc coctura modum Dioſcorides non deſcripſit. *Idem.*

c *Seponuntur autem, &c.*] Antequam reſina coquatur, liquatam eam prius colare oportet, ut ſpurcities eximatur ac ſeparetur. Dioſc. Lego, *ſeponuntur ante id fere vitia, &c.* Vide ſupra c. 20 l. 14. *Idem.*

d *Ad crapulam.*] Crapula vini condimentum ex pice, reſina, reſinæ flore, ſic dictum, quod vertigines & capitis dolorem facit, c. 1. l. 23. Florem autem vocat tenuiſſimam, puriſſimam, & nitidiſſimam ejus partem quæ in ſuperficie extat vulnerati ligni. *Idem.*

e *Conciditur ad cribri minuta.*] Quæ ita minutatim conciditur, ut cribro excerni poſſit. Flos reſinæ crudus cum aſtula exciſus, ἄνθος eſt, quod Plinius non intellexit. *Salmaſ.* pag. 502. a.

f *Reſinæ albæ congium.*] Reſinæ liquidæ Dioſcor. qui hoc coctionis genere eximie fieri albam tradit ὑγρὰν ἐκ κεραμίων. Liquidam Galenus vocat lib. 6. Methodi & lib. 4. tuendæ valetudinis. *Dalec.*

g *Tota die.*] Triduo & ſine intermiſſione ſi liquida eſt: ſin arida, unius diei ſpatio. Dioſcor. *Idem.*

h *Hanc cæteris præferentes.*] Hanc terebinthinam ſub. ſed non frictam. Cui bonitate ſecunda lentiſcina. Dioſcorid. Suſpicor Plinium φρυκτὴν ῥητίνην Græ-

CAP. XII.

De zopissa, & sapio, & quarum arborum materia in pretio.

[a] NON omittendum, apud eosdem zopissam vocari [b] derasam navibus maritimis picem [c] cum cera, nihil non experiente vita, multo efficaciorem ad omnia, quibus pices resinæque prosunt, videlicet [d] adjecto salis callo. [e] Aperitur [1] picea è parte solari, non plaga, sed vulnere ablati corticis, cum plurimum bipedali hiatu, ut à terra cubito cum minimum absit. [f] Nec [2] corpori ipsi parcitur, ut in cæteris, quoniam [3] astula in fructu est. [g] Verum hæc terræ proxima laudatur: altior amaritudinem affert. Postea humor omnis è tota confluit

1 πεύκη. *Th.*

2 corpori ipsi parc. non ut, &c. *Dal.*

3 assula earum in fr. *Dal.*

corum, id est igne, non aqua coctam, existimasse in sarragine frigi. *Dalec.*

a *Non omittendum.*] Hæc ex Theophr. cap. 2. & 3. l. 9. hist. *Idem.*

b *Derasam navibus maritimis.*] Vide infra cap. 7. lib. 24. *Idem.*

c *Cum cera.*] Inde ceratæ naves, Ovid. 11. Metamorph.

Jamque labant cunei spoliataque tegmine cera
Rima patet.

Idem 2. de Remed. amoris,

Nec satis una tenet ceratas anchora puppes.

Lucianus in dialogo Mercurii & Charontis, καὶ κηρὸν εἰς ἐπιπλάσαι τῷ σκαφιδίῳ τὰ ἀνεῳγότα. Brod. cap. 13. 4. *Idem.*

d *Adjecto salis callo.*] Adstringente & resiccante vi. *Idem.*

e *Aperitur, &c.*] Ad resinam eliciendam id fit. Theophrast. id ἀφελκοῦν, ulcerare & scalpere dicit, non vulnerare. *Idem.*

f *Nec corpori ipsi parcitur.*] Plinius apud Theophr. cap. 2. lib. 2. hist. legit, & recte, ἐν μὲν τῇ πεύκῃ ἀφελκωθείσῃ, ὅταν ἡ δορὰ ἐξαιρεθῇ, &c. In pino quidem cum detracto cortice corpus vulneraverint: in picea & abiete cum lignum delibratum tantum scalpserint. *Idem.*

g *Verum hæc terræ proxima laudatur.*] Idæi, inquit Theophr. ubi arboris caudicem cortice spoliarint, quod parte solari fit, binis aut ternis supra terram cubitis, anno post confluxum succi pinguis & resinosi abundantissimum in plagam fieri arbitrantur (μάλιστα ἔνδοθεν συῤῥεῖν.) Eum vero cum securi detraxerint, secundo rursum anno resinoso succo vulnus expleri, ac tertio pariter. Postea ob eas paulatim factas incisuras arborem extenuatam & putrefactam à ventis humi prosterni, ac ejus medullam extrahi, quæ maxime pinguis tedæ faciendæ idonea est. Hunc locum Plinius corrumpit. *Idem.* *Verum hæc terræ proxima laudatur, altior amaritudinem affert.*] Salmas. pag. 502. a, b. Et circa finem ejusdem capitis. *Inter hæc genera proprium quidam fecere sapinum, &c.* usque ad finem multa hîc animadvertenda & corrigenda. ut & hoc legendum, *ejusdemque arboris imas partes cum sit illa arbor nihil aliud quam picea feritate paulum mitigata satu: sapinus autem materies casa regenerefiat, sicut docebimus.* Vide *Salmas.* pag. 503. b.

a *Hulcus.*]

fluit in [a] hulcus: item in teda. [b] Cum [1] id manare desiit, simili modo ex alia parte aperitur, ac deinde alia. Postea tota arbor succiditur, & [c] medulla ejus uritur. Sic & [d] in Syria terebintho detrahunt cortices, ibi quidem & è ramis ac radicibus, cum resina damnetur ex his partibus. In Macedonia [e] laricem masculam urunt, fœminæ radices tantum. Theopompus scripsit, in Apolloniatarum agro [f] picem fossilem, non deteriorem Macedonica, inveniri. Pix optima ubique ex apricis [2] Aquilonis situ. Ex opacis horridior, virusque præferens. Frigida hieme deterior, ac minus copiosa & decolor. [g] Quidam arbitrantur in [3] montosis copia præstantiorem ac [4] colore & dulciorem fieri, [h] [5] odorem quoque gratiorem, [i] dum resina [6] fit: decoctam autem minus picis reddere, quoniam in serum abeat, [k] tenuioresque esse ipsas arbores, quam in planis: sed has & illas serenitate steriliores. [l] Fructum quædam proximo anno ab incisu largiuntur, aliæ secundo, quædam tertio. Expletur autem plaga resina,

1 is. Alii.
2 & Aquil. Dal.
3 montuosis. Cb.
4 coloratiorem. M.
5 odore quoque gratiore. Dal.
6 fit. M.

a *Hulcus.*] Hulcus resinosum, ἔνδαδον, ut Idæi loquebantur. Theophr. *Dal.*

b *Cum id manare desit.*] Cum id ascia securive abstulerint simili modo anno proximo resina iterum manat, ac deinde rursum alio. Posthac ob vulnera succisa arbore ventis facile putrefacta, dejicitur, ac tum medulla & trunci & radicum, quæ maxime resinosa est, eximitur ad tedam, Theophr. *Idem.*

c *Medulla ejus uritur.*] Teda ex ea facta candelarum vice. *Idem.*

d *In Syria terebintho, &c.*] Theophrastus ait Syrios vulnerare Terebinthorum ramos & caudicem, ad eliciendam resinam, meliorem tamen & largiorem confluere in caudicem, quam in ramos. *Idem.*

e *Laricem masculam urunt.*] Ad picem conficiendam Theophrast. Id quomodo fiat, intelligi non posse, tanquam oblitus sui Plinius tradit cap. 7. lib. 23. *Idem.*

f *Picem fossilem.*] Ea Pissaphaltum est, ita appellavit Theopompus nomine è vulgo sumpto. Nasci id in Apolloniatarum agro circa Epidaurium, ait Dioscorides. *Idem.*

g *Quidam arbitrantur.*] Theophrastus c. 2. lib. 9. & c. 12. lib. 3. hist. *Idem.*

h *Odorem quoque gratiorem.*] Sinceriorem εἰλικρινεστέραν, Theophr. Plinius legit εὐωδεστέραν. *Idem.*

i *Dum resina fit.*] De pice cruda id Theophr. non de resina. *Idem.*

k *Tenuioresque esse ipsas arbores.*] Tenuiorem esse resinam ex Idæa Pino Theophr. ait, crassiorem e maritima, non autem tenuiores esse arbores. Præterea ex pari teda pluvio cœlo largiorem, & serosiorem picem fieri, quam sicco: & ex gelidis ac opacis locis, quam ex tepentibus & apricis. *Idem.*

l *Fructum.*] Resinosum & pinguem confluxum. Theophr. *Idem.*

sina, non cortice, nec cicatrice, quæ in hac arbore non coit. Inter hæc genera [1] proprium quidam fecere [2] sapium, quoniam ex cognatione earum seritur, [a] qualis dicta [3] est in nucleis. Ejusque arboris imas partes tedas vocant, cum sit illa arbor nil aliud, quam [4] picea, [5] feritate paulum mitigata satu: sapinus autem materies cæsarum è genere fiat, sicuti docebimus.

1 propriam. *M.*
2 Sapinum. *Tarn.*
3 est nucleis. Ejusdemque. *M.* & *Cb.*
4 piceæ feritatis paulum mitigatæ satu: sapii autem materies cæsa regenerata fit. *M. Lego*, è genere fit.
5 feritatis paulum mitigatæ. *Cb.*
6 & ipso folio. *M.*

CAP. XIII. *De fraxino, genera ejus quatuor.*

MAteriæ enim causa reliquas arbores natura genuit, copiosissimamque fraxinum. Procera hæc ac teres: [b] pennata [6] & ipsa folio: multumque Homeri præconio, & Achillis hasta nobilitata Materies est [c] ad plurima utilis. Ea quidem, quæ fit in Ida Troadis, in tantum [d] citro similis, ut ementes fallat, [e] cortice ablato. Græci duo genera ejus fecere: longam, enodem: alteram brevem, duriorem [7] fuscioremque, laureis foliis. Bumeliam vocant in Macedonia amplissimam [8] lentissimamque. Alii situ divisere. [f] Campestrem enim esse crispam, [9] montanam spissam. Folia earum [g] jumentis mortifera, cæteris ruminantium innocua, Græci prodidere. In Italia, nec jumentis [10] nocent. Contra serpentes vero succo expresso ad potum, & imposita hulceribus opifera, ac nihil æque, reperiuntur. [h] Tantaque est vis, ut ne matutinas

7 flavioremque. *Th.*
8 lentam. *Th lego*, latissimam.
9 levem, montanam, scabram. *Th.*
10 nocet. *M.*

a *Qualis dicta est in nucleis.*] Supra c. 10. lib. 15. *Dalec.*

b *Pennata & ipsa folio.*] Taxum similem esse τῇ ἐλάτῃ Theophrastus ait c. 10. lib. 3 histor. atque idem eodem c. tradit Abietis folium πτερυγῶδες ἔχειν pinnatum esse: quod movit Plinium, ut Fraxini folium, quam Milum esse putavit, pinnatum esse traderet. legit nimirum loco τῆς μίλου apud Theophrastum τῆς μελίας. *Idem.*

c *Ad plurima utilis.*] Vitruvius lib. 2. cap. 9. *Idem.*

d *Citro similis.*] Materiæ è qua fiunt citreæ mensæ pretiosissimæ & pulcherrimæ. *Idem.*

e *Cortice ablato.*] De Taxo id Theophrastus c. 10 lib. 3 histor. *Idem.*

f *Campestrem enim esse crispam.*] Theophrast. cap. 17. lib 3. histor. *Idem.*

g *Jumentis mortifera.*] Id quoque de Taxo Theophrastus. *Idem.*

h *Tantaque est vis ut ne matutinas quidem*

tutinas quidem, occidentesve umbras quum sunt longissimæ, serpens arboris ejus attingat, adeo ipsam procul [1] fugiat. Experti prodimus: si fronde ea [2] gyro claudatur ignis & serpens, in [3] ignem potius, quam in fraxinum fugere serpentem. Mira naturæ benignitas, prius quam hæ prodeant, florere fraxinum, nec ante conditas folia dimittere.

1 fuget. *Vet.*
2 gyroque. *Cb.*
3 ignei. *M.*

CAP. XIV. *De tilia, genera duo.*

IN tilia mas & fœmina [a] differunt omni modo. Nanque & materies [4] maris dura, [5] ruffiorque ac nodosa, & [b] odoratior. Cortex quoque crassior, ac detractus inflexibilis. Nec semen fert, aut florem, ut fœmina quæ crassior arbore, materie candida præcellensque est. Mirum [c] in hac arbore, fructum à nullo animalium attingi: foliorum corticisque succum esse dulcem. Inter corticem ac lignum tenues [6] tunicas [d] multiplici membrana, è quibus vincula tiliæ vocantur: [7] tenuissimæ earum [e] Philyræ, coronarum lemniscis celebres, [8] antiquorumque honore. Materies teredinem non sentit, proceritate perquam modica, verum utilis.

4 mari. *Cb.*
5 Flava. *Theophr.*
6 Tunicæ. *Dal.*
7 tenuissimum corium. *Vet.*
8 antiquorum hoc. M.

CAP. XV. [f] *De aceris generibus decem.*

[g] ACer ejusdem fere amplitudinis, operum elegantia ac subtilitate [9] cedro secundum. Plura

9 Citro. *M. & Cb. Turn. & Cujac.*

dem occidentesve umbras quam sunt longissimæ, serpens arboris ejus attingat] Verba temere & inordinate posita: videntur enim hoc modo esse legenda, *Tantaque est vis, ut ne matutinas quidem occidentesve umbras arboris ejus, quum sunt longissimæ, serpens attingat.* Pint.

a *Differunt omni modo.*] Tota figura, ligni specie, fœcunditate, Theophrast. c. 16. lib. 3. histor. *Dalec.*

b *Odoratior.*] De fœmina, id Theophrast. c. 10. lib. 3. histor. *Idem.*

c *In hac arbore.*] Idem cap. 20. lib. 1. *Idem.*

d *Multiplici membrana.*] Idem c. 21. lib 3. histor. *Idem.*

e *Phityra.*] Vide Politianum cap. 27. Miscell. *Idem.*

f *De aceris generibus decem.*] Vide Theophr. cap 4. lib. 11. & 17. lib. 3. histor. *Idem.*

g *Acer.*] Apud Theophr. Stagiritis, Sphendamnos: acer, est nervosum, & album, vulgo *bou blanc* vel *Plane* Zygias, Acer flavum & crispum: Clinotrochos flavum & non crispum: Olympicis vero Zygias montanum est, Sphendamnos & montanum & campestre: ac

Plura ejus genera. Album quod præcipui candoris, vocatur Gallicum in Transpadana Italia, transque Alpes nascens. [a] Alterum genus crispo macularum discursu, [1] qui cum excellentior fuit, à similitudine caudæ [b] pavonum nomen accepit, in Istria, Rhætiaque præcipuum. [2] E viliori genere [c] crassivenium vocatur. Græci situ discernunt. [d] Campestre enim candidum esse, nec crispum, [3] quod glinon vocant: [e] montanum vero crispius duriusque etiamnum è mascula crispius ad lautiora opera. Tertium genus zygiam, [f] rubentem, fissili ligno, cortice livido, & scabro. Hoc alii generis proprii esse malunt, & Latine carpinum appellant.

1 quod cum excellentius fuit. *Ch.*
2 E molliore. M. E viliore. *Ch.*
3 alinon. *Ch.*

CAP. XVI.

De brusco, mollusco, & staphylodendro, & buxo genera tria.

PUlcherrimum vero est bruscum, multoque excellentius etiamnum [g] molluscum. Tuber utrunque [h] arboris ejus: bruscum intortius crispum:

ac montanum quidem flavum, pulchrum, solidum, crispum: Campestre, quod & Glinon vocant, laxum, candidum, minus crispum. In hoc quoque genere marem à fœmina distinguunt, quod mas in planis potius nascatur, germinet citius, ligno sit crispiore & contorto. Campestria, è quibus Rumpotinum fit, Opulos Columella vocat, Insubres nunc *Opuli*, quod alibi monuimus. *Dalec.*

a *Alterum genus crispo macularum discursu, qui cum excellentior fuit à similitudine caudæ pavonum, &c.*] Perperam corrigunt, *quod cum excellentius fuit*: nec enim ad aceris genus id referri debet, sed ad venarum discursum, qui cum excellentior in illo aceris genere reperitur, pavonum caudæ oculos imitatur, & inde nomen habet. *Salmas.* pag. 506. a. Sequitur: *è viliore genere cursivenium vocatur, Græcis* ἰσότριχον. *Idem* ibid. *Alterum genus crispo, &c.*] Zygias Theophr. *Dalec.*

b *Pavonum.*] Fortassis *Pavonacei.* Idem.

c *Crassivenium.*]Clinotrochos, Theophrast. *Idem.*

d *Campestre enim, &c.*] Sphendamni genus. *Idem.*

e *Montanum.*] Sphendamni genus alterum. *Idem.*

f *Rubentem.*] Flavum, fissili ligno, platani modo, cortice paulo asperioro quam tiliæ, sublivido, crasso. Theophr. *Idem.*

g *Molluscum.*] Lignarii montis Juræ Abietum & Picearum candidissimos truncos, recto venarum discursu nec nodis interruptos ad opera faciles, adhuc vocant hodie *Louchon* & *Ouchon*, Theophrastus vero λικοτὸν, servata vetusta dictione. *Idem.*

h *Arboris.*] Aceris. *Idem.*

a Simpli-

ſpum: molluſcum [a] ſimplicius ſparſum. Et ſi magnitudinem menſarum caperet, haud dubie præferretur [1] citro. Nunc intra pugillares [b] lectorumque [2] ſilicios aut laminas raro uſu ſpectatur. E bruſco fiunt & menſæ nigreſcentes. [c] Reperitur & in alno tuber: [3] tanto deterius, quanto ab acere alnus ipſa diſtat. Aceris mares prius florent. Etiamnum in ſiccis natæ præferuntur aquaticis, ſicut & fraxini. Eſt & trans Alpes arbor, ſimillima aceri albo [4] materia, quæ vocatur ſtaphylodendron. Fert ſiliquas, & in iis nucleos ſapore nucis [5] avellanæ. In primis vero materies honorata buxo eſt, raro [6] criſpicanti, [d] nec niſi radice: cætero [e] lenis quies materiæ ſilentio quodam & duritie ac pallore commendabilis: in [7] ipſa vero arbore topiario opere. Tria ejus genera: Gallicum, quod in metas emittitur, [8] amplitudinemque proceriorem. [f] Oleaſtrum

1 cedro. *Turn.* *Cujacius*, citro, *ſcribit & ita Ch.*
2 ſolicios. *Ch.*
3 & tanto. *M.*
4 materie. *Ch.*
5 abellanæ. *Ch.*
6 criſpanti, nec niſi radice. De cætero lenis quoque eſt materia ſilenti, & quadam duritia, ac. M.
7 ipſa vero arbor. *Vet.*
8 amplitudine procerius eſt. M.

a *Simplicius ſparſum.*] Rectiori venarum diſcurſu. *Dalec.*

b *Lectorumque ſilicios.*] Porrectos inter eminentes ſculpturas tabellarum velut abacos. Sed locus citra controverſiam corruptus. Lego, *Lectorumque ſilaceas laminas:* ſcilicet luteas, flavas, qualis eſt Aceris color: qua voce uſus eſt Vitruvius cap. 5. lib. 7. Alii legunt, *Lectorumque ſcilicia aut laminas:* id eſt, ſecamenta, à *ſiciliendo*, id eſt, ſecando, quamvis rei ruſticæ ſcriptores peculiari ſignificatione *ſicilire* dicant ſecare, quæ fœniſeces prætericrunt. Apud Catonem *ſicilimentum* pro fœno ſecto legitur. *Idem.* *Lectorumque ſilicios.*] Lege. *Lectorumque ſolidos.* loquitur de bruſco & mulluſco quæ & ſunt aceris tubera. *Salmaſ.* pag. 416. a.

c *Reperitur & in alno tuber*] Colore rubro, & macularum varietate, linearumque procurſu excellens. Reperitur & in populo & in ulmo. *Dalec.*

d *Nec niſi radice.*] Germani ex Gallia Narbonenſi, locis Hiſpaniæ finitimis, & præcipue montibus Pyrenæis, circa oppidum dictum *Limons* haud procul Carcaſſona, radicum buxi magnam copiam emunt, ob maculas varias, varioſque & fluxoſos linearum diſcurſus ad opera lautiora expetitarum, quas ſervato priſco vocabulo adhuc vocant *Brouchin & Brouchon.* Ex iis cochlearia pretioſa & cultellorum manubria faciunt, qui in monte Jura oppidum incolunt Divi Claudii nomine celebre. *Idem.*

e *Lenis quies.*] Pigra & triſtis ſoliditas, oculos nullo fulgore excitans. *Idem.*

f *Oleaſtrum.*] Oleaſtrum, niſi mendoſus locus ſit, id buxi genus vocant, quod oleaſtri modo ſemper humile ſit, ac vix umquam in arbuſculæ magnitudinem aſſurgat: & quid reliquis generibus folium minus habet, quemadmodum oleaſtri folia, ſi cum oleo conferas, breviora & anguſtiora ſunt. Ego equidem prorſus deceptum fuiſſe Plinium, aut libertum ejus ſcribam puto, & cum apud Græcum auctorem legiſſet ſecundum buxi genus ἄγριον ὅλον εἶναι, omnino ſilveſtre & agreſte eſſe, nec utile materia, ut primum genus, nec veſtiendis parietibus idoneum ut tertium, imo etiam abominandum fœtore & gravitate odoris,

ſtrum in omni uſu damnatum, gravem [1] præfert odorem. Tertium genus [2] noſtrate vocant: ſilveſtre, ut credo, mitigatum ſatu: diffuſius, & [3] denſitate parietum virens ſemper ac tonſile. Buxus Pyrenæis, ac Cytoriis montibus plurima, & Berecyntio tractu: craſſiſſima in Corſica, [4] flore non ſpernendo: quæ cauſa amaritudinis mellis. [a] Semen illius cunctis animantibus inviſum. Hæc in Olympo Macedoniæ gracilior, ſed brevis. Amat frigida, aprica. In igni quoque [5] duritia, quæ ferro, nec flamma, nec carbone utili.

1 profert. *Quidam.* procul fert. *Alii.* fert. *Vet.*
2 noſtrates vocant ſilveſtre. *M.*
3 denſitati. *Dal.* id eſt, *tegendis denſa coma parietibus.*
4 florem non ferendo. *Vet.* Lege, in Corſica, apibus florem non ſpernentibus, quæ cauſa, &c.
5 duritia ferri, nec fl. nec carb. utilis. *M.*

CAP. XVII. *De ulmo,* [b] *genera quatuor.*

INter has atque frugiferas, materie vitiumque amicitia, accipitur ulmus. Græci [c] duo ejus genera novere: [6] montoſam, quæ ſit amplior: campeſtrem, quæ [d] fruticoſa. Italia Atinias vocat excelſiſſimas, & ex iis [7] ſiccanas præfert, quæ non ſint riguæ. Alterum genus Gallicas. Tertium noſtrates, denſiore folio, & ab eodem [8] pediculo numeroſiore. Quartum ſilveſtre, [e] Atiniæ non ferunt [9] ſamara: ita vocatur ulmi ſemen: omneſque [10] radicum plantis proveniunt: [11] reliquæ ſemine.

6 montuoſam. *Ch.*
7 ſiccaneas. præf. quæ non ſunt. *Vet.*
8 ſurculo. *Vet.*
9 ſamaram. *M.* ſamarim. *Ch.*
10 radicibus plantatum. *Dal.*
11 reliqua. *M.*

CAP. XVIII. *De arborum natura per ſitus.*

NUnc celeberrimis arborum dictis, quædam in univerſum de cunctis indicanda ſunt. [f] Montes amant cedrus, larix, teda & cæteræ, è quibus reſina gignitur. Item aquifolia, buxus, ilex, juniperus, terebinthus, [g] populus, ornus, cornus, carpinus.

ris, incaute legiſſe ἀγριέλαιον εἶναι oleaſtrum eſſe. *Dalec.*

a *Semen illius.*] Carthegon vocat c. 30. hujus lib. *Idem.*

b *Genera quatuor.*] Columella cap. 6. lib. 5. *Idem.*

c *Duo ejus genera novere.*] Theophr. c. 23. lib. 3. hiſtor. *Idem.*

d *Fruticoſa.*] Ramis pluribus opaca, ſed exiguis & brevibus. *Idem.*

e *Atiniæ non ferunt.*] Columellæ ferunt quidem, ſed rariorem. *Idem.*

f *Montes amant cedrus.*] Theophraſt. cap. 7. lib. 2. c. 4. l. 3. c. 1. l. 4. hiſt. *Idem.*

g *Populus.*] In planis hæc magis naſcitur. *Idem.*

pinus. Est & in Apennino frutex, qui vocatur [a]cotinus, ad [1]lineamenta modo conchylii colore insignis. Montes & valles diligit abies, robur, castaneæ, tilia, ilex, cornus. Aquosis montibus gaudent acer, fraxinus, sorbus, tilia, cerasus. Non temere in montibus visæ sunt Prunus, Punicæ, oleastri, juglans, [2]morus, sambuci. Descendunt & in plana, cornus, corylus, quercus, ornus, acer, fraxinus, fagus, carpinus. Subeunt & in [3]montosa, ulmus, malus, pyrus, laurus, myrtus, [b]sanguinei frutices, ilex, tingendisque vestibus nascentes genistæ. Gaudet frigidis sorbus, [4]& magis etiam betulla. Gallica hæc arbor mirabili candore atque tenuitate, [c]terribilis magistratuum virgis. Eadem circulis flexilis, item corbium [5]sportis. Bitumen ex ea Galliæ excoquunt. In eosdem situs comitatur [6]& [d]spina, nuptiarum facibus auspicatissima, quoniam

1 lignamenta. *Ch.*

2 mori. *Ch.*

3 montuosa. *Ch.*

4 sed magis. *M.*

5 costis. *M. Turn. & Ch.*

6 & pinus. *Vet.*

a *Cotinus.*] Coggyriam supra vocavit, cap. 22. lib. 13. Itali hodie vocant *Scotano*, Galli *Fustet*. Hanc esse putant, quod Scytharion, tanquam Scythicum lignum, Græci vocaverunt: alii Thapsum, alii Chrysoxylon, flavo melinove colore, & lanas tingens, & capillum, Rhod. 24. 18. Apud Cratinum Hipponicus σκυθικὸς, id est, πυῤῥὸς vocatur. Interpres Theocriti ait eo ligno ἔρια βάπτεσθαι, μῆλα ποιεῖσθαι, τρίχας ξανθίζεσθαι, Asclepiademque id vocare, φυτὸν χλωρὸν, καὶ βάπτεσθαι ἐκ τούτου τὰ κηρογραφειδῆ. Paulus Æginet. cap. 2. 3. θάψον Rubiam exponit, perperam, ut sentio. Nam Rubiæ tinctura subrubra est, non crocea. Quidam Glycyrrhizam vulgarem esse putant, cujus fructus aculeatus non est: quod in historia sua Dioscorides requirit ad ejus coloris infecturam commodam, quam & *Scythicem* auctor vocat infra cap. 8. lib. 25. Aristophanes in Vespis, γυναικὶ ἡττίειν ἐοικὸς θαψινῇ. Plutarchus in Phocione, καὶ ταινίας μὲν αἷς περιελίττουσι τοὺς μυστικοὺς κοίτας βαπτομένας θαψινὸν ἀντὶ φοινικοῦ χρώματος καὶ νεκρώδεις ἀνήνεγκαν. Hoc loco θαψινὸν sepulchralem, ἀπὸ τοῦ θάπτειν intelligo, & atrum, non croceum, ἀπὸ τοῦ θάψου. *Dalec.*

b *Sanguinei frutices.*] Tetragoniæ, Theophrasto. Gaza vertit, *Quadratorias*, Sanguineam virgam auctor appellat c. 10. lib. 24. quo in loco & Sileris meminit. *Idem.*

c *Terribilis magistratuum virgis.*] Vide Brissonium c. 14. lib. 3. *Idem.*

d *Spina, nuptiarum facibus, &c.*] Cum ad maritum virgo prodiret, ingenuus patrimus, matrimusque puer ex alba spina facem accensam ferebat, eaque prælucente ad domum sponsi deducebat, more à priscis seculis tradito: quibus non nisi noctu & in tenebris uxorem advenientem maritus excipiebat. Eam facem sub viri lecto posuisse, aut in sepulchro combussisse, tristissimum & inauspicatissimum credebatur. Alex. ab Alex. c. 5. 2. Plautus in Casina:

Primum omnium huic lucebis novæ nuptæ facem.

Usi sunt & ad nuptiales faces pinu. Virg.

niam inde fecerint paſtores qui rapuerunt Sabinas, ut auctor eſt Maſſurius. Nunc facibus carpinus & corylus familiariſſimæ. Aquas odere cupreſſi, juglandes, caſtaneæ, laburnum. Alpina & hæc arbor, nec vulgo nota, dura ac candida materie, cujus [1] florem cubitalem longitudine apes non attingunt. Odit & quæ appellatur Jovis barba, in opere topiario tonſilis, & in [2] rotunditatem ſpiſſa, argenteo folio. Non niſi in aquoſis proveniunt ſalices, alni, populi, [a] ſiler, [b] liguſtra teſſeris utiliſſima. [c] Item vaccinia, Italiæ in aucupiis ſata: Galliæ vero etiam [3] purpurea, tingendi cauſa ad ſervitiorum veſtes. [d] Quæcunque communia ſunt montibus planiſque, majora fiunt, [4] aſpectuque pulchriora in campeſtribus, meliora materie criſpioraque in montibus, exceptis malis, pyriſque.

1 floris cubit. longitudinem. 2 rotunditate. *Dal.*

3 purpuream. *M. Leg.*, purpuram purpuræ tingendæ. *Turn.* c. 16. 4. *Adverſ & Ch.* 4 aſpectu, pulchrioraque. *Ch.*

CAP.

Nec mihi jam pingui ſudabunt tempora myrrha,
Pronuba nec caſtos accendet pinus honores.

Neque recte Parthenius, hoc loco impulſus, apud Catullum in Epithalamio pro *pineam quate tedam*, legit *ſpineam.* Ritum uxoris domum ducendæ vide apud Briſſonium cap. 18. lib. 1. Vide & cap. 14. lib. 3. & alium ritum nubentium apud Nonium. Rhodig. c. 15. 28. Alex. ab Alex. cap. 5. Ovidius:

Exoptat pueros ſpinea teda Deos.

Dalec.

a *Siler.*] Vide infra c. 10. l. 24. *Idem.*

b *Liguſtra teſſeris utiliſſima.*] Alexander ab Alexandro cap. 21. 3. teſſeras hic luſorias interpretatur: ego vero lignea ſigna, vinum, frumentum, oleum, aut aliud quippiam ejuſmodi ſignificantia & promittentia, quibus in congiariis & publicis largitionibus Imperatorum utebantur. De teſſera militari vide apud eundem ſcriptorem c. 24. *Idem.*

c *Item Vaccinia, &c.*] Lege: *Item Vaccinia Italia mancupiis ſata, Gallia vero etiam purpura tingenda cauſa ad ſervitiorum veſtes.* Ideo *ſatam mancupiis* dicit, quod mancupiorum pubertatem tardaret, idque utile erat mangonibus, ut quam diutiſſime venales ſuos impubes conſervarent. Vaccinium, id eſt, hyacinthum, in Gallia ſeri dicit tingendæ purpuræ ad ſervorum veſtes. Dixerat ſuprà in Gallia hyacintho hyſginum tingi, hic purpuram vaccinio infici ſcribit. atqui hyacinthus & vaccinium idem. ergo purpureus & hyſginus color idem, qui & hyacinthinus. Vide *Salmaſ.* pag. 272. b. 1225, a. *Item Vaccinia.*] Conſtantinus è Turnebo legit: *Italia mancipiis ſatas quia mangonio Vaccinii tardatur corporis pubertas. quod erat venalitiis utile.* Ego vero ſi eam lectionem probarem, rationem potius ex ſequentibus verbis afferrem, quia vaccinii ſucco tingantur ſervitiorum veſtes in purpuræ colorem. Præterea tardior pubertas iis utilis non erat, ſed dominis, & mangonibus, quod pluris eos nondum barbatos venderent. Conſtantinus putat Vaccinium fuiſſe Hyacinthum: ego vero arbuſculam in ſepibus frequentem, quam *Magaleb* quidam vocant. Vide c. 26. lib. 21. Plinius certe Vaccinium arbuſculam perperam loco citato Hyacinthum reddit, eamque inepte cum Hyacintho bulboſa herba confundit. *Dalec.*

d *Quæcunque communia.*] Theophraſtus cap. 4. & 11. lib. 3. hiſt. *Idem.*

a *Præterea*

CAP. XIX. *Divisio generum.*

[a] PRæterea arborum aliis decidunt folia: aliæ sempiterna coma virent. Quam differentiam antecedat necesse est prior. Sunt enim arborum quædam omnino silvestres, [c] quædam urbaniores: quas his placet nominibus distinguere. [1] Ergo mites, quæ fructu, aut aliqua dote umbrarumve officio [2] humanius [3] juvant, non improbe dicantur urbanæ.

1 Ex mites. *M.* Hæ mites. *Cb.*
2 humanos. *Dal.*
3 vivunt, non impr. dicuntur. *M.*

CAP. XX.

[c] *Quibus folia non decidant, & de rhododendro.*

HArum generi [4] non decidunt oleæ, lauro, palmæ, myrto, [5] cupresso, pinis, ederæ, [6] rhododendro. Et quamvis herba dicatur Sabina [d] rhododendron, ut nomine apparet, à Græcis venit. Alii nerion vocarunt, alii rhododaphnen, [7] sempiternum fronde, rosæ similitudine, caulibus fruticosum. Jumentis caprisque & ovibus venenum est. Idem homini contra serpentium venena remedio.

4 folia non. *Dal.*
5 cupressis. *Cb.*
6 rhododendro, & quamvis her. dicatur sabinæ. Rhododendron. *Man. Cb. & Mercerus. Alii,* Et quamvis herba, durant Sabinæ. Rhod. &c.
7 sempiterna. *Vet.*

CAP. XXI.

Item quibus folia non decidant, & quibus non omnia folia cadant, & quibus locis nulli arborum.

SIlvestrium generis folia non decidunt abieti, larici, pinastro, junipero, cedro, terebintho, buxo, ilici, aquifolio, suberi, taxo, tamarici. Inter utraque genera sunt [e] adrachne in Græcia, & ubique [f] unedo. Reliqua enim folia decidunt his, præterquam

a *Præterea arborum, &c.*] Theophr. c.14. lib.1. hist. *Dalec.*
b *Quædam urbaniores.*] Idem cap. 16. lib. eod. *Idem.*
c *Quibus folia non decidant.*] Theophr. cap.15. lib.1. hist. *Idem.*
d *Rhododendron.*] Lucius Apulejus roseam lauream appellat. *Idem.*
e *Adrachne in Græcia.*] Vide supra cap. 13. lib. 22. *Idem.*
f *Unedo.*] Οἴναρος Theophr. c. 15. lib. 1. histor. quæ eadem & κόμαρος dicitur. *Idem.*

a Non

terquam in cacuminibus. [a] Non decidunt autem & in fruticum [1] genere cuidam rubo & calamo. [b] In Thurino agro, ubi Sybaris fuit, ex ipsa urbe prospiciebatur quercus una, nunquam folia dimittens, nec ante mediam æstatem germinans. Idque mirum est, Græcis auctoribus proditum, apud nos postea sileri. [c] Nam locorum tanta vis est, ut circa Memphim Ægypti, & in Elephantine Thebaidis nulli arbori decidant, ne vitibus quidem.

1 quibusdam rubo. *M. Theophr. cap. 15. l. 1. hist.*

CAP. XXII.

De natura foliorum cadentium, & quibus foliorum varii colores.

CÆteræ omnes extra prædictas (etenim enumerare longum est) folia deperdunt: observatumque non arescere, nisi tenuia, & lata, & mollia. Quæ vero non [2] decidant, callo crassa & angusta esse. [d] Falsa definitio est, non decidere his, quarum succus pinguior sit. Quis enim potest in ilice intelligere? Decidere Timæus Mathematicus sole Scorpionem transeunte, sideris vi, [3] quodam veneno aëris, putat. Cur ergo non eadem causa [4] adversum omnes polleat; jure miremur. Cadunt plurimis autumno. [e] Quædam tardius amittunt, atque in [5] hiemes prorogant moras. [6] Nec interest maturius germinasse, utpote cum quædam primæ germinent, & inter novissimas nudentur: ut amygdalæ, fraxini, sambuci. Morus [7] autem [8] novissime germinat, cum primis folia dimittit. Magna & in hoc vis soli. Prius decidunt in siccis macrisque & [9] vetustæ prius arbori: multis etiam, ante-

2 decidunt. *M.*
3 & quodam. *Ch.*
4 adversus. *Ch.*
5 hiemem. *Dal.*
6 neque. *M. & Ch.*
7 item nouissime ger. & cum. *Dal.*
8 novissima. *M.*
9 vetustate. *Ch.*

a *Non decidunt autem.*] Idem ibid. *Dalec.*
b *In Thurino agro.*] Sybari, qui nunc Thurii dicuntur. Varro cap. 7. lib 1. de re rust. ubi & de Elephantine. *Idem.*
c *Nam locorum tanta vis est.*] Theophrast. cap. 6. & 15. lib. 1. histor. *Idem.*
d *Falsa definitio est.*] Adversatur Theophrast. cap. 15. lib. 1. histor. *Idem.*
e *Quædam tardius amittunt.*] Theophrast. ibid. *Idem.*

a *Foliorum*

antequam maturescat fructus. In serotina [1] ficu, [2] & hiberna pyro & malo granato est pomum tantum aspici in matre. Neque his autem, quæ semper retinent comas, eadem folia durant: sed subnascentibus aliis, tum arescunt vetera: quod evenit circa [3] solstitium. Maxime [a] foliorum unitas in suo cuique genere permanet, præterquam populo, ederæ, crotoni, quam & [4] cici diximus vocari.

1 fico. Ch.
2 & pyrastro. Achrade Theoph.
3 solstitia maxime. Foliorum. M. & Ch.
4 ricinum. Vet.

CAP. XXIII.

De populo tria genera, & quorum foliorum figura mutetur.

POpuli tria genera, [5] alba, nigra, & quæ Libyca appellatur, minima folio, ac nigerrima, fungisque [6] enascentibus laudatissima. Alba folio bicolor, superne candicans, inferiore parte viridi. Huic, [7] nigræ, ut crotoni, folia in juventa [b] circinatæ rotunditatis sunt: vetustiora in angulos exeunt. E contrario ederæ angulosa rotundantur. [c] Populorum foliis grandissima [8] lanugo. Evolat candidæ (tradita folio numerosiore candida) [9] ut iülus. Folia granatis & amygdalis rubentia. [d] Mirum in primis id, quod ulmo tiliæque & oleæ, & populo albæ, & salici evenit. Circumaguntur enim folia earum post solstitium. Nec alio argumento certius intelligitur sidus confectum.

5 alba & nigra. Alii. alba ac nigra. Ch.
6 evanescentibus. Laudatissima alba. M.
7 nigræque: & crotoni. Vet. nigræque & cocam. Ch.
8 lanugo evolat Candida, &c. est ut iülus. M. evolat, &c. candida, & ut villi. Folia gran. &c. Lego, Evolant candidæ, & ut villi. Tradita numerosiora folio candida. Folia gran. &c.
9 & ut villæ folia. Gran. Ch.

CAP.

a *Foliorum unitas.*] Theophrast. c.16. lib. 1. histor. & cap. 22. lib. 2. de Causs. *Dalec.*

b *Circinatæ rotunditatis.*] Theophr. c.16. lib. 1. histor. *Idem.*

c *Populorum foliis grandissima lanugo.*] Legend. *Populorum foliis grandissima lanugo evolat, candida, tradita folio numerosiore, candida, & ut villi.* Dicit populorum foliis in genere grandissimam evolare lanuginem, hoc est grandissimum *βovov*: candidæ vero, traditæ folio numerosiore candidam evolare & ut villos. *candida tradita folio numerosiore*, loquutio Pliniana, id est, quæ traditur esse folio numerosiore. *Salmas* 329.b.

d *Mirum in primis id.*] Theophr. c.16. l. 1. hist. Vide infra c.28. lib. 18. *Dalec.*

a *Infe-*

CAP. XXIV.

Quæ folia versentur omnibus annis, quæ foliorum è palmis cura & usus, & foliorum mirabilia.

1 est & publ. foliorum in omnibus ipsis differentia. V.

2 Ab ead. læv. Fibras enim ac venas habent in prona, veluti manus. Theoph. Negligenter hæc Plin.

[1] EST & publica omnium foliorum in ipsis differentia. Namque pars [a] inferior à terra herbido viret colore. [2] Ab eadem læviora, nervos callumque & articulos in superiore habent parte: [b] incisuras vero subter, ut manus humana. [c] Oleæ superne candidiora, & minus lævia: item, ederæ. Sed [d] omnium folia quotidie ad solem [e] oscitant, [f] interiores partes tepefieri volentia. [g] Superior pars omnium lanuginem quantulancunque habet, quæ in aliis gentium lana est. In Oriente [h] funes validos è palmæ foliis fieri dictum est, eosque in humore utiliores esse. [i] Et apud nos fere palmis à messe decerpuntur. Ex his meliora, quæ sese non diviserint. Siccantur sub tecto quaternis diebus: mox in sole expanduntur, & noctibus relicta, donec [3] candore inarescant, postea in opera finduntur. Latissima fico, viti, platano: angusta myrto. Punicæ, oleæ: capillata pino, cedro: aculeata aquifolio, & ilicum generi: nam [4] junipero spina pro folio est: carnosa cupresso, tamarici: crassissima

3 donec sub dio cum cand.

4 Juniperi. M. juniperis. Gb.

a *Inferior.*] Superior. Supina Theoph. καὶ ὕπτια ποωδέστερα, colore magis herbaceo viret. *Dalec.*

b *Incisuras.*] Nihil de incisuris Theophrastus. *Idem.*

c *Oleæ superne candidiora.*] Theoph. Oleæ folia supina & superiore parte, contra aliorum naturam, candidiora sunt, & minus lævia: Hederæ vero superne, non quidem candidiora, sed minus lævia. *Idem.*

d *Omnium.*] Vel maximæ partis. *Idem.*

e *Oscitant.*] Convertuntur. *Idem.*

f *Interiores partes tepefieri volentia.*] Hæc de suo Plinius, & absurde. *Idem.*

g *Superior pars.*] Inferior & prona. *Theophr.* Idem.

h *Funes validos è palma foliis.*] Dictum est supra cap. 4. lib. 13. Fiunt & ex iis scopæ. Martialis:

In pretio scopas testatur palma fuisse,
Otia sed scopis nunc analecta dabunt.

Idem.

i *Et apud nos fere palmis.*] Et apud nos vere palmea à matre integra decerpuntur. Meliora enim sunt quæ divisa non fuerint. Vetusta omnia. Convenit id cum eo, quod scripsit cap. 4. lib. 13. Palmæ folia cum primum novellas demonstravere gemmas, in opera varia findi. *Idem.*

ma

a *Duplicia.*]

ma alno: longa harundini, salici, palmæ etiam [a] duplicia: circinata pyro, mucronata malo, angulosa ederæ, divisa platano: [b] insecta pectinum modo piceæ, abieti: sinuosa toto ambitu robori: spinosa cute, rubo. Mordacia sunt quibusdam, ut [c] urticis. Pungentia pino, piceæ, abieti, larici, cedro, aquifoliis. Pediculo brevi oleæ, & ilici: longo vitibus: tremulo populis, & iisdem solis inter se crepitantia. Jam & in pomo ipso, mali quodam in genere, parva mediis emicant folia interim & gemina. Præterea aliis circa ramos, aliis & [d] in cacumine ramorum, robori [1] & in caudice ipso. Jam densa, ac rara, semperque lata rariora. Disposita myrto, concava buxo, inordinata pomis. Plura eodem pediculo exeuntia malis pyrisque. Ramulosa ulmo, & cytiso. [e] Quibus adjicit Cato decidua, [2] populea quernaque, animalibus jubens dari non perarida: bubus quidem & ficulnea, iligna que & ederacea. Dantur & ex harundine, ac lauro. Decidunt sorbo universa, cæteris paulatim. Et de foliis hactenus.

[1] & ex, Dal.

[2] à populo. M.

CAP.

a *Duplicia.*] Velut ex duobus composita, Theophr. *Dalec.*

b *Insecta pectinum.*] In rectum velut serra dissecta. *Idem.*

c *Urticis.*] In lexico vertere Græcolatino ob id Urtica, sive ἀκαλύφη, *Acia* & *Aciela* dicitur, quod ut ferri acies ulceret. Turn. c.21. lib.17. *Idem.*

d *In cacumine ramorum.*] Ex surculis, Theophr. ἐκ τῶν ἀκρεμόνων. *Cacumen ramorum.* Plinius inconsiderate vertit. *Idem.*

e *Quibus adjicit Cato decidua populea quernaque, animalibus jubens dari non perarida.*] Scribendum puto, *& cedua* non *decidua.* Cato cap. 5. *Frondem populneam, ulmeam, querneam cadito, & per tempus condito, non perarida pabulum ovibus.* Hæc Cato. Cum igitur Plinius hic scribat *animalibus*, non ut Cato *ovibus*, & Cato addat *ulmeam*, quod in Plinio non legitur, adducor ut putem scribendum hic, *à populo quercuque & ulmo ovibus.* indoctus enim librarius, ut conjicio, pro *ulmo ovibus*, scripsit *animalibus.* Pintian. *Quibus adjicit Cato decidua, &c.*] Capite 30. & 54. *Dalec.*

a Ordo

CAP. XXV.

De ordine naturæ in satis, & de flore arborum, & conceptu & germinatione, & partu, & quo ordine floreant.

1 enim, *in M. d.*
2 viviscentia. *Dal.*
3 quippe cum etiam. *Man & Cb.* quin etiam. *V.* cum etiam. *Parm.*
4 faveudo. *M.*
5 Catilitionem. *M.*
6 eaque. *M.* eaque animam ferente. *Cb.*
7 egerunt. *M.*
8 è promptis constat utriculis. Sed dubitatio. *M. Lego,* flosque illico ruptis extat. ἐξίσταται.
9 Edubitatio. *Cb.*
10 pomo. Est & hoc ut germinatio arborum. Flos. *Vet.*

[a] ORdo autem naturæ annuus ita se habet. Primus est conceptus, flare incipiente vento Favonio circiter fere sexto Idus Februarii. Hoc [1] enim [b] maritantur [2] vivescentia è terra, [3] quo etiam equæ in Hispania, ut diximus. Hic est genitalis spiritus mundi, à [4] fovendo dictus, ut quidam existimavere. Flat ab occasu Æquinoctiali, [c] Ver inchoans. [d] [5] Catulitionem rustici vocant, gestiente natura semina accipere, [6] eoque animam inferente omnibus satis. Concipiunt variis diebus, & pro sua quæque natura. [e] Alia protinus, ut animalia: tardius aliqua, & diutius gravida partus [7] gerunt: quod germinatio ideo vocatur. Pariunt vero cum florent, flosque ille [8] ruptis constat utriculis. [9] Educatio in [10] pomo est: hoc & germinatio. [f] Arborum flos est pleni veris indicium, & anni renascentis, flos gaudium arborum. Tunc se novas

a *Ordo autem naturæ.*] Theophrast. cap. 10. lib. 1. caus. & cap. 6. lib. 3. hist. *Dalec.*

b *Maritantur.*] Ad conceptum stimulantur, invitantur, illiciuntur. *Idem.*

c *Ver inchoans.*] Vide infra cap. 34. lib. 18. *Idem.*

d *Catulitionem rustici vocant.*] Catulire, ad Venerem incitari. Apulejus de fœminis subare, ὀργᾶν, dixit, de maribus furire, καπρᾶν, ut vetus Grammaticus exponit. Inde Catulaster in Critico, βήπαις. *Catilitionem* hic multi legunt ex fide vetusti exemplaris. Apud Vitruvium pro *Catiastros* legitur Catastos. *Ideoque semper*, inquit, *transmarinos catastos emere formosos & puellas maturas, eosque conjungere, ut qui nascerentur ex iis, non solum egregia voce, sed etiam forma essent non invenusta.* Turn. cap. 7. libr. 24. Advers. σκύζαν canum est ad libidinem incitatorum & prurientium, καπρᾶν suum, ταυρᾶν taurorum, ἱππομανεῖν equorum. *Idem.*

e *Alia protinus.*] Theophr. cap. 6. l. 3. histor. *Idem.*

f *Arborum flos est pleni veris, &c.*] Apud Athenæum lib. 13. Chæremon vocat flores, nunc veris, nunc pratorum filios, ἐν ἰοῖ Ἀνθηρᾶς τέκνα ἔαρος πέριξ στρώσαντες. In Centauro, ἔνθα μὲν αὐτῶν εἰς ἀπείρονα στρατὸν τῶν ἀνθέων ἄλοχον ἐστράτευσαν ἡδοναῖς θηρωμένων λειμώνων τέκνα. Æschylus in Persis, Ἀνθέων πλεκτά, παμφόρου γαίας τέκνα. Victorius cap. 21. 32. ex Athenæo. *Idem.*

novas aliásque quam sunt ostendunt: tunc variis
colorum picturis in certamen usque luxuriant. Sed
hoc negatum [1] plerisque. Non enim omnes florent — 1 plerunque. Nam nec omnes. M.
& sunt tristes quædam, quæque non [2] sentiant gau-
dia annorum. [a] Nam neque ilex, picea, larix, pi- — 2 sentiunt. M.
nus, ullo flore exhilarantur, natalesve pomorum
recursus annuos versicolori nuntio promittunt: nec
fici atque caprifici. Protinus enim fructum [3] flores — 3 non flores
gignunt. In ficis mirabiles sunt & [4] abortus, qui — 4 abortivi. M.
nunquam maturescunt: [b] nec juniperi florent. Qui-
dam earum duo genera tradunt: alteram florere,
nec ferre: quæ vero non floreat, ferre protinus
baccis [5] subnascentibus, quæ biennio hæreant. Sed — 5 nascentibus. Ch.
id falsum: omnibusque iis [c] dura facies semper. Sic
& hominum multis fortuna sine flore est. Omnes
autem germinant, etiam qui non florent, magna
& locorum differentia. [d] Quippe cum ex eodem
genere quæ sunt in palustribus, priora germinent:
mox campestria, novissima [6] in silvis. Per se au- — 6 in montibus. Theoph.
tem tardius pyri silvestres, [7] quam cætera. [8] Pri- — 7 quam pyri ἀχράδες, ἢ ἄπιοι. Theoph
mo Favonio [9] germinat cornus, proxime laurus,
pauloque ante Æquinoctium tilia, acer. Inter pri- — 8 Ante Favonium. Theoph.
mas vero populus, ulmus, salix, alnus, nuces. Fe-
stinat & platanus. Cæteræ vere [10] cœpturo, aqui- — 9 germinat, in M. deest.
folium, terebinthus, paliurus, castanea, [e] glandes.
Serotino autem germine malus, tardissimo suber. — 10 concepto. V. cœpto.
Quibusdam germinatur germinatio, [11] nimia soli — 11 minima. Ch.
ubertate,

a *Nam neque ilex, &c.*] Apud Theophrast. cap. 5. lib. 3. histor. Ilex. floret. Eidem cap. 6. libro eodem, Pyro pro flore est squammatim compactilis meta, κύτταρος. Larix autem vere florem mittit, è ramulorum cacuminibus, in purpura ardenter rubentem, foliolis comantibus adnexum, miro quodam naturæ artificio. *Dalec.*

b *Nec juniperi florent.*] Modestius Theophrast. cap.6. lib.3. histor. diligentius inquirendum id esse censet. *Idem.*

c *Dura facies semper.*] Flore nuda & privata. *Idem.*

d *Quippe cum ex eodem.*] Theophrast. loco proxime citato. *Idem.*

e *Glandes.*] Juglandes, ex Theophr. cap.6. lib.3. histor. τὰ δ' ἄλλως ἀφισταμένου τοῦ ἦρος, οἷον ἐρινεὸς, φιλύκη, ἀξυάκανθος, παλίουρος, τέρμινθος, καρύα, Διὸς βάλανος. *Idem.*

ubertate, aut invitantis cœli voluptate: quod magis in herbis ſegetum evenit. In arboribus tamen nimia germinatio [1] elaſſeſcit. Sunt aliæ naturales quibuſdam, prætcrque vernas, quæ ſuis conſtant [a] ſideribus, quorum ratio aptius reddetur tertio ab hoc volumine. Hiberna Aquilæ exortu, æſtiva Canis ortu, tertia Arcturi. Has duas quidam omnibus arboribus communes putant: ſentiri autem maxime in fico, vite, Punicis: cauſam afferentes, quoniam in Theſſalia Macedoniaque plurima tum ficus exeat. Maxime tamen in Ægypto apparet hæc ratio: & [b] reliquæ quidem arbores, ut primum cœpere, continuant germinationem. Robur, & abies, & larix [2] intermittunt tripartito, ac terna germina edunt: [3] ideo & inter ſquamas corticum ſpargunt: quod omnibus arboribus in germinatione evenit, quoniam prægnantium rumpitur cortex. Eſt autem prima earum incipiente vere, circiter xv. diebus. Iterum germinant tranſeunte Geminos ſole. Sic fit, ut [4] quima cacumina impelli ſecutis appareat, geniculato incremento. Tertia eſt earundem ad ſolſtitium breviſſima, nec diutius ſeptenis diebus. Clareque & tunc cernitur excreſcentium cacuminum articulatio. [c] Vitis ſola bis parturit, cum primum emittit uvam, iterum cum digerit. Eorum quæ non florent, partus tantum eſt & maturitas. Quædam ſtatim in germinatione florent, properantque in eo, ſed matureſcunt tarde, ut vites. Serotino quædam germinatu florent, maturantque celeriter, [d] ſicuti morus, quæ noviſſima urbanarum germinat, nec niſi exacto frigore, ob id dicta ſapientiſſima arborum. Sed

1 laſſeſcit. *Vet.*

2 intermittunt, tripartita ac terna. *Man.*

3 διὰ καὶ τρίσλιωοι, tergenitali ſucco turgent. *Plinius legit*, τρίσλεωοι.

4 prima. *M. & Ch.* ſumma. *Alii.*

a *Sideribus.*] Theophr. cap. 7. lib. 3. hiſt. *Dalec.*

b *Reliquæ quidem arbores.*] Idem ibidem. *Idem.*

c *Vitis ſola bis parturit*, *&c.*] Bis, ſi bifera eſt: ter, ſi trifera. *Idem.*

d *Sicuti morus.*] Theophr. c. 21. lib. 1. cauſſ. *Idem.*

a *Floret.*]

Sed cum cœpit, in tantum universa germinatio erumpit, ut una nocte peragat etiam cum [1] strepitu. Ex his, quæ hieme Aquila exoriente (ut diximus) concipiunt, [a] floret prima omnium amygdala mense Januario: Martio vero [2] pomum maturat. Ab ea proxime florent Armeniaca, dein tuberes, & præcoces: illæ peregrinæ, [b] hæ coactæ. Ordine autem naturæ, silvestrium primæ [c] sambucus, cui medulla plurima, & cui nulla, cornus mascula: urbanarum malus, parvoque post, ut simul videri possit, pyrus, & cerasus, & prunus. Sequitur laurus, illamque cupressus: dein Punica, fici: At vites & oleæ florentibus jam iis germinant. Concipiunt [d] Vergiliarum exortu. Hoc sidus illarum est. Floret autem solstitio vitis, & quæ paulo serius incipit, olea. Deflorescunt omnia septenis diebus, non celerius: quædam tardius, sed nulla pluribus bis septenis. Omnia & intra VIII. Idus Julii, Etesiarum præcursu. Nec statim fructus sequitur in aliquibus.

1 sterritu. cit.

2 pomo matura. M.

CAP. XXVI.

De corno, & quo tempore quæ ferant, & quæ fructum non ferant, & quæ infelices existimantur, & quæ facillime fructum perdunt, & quibus fructus, antequam folium, nascantur.

[e] CORNUS enim circa solstitia reddit primo candidum, postea sanguineum. Ex eo genere fœmina post autumnum fert baccas acerbas, & ingustabiles cunctis animantibus: ligno quoque fungosa

a *Floret.*] Flore purpureo. In Priapeis, *Amygdalumve flore purpureo fulgens.* Dalec.

b *Hæ coactæ.*] Hominis industria & cultura effectæ. *Item.*

c *Sambucus.*] Sambuci tamen interlora mire firma tradi posthac scribit c. 39. hujus libri. *Idem.*

d *Vergiliarum exortu.*] Circa nonum aut decimum diem Maji. *Idem.*

e *Cornus enim circa, &c*] Hoc Theophrastus c.6. l.3. hist. At idem c.12. lib. ejusd. fructum eodem fere tempore ferre scribit, quo olea. *Idem.*

1 fungoso & inutili. M.
2 fit. Et terebinthus.
3 præcocia. Autumno glandiferæ: serius etiamnum Vergiliarum occasu. Æsculus. Vet.
4 cocci. V. κόκκινον apud Theoph.
5 semen vero reddit. Vet.
6 xv. diebus. M.
7 vero. Cb.
8 Cedri & jun. & il. annuæ fere. V.
9 autumno. M. V.
10 azaniæ. Cb.

[1] fungosa & inutilis, cum mas è fortissimis quoque sit: tanta differentia ab eodem genere [2] fit. Sed & terebinthus messibus reddit semen, & acer, & fraxinus: [a] nuces & mala, & pyra, præterquam hiberna aut [3] præcocia autumno. Glandiferæ serius etiamnum, Vergiliarum occasu: esculus tantum autumno. [b] Incipiente autem hieme quædam genera mali pyrique, & suber. Abies flores [4] croci colore circa solstitium, [5] semen reddit [c] post Vergiliarum occasum. Pinus autem & picea præveniunt germinatione [6] quindecim fere diebus. Semen [7] vero post Vergilias & ipsæ reddunt. [d] [8] Citreæ & juniperus & ilex anniferæ habentur, novusque fructus in his cum [9] annotino pendet. In maxima tamen admiratione pinus est, habet fructum maturescentem: habet proximo anno ad maturitatem venturum, ac deinde tertio. Nec ulla arborum avidius se promittit. Quo mense ex ea nux decerpitur, eodem maturescit alia: & sic dispensatur, ut nullo non mense maturescant. Quæ se in arbore ipsa divisere, [e] [10] zamiæ vocantur: læduntque cæteras nisi detrahantur. Fructum arborum solæ nullum ferunt, hoc est, ne semen quidem, [f] tamarix scopis tantum nascens, [g] populus, alnus, ulmus Atinia, [h] alaternus, cui folia inter ilicem & olivam. Infelices autem existimantur, damnatæque religione,

a *Nuces & mala, &c.*] Alnus, nux juglans, & Achradum quoddam genus, autumno: Quercus & castanea serius, circa Vergiliarum occasum. *Dalec.*

b *Incipiente autem hieme, &c.*] Aria hiemis initio, Malus primis frigoribus, Achra serotina hieme. *Idem.*

c *Post Vergiliarum occasum.*] Circa diem nonum Decembris. *Idem.*

d *Citrea & juniperus.*] Celastri, Juniperus & Ilex tardissime perficiunt fructum, &c. Theophr. cap. 6. lib. 3. hist. Plinius hæc negligenter vertit. *Idem.*

e *Zamiæ.*] Ζημίαι, damna, detrimenta. *Idem.*

f *Tamarix.*] Myrica silvestris, & nostras, Dioscoridi fructum fert compage muscosum. Ægyptia vero & sativa, Gallæ similem. *Idem.*

g *Populus.*] Infra cap. 8. lib. 24. Populus semen fert comitialibus utile, Columella cap. 5. lib. 5. Ulmus Atinia. *Idem.*

h *Alaternus.*] Vide Macrobium. Is Alaternum sanguine infelicem esse ait. *Idem.*

religione, [a] quæ neque ſeruntur unquam, neque fructum ferunt. [b] [1] Cremutius auctor eſt, nunquam virere arborem, ex qua Phyllis ſe ſuſpenderit. Quæ gummi gignunt, poſt germinationem [c] aperiuntur: [2] gummi vero non niſi fructu detracto ſpiſſatur. Novellæ arbores carent fructu, quandiu creſcunt. Perdunt facillime ante maturitatem, palma, ficus, amygdala, malus, pyrus: item Punica, quæ etiam roribus nimiis & pruinis florem amittit. Qua de cauſa [d] inflectunt ramos ejus, ne [3] ſubjecti humorem infeſtum excipiant, atque contineant. [e] Pyrus & amygdala, etiamſi non pluat, ſed fiat Auſtrinum cœlum, aut nubilum, amittunt florem & primos fructus, ſi cum defloruere tales dies fuerint. Ocyſſime autem [f] ſalix amittit ſemen, antequam omnino maturitatem ſentiat, ob id [g] dicta Homero frugiperda: [4] ſecutaque ætas ſcelere ſuo interpretata eſt hanc ſententiam, quando ſemen ſalicis mulieri [h] ſterilitatis medicamentum eſſe conſtat. Sed in hoc quoque providens natura, facile naſcenti [5] & depacto ſurculo, incurioſius ſemen [6] dedit. Una tamen

1 Cremetius. *M.*

2 gummini. *Ch.*

3 ſubrecti. *M.* & *Ch.*

4 ſecuta ætas. *M.*

5 ex dep. *Vet.*

6 reddit. *M.*

a *Quæ neque ſeruntur, &c.*] Vocarunt & infelicem, ad quam capitis damnatus ſuſpendio necaretur, obtecto, velatoque capite, quod conſtat ex illo priſco diro carmime.

Caput obnubito, arbori infelici ſuſpendito,

recitato à Cicerone in Orat. pro Cajo Rabirio: niſi quis forte exiſtimet, non ſolitos veteres ſupplicium id ſumere ad alias arbores, quam quæ eſſet ex infelicium genere. Muret. in Var. cap. 9. 8. Brod. cap. 6. 4. Apud Gellium cap. 15. lib. 10. Flaminica ſurculum de arbore felici in rica habet, quod inarculum, à tegendo, *arcere* enim hoc ſignificavit, olim nominarunt. Fuit autem Rica cingulum capitis, quo ſacerdos vittæ loco redimibat ſe. Arborem felicem Punicam malum Feſtus exponit. *Scalig.* Inarculum quod fuit Flaminicis, *Struppus* in Flaminum pileis dicebatur. *Idem in Varr.*

b *Cremutius auctor eſt, &c.*] Id eſt quod fabulantur, Phyllidem poſt ſuſpendium mutatam in amygdalum nudam foliis, & cum Athenis reverſus Demophon ejus truncum amplecteretur, quaſi ſponſum ſentiret, frondem emiſiſſe. *Idem.*

c *Aperiuntur.*] Finduntur ut gummi exeat. *Idem.*

d *Inflectunt ramos ejus.*] Theophraſt. c. 11. lib. 2. de cauſſis. *Idem.*

e *Pyrus.*] Theophr. ibid. *Idem.*

f *Salix amittit ſemen.*] Theophraſt. c. 2. lib. 3. hiſtor. *Idem.*

g *Dicta Homero frugiperda.*] Homerus Odyſſ. κ. ἀκαρποὶ δ' αἴγειροι, καὶ ἰτέαι ὠλεσίκαρποι. *Idem.*

h *Sterilitatis medicamentum.*] Quod ſterilitatem inducit, Nonius ἀκυρογλεγίαν. *Idem.*

1 tantum. *Vt.*

2 ut in loci. *Vt.* quædam loci. *Ch.*

3 Persæa. *Theophrast.*

4 Cæteris *M.*

5 ut eis sp. in cac. nasc. ita legumini siliqua in lat. *Vt.*

6 Et demum inferius folium. *M.* Ei demum serius. *Vt. & Ch.*

7 supra. *M.*

[1] tamen proditur ad maturitatem perferre solita, in Creta insula, ipso descensu Jovis speluncæ, torvum ligneumque magnitudine ciceris. Fiunt vero quædam [2] & loci vitio infructuosa, sicut in Paro silva cædua, quæ nihil fert. [3] Persicæ arbores in Rhodo florent tantum. Fit hæc differentia [a] & ex sexu: in iisque mares non ferunt. Aliqui hoc permutantes, mares esse, quæ ferant, tradunt. Facit & densitas sterilitatem. [b] Gignentium autem quædam & lateribus ramorum & cacuminibus ferunt, ut pyrus, Punica, ficus, myrtus. [c] [4] Cætero eadem natura, quæ frugibus. Namque [5] & in eis spica in cacumine nascitur, legumina in lateribus. Palma sola ([d] ut dictum est) in spathis habet fructum, racemis propendentem. Reliquis sub folio pomum, ut protegatur, excepta fico, cui folium maximum umbrosissimumque, & ideo supra id pomum: [6] eidemque serius folium nascitur, quam pomum. Insigne proditur in quodam genere Ciliciæ, Cypri, Helladis, ficos sub folio, grossos vero [7] post folium [e] nasci: Ficus & præcoces habet, quas Athenis prodromos vocant. In Laconico genere maximæ sunt.

CAP. XXVII.

De biferis & triferis, & quæ celerrime senescant, & de ætatibus earum.

SUnt & biferæ in eisdem. [f] In Cea insula caprifici triferæ sunt. Primo fœtu sequens evocatur, sequenti

a *Et ex sexu.*] Theophr. cap. 6. lib. 3. histor. *Dalec.*

b *Gignentium autem, &c.*] Theophr. cap. 25. lib. 1. histor. & cap. 23. lib. eod. *Idem.*

c *Cætero eadem natura.*] Arborum aliæ fructum edunt cacumine, aliæ lateribus, aliæ utraque parte. Ex aliis plantis cacumine plures ferunt quam arbores, ut frumenta quæ spicam gignunt, &c. *Theophr.* male hunc locum vertit Plinius. *Idem.*

d *Ut dictum est.*] Cap. 4. lib. 13. *Idem.*

e *Nasci.*] Theophr. c. 1. lib. 5. Causs. Athenæus lib. 3. *Idem.*

f *In Cea insula.*] Chio. Hodie etiam incolæ ejus insulæ hunc caprificandi morem retinent. *Idem.*

sequenti tertius, hoc fici caprificantur. Et capri-
fici autem ab adversis foliis nascuntur. Biferæ & in
malis ac pyris quædam, sicut & præcoces. Malus
silvestris bifera. Sequens ejus fructus post Arctu-
rum in apricis maxime. [a] Vites quidem & triferæ
sunt, quas ob id insanas vocant: quoniam in iis alia
maturescunt, alia turgescunt, alia florent. [b] M.
Varro auctor est, vitem fuisse Smyrnæ apud [1] mare — 1 matrem M. Matream. Vet. matream antriferam. Ch.
biferam, & malum in agro Consentino. Hoc au-
tem evenit perpetuo in [2] Tacapensi Africæ agro, — 2 Venesi. Ch.
de quo plura [c] alias ea est soli fertilitas. Trifera est
& cupressus. Nanque baccæ ejus colliguntur men-
se Januario, & Majo, & Septembri: ternasque ea-
rum [3] gerit magnitudines. Est vero [d] & in ipsis ar- — 3 gerunt. Vet. generit. Ch. forte, generis.
boribus etiam onustis peculiaris differentia. [e] Sum-
ma sui parte fertilior est arbutus: quercus inferiore,
juglandes, fici, [f] mariscæ. Omnes, quo magis
senescunt, hoc maturius ferunt, & in apricis locis,
nec pingui terra. Silvestriora omnia tardiora. Quæ-
dam ex iis omnino [4] non maturescunt. Item quæ — 4 nec. M.
subarantur, aut quæ ablaqueantur, celeriora ne-
glectis: hæc & fertiliora. [5] Est etiamnum ætatis — 5 Et. Vet.
differentia. Amygdala enim & pyrus in senecta
fertilissimæ, [6] ut glandiferæ, & quoddam genus — 6 ut & gland. Ch.
ficorum.

a *Vites quidem & trifera sunt.*] Non ter, sed triplicem fructus varietatem ferentes: ut apparet ex Aristot. lib. περὶ θαυμ. ἀκουσμάτων. *Constant.* Ego vero sic dictas puto, quod ter fructum quotannis edant: quales multis in locis mihi visæ sunt, & præcipue in horto Guil. Caulii Lugduni. Earum meminit Theophrast. cap. 11. 1. Causs. *Dalec.*

b *M. Varro auctor est vitem fuisse Smyrnæ apud mare*] Archetypum Tolet. non *mare* habet, sed *matream*; quæ dictio non temere mutanda fuit: fortasse enim Plinius *Metroon* scriptum reliquit, hoc est templum Matris deorum, quale in Elide Peloponnesi fuisse auctor est Pausanias in Eliacis. *Pint.* *M. Varro auctor est, &c.*] Locus Varronis hic est cap. 7. lib. 1. *Propter eandem causam multa sunt bifera, ut vites apud mare Smyrnæ: majus bifera, ut in agro Consentino.* Dalec.

c *Alias.*] Infra cap. 22. libro 18. *Idem.*

d *Et in ipsis arboribus, &c.*] Theophr. c. 23. lib. 1. histor. *Idem.*

e *Summa parte fertilior est arbutus, quercus inferiore, juglandes, fici, marisca.*] Emendatius antiquus codex: *Summa sui parte fertiliores arbutus, quercus; inferiore, juglandes, fici, marisca* Pint.

f *Marisca.*] Prægrandes. Vide supra cap. 18. lib. 15. *Dalec.*

ficorum. Cæteræ in juventa tardiusque maturantes: quod maxime notatur in vitibus. Vetultioribus enim vinum melius, novellis copiosius. Celerrime vero senescit, & in senecta deteriorem fructum gignit malus: namque & minora poma proveniunt, & vermiculis obnoxia. Quin & in ipsa arbore nascuntur. Ficus sola ex omnium arborum fœtu, maturitatis [1] causa [a] medicatur: jam quidem ex portentis, quoniam majora sunt pretia [b] præposteris. Omnia autem celerius senescunt præfœcunda. Quin & protinus moriuntur aliqua, cœlo fœcunditatem omnem eblandito: quod maxime vitibus evenit.

1 Causam meditatur. M. vide c.19. lib. 15.

Cap. XXVIII. *De moro.*

Contra morus tardissime senescit, [2] fructibus minime laborans. Tarde & quorum crispa materies, ut acer, palma, populus. Et subarata ocyus senescunt.

2 fructu. M. fructus. Ch.

Cap. XXIX. *De silvestribus.*

[c] Silvestria autem tardissime. Atque in totum, [d] omnis cura fertilitatem adjicit, fertilitas senectam: ideo & præflorent talia [3] & prægerminant, atque in totum præcocia fiunt: quoniam omnis infirmitas cœlo magis [4] obnoxia est: [e] multæ vero plura gignunt, ut diximus in glandiferis: [f] inter quas

3 & quæ germinant tota. M.

4 accidit. M. occidit. Ch.

a *Medicatur.*] Veluti Medicina juvatur. Caprificatione id fit, cum putrescente caprifici fructu culices geniti in urbanæ fructus evolant, & fructum mordent, sic properante ejus maturitate. Vide cap 19 lib.15. *Dalec.*

b *Præposteris.*] Serotinis & novissimis, quæ salubriores censentur. Infra cap.7 lib 23. *Idem.*

c *Silvestria autem tardissime.*] Theophrast. cap. 14. lib. 4 histor. *Idem.*

d *Omnis cura fertilitatem adjicit.*] Idem cap. 15. lib.2. Causs. *Idem.*

e *Multa vero plura gignunt.*] Idem c. 10. lib. 3. histor. *Idem.*

f *Inter quas laurus uvas suas.*] Apud Theophr. c. 15. lib.2. Causs. & cap. 11. lib.3 hist. Laurus hæc fert τὰ βρύα non βότρυας, nempe confertos flores, similes quercuum & olearum floribus. Gaza tamen hoc Plinii loco deceptus, apud eundem Philosophum cap.8. lib.3. hist. βότρυας inconsiderate reposuit, nec in aliis

quas laurus uvas suas: maximeque sterilis, quæ non gignit aliud: ob id à quibusdam mas existimatur. Ferunt & avellanæ iülos compactili callo, ad nihil utiles.

CAP. XXX.

De buxo, & faba Græca, [a] sive loto.

[b] PLurima vero buxus. Nam & semen suum, & granum, [1] quod carthegon vocant, & à Septentrione [c] viscum, à Meridie hyphear: de quibus plura [d] mox paulo. Interdumque pariter res quaternas habent. [2] Arborum quædam simplices, quibus à radice caudex unus: & rami frequentes, ut olivæ, fico, viti. Quædam fruticosi generis, ut paliurus, myrtus: item nux [3] avellana: quinimo melior est & copiosior fructu, in plures dispersa ramos. [e] In quibusdam omnino nullus, ut in suo genere buxo, [f] loto transmarinæ. Quædam bifurcæ, atque etiam in quinas partes [4] diffusæ. Quædam individuæ, nec ramosæ, ut [g] sambuci. Quædam individuæ,

1 crategum. Vet. & Ch.

2 Arbores quidem simplices, &c. ex Theophr.

3 abellana. Ch.

4 diffissæ. Quædam individuæ. Vet.

aliis supra citatis locis emendandum putavit, inconstanti judicio. *Dalec.*

a *Sive loto.*] Loti genera tria diligenter distincta vide cap. 2. lib. 24. *Idem.*

b *Plurima vero buxus. Nam & semen suum & granum, quod carthegon vocant, &c.*] Scribendum non *buxus*, sed *ilex* manifeste ex Theophrasto libro 3. cap. 16. Nihil enim tale, quale hic dicitur à Plinio, fert buxus, ex eodem Theophrasto cap. 15. De ilice vero mox loco ante citato sic tradit: *Fert præter glandem granum quoddam puniceum & viscum atque hyphear habet. Quapropter ut fructus quaternos habeat interdum contingit, binos proprios, binosque alienos, visci scilicet atque hyphearis. fert à septentrione viscum, à meridie hyphear.* Quod autem sequitur *carthegon*, legendum quidam *crategon*: sed arbor est non granum eidem Theophrasto crategon, eodem libro capite 15. Et ejusdem nominis herba Dioscoridi libro 3. *Pint.*

c *Viscum.*] De Ilice hoc Theophrastus & non de Buxo c. 16. lib 4 hist. & c. 32. lib. 2. Causs τ̃ πύξον σὺν τῷ πρίνῳ Plinius confundit. *Dalec.*

d *Mox paulo.*] Cap 44. eodemque ultimo hujus libri. *Idem.*

e *In quibusdam omnino nullus.*] Theophrast. cap. 13 lib 1. hist. Spissæ omnes raris fere magis nodosæ. Mares autem & silvestres omnes spissiores: nisi si qua ob spissitudinem prorsus enodis sit, aut nodos paucos habeat, ut Buxus, Lotus, &c. Infeliciter hæc vertit Plinius. Fefellit eum æquivoca significatio τ̃ ὄζυ & ramum indicantis, ut ait Theophrast. c.2 lib. 1. hist. & nodum. *Idem.*

f *Loto transmarinæ.*] Nihil Theophrastus. Dioscoridi, Lotos arbor, Lotos silvestris, Lotos Ægyptia caulem habent. *Idem.*

g *Sambuci.*] Theophrast. c. 2. lib. 1. histor. Laurus, ficus. *Idem.*

dividuæ, ramosæ, ut piceæ. Quibusdam ramorum ordo, sicut piceæ, abieti. Alias [1] inconditus, ut robori, malo, pyro. [a] Et abieti quidem subrecta divisura, ramique in cœlum tendentes, non in latera proni. Mirum, [b] cacuminibus eorum decisis moritur: totis vero detruncatis durat. Et si [2] infra, quam rami fuere, præcidatur, quod superest, vivit: si vero cacumen tantum auferatur, tota moritur. Alia ab radice brachiata, ut ulmus. Alia in cacumine ramosa, ut pinus, [c] lotos, sive faba Græca: quam Romæa suavitate fructus silvestris quidem, sed cerasorum pene natura, loton appellant. Præcipue domibus expetitur ramorum petulantia, brevi caudice latissima expatiantium umbra, & in vicinas domos sæpe transilientium. [3] Nulli opacitas brevior: nec aufert solem hieme, decidentibus foliis. [4] Nulli cortex jucundior, aut oculos excipiens blandius. [5] Nulli rami longiores validioresque, aut plures; ut dixisse totidem arbores liceat. [d] Cortice pelles tingunt, radice lanas. [e] Malis proprium genus: ferarum enim rostra reddunt, adhærentibus [6] uni maximo minoribus. [f] Ramorum aliqui cæci, qui non germinant: quod natura fit, [g] si non evaluere:

1 inconditi. *Vet.*

2 intra quam. *M. & Ch.*

3 Nulla. *M. & Ch.*

4 Nullis. *Ch.*

5 Nullis. *Ch.*

6 uni ramo pluribus. *Dal.*

a *Et abieti quidem subrecta divisura.*] Hæc non satis fideliter Plinius recitat è cap. 13. lib. 1. hist. Theophrast. *Dalec.*

b *Cacuminibus eorum decisis moritur*] Theophrast. cap. 19. lib. 4. histor. cap. 8. lib. 3. ejusd. & cap. 24. lib. 5. de Caus. *Idem.*

c *Lotos, sive faba Graca.*] Lotos quatuor novimus: Primam Dioscoridis, & Theophrasti priorem, vulgo *Micacolier*, *Perlaro* Italis: Secundam quæ Theophrasti posterior est, vulgo Laurocerasus: Tertiam Diospiron Theophrasti, Gajacanam vulgi, Fabam Græcam Romanorum. Cerasum Constantinopolitanam Matthioli: Quartam Polybii apud Athenæum lib. 14. *Idem.*

d *Cortice pelles tingunt.*] Dioscorides decoctum ramentorum Loti capillum ruffat. Sed ea diversa est à Faba Græca. *Idem.*

e *Malis proprium genus, ferarum enim rostra reddunt.*] Scribendum reor: *Malis proprii nodi: ferarum enim rostra reddunt.* Theophrast. lib. 1. cap. 13. *Malis profecto nodi peculiares; faciebus enim beluarum similes extant. Unus prægrandis: alii circa eum parvi complures.* Pint.

f *Ramorum aliqui cæci, &c.*] Deceptus & hic est ambiguitate vocis ὄζον, quæ in eo loco Theophr. nodum significat, non ramum. *Dalec.*

g *Si non evaluere.*] Viribus defecti germen non ediderunt. *Idem.*

a *Cum*

evaluere: aut pœna, [a] cum deputatos cicatrix hebetavit. [b] Quæ dividuis in ramo natura est, hæc viti in oculo, harundini in geniculo. Omnium terræ proxima crassiora: [c] in longitudinem excrescunt abies, larix, palma, cupressus, ulmus & si qua [d] unistirpia. Ramosarum cerasus etiam in XL. cubitorum trabes, æquali per [1] totum duum cubitorum crassitudine [2] reperitur.

1 totam. *Ch.*

2 reperitur *in M. deest.*

CAP. XXXI.

De ramis, & cortice & radicibus arborum.

[e] QUædam statim in ramos sparguntur, ut mali. [f] Cortex aliis tenuis, [g] ut lauro, tiliæ: aliis crassus, ut robori. Aliis lævis, ut malo, fico. Idem scaber robori, palmæ. [h] Omnibus in senecta rugosior. [i] Quibusdam rumpitur sponte, ut viti. [k] Quibusdam etiam cadit, ut malo, unedoni: carnosus, suberi, populo: membranaceus, ut viti, harundini: libris similis ceraso: multiplex tunicis, ut vitibus, tiliæ, abieti. Quibusdam simplex, ut fico, [m] harundini. [n] Magna & radicum differentia. Copiosæ fico, robori,

a *Cum deputatos cicatrix hebetavit.*] Cum discerpti, avulsi, excisi, incendio mutilati fuerint. Theophrast. *Dalec.*

b *Quæ dividuis in ramo natura est.*] Quod nodus in cæteris, id in vite oculus, sive gemma, in arundine geniculum. Theophrast. *Idem.*

c *In longitudinem excrescunt abies.*] Theophrast. cap. 8. & 14. lib. 1. histor. *Idem.*

d *Unistirpia.*] Μονοστελέχῆ. *Idem.*

e *Quædam statim in ramos sparguntur.*] Theophrast. c. 14. lib. 1. hist. *Idem.*

f *Cortex aliis tenuis.*] Idem ibid. c. 8. *Idem.*

g *Ut lauro.*] Ut Lauro Phillyreæ. Viciosum est exemplar Theophrasti cap. 8. lib. 1. cum idem scribat cap. 10. lib. 3. Tiliæ crassum esse corticem. *Idem.*

h *Omnibus in senecta rugosior.*] Scribo, *quibusdam*, non *omnibus*. Theophrastus libro 1. capite 8. *Quædam*, inquit, *scabro cortice, ut robur, suber, palma. Hæc dum adolescunt, leviori cortice sunt: cum senescunt, crassiori, scabriorique.* Pint.

i *Quibusdam rumpitur sponte, ut viti.*] Ἔνια ῥηξόφλοια, inquit Theophrast. ubi perperam legitur ῥιζόφλοια. quod Gaza non animadvertens, sic inepte locum eum vertit: *Nonnullis cortex radicis specimen gerit, ut viti.* Dalec.

k *Quibusdam etiam, &c.*] Theophr. sic habet: τὰ δ' εἰς περιπίπτει, οἷς ἀνδράχνη, πηλεία κόμαρος. Quibusdam veluti per circuitum cadit, ut Adrachnæ, unedoni, Arbuto. Loco πηλεία lego ἐπιμηλία, quæ & ἐπιμηλὶς dicitur. *Idem.*

l *Abieti.*] Addit Theophr. Linospartum & Cæpas. *Idem.*

m *Harundini.*] Addit idem Lolium. *Idem.*

n *Magna & radicum differentia.*] Idem c. 9. lib. 1. histor. *Idem.*

a *Crassiores*

robori, platano: breves & angustæ, malo: singulares abieti, [1] larici. Singulis enim innituntur, quanquam [2] minimis in latera dispersis. [a] Crassiores lauro & inæquales: item oleæ, cui & ramosæ. At robori carnosæ. Robora suas in profundum agunt. Si Virgilio quidem credimus, esculus, quantum corpore eminet, tantum radice descendit. Oleæ, [b] [3] malis & cupressis per summa cæspitum. [c] Aliis recto meatu, ut lauro, oleæ: aliis flexuoso, ut fico. Minutis hæc capillamentis [4] hirsuta, ut abies, multæque silvestrium, è quibus montani prætenuia fila decerpentes, spectabiles lagenas, & alia vasa nectunt. [d] Quidam non altius descendere radices, quam solis calor tepefaciat, idque natura loci [5] tenuioris crassiorisve, dixere, quod falsum arbitror. [e] Apud auctores certe invenitur, abietis planta cum transferretur, VIII. [6] cubitorum in altitudine: hec totam refossam, sed abruptam. Maxima spatio atque plenitudine & [7] citri est. Ab ea platani, roboris, & glandiferarum. Quarundam radix vivacior superficie, ut lauri. Itaque cum [8] trunco inaruit, recisa etiam lætius fruticat. [f] Quidam brevitate radicum celerius senescere arbores putant: quod coarguunt fici, quarum radices

1 pino. *Theoph.*
2 minutis *Ch.*
3 malisque. *M.*
4 hirsuta abieti, multisque. *Vet.*
5 tenuiores crassioresve. *Vet.*
6 cubitorum altitudine radicem fuisse, nec totam. *Vet.*
7 cedri. *Vet.*
8 truncus. *Vet.*

a *Crassiores lauro & inæquales.*] Quibusdam, crassæ magis, quibusdam inæquales, ut Lauro, item Oleæ, cui & nodosæ ac fimbriatæ. Theophr. ὀζώδεις, ϗ θυσανώδεις. *Dalec.*

b *Malis & cupressis.*] Theophrastus ibidem. Ejus loci sensum Plinius non intellexit. *Idem.*

c *Aliis recto meatu, ut lauro.*] Quibusdam rectæ & æquales: aliis obliquæ, & inæquales: idque partim natura, & Lauro & Oleæ, partim qui recto meatu non distenduntur, sed flexuoso, ut Fico. *Idem.*

d *Quidam non altius, &c.*] Tacite reprehendit Theophrastum à quo id scriptum est, cap. 11. lib. 1. histor. *Idem.*

e *Apud auctores certe invenitur, abietis planta cum transferretur, octo cubitorum.*] Lego *planta* non *planta.* ut reperas radicem. Consimiliter mox paulo cum dicit, *Visa etenim est annosa quercus vi tempestatis eversa*, legendum patrio casu, *annosæ quercus vi tempestatis eversæ.* ut rursus subaudias *radix.* Pintianus.

f *Quidam brevitate, &c.*] Theophrastus c. 11. l. 1 hist. non ita quidem scribit, ut refert Plinius, sed novellas & vigentes arbores longius & altius radices mittere quam vetustas, radicemque marcescente arbore minui, & velut una contabescere: quod verissimum est. *Dalec.*

a *Di*

dices longiſſimæ, & ſenectus ocyſſima. Falſum arbitror & quod aliqui prodidere, radices arborum vetuſtate minui. Viſa [1] etenim eſt annoſa quercus (1 enim. Ch.) everſa vi tempeſtatis & jugerum ſoli amplexa. Proſtratas reſtitui plerunque, & quadam terræ cicatrice [2] reviviſcere, vulgare eſt. Et familiariſſi- (2 viveſcere. M. & Ch.) mum hoc platanis, quæ plurimum ventorum concipiunt propter denſitatem ramorum: quibus amputatis, [3] levatæ onere in ſua ſcrobe reponuntur. (3 levato. M.) Factumque jam eſt hoc in juglandibus oleiſque, ac multis aliis.

CAP. XXXII.

[a] *De prodigioſis arboribus, & quibus modis ſponte naſcantur, & quod non omnia ubique naſcantur, & quæ non alibi naſcantur arbores.*

EST in exemplis, & ſine tempeſtate ullave cauſa [4] alia quam prodigii, cecidiſſe multas ac ſua (4 alia in M. d.) ſponte reſurrexiſſe. Factum hoc [5] populo Rom. (5 populi Romani. M. & Ch.) Quiritibus oſtentum Cimbricis bellis Nuceriæ in luco Junonis, ulmo, poſtquam etiam cacumen [6] amputatum erat, quoniam in aram ipſam procum- (6 amputamentum. Ch.) bebat, reſtituta ſponte, ita ut protinus floreret: à quo deinde tempore majeſtas populi Romani reſurrexit, quæ ante vaſtata cladibus fuerat. [b] Memoratur hoc idem factum & in Philippis, ſalice procidua atque detruncata: & Stagiris in Muſæo populo alba: omnia fauſti ominis. Sed maxime mirum, Antandri platanus etiam [c] circundolatis lateribus [d] reſtibilis ſponte facta, vitæque reddita longitu-

a *De prodigioſis arboribus.*] Arborum oſtenta, vide & infra cap. 25. lib. 17. *Dalec.*

b *Memoratur hoc, &c.*] Theoph. cap. 4. lib. 5. Cauſſ. & cap. 19. lib. 4. hiſt. *Idem.*

c *Circundolatis lateribus.*] Ramis amputatis & aliqua parte circumdolata. Theoph. ibidem. *Idem.*

d *Reſtibilis ſponte facta.*] Sponte erecta & ſibi reſtituta. Obſerva ſignificationis modum. *Idem.* Simile propemodum exemplum narrat oculatus teſtis Cl. Jacobus Palmerius Exercitat. Criticar.

longitudine quindecim cubitorum, craſſitudine quatuor ulnarum. Arbores, [a] quas naturæ debeamus, tribus modis naſcuntur: ſponte, aut ſemine, aut ab radice. Cura numeroſior exiſtit: de qua ſuo dicemus volumine: nunc enim totus ſermo de natura eſt multis modis miriſque memorabili. Nanque non omnia in omnibus locis naſci docuimus, nec tranſlata vivere. [1] Hocque alias faſtidio, alias contumacia, ſæpius imbecillitate eorum, quæ [2] transferuntur evenit: alias cœlo invidente, alias ſolo repugnante. [b] Faſtidit balſamum alibi [3] naſci. Aſſyria malus alibi ferre: nec non & palma naſci ubique aut nata parere: vel cum [4] promiſit etiam oſtenditque ea educare, quæ tanquam invita peperit. Non habet vires frutex cinnami in Syriæ vicina perveniendi. Non ferunt amomi nardique deliciæ, ne in Arabia quidem ex India [5] nave peregrinari. Tentavit enim Seleucus rex. Illud maxime mirum, ipſas arbores plerunque exorari ut vivant, atque [6] tranſmigrent: aliquando & à ſolo impetrari, ut alienas alat, advenaſque nutriat: cœlum nullo [7] modo flecti. [c] Vivit in Italia piperis arbor: caſiæ vero etiam in Septentrionali plaga: vixit [8] & in Lydia thuris. Sed unde ſorbentes ſuccum omnem ex iis ſoles, coquenteſque lacrymam? Illud proxime mirum, [d] mutari naturam [9] in iiſdem locis, atque

1 Hoc aliaque. *Cb.*
2 transferantur. *Cb.*
3 naſci natura. Syria malus alibi ferre. *Cb.* naſci. Natura niſi in Syria noluit: nec non & palmam naſci ubique aut natam. *M.*
4 promiſit oſtenditque. etiam educare. *M.*
5 & nave. *M. & Cb.*
6 tranſmigrans aliquorſum & à ſolo. *M.*
7 modo quit flecti. *Vet.*
8 &, in *M. d.*
9 in iiſdem atque ex improviſo. *Cb.* in iiſdem locis, atque improviſa. M. atque improviſo. *Vet.*

Criticar. ad Theophraſt. lib. 5. p. 598. de quercu quadam truncum habente 25. pedes aut circiter longum, craſſum vero unius pedis, aut paulo minus diametro: hæc ventorum violentia dejecta & humi proſtrata jacuit per duorum menſium ſpatium, poſtea vero ramis amputatis onere levata denuo ſponte reſurrexit, & tanquam nihil paſſa viguit.

a *Quas naturæ debeamus*] Theophraſtus cap. 1. lib. 1. Cauſſ. *Dalec.*

b *Faſtidit balſamum alibi naſci, &c.*] Lege, *Faſtidit balſamum alibi: nata Aſſyria malus alibi ferre.* Feracem alibi eſſe negat niſi in Aſſyria, quamvis alibi natam. Vide *Salmaſ.* p. 964. a.

c *Vivit in Italia piperis arbor.*] Piperis arborem à Plinio dici volunt fruticem, quem vulgus adhuc vocat *Poinrier*, officinæ vero Ribes nigrum: Caſiam autem plantam non quidem Indicam, ſed Hyginii, Theophraſti Cneoron, nempe Roſmarinum coronarium & noſtratem Lavendulam ſive Spicam. *Dalec.*

d *Mutari naturam, &c.*] Ut æſtuoſa plantas edant frigidis locis familiares, & frigida

atque pro indiviso valere. [a] Cedrum æstuosis partibus dederat: [1] at in Lyciis Phrygiisque montibus nascitur. Frigus inimicum lauro fecerat: sed [b] in Olympo copiosior nulla est. Circa Bosphorum Cimmerium in Panticapæo urbe, omni modo laboravit Mithridates Rex, & cæteri incolæ, sacrorum certe causa laurum myrtumque habere: non contigit, cum [2] teporis arbores abundent ibi, punicæ, ficique, jam mali & pyri laudatissimæ. Frigidas [3] eodem tractu non genuit arbores, pinum, abietem, piceam. Et quid attinet in Pontum abire? juxta Romam ipsam castaneæ cerasique ægre proveniunt, Persica in Tusculano, [4] nec non nuces Græcæ cum tædio [5] inseruntur, Tarracina silvis scatente earum.

1 &. M.

2 teporis, *in M.A.* temporis. *Ch.*

3 idem tractus. *Vet.* natura eodem tractu. *Alii. Vet.*

4 Nam nuces. M.

5 Interuntur. Terracina silvis scatet earum. M.

CAP. XXXIII.

De cupresso: & quod ex terra nova aliqua sæpe nascantur, quæ in ea ante non fuerunt.

[c] CUpressus advena, & difficillime nascentium fuit, ut de qua verbosius sæpiusque, quam de omnibus aliis, prodiderit [d] Cato. [e] Natu morosa, fructu supervacua, [f] baccis torva, folio amara,

& frigida plantas gignant in æstuosis nasci solitas. *Dalec.*

a *Cedrum æstuosis, &c.*] Cedrus quidem Conifera in æstuosa Syria gignitur, ac baccifera in Ida. Theophr. cap. 12 lib. 3. histor. Cedrum in Lycia multam nasci, materia ad navium fabricam utili. Strabo scribit lib. 14. *Idem.*

b *In Olympo, &c.*] Frigido monte. Theoph. c. 6. l. 4. histor. *Idem.*

c *Cupressus, &c.*] Κυπάρισσος Græcis, ἀπὸ τοῦ κύειν τοὺς παρίσους ἀκρέμονας. Quidam Cupressos χαρίεντας dixere ab eleganti venustaque coma. In Arcadia apud Psophidem tantæ proceritatis fuerunt, ut proximus mons inumbraretur: dictæ παρθένοι, quia ferro intactæ, & Alcmæoni sacræ, quoniam Argis necata matre illuc se recepisset. Materia Cupressi ἄσηπτος: quamobrem eorum, qui in bello ceciderant, corpora arcis è cupresso condi solita Thucydides scribit: & Plato leges publicas, sacrorumque ritus, ob æternam firmitatem in tabulis cupressinis describi voluit. Rhodig. cap. 2. 25. Vejovis simulacrum ex hoc ligno in arce duravit ab urbis conditæ anno 551. ad auctoris usque tempora. Infra cap. 40. hujus libri. *Idem.*

d *Cato.*] Cap. 42. & 151. *Idem.*

e *Natu morosa.*] Theoph. cap. 8. lib. 1. Causs. *Idem.*

f *Baccis torva.*] Galbulis. Varroni, conis & nucibus. *Idem.*

a *Funebri*

ra, odore violenta, ac ne umbra quidem gratiosa, materie rara, ut pene fruticosi generis, Diti sacra, & ideo [a] funebri signo ad domos posita. [b] Fœmina sterilis diu. Metæ demum aspectu non repudiata, [c] distinguendis tantum pinorum ordinibus: nunc vero tonsilis facta [d] in densitate parietum, [e] coërcitaque gracilitate perpetuo tenera. Trahitur etiam in picturas [1] opere historiali: venatus classesve, & imagines rerum tenui folio, brevique, & virenti [2] supervestiens. Duo genera earum: Meta in fastigium convoluta, quæ & fœmina appellatur. Mas spargit extra se ramos d. putaturque & accipit vitem. Utraque autem immittitur in perticas asseresve amputatione ramorum, qui XIII anno denariis singulis væneunt. Quæstuosissima in satus ratione silva: vulgoque, [f] dotem filiarum antiqui plantaria appella-

1 operi historiarum. M.

2 supervenieus *Vet.* & virente semper vestiens. *Ch.*

a *Funebri signo, &c.*] Nobilium tantum & divitum. Lucanus:

Et non plebeios luctus testata cupressus.

Varro adhiberi rogis cupressum ait propter gravem ustrinæ nidorem: quoniam fœtorem cadaveris dum uritur, odoris sui jucunditate lenit. Festus Diti sacram esse, Servius Proserpinæ vult, quia præciso capite moritur, & subsecta non renascitur, præterquam in Ænaria, quemadmodum ex mortuis nihil speratur. Fabulas de Cyparissa filia Boreæ, Cyparissarum Eteoclis gnatarum, Cyparissi à Telepho geniti, cujus meminit Ovid. 10. Metam. Servius Æneid. 3. prolixè narrat. Hadr. Jun. cap. 20. lib. 1. Hermippus sceptrum Jovis è Cyparisso edolatum fuisse prodit, ideoque Pythagoræos arculis & utensilibus cupressinis abstinuisse Laërtius refert. Virgilius de funere Polydori:

---- *stant Manibus aræ,*

Cæruleis mæstæ vittis, atraque cupresso.

Dalec.

b *Fœmina sterilis diu*] Legendum arbitror, *spreta*, non *sterilis*. Supra enim traditum fuit, fœminam esse feracem, marem sterilem, indicant id etiam verba protinus sequentia: *Metæ demum aspectu non repudiata.* Pint.

c *Distinguendis tantum, &c.*] Id fieri solitum duobus modis intelligunt, aut cum in singulis ordinibus, duabus Pinis Cupressum unam interponebant: aut cum duobus Pinorum ordinibus Cupressorum ordinem unum interserebant, venustatis gratia, elegantisque & jucundi aspectus. *Dalec.* *Distinguendis tantum pinorum ordinibus.*] Scribo *vinearum*, non *pinorum* ex M. Varrone libro primo, cap 26. *In omni*, inquit, *vinea diligenter observa, ut ridica vitis ad septentrionem versus figatur, & si cupressos vivas pro ridicis inserunt, alternos ordines imponunt, &c* Pint.

d *In densitate parietum.*] Vestiendis parietibus. *Dalec.*

e *Coërcitaque gracilitate, &c.*] Lege: *coërcitaque gracilitate perpetuo terete. Trahitur etiam in picturas operis topiarii: venatus classesve & imagines rerum tenui folio brevique & virente semper vestiens.* Et postea scribe: *vulgoque dotem filiæ antiqui plantare appellabant.* quod erat quæstuosissima illa ratio Cupressuum plantandarum ad perticas & asseres, cum eas pangebant, vulgò dictitabant antiqui dotem filiæ plantare se. *Salmas.* p. 173. b.

f *Dotem filiarum, &c.*] Dos apud Romanos

appellabant. [a] Huic patria insula Creta, quanquam Cato Tarentinam eam appellat, credo, quod primum eo [1] venerit. Et in Ænaria succisa regerminat. Sed in Creta [b] quocunque [2] loco terram moverit quispiam, [3] nisi seratur alia, [c] hæc gignitur protinusque [4] emicat. Illa vero etiam non [5] appellato solo, ac sponte, maximeque in Idæis montibus, [d] & quos Albos vocant, summisque jugis, [6] unde nives nunquam absunt, plurima: quod miremur, alibi non nisi [e] in tepore proveniens, & nutricem magnopere fastidiens. [f] Nec terræ tantum natura circa has refert, aut perpetua cœli, verum & quædam temporaria vis: imbres [g] [7] aliquæ plerunque semina afferunt, & certo fluunt genere, aliquando etiam incognito: quod accidit Cyrenaicæ regioni, cum primum ibi laserpitium natum est: ut in herbarum natura [h] dicemus. Nata [8] est & silva urbi ei proxima imbre piceo crassoque, circiter urbis Romæ annum [i] CCCCXXX.

1 evenerit. *Vet.*
2 in loco. *Ch.*
3 vi naturali hæc. *M.*
4 emigrat. *Ch.*
5 aperto. *Dal.*
6 Ubi. *Vet.*
7 alioqui. *M.*
8 est enim. *V.*

CAP.

Romanos quanta olim fuerit, explicat Alexander ab Alex. c. 8. 4. *Dalec.*

a *Huic patria insula Creta, &c.*] Lege: *Huic patria insula Creta, quum Cato Tarentinam eam appellet, credo quod primum eo venerit, & in Ænaria succisa regerminat. Sed in Tarento quocunque in loco terram moverit quispiam, si naturalis hæc gignitur protinusque emigrat: in illa vero etiam non appellato solo è sponso, maximeque, &c. naturalis terra est* οἰκεία, ut vocat Theophrastus de eadem re loquens. *Salmas.* pag. 173. *Huic patria insula Creta, &c.*] Theoph. c. 2. & 3. lib. 1. hist. *Dalec.*

b *Quocunque, &c.*] Idem ibid. *Idem.*

c *Hæc gignitur protinusque emicat.*] In aliis codicibus non *emicat*, legitur, sed *emigrat*, minus vitiose: legendum enim, ut opinor, *emergit*: quo verbo tanquam Pliniano usus est Theodorus in tertio Theophrasti libro, cap. secundo: *Nonnusquam modo subacteru noverisque solum, familiaria protinus terra illius emergunt,*

ut in Creta insula cupressi. Pint.

d *Et quos Albos vocant, &c.*] Lege: *Et quos Albos vocant, summisque in iis unde nunquam, &c.* De summis Albis montibus intelligit, unde nunquam nives absunt, & inde Albi dicti. *Salmas.* pag. 172. 2.

e *In tepore proveniens.*] Theophr. c. 6. lib. 4. hist. *Dalec.*

f *Nec terra tantum, &c.*] Lege: *Nec terra tantum natura, &c. temporaria vis, imbre aliquo plerumque semina afferente. Certè fluunt genere aliquando etiam incognito: quod, &c.* Vide *Salmas.* pag. 173. b.

g *Aliqua plerunque, &c.*] Theophr. cap. 2. lib. 3. histor. & cap. 5. lib. 1. Causs. *Dalec.*

h *Dicemus.*] Infra cap. 3. lib. 19. *Idem.*

i CCCCXXX.] CXXXVI. ex cap. 3. l. 9. Nam urbs Cyrenæ condita est anno urbis Romæ 143. defluxit autem is imber annis septem priusquam conderetur. *Idem.*

2. *Voll.* S 8 *Edera*

CAP. XXXIV. *De edera.*

a EDera jam dicitur in Aſia naſci. Negaverat Theophraſtus, nec in India, niſi in monte Mero. b Quin & Harpalum omni modo laboraſſe, ut ſereret eam in [1] Medis, fruſtra: Alexandrum vero ob raritatem ita coronato exercitu, victorem ex India rediiſſe, exemplo Liberi patris: cujus Dei & nunc [2] adornat thyrſos, galeaſque etiam [3] & ſcuta, in Thraciæ populis in ſolennibus ſacris. c Inimica [4] arbori ſatiſque omnibus, [5] ſepulchraque ac muros rumpens: ſerpentium [6] frigori gratiſſima, ut mirum ſit ullum honorem habitum ei. d Duo genera ejus prima, ut reliquarum, e mas, [7] & fœmina. Major traditur [8] mas corpore, & folio duriore [9] etiam ac pinguiore, & flore ad purpuram accedente. Utriuſque autem flos ſimilis eſt roſæ ſilveſtri, niſi quod caret odore. f Species horum generum tres. Eſt enim candida & nigra edera, tertiaque quæ vocatur helix. Etiamnum hæ ſpecies dividuntur in alias: quoniam eſt aliqua fructu tantum candida, alia & folio: fructum quoque candidum ferentium aliis denſus acinus, & grandior, racemis in orbem circumactis, g qui vocantur corymbi. Item [10] ſelenitium, cujus eſt minor acinus, ſparſior

1 Mediis. *Ch.*
2 adornant thyrſo galeas, quin etiam ac ſcuta Thraciæ populi. *M.*
3 ac. *Ch.*
4 arbor ſatisomnibus. *M.* arbori ſatiſque. *Dal.*
5 ſepulchra, muros. *Ch.*
6 frictui. *Pint.*
7 atque. *Ch.*
8 mas & corp. *Ch.*
9 etiam, in *M. d.*
10 ſileniticum. *Ch.* ſileniticum eſt minus acinis, ſparſius racemis. *M.*

a *Edera jam, &c.*] Theoph. cap. 4. lib. 4. hiſtor. Vide infra cap. 10. lib. 24. *Dalec.*

b *Quin & Harpalum, &c.*] Hoc male Plinius. Confer Theophraſt. *Idem.*

c *Inimica arbori, &c.*] Laberius,
Ut hedera ſerpens vires arboreas necat,
Ita me vetuſtas amplexu annorum enecat,
Sepulchris ſimilis, nil niſi nomen retineo.
Idem.

d *Duo genera ejus prima.*] Theoph. cap. 18. lib. 3. hiſt. *Idem.*

e *Mas, & fœmina.*] Turpiſſime lapſus hîc Plinius, quæ de Ciſto audienda ſunt, τῷ κιττῷ, id eſt, Hederæ, tribuit. Nec apud Theophr. nec apud Dioſcorid. ulla Hederæ differentia ſtatuitur è ſexu petita. *Idem.*

f *Species horum generum tres.*] Theophraſto, Hederæ ſumma duo genera ſunt: altera quæ humi repit; altera quæ in altum tollitur. Poſterioris rurſum tria genera, candida, nigra, helix, &c. *Idem.*

g *Qui vocantur corymbi.*] Lego, *quæ vocantur corymbia*, ex Theophraſto lib. 3. cap. 18. Neque enim ad ramos referenda eſt vox *corymbi*, ſed ederas fructum album ferentes. Eſt & genus ederæ corymbias, Dioſcoridi 2. *Pintianus.*

a Concin-

ſparſior racemus. Simili modo in [1]nigra. Alicui & ſemen nigrum, alii crocatum: cujus coronis Poëtæ utuntur, foliis minus nigris: quam quidam [2] Nyſiam, alii Bacchicam vocant, maximis inter nigras corymbis. Quidam apud Græcos etiamnum duo genera hujus faciunt, à colore acinorum [3] erythranum & chryſocarpum. Plurimas autem habet differentias helix, quoniam folio maxime diſtat. Parva ſunt & anguloſa [a] concinnioraque, cum reliquorum [4] generum ſimplicia ſint. Diſtat & longitudine internodiorum, præcipue tamen ſterilitate, [b] quoniam fructum non gignit. Quidam hoc ætatis eſſe, non generis exiſtimant: primoque [5] helicem eſſe, fieri ederam vetuſtate. Horum error manifeſtus [6] intelligitur, quoniam helicis plura genera reperiuntur, ſed tria maxime inſignia: herbacea ac virens, quæ plurima eſt: altera candido folio: tertia, [7] verſicolor, quæ Thracia vocatur. Etiamnum [8] herbaceæ tenuiora folia, [9] in ordinem digeſta, denſioraque. In alio genere diverſa omnia. Et in verſicolori [c] alia tenuioribus foliis, & ſimiliter ordinatis denſioribuſque eſt: alteri generi neglecta hæc omnia. Majora quoque aut minora ſunt folia, macularumque habitu diſtant: [d] Et in candidis alia ſunt candidiora. Adoleſcit in longitudinem maxime herbacea. [e] Arbores autem necat candida: omnemque ſuccum auferendo tanta craſſitudine

1 nigra, alicui. *M.*
2 Dionyſiam. *Dieſe.*
3 erythrocarpon. *Dal.*
4 generum rotundiora & ſimpl. *Theophraſt.*
5 eſſe, deinde fieri. *Dal.* Helicem putant fieri. *M.*
6 intelligitur. At enim helicis, &c. *Ex Theoph.*
7 Verſicolori. *Ch.*
8 herb. cuidam tenu.
9 & in ord. *Ch.*

a *Concinnioraque.*] Εὐρυθμότερα, Leopard. cap. 2. lib. 5. *Dalec.*

b *Quoniam fructum non gignit.*] Hederæ folium novum anguloſum eſt, vetuſtum rotundius, auctore Theophraſt. cap. 16. lib. 1. hiſtor. At Helicis folium, ſive novum, ſive jam vetuſtum, ſemper anguloſum eſt: quâ re ab Hederæ foliis diſcrepat. Quod autem ἀποκιττοῦσθαι Theophraſtus ait, & Plinius vertit *Hederam fieri*, alii, & rectius intelligunt, *Hederæ modo folium mutare.* Idem.

c *Alia tenuioribus foliis.*] Nihil Theophraſt. Hæc de ſuo Plinius. *Idem.*

d *Et in candidis, &c.*] In candida, alia tantum fructu, alia etiam folio candida eſt. Theophraſt. *Idem.*

e *Arbores autem, &c.*] E candidis quæ aſperrima & maxime ſilveſtris eſt. *Idem.*

dine augetur, ut ipsa arbor fiat. [a] Signa ejus folia maxima atque latissima, [1] mammas erigentis, quæ sunt cæteris inflexæ: racemi stantes, ac subrecti. Et quanquam omnium [2] ederarum generi radicosa brachia, [b] huic tamen maxime ramosa ac robusta: ab ea nigræ. [c] Sed proprium albæ, quod inter media folia emittit [3] brachia [4] utrinque semper amplectens: [5] hoc & in muris, quamvis ambire non possit. Itaque etiam pluribus locis [6] intercisa, vivit tamen duratque: & totidem initia radicum habet, quot [7] brachia, quibus incolumis & solida arbores [8] sugit ac strangulat. Est & in fructu differentia albæ nigræque ederæ: [9] quoniam aliis tanta amaritudo acini, ut aves non attingant. Est & rigens edera, quæ sine adminiculo stat, [d] sola omnium generum ob id vocata cissos. E diverso nunquam nisi humi repens chamæcissos.

1 germina. *Theophr.*
2 ederarum, *in M. d.*
3 brachia, *in M. d.* brachia, arbores utrinque. *Ex Theoph.*
4 utrunque. *Vet.*
5 Hæc est & in muris. *Vet.* hoc & in muros. M. *& Ch.*
6 inferne succisa. *Theophrast.*
7 germina. *Theoph.*
8 figit, ac str. Est in. *M.*
9 quon. aliis dulcis fructus, aliis tan. *ex Theophrast.*
10 edera Cilicia quidem, sed profecto in Gr. M.

CAP. XXXV. *De edera, quæ vocatur smilax.*

Similis est [10] ederæ, è [e] Cilicia primum quidem profecta, sed in Græcia frequentior, quam vocant

a *Signa ejus folia, &c.*] Lege: *Signa ejus maxima atque latissima: mammas erigentes, quæ sunt cæteris inflexæ, racemi stantes, &c.* dicit eam hederam racemis stantibus & subrectis esse, erigentibus mammas quæ sunt cæteris inflexæ. *mammas* vocat acinos hederæ: quos qui inspexit, scit mammis similes esse, cum parvo ἀκρομαστίῳ quod papillam refert. inde & *bumastus* uva dicta, quod acinos haberet hederæ mammis, id est, acinis similes. *Salmas.* 376.b. *Signa ejus folia, &c.*] Signum ejus quæ ad perfectæ Hederæ naturam ventura sit, & folium mutatura, est non tantum folium majus, & amplius, sed quod statim germina recta habet, (inepte pro βλαστὺς, μαστὺς Plinius hic legit) non ob longitudinem & tenuitatem, (quemadmodum in Helice) velut inflexa. Veris enim Hederis crassa & brevia germina sunt, ac illarum cuivis, cum fructum edit, recta & sublimia. Theoph. *Dalecamp.*

b *Huic, &c.*] Candidæ, asperrimæ, & maxime silvestri. Theoph. nigræ magis id tribuit, deinde candidarum huic generi. *Idem.*

c *Sed proprium albæ.*] Candidæ proprium id esse nusquam scribit Theophr. sed id maxime facere præ cæteris. *Idem.*

d *Sola omnium, &c.*] Nihil horum apud Theophr. nihil apud Dioscor. Vel aliunde hæc sumpsit Plinius, vel Chamæcissi voce deceptus, eam à rigente distinguere tentavit. Theophr. quidem Hederæ ἐπιγείου, & εἰς ὕψος αἰρομένης meminit, nusquam Chamæcissi, plantæ sui generis, ab Hederis diversissimæ. *Idem.*

e *Cilicia primum, &c.*] Theophr. cap. ult. lib. 3. histor. *Idem.*

a Non

cant ſmilacem, denſis geniculata caulibus, ſpinoſis [1] fruticoſa ramis, folio [2] ederaceo, parvo, [a] non anguloſo, à pediculo emittente pampinos, flore candido, [b] olente lilium. Fert racemos labruſcæ modo, non ederæ, colore rubro, complexa acinis majoribus nucleos ternos, minoribus ſingulos, nigros duroſque: [c] infauſta omnibus ſacris & coronis: quoniam ſit lugubris, virgine ejus nominis, propter amorem juvenis [d] Croci, mutata in hunc fruticem. Id vulgus ignorans, plerumque feſta ſua polluit, ederam exiſtimando: ſicut in Poëtis, aut Libero patre, aut [3] Sileno, quis omnino neſcit quibus [4] coronentur. E ſmilace fiunt codicilli: propriumque [5] materiæ eſt, ut admota auribus [e] [6] levem ſonum reddat. Ederæ mira proditur natura ad experienda vina: [f] ſi vas fiat [7] ex ligno ejus, vina transfluere, ac remanere aquam, ſi quæ fuerit miſta.

1 frutectoſa. Ch.
2 ſeu ederæ. M.
3 Sileno, ſi quis. V.
4 coronarentur. M.
5 materiei eſt, ut ad aur. lenem.
6 lenem. Ch.
7 è. Ch.

CAP. XXXVI.

De aquaticis calamis, & fruticibus.

[8] INter ea, quæ frigidis gaudent, & aquaticos frutices [9] dixiſſe conveniat: Principatum in his tenebunt harundines, [g] belli paciſque experimentis neceſſariæ, atque [10] etiam [h] deliciis gratæ. [i] Tegulo earum domus ſuas Septentrionales populi operiunt,

8 Interea qui frigor. gau. aquat. V.
9 dicere convenit. M.
10 etiam in del. V.

a *Non anguloſa.*] Apud Theoph. legitur ἐγγώνιον abſque negatione: verius eſſe quod hic legitur, herbæ figura monſtrat. *Dalec.*

b *Olente lilium.*] Apud eundem Gaza legit, ἱμερινὸν, non ut Plin. λειρινόν. *Idem.*

c *Infauſta omnibus, &c.*] Vide infra cap. 9. lib. 21. *Idem.*

d *Croci.*] Ovid. 4. Metam.
Et Crocon in parvos verſum cum Smilace flores.
Idem.

e *Levem ſonum reddat.*] Vide infra cap. 10. lib. 24. *Idem.*

f *Si vas fiat ex ligno ejus.*] Κισσύβιον vocat Macrobius, 5. Saturn. de quo Euripides in Andromeda,
---- πᾶς δὲ ποιμένων ἔρρει λεὼς,
Ο' μὲν γάλακτος κίσσινον φέρων σκύφον,
Πόνων ἀναψυκτῆρ', ὁ δ' ἀμπέλων γάνος.
Victor. cap. 27. 16. *Idem.*

g *Belli paciſque, &c.*] Belli, ad jacula: pacis, ad ſcribendum. *Idem.*

h *Deliciis grata.*] Ad tibiarum uſum. *Idem.*

i *Tegulo earum, &c.*] Ob id panniculam

operiunt, [a] durantque [1] ævis tecta alta. [2] Et in reliquo vero orbe [b] cameras leviſſime ſuſpendunt. Chartiſque ſerviunt calami, [3] Ægyptii maxime, cognatione quadam papyri. Probatiores tamen [4] Gnidii, & qui in Aſia [c] circa Anaiticum lacum naſcuntur. Noſtratibus [d] fungoſior ſubeſt natura, cartilagine bibula, quæ cavo corpore, intus, ſuperne tenui inareſcit ligno: fiſſilis, præacuta ſemper acie, [e] geniculata. [5] Cætero gracilitas [6] nodis diſtincta, lævi faſtigio tenuatur in cacumina, craſſiore paniculæ coma, neque hac ſupervacua. Aut enim pro pluma ſtrata cauponarum replet: aut ubi [7] limoſiore [8] callo induruit, ſicut in Belgis, contuſa, & interjecta navium commiſſuris [f] ferruminat textus glutino tenacior, rimiſque explendis fidelior pice. [g] Calamis Orientis populi bella conficiunt: Calamis

1 ejus alta tecta. *M.*
2 In reliquo vero orbe & eam in eam. *Vet.*
3 Ægypti. *M. & Ch.*
4 Gnidi. *M.*
5 Cæterum. *M.*
6 nodiſque diſt. leni. *Ch.*
7 lignoſiore. *Pint.*
8 cœno. *Vet.*

culam tectoriam vocat Plautus in Milite:

Cujus tu legiones deflaviſti ſpiritu?
Quaſi ventus folia, aut panniculam tectoriam.

Turn. cap. 28. 2. Plaut. in Rudente:

Quin tu in paludem is, exigiſque harundines,
Qui pertegamus villam, dum ſudum eſt?

Dalec.

a *Durantque ævis, &c.*] Equidem καλάμινον πῦρ. Ariſtot. quæſt. 6. ſect. 3. ignis in arundine accenſus, qui cito exardeſcit, cito emoritur, διὰ τὴν τῆς ὕλης ἀσθένειαν ἀσθενέστερον τῶν ξύλων. Quare & Herodoto lib. 5. Sardibus captis Perſæ nullam prædam ex ea copioſa & opulenta urbe retulerunt, quod domus ex harundine conſtructæ, vel harundine tectæ, injecto igne, incendio ſtatim abſumptæ ſint. Vict. cap. 1. lib. 33. *Idem.*

b *Cameras leviſſime ſuſpendunt.*] Ex iis cameræ forniceſque pergularum quam leviſſimi & minime oneroſi fiunt. *Idem.*

c *Circa Anaiticum, &c.*] Vicinum Ancææ urbi Cariæ. Anaitidis Dianæ apud Lydios templum eſt, auctore Pauſania lib. 3. *Idem.*

d *Fungoſior.*] Rarior, laxior, minus farcta, ſpongioſa carne, quæ ſub lignoſo cortice jacet, & ei contigua eſt. *Idem.*

e *Geniculata. Cætero gracilitas, &c.*] Lege: *geniculata cetero gracilitas nodiſque diſtincta, leni faſtigio tenuatur in cacumina craſſiore panicula coma.* Vide Salmaſ. p. 1300. b. *Geniculata, &c.*] Nimis frequentibus nodis diſtincta. *Dalec.*

f *Ferruminat textus, &c.*] Tabularum compages. Qua ratione Ararici, & Rhodanici nautæ ſuis navigiis conſtruendis, tabulis hiatus interpoſitos, muſco cuneis adacto, fibuliſque ferreis inſuper affixis obſtruunt. *Idem.*

g *Calamis Orientis, &c.*] Sagittariis. Democritus Geoponicon 2. βελίας & νασ[illegible]μους vocat; quoniam, ut ait Dioſcorides, ex harundine naſto ſagittæ fiunt: quamvis in Geoponicis corrupte legatur, *balita & maſto calami.* Guilland.

a *Præcipi-*

mis ſpicula addunt irrevocabili hamo noxia. Mortem [1] accelerant pinna addita calamis. Fitque & ex ipſo telum aliud fracto in vulneribus. His armis ſolem ipſum obumbrant. Propter hoc maxime ſerenos dies optant: odere ventos & imbres, qui inter illos pacem eſſe cogunt. Ac ſi quis Æthiopas, Ægyptum, Arabas, Indos, Scythas, Bactros, Sarmatarum tot gentes & Orientis, omniaque Parthorum regna diligentius computet, æqua [2] fere pars hominum in toto mundo calamis ſuperata degit. Præcipuus hic [3] uſus in Creta bellatores ſuos [a] præcipitavit. Sed in hoc quoque ut cæteris in rebus, vicit Italia: quando nullus ſagittis [b] aptior calamus, quam in Rheno Bononienſi amne, cui plurima ineſt medulla, [c] pondúſque volucre: [d] [4] contra flatus quoque [5] pervicax libra. Quippe non eadem gratia [6] Belgicis. Hæc & Creticis [7] commendatioribus: quanquam præferantur Indi, quorum alia quibuſdam videtur natura, quando [e] & haſtarum vicem præbent additis cuſpidibus. Harundini quidem [f] Indicæ [8] arborea amplitudo: quales vulgo in templis videmus. [g] Differre mares ac fœminas in his quoque Indi tradunt. Spiſſius mari corpus, fœminæ capacius. [9] Navigiorumque etiam vicem præſtant (ſi credimus) ſingula internodia.

1 accel. etiam pinna. M.

2 ferme. Ch.

3 viſu. Ch.

4 & contra. M. & Ch.

5 pervicax. Libro quip. non ead. gratia. Belgicis hæc & Cret commendationibus. M. Lego. gratia, ut nec Creticis bello commendationibus, quanquam, &c.

6 bellicis. Ch.

7 commendatior.

8 arborea ea ampl. qualem. M.

9 Navigiorum etiam. M.

a *Præcipitavit.*] Paratiores audacioreſque fecit, & ad bellum temere ſuſcipiendum cum Romanis impulit, quo profligati ſunt. Cretenſibus gentilitium telum ſagittas eſſe ſcribit Pauſanias l. 1. Hinc & Theophraſto cap. 12. lib. 4. hiſt. κάλαμος τοξικός, harundo ſagittaria, Cretica dicitur. *Dalec.*

b *Aptior calamus.*] Harundo ſagittaria ea vocatur, de qua paulo infra. *Idem.*

c *Pondúſque volucre.*] Findendo aëri oportunum, in jaculatione expeditum. *Idem.*

d *Contra flatus quoque, &c.*] Legend. *& contra flatus quoque pervicax, libra quippe, non eadem gratia Belgicis & Creticis commendatioribus.* ibid. paulo inferius lege: *Suum genus ſagittario calamo, ſed Cretico longiſſimis internodiis, obſequiumque quo libeat flecti calefacto.* Salm.

e *Et haſtarum vicem, &c.*] Quoniam tanta magnitudine & firmitate ſunt, ut iis pro jaculis utantur. Theophr. *Dalecamp.*

f *Indica.*] Alia hæc Indica eſt, quam calamus aromaticus. *Idem.*

g *Differre mares, &c.*] De harundine Epigeio, non de Indica id Theophr. qui maſculam ſolidam eſſe, fœminam vero inanem, etiam ſcribit. *Idem.*

dia. [a] Circa Aceſinem amnem maxime naſcuntur. [b] Harundo omnis ex una ſtirpe numeroſa, atque etiam reciſa fœcundius reſurgit. Radix natura vivax, geniculata & ipſa. Folia Indicis tantum brevia. Omnibus vero à nodo orſa, complexu tenues per ambitum inducunt tunicas: atque à medio internodio cum plurimum deſinunt veſtire, procumbuntque. [c] Latera harundini calamoque in [1] rotunditatem bina, ſuper nodos alterno ſemper inguine, ut alterum ad dextra fiat, alterum ſuperiore geniculo ad læva per vices. Inde exeunt aliquando rami, [2] qui ſunt calami tenues. Plura autem genera. Alia ſpiſſior denſiorque geniculis, brevibus internodiis. Alia rarior [3] majoribus, tenuiorque & ipſa. [d] Calamus vero alius totus concavus, quem [e] ſyringiam vocant, utiliſſimus fiſtulis, quoniam nihil eſt ei cartilaginis atque carnis. Orchomenius eſt continuo foramine pervius, quem auleticum vocant: [f] hic tibiis utilior, fiſtulis ille. [g] Eſt alius craſſiore

1 rotunditate. *Ch.*

2 quis cal. *Ch.*

3 majoribuſque, tenuior & ipſa. *M.*

a *Circa Aceſinem, &c.*] Theophr. cap. 12. lib. 4. de Calamo tantum id ſcribit, qui haſtæ vicem præſtat. *Dalecamp.*

b *Harundo omnis ex una ſtirpe numeroſa, atque etiam reciſa fœcundius reſurgit. Radix natura vivax, geniculata & ipſa.*] Scribendum opinor & alia lectione, *Harundo omnis vivax, atque etiam exuſta fœcundius reſurgit. Radice natura ex una ſtirpe numeroſa, geniculata & ipſa*, ex Theophraſto lib. 4. cap. 11. qui vivacitatem harundini tribuit, non radici. *Omnis*, inquit, *harundo vivax eſt, atque aduſta melius reſurgit. Itemque ſtirpe craſſa numeroſaque eſt, ob id mori pervicax. Radix ipſa geniculata eſt.* Aſtipulatur Columella libro quarto, cap. 31. *Pint.*

c *Latera harundini, &c.*] Foliorum ſeſe explicantium velut alæ. *Dalec.*

d *Calamus vero alius, &c.*] Falſum id eſſe apertiſſime oſtendit hiſtoria Theophr. de Orchomenio calamo. Plinius hæc mire perturbat. Lego, *Calamus vero alius Orchomenius totus concavus q. ſ. v. u. ſ. q. n. e. e. c. a. carnis, continuo foramine pervius. Quem vero Auleticon, &c.* Idem.

e *Syringiam vocant.*] Syring. Theophr. Ita porro vocant, non quod utilis ſit fiſtulis, quemadmodum Plinius expoſuit, ſed quod fiſtuloſus & inanis ſit. *Idem.*

f *Hic tibiis utilior.*] Tibias à Barbaris inventas fuiſſe tradunt, ideoque in deſcribendis muſicis inſtrumentis, quibus perſtrepebat furioſa Bacchantium cohors, recte Catullum dixiſſe,

Barbaraque horribili ſtridebat tibia cantu.

Apud Hom. Trojani de ſuis rebus proſperis læti, ſeſe ut oblectent, pernoctantes in campo tibias inflant. Olympiodorus à Phrygibus inventas fuiſſe tradit, uſumque in certamine Marſiam tibia, Apollinem vero cithara. Victorius cap. 10. 30. Vide quæ notata ſunt cap. 46. lib. 7. *Idem.*

g *Eſt alius craſſiore ligno.*] Eſt alius ſolidus

craſſiore ligno, & tenui foramine, hunc totum fungoſa replet medulla. Alius brevior, alius procerior, exilior, craſſiorque. Fruticoſiſſimus, qui vocatur donax, non niſi [a] in aquaticis natus: quoniam & [b] hæc differentia eſt, multum prælata harundine, quæ in ſiccis proveniat. Suum genus ſagittario calamo ut diximus, ſed Cretico [c] longiſſimis internodiis, obſequentique quo libeat flecti calefacto. [d] Differentias faciunt & folia non multitudine, verum [1] robore & colore. [e] [2] Valida Laconicis, & [3] ab una parte denſiora, quales in totum circa ſtagna gigni putant, diſſimiles amnicis, longiſque [4] veſtiri tunicis, ſpatioſius à nodo ſcandente complexu. Eſt [5] & obliqua harundo, non in excelſitatem naſcens, ſed juxta terram [6] fruticis modo ſe ſpargens, ſuaviſſima in [7] teneritate animalibus. Vocatur à quibuſdam [8] elegia. [f] Eſt & in Italia naſcens [g] adarca nomine, paluſtris, & cor-

1 robore, *in M. d.*
2 Varia. *Vet.* ποικίλα. *Theophr.*
3 ab ima. *Vet. & Ch.*
4 vaſtitas tun. *V.* veſtiri foliis.
5 & in obl. *Vet.*
6 graminis. *Th.*
7 ejus tenerit. *D.*
8 epigeia. *Th.*

ſolidus & totus pene intus repletus. Theophr. *Dalec.*

a *In aquaticis natus.*] Apud lacus & flumina naſcens potiſſimum. Theophr. *Idem.*

b *Hæc differentia eſt.*] Plurimum tamen in quoque genere differunt inter ſe aquaticæ & in ſicco naſcentes. Theophr. *Idem.*

c *Longiſſimis internodiis.*] Nodis paucis, geniculatæ, carnoſiori omnibus. Theophraſtus. *Idem.*

d *Differentias faciunt & folia, non multitudine, verum robore & colore. Valida Laconicis, & ab una parte denſiora.*] Deeſſe arbitror dictionem, *tantum* & legendum, *varia*, non, *valida*, & *ima*, non *una*, ut in totum ſcribendum ſit: *Differentias faciunt & folia non multitudine tantum, verum robore & colore. Varia Laconicis, & ab ima parte denſiora.* Theophraſtus libro quarto c. 11. *Magnas & folia differentias reddunt, non multitudine magnitudineque tantum, ſed etiam colore: quippe quæ Laconica cognominatur, verſicolor eſt, &c.* Pint.

e *Valida Laconicis.*] Laconica verſicolor eſt. In poſitu etiam foliorum & adnexu differentia eſt. Nam quædam ab ima parte foliorum ſuorum maximum numerum edunt, ac velut è frutice ſe attollunt. Theophr. *Dalec.*

f *Eſt & in Italia, &c.*] Lege: *Eſt & in Italia naſcens Adarca, calami paluſtris ex cortice tantum, ſub ipſa coma, &c.* Ex cortice calami paluſtris ſub ipſa coma naſci vult Adarcam. Et pro *utiliſſima dentib.* ſcribe: *utilis medentibus.* Salm. 1301.2. *Eſt & in, &c.*] Nam in Cappadocia tantum naſci Dioſcorides ſcribit. *Dalec.*

g *Adarca nomine.*] Calamachne ea quoque dicitur cap. 10. lib. 32. Vide cap 22. lib. 20. Adarces eſt ſubſalſa concretio, humidis & paluſtribus locis, ſicco cœlo, ſpiſſeſcens, harundinibus & herbis inhæreſcens: molli Alcyonio prorſus ſimilis, valde ſpongioſa, &c. Ex hac hiſtoria Dioſcoridis apparet Plinium Adarces naturam non intellexiſſe, quoniam nec harundini peculiaris eſt, nec è cortice comave naſcitur. *Idem.*

1 &, in M. d.

[a] [1] & cortice, tantum sub ipsa coma, utilissima dentibus, quoniam vis eadem est quæ sinapi. De Orchomenii lacus harundinetis accuratius dici cogit admiratio antiqua. [b] Characiam vocabant crassiorem firmioremque, [2] plotiam vero subtiliorem: hanc in insulis fluitantibus [3] natam, [c] illam in ripis expatiantis lacus. [d] Tertia harundo est tibialis calami, quem auleticon dicebant: [e] nono hic anno nascebatur. Nam & lacus incrementa hoc temporis spatio servabat, [f] prodigiosus si quando amplitudinem [g] biennio extendisset: [h] quod notatum apud [i] Cheroniam infausto Atheniensium prælio, & apud Lebadiam sæpe notatur influente Cephisso. Cum igitur anno [4] permansit inundatio, proficiunt in aucupatoriam quoque amplitudinem: [5] vocabantur [k] Zeugitæ. Contra bombyciæ [l] maturius reciproco:

2 plocimon. *Theophrast.* plocian. *Vet. & Ch.*

3 natare. M.

4 permanserit. M.

5 vocantur. *M.*

a *Et cortice.*] Harundinibus atque herbis inhærescens. Dioscorid. Inepte Plinius Adarcen, quæ Salsilago est, inter harundinum genera commemorat. Vide cap. 22. lib. 20. & cap. 10. lib. 32. *Dalec.*

b *Characiam.*] Phraginiten ipse vocat, cap. 10. lib. 32. *Idem.*

c *Illam in ripis, &c.*] Harundineis cespitibus, ubi harundo multa connexu mutuo radicum implectitur, pingui lætoque solo. Theophr. *Idem.*

d *Tertia harundo, &c.*] In sequentibus multa Plinius ex Theophrasto male transcripsit. Apud Theophrastum locus est cap. 12. lib. 4. *Idem.*

e *Nono hic anno nascebatur.*] Nono anno nasci putabant, quoniam eo temporis intervallo lacus augebatur, sed magno errore, &c. Theophrastus. *Idem.*

f *Prodigiosus.*] Prodigiosum id esse Theophrastus non ait, sed contigisse circa tempus ejus infausti prælii. *Idem.*

g *Biennio extendisset.*] Post imbres frequentes aqua biennio copiosa permansisset. Theophr. *Idem.*

h *Quod notatum, &c.*] Lego: *quod notatum apud Cheroniam infausto Atheniensium exitu, & sæpe, Copaida vocatur influente Cephisso.* ut dicat Orchomenium, illum lacum Copaidem vocari, in quem influit Cephisus. Vide *Salmas.* pag. 117. b.

i *Cheroniam, &c.*] Chæroneia Straboni, oppidum, ad quod Philippus Amyntæ filius, Bœotiis, Corinthiis, Atheniensibus gravi prælio superatis, Græciam subjugavit. In vicino Lebadiæ est, quæ Jovis Trophonii antrum & oraculum habet. Strabo lib. 9. *Dalec.*

k *Zeugita.*] Zeugitin aucupatoriam male Plinius exponit. *ζευγίτην* dicebant eam, quæ crassitie & longitudine ad compingenda duarum tibiarum paria & conjugia, τὰ ζεύγη, idonea & apta foret, ut *βομβυκίαν*, quæ ob strigosam maciem tibia dignum sonum non ederet, sed bombum tantum. Apulejus 4. Asini nuptiales tibias vocat zygias, quasi jugales, sicut Junonem zygiam, jugam, sive jugalem vocant;

---- *cui vincla jugalia curæ*,

ut inquit Poëta. Idem lib. 6. harundinem *Musicæ nutriculam* appellat, lepide quidem, sed affectate. *Idem.*

l *Maturius reciproco.*] Cum aqua copiosa non permanserit. Theoph. *Idem.*

a *Hinc*

ciproco: graciles, [1] fœminarum latiore folio atque candidiore, modica lanugine, aut omnino nulla, spadonum nomine [2] insignibus. [a] Hinc erant armamenta [b] ad inclusos cantus, non silendo & [c] reliquo curæ miraculo, ut venia sit, argento jam potius cani. Cædi solebant [3] tempestive usque [d] [4] ad Antigenem tibicinem, cum adhuc [e] simplici musica uterentur, sub Arcturo: sic præparatæ aliquot post annos utiles esse incipiebant. Tunc quoque multa domandæ exercitatione, [5] & canere tibiæ ipsæ docendæ, [f] comprimentibus se ligulis, [g] quod erat illis theatrorum moribus utilius. [h] Postquam varietas accessit, & cantus quoque [6] luxuria, cædi ante solstitia cœptæ, & fieri utiles in trimatu, apertioribus earum [7] ligulis ad flectendos sonos, [8] quæ inde sunt & hodie. Sed tum ex sua [9] quanque tantum [10] harundine congruere persuasum erat: & eam, [i] quæ radicem antecesserat, [*] lævæ tibiæ convenire:

1 fœmin. specie. Theophrast.
2 insignes. Dal.
3 tempestivæ. Ch.
4 ad Antigenidem. Ch. & Theophrast.
5 & canore tibiæ ipso educandæ. Vet. & canere tib. ipsæ edocendæ. M.
6 luxuriantes. M.
7 ungulis. Ch.
8 quæ jam inde sunt. Vet.
9 quaque. M.
10 harundinem. M.

a *Hinc erant armamenta.*] Tibiæ fiebant, quibus canerent. *Armamentum* licenter Plinius instrumentum vocat: quod Gazam impulit, ut apud Theophrastum parum apte ζεύγιτην verteret *Armamentarium*. Dalec.

b *Ad inclusos cantus.*] Inclusos cantus dici volunt, qui in theatris aut templis muro circumseptis, vel etiam in privatis ædibus personarent, non autem in aperto ederentur, veluti tubis & cornibus. Aldus putat scriptum fuisse *Inclutos* pro *Inclytos*, unde factum sit *Inclusos*. Ennius de Coclite, *Hic datus est occasus Horatius inclut' saltu*, apud Festum. *Idem.*

c *Reliquo curæ miraculo.*] In harundinis tibialis præparatione. *Idem.*

d *Ad Antigenem tibicinem.*] Antigenem Thebanum musicum primum calceis Milesiis usum fuisse, fimbriatamque vestem, κροκωτὴν, in comessationes attulisse, καὶ μελοποιῆσαι, Suidas refert. Antigenide tibicine harmation canente, Plutarchus scribit epulantem Alexandrum sic exarsisse, ut raptis armis adstantes fere invaderet, ut verum sit quod Spartiatæ dictitabant: *Urget in ferrum scita fidibus cantio.* Magius cap. 13. 4. Antigenidæ Musici meminit Apulejus lib. Florid. *Idem.*

e *Simplici musica.*] Tibia Theophr. ὅτι ηὔλουν ἀπλάστως. *Idem.*

f *Comprimentibus se ligulis.*] Connivente ore linguarum. Theophr. *Idem.*

g *Quod erat illis theatrorum, &c.*] In Theophrasto est ὃ πρὸς διασκευασίαν ἦν χρήσιμον, quod ad usum exercitationemque canendi utilius fuit. *Idem.*

h *Postquam varietas accessit.*] Cantus varietatem ac luxuriam Latine reddit, quod Theophrastus ait τὴν πλάσιν, nempe rudioris simplicioris que musicæ ad cantus delicias, ac jucundam argutamque varietatem, veluti confirmationem atque eruditionem. *Idem.*

i *Quæ radicem antecesserat.*] Theophrastus radici proximam linguam, lævam esse ait, dextram vero quæ ad germina est. Plinius ad dextram lævamque tibiam, perquam apte refert, & eum Theophrasti locum quasi interpretatur commode,

nire: quæ cacumen, dextræ: immensum quantum prælatis, [a] quas ipse Cephissus abluisset. Nunc sacrificæ Thuscorum è buxo, ludicræ vero loto, [b] ossibusque asininis & argento fiunt. Aucupatoria harundo à Panhormo laudatissima: piscatoria [c] Abaritana ex Africa. Harundinis Italiæ usus

commode. Varro cap. 2. lib. 1. ait, tibiam dextram in carminbus esse modorum incentivam, lævam autem succentivam. Sed de his statim. *Dalec.*

* *Læva tibia convenire.*] Ut capaciorem, amplioris & gravioris soni. Dextra acutior, læva gravior, obtusior, obscurior. Impares, id est, unica tantum, in monodio, cum unica persona ageret, inflabantur: Pares, sive binæ, cum multi: Choricæ, cum chorus. Unicæ personæ μονῴδιον fuit: plurium συνῴδιον. Monodium & canticum dixerunt: Synodium, diverbium. Vide Rhod. c. 7. 9. Quando chorus canebat, inquit Diomedes lib. 3. Choricis sive choraulicis tibiis artifex concinebat: in canticis autem, Pithaulicis responsabat, nempe quibus pithaules, sive ascaules, id est, utricularius utitur. Brod. c. 13. 2. Vide quod notatum est supra in cap. 37: lib. 7. De monodia vide Victorium cap. 8. 31. observat. Dextras vocarunt, quod oris parte dextra inflarentur, dextra manu tenerentur: lævas ob contrarias causas. Victor. cap. 22. 38. Serranæ tibiæ ab acuto serræ stridore ac sono, ut Gingrinæ, ab anserum clangore: Gingriunt enim anseres. Serranæ sinistræ fuerunt, acutius tinnientes, & ut Varro inquit, succentivæ, ut dextræ, quæ gravius sonant, incentivæ, Turn. cap. 34. 28. Dextra ea fortassis est, quam Cic. lib. 2. ad Atticum μικρὸν vocat. *Cn. quidem noster*, ait, *jam plane quid cogitet nescio:* *φυσᾷ γὰρ οὐ σμικροῖσιν αὐλίσκοις ἔτι, ἀλλ' ἀγρίαις φύσαισι φορβειᾶς ἄτερ.* Qui locus apud Dionysium Longinum citatur ex Sophocle: *Φλοιώδης γὰρ ἀνήρ*, inquit, *καὶ φυσῶν κατὰ τὸν Σοφοκλέα μικροῖς μὲν αὐλίσκοισι φορβειᾶς δ' ἄτερ.* Leopardus c. 2. 1. Servius in lib. 2. Æneid. *Serrana tibia, quæ sunt pares & æquales habent cavernas, sive foramina, τὰ τρήματα: Phrygia, quæ impares & inæquabilibus foraminibus.* Varroni Phrygia dextra unum habet foramen, sinistra duo: quorum unum sonum acutum edit, alterum gravem. Brod. cap. 32. 5. Præcentarias, vascas, Puellatorias, Gingrinas, Milvinas tibias memorat Alex. ab Alexand. cap. 2. 4. Funebrium hic non meminit, quas adhibebant plebeiorum exequiis, ut tubas justis nobilium & locupletum. Statius:

Tibia, cui teneros solitum deducere manes.

Ovidius:

Tibia funeribus convenit ista meis.

Persius de divite:

Hinc tuba, candelæ tandemque beatulus alto, &c.

Hinc Siticines Apulejo in Floridis monumentarii tibicines. Sic elatus est corvus supra cap. 43. 10. Athen. pag. 314. vers. 18. ex Philetæto:

Ὦ Ζεῦ, καλόν ἐστιν ἀποθανεῖν αὐλούμενον,
Τούτοις ἐν ᾅδου γὰρ μόνοις ἐξουσία
Ἀφροδισιάζειν ἐστίν· οἱ δὲ τοὺς τρόπους
Ῥυπαροὺς ἔχοντες μουσικῆς ἀπειρίᾳ
Εἰς τὸν πίθον φέρουσι τὸν τετρημένον.

Idem.

a *Quas ipse Cephissus abluisset.*] Et, si lætum, profundum, cœnosum solum sit. Theophr. *Idem.*

b *Ossibusque asininis.*] Plutarchus in convivio septem sapientum miratur, asinum animal stolidissimum & alienissimum à musica, ossa tenuissima, atque maxime canora suppeditare. Vide locum. *Idem.*

c *Abaritana ex Africa.*] Hæc sunt viginti duo genera: quibus si addas Ægyptium, Gnidium, Anaiticum, Italicum, Belgicum. Creticum, Indicum, supra memorata, viginti novem comperies, quot se recitasse ait cap. 11. lib. 24. *Idem.*

a Ad

usus [a] ad vineas maxime. [b] Cato seri eam jubet in humidis agris, bipalio subacto prius solo, oculis dispositis intervallo ternorum pedum. Simul & corrudam, unde asparagi fiant: [c] concordare enim amicitiam.

CAP. XXXVII.

De salice, ejus genera octo, & quæ præter salicem sunt utilia ligaturis, & de rubis.

SAlicem vero [1] circa, qua nulla aquaticarum utilior, licet populi vitibus placeant & Cæcuba educent: licet alni [2] sepibus muniant, contraque erumpentium amnium impetus, [3] riparum muro in tutela ruris excubent in aqua satæ, cæsæque densius innumero hærede prosint. [4] Salicis statim plura genera. [5] Namque & in proceritatem magnam emittunt jugis vinearum perticas, [6] pariuntque [d] baltheo corticis vincula: & [e] aliæ virgas sequacis ad vincturas lentitiæ. [f] Aliæ prætenues viminibus texendis spectabili subtilitate. Rursus aliæ firmiores corbibus, ac plurimæ agricolarum suppellectili: candidiores ablato cortice, [7] levique tractatu, [8] vilioribus vasis quam [9] ut è corio fiant: atque etiam supinarum [g] in delicias cathedrarum aptissimæ. [10] Cædua salici fertilitas, [11] densior tonsura ex brevi [12] pugno verius, quam ramo, non ut remur, in novissimis curanda arbore. Nullius quippe tutior est

1 circa amnes qua. *Cato c. 9.*
2 sepes. *M.*
3 riparum modo in tutelam. *Dal.*
4 Salici sativum plu. gem. *V. in manuf. bis c. 37. initium.*
5 Nam quædam & in proceritatem. *Vet.*
6 præbent. *Dal.*
7 læves tract. *Dal.*
8 melioribus. *M.* mollioribus. *V. & Ruel. & Ch.*
9 si è corio. *Vet. alii.*
10 Cædua salici fertilitas densior tonsura, & brevi ligno verius. *Dal.*
11 densiorque. *M.*
12 cunec.

a *Ad vineas maxime.*] Ad earum pedamenta & juga. Vide Varronem c. 8. lib. 1. *Dalec.*

b *Cato.*] Cap. 6. & 48. *Idem.*

c *Concordare enim amicitiam.*] Quia foditur, incenditur, & umbram per tempus habet. *Idem.*

d *Baltheo.*] Cinctu, cingulo, philyra sive tilia corticis exterioris, qui pedamentis aufertur. *Idem.*

e *Aliæ.*] Amerinæ, russæ, Vitellinæ. *Idem.*

f *Aliæ, &c.*] Nigræ, purpureæ. *Idem.*

g *In delicias cathedrarum aptissimæ.*] In quibus ignavæ sedent totos dies mulierculæ & cum iis molles ac effœminati viri: unde cathedralitii Martiali,

Cum cathedralitios portet tua rheda ministros,
Et Libys in longo pulvere sudet eques.

Ac rursus:

Inter fœmineas qui tota luce cathedras
Desidet.

Rhod. cap. 8. 15. *Idem.*

a *Cato.*]

est reditus minorisve impendii, aut tempestatum securior. Tertium locum ei in æstimatione ruris [a] Cato attribuit, prioremque quam olivetis quamque frumento, aut pratis: nec quia desint alia vincula. Siquidem & genistæ, & populi, & ulmi, & [b] sanguinei frutices, & [1] betulæ, & harundo fissa, & harundinum folia, ut in Liguria, & vitis ipsa, recisisque aculeis rubi alligant, & intorta corylus. Mirumque contuso ligno alicui majores ad vincula esse vires. Salici [2] tamen præcipua dos. [3] Finditur [c] Græca rubens, candidiorque Amerina, sed paulo fragilior, [4] ideo solido ligat nexu. [5] In Asia tria genera observant. [d] Nigram, utiliorem viminibus: candidam agricolarum usibus: tertiam, quæ brevissima est, [e] helicem vocant. [f] Apud nos quoque multi totidem [6] generibus nomina imponunt: [7] vimineam vocant, eandem [g] purpuream. Alteram [8] nitelinam à colore, quæ sit tenuior. Tertiam Gallicam, quæ tenuissima. [h] Nec in fruticum, nec in veprium cauliumve, neque in herbarum, aut alio ullo,

1 betullæ. *Ch.*
2 autem. *Vet.*
3 Find. Gr. rub. Amerina, ut & candida, haud paulo flexilior id. sol. ligans.
4 ideoque. *Vet.*
5 In Arcadia. *Theophrast.*
6 generib. *in V. d.*
7 vimalem voc. eandemque. *Ch.*
8 vitellinam. *Ruel.*

a *Cato.*] Cap. 1. *Dalec.*

b *Sanguinei frutices.*] De iis vide supra c.10. & 18. l.19. & infra c.18.l.24. *Idem.*

c *Græca rubens.*] Amerina sub. Hæc enim de Amerina, quæ sola finditur, sunt intelligenda. Amerinarum quædam rubet, quam Græcam vocant. Plinius etiam nigram cap.9. lib.24. quædam candida est. Amerinam Lugdunenses hodie vocant *Amerines*, & *Ambres*, Parisienses *Osier*. Idem.

d *Nigram.*] Theophr. cap. 13. lib. 3. histor. *Idem.*

e *Helicem vocant.*] Vel Helicem à similitudine Hederæ sic dictæ, quæ ad justum Hederæ modum non excrescit, vel ἑλίκην, ut apud Theophr. legitur ἀπὸ τοῦ εἱλίττεσθαι, quod maxime flexilis sit ac plicatilis. *Idem.*

f *Apud nos quoque, &c.*] Columellæ, cap. 30. lib.4. vimineæ Salicis tria genera: Græca, flavi coloris: Gallica, obsoleti, purpurei & tenuissimi viminis: Sabina, quam plurimi Amerinam vocant, gracili & rutila virga. *Idem.*

g *Purpuream.*] Cortice è nigro purpurascente. *Idem.*

h *Nec in fruticum, &c.*] Legend. *Nec in fruticum, nec in veprium cauliumve, nec in herbarum aut ullo alio quam suo genere numerentur jure Scirpi fragiles palustresque ad tegillum tegetesque.* Tegilla Cuculi vel petasi ex scirpo facti. *Scirpum* Grammatici interpretantur: *id quod in palustribus locis nascitur leve ac procerum, unde tegetes fiunt.* Hoc est φλοῦς Græcorum. Et quod sequitur sic corrige: *pro maximoque æstimanti hoc videatur esse quod in interiore parte mundum papyrum usui det. Frutectosi generis sunt inter aquaticas & rubi atque sambuci.* æstimanti, inquit, virtutes papyri hoc pro maximo videatur esse, quod interior ejus pars mundum papyrum usui det, id est, mundi papyri usum præstet. Vide *Salmas.* pag. 1002. b.

a *Scirpi*

lo, quam suo genere, numerentur jure [a] scirpi fragiles palustresque ad tegulum tegetesque: è quibus detracto cortice, candelæ luminibus [b] & funeribus serviunt. Firmior quibusdam in locis eorum rigor. Namque iis velificant non in Pado tantum nautici, verum & in mari piscator Africus, præpostero more vela [1] intra malos suspendens. Et [c] mapalia sua Mauri tegunt: proximeque [2] æstimanti hoc videantur esse, quo inferiore Nili parte papyri sunt usu. Sed [3] fruticosi generis sunt inter aquaticas & rubi, atque sambuci fungosi generis, aliter tamen, quam ferulæ. Quippe plus [4] ligni utique sambuco. Ex qua magis canoram buccinam tubamque credit pastor, ibi cæsa, ubi gallorum cantum frutex ille non exaudiat. Rubi mora ferunt, & alio genere [d] similitudinem rosæ, qui vocatur cynosbatos. Tertium genus Idæum vocant Græci à loco. Tenuius est quam cætera, minoribusque spinis, & minus aduncis. Flos ejus contra lippitudines illinitur ex melle [5] & igni sacro. Contra stomachi quoque vitia bibitur ex aqua. Sambuci acinos habent nigros atque parvos, humoris lenti, inficiendo maxime capillo: [6] qui & ipsi [e] aqua decocti manduntur.

1 inter. *Vet.*

2 æstimanti hoc interiore parte vid. esse, quo interiore. *M.* quod in interiore mundi parte pari sunt papyri usui. *Vet.* quod in interiore mundi papyrum usui. *Ch.*

3 fructectosi. *M.* frutectosi. *Ch.*

4 ligni ac succi utique. *V.* ligni est utique. *Ch.*

5 & ignem sacrum. *M.*

6 quin &c. *Vet.*

CAP. XXXVIII.

De succis arborum, & natura materiarum, & de cadendis arboribus.

[f] HUmor & cortici arborum est, qui sanguis earum intelligi debet, non idem omnibus. Ficis

a *Scirpi fragiles.*] Plautus:
O scirpe, scirpe, laudo fortunas tuas,
Qui semper servas gloriam aritudinis.
Dalec.

b *Et funeribus serviunt.*] Quod adnotavit interpres Theocriti, juxta mortui cadaver, quamdiu supra terram esset, ignem accensum conservabant, qua in re candelis his utebantur. *Idem.*

c *Mapalia.*] Vide Sallust. in Jugurtha. *Idem.*

d *Similitudinem rosæ.*] Hoc est quod Theophr. ait cap. 8. lib. 3. histor. Cynosbaton fructum subrubrum habere, παραπλήσιον τῷ τῆς ῥόδυ, non ut legitur τῆς ῥοιᾶς. *Idem.*

e *Aqua decocti manduntur.*] Olerum more. Diosc. qui de Sambuci & Ebuli foliis id tradit. *Idem.*

f *Humor & cortici arborum est, qui sanguis*

1 lacteus. *Ch.*
2 cumminosus. *Ch.*
3 salivosus: lentus. *V.*
4 pinguis. Malis, vitibus. *M. & Theophr.*
5 toto. M. Æque in toto. *Vet.*
6 sycomoro. *Diosc.* primo vere. *Ruel.*
7 vere. M.
8 incisus. *M.* incusso. *Vet.*
9 fractus cortex siccus. *Ex Diosc.*
10 habent. *Ch.*
11 cornus: olea nec. *Dal.*

Ficis [1] lacteus: huic [a] ad caseos figurandos coaguli vis. Cerasis [2] gummosus, ulmis [3] salivosus, lentus ac [4] pinguis malis, vitibus ac pyris aquosus. Vivaciora, quibus lentior. Atque [5] in totum corpori arborum, [b] ut reliquorum animalium, cutis, sanguis, caro, nervi, venæ, ossa, medullæ, pro cute cortex. [c] Mirum, hic in [6] moro medicis succum quærentibus, [d] [7] ferę hora diei secunda, lapide [8] incussius manat: altius [9] fractus siccus videtur. Proximi plerisque adipes: ii vocantur à colore alburnum: mollis ac pessima pars ligni, etiam in robore facile putrescens, teredini obnoxia: quare semper amputabitur. Subest huic caro, cui ossa: id est, materiæ optimum. Alternant fructus, quibus siccius lignum, ut olea, magis quam quibus carnosum, ut cerasus. Nec omnibus adipes carnesve largæ, sicuti nec animalium acerrimis. Neutrum [10] habet buxus, [11] cornus, olea: nec medullam, minimumque

sanguis earum intelligi debet, non idem omnibus: ficis lacteus.] Dictionem cortici Plinianam non credimus, ducti verbis Theophrasti lib. 1. cap. 19. *Arborum*, inquit, *ipsarum humor variis generibus consummari videtur: alius enim succus lacteo similis est, ut fici, papaveris, &c.* Pint. *Humor & cortici arborum est, &c.*] Lege: *Humor & cortici arborum est, &c.* *huic ad caseos figundos coaguli vis.* Caseus enim *figi* dicitur, cum cogitur, πήγνυται. *Salmas.* 1284. b. *Humor & cortici, &c.*] Theophr. cap. 19. lib. 1. histor. & cap. 1. lib. 9. ejusd. *Dalec.*

a *Ad caseos figurandos*] Varro cap. 11. 2. de re rustica. Caseum eum veteres ὀπίαν, ἀπὸ τοῦ ὀποῦ & καρδίαν ἀπὸ τῆς καρδίης, ut exponit Hesychius ὑπὸ τοῦ ὀποῦ τῆς καρδίης πηγνύμενον. Apud Euripidem Polyphemus suas divitias ostentans, inquit, καὶ τυρὸς ὀπίας ἐστί, καὶ βοὸς γάλα. Victor. cap. 7. 32. & Annot. in Varronis citatum locum. *Idem.*

b *Ut reliquorum animalium.*] Theophrast. c. 3. & 4. lib. histor. *Idem.*

c *Mirum, hic in moro, &c.*] Legend. *Mirum, is in moro succum quærentibus medicis, vere hora diei secunda lapide incursus manat, altius fractus siccus videtur.* Mirum, inquit, is cortex in moro lapide incursus manat. *Incursum* hunc corticem lapide dicit, qui in summa superficie lapide læsus est levi tantum incursu. *Salmasius* 1284. b. *Mirum hic in moro medicis succum quærentibus fere hora diei secunda lapide incussius manat.*] Antiquum exemplar, *Mirum hiis in moro medicis succum quærentibus, vere hora diei secunda lapide incisus manat.* ut forte legendum sit *imus*, non *hiis*. nam sequitur statim *altius fractus, &c.* Pint.

d *Fere hora diei secunda.*] Νεαρὸν δένδρον πρὶν καρποφορεῖν ἐπίζεσθαι. Diosc. scribit, lacteum succum ex arbore tenella colligi, priusquam fructum ferat. Νεαρὸν ad matutinum sive horam diei secundam retulisse videtur Plinius. Ruellius *primo vere arbore tenera succum eximi* vertit in histor. Sycomori apud Dioscorid. tanquam ἐαρινὸν pro νεαρὸν legisset. *Dalec.*

a In

que etiam sanguinis: sicut ossa non habent sorba, carnem sambuci, [1] & plurimam ambæ medullam: [1 sed. *Dal.*] nec [2] harundines majore ex parte [a] In quarundam [2 harundines. Majore ex parte in quarundam. *M.*] arborum carnibus pulpæ venæque sunt. Discrimen earum facile. Venæ latiores candidioresque pulpæ fissilibus insunt. Ideo fit, ut aure ad caput trabis quamlibet prælongæ admota, ictus ab altero capite [b] vel [3] graphii sentiatur, penetrante rectis meatibus sono. [3 gravis. *Vet.*] Unde deprehenditur, an torta sit materies, nodisque concisa. Quibusdam sunt [c] tubera, sicut sunt in carne glandia. In iis nec vena, nec pulpa, [d] quodam callo carnis in se convoluto. Hoc pretiosissimum in [4] cedro & acere. [4 citro. *M.* & *Ch.*] Cætera mensarum genera fissis arboribus circinantur in pulpam: alioqui fragilis esset vena in orbem [5] arboris cæsa. [5 arbore. *Dal.*] Fagis pectines transversi in pulpa. Apud antiquos inde & vasis honos. [e] [6] Manius Curius juravit se ex [6 Marcus. *Alii:*] præda nihil attigisse, præter guttum faginum, quo sacrificaret. Lignum in longitudinem [7] fluctuatur, [7 fluctuat. *M* ita fluctuat. *Vet.* fluctuat ea quæ. *Vet.* *Alii.*] [f] ut quæ pars fuit ab radice, validius [8] fidit. Quibusdam pulpa sine venis, mero stamine & tenui constat. [9] Hæc maxime fissilia. [g] Alia frangi celeriora, quàm findi, quibus pulpa non est, ut oleæ, [8 fidat. *M.*] [9 Hæcque. *Dal.*] vites. At è contrario totum è carne corpus fico. Tota ossea est ilex, cornus, robur, cytisus, morus, ebenus,

a *In quarundam arborum, &c.*] Theophrast. c. 2. lib. 1. hist. *Dalec.*

b *Vel graphii sentiatur.*] Est autem graphium, ut vulgo etiam notum est, stylus ferreus, quo in ceratis tabellis, quicquid libuerit, exarare solemus. *Gelen.*

c *Tubera.*] Prominentes foras humores ac veluti quidam gibbi. *Dal.*

d *Quodam callo carnis in se convoluto.*] Σπείρας vocat Theophr. cap. 3. lib. 5. histor. quo in loco spiram nec nodum ὄζον esse, nec crispam materiam, οὐλό-τητα, ait, quemadmodum in Acere & Citro, Plinius interpretatur. *Idem.*

e *Manius Curius.*] Ad focum sedenti illi, & quod Athenæus ex Megacle tradit, rapum coquenti, cum Samnites magnum auri pondus attulissent, repudiati sunt. Non enim aurum habere præclarum sibi videri dixit, sed eis, qui haberent aurum, imperare. Cicero in Cat. Majore. Victor. c. 5. 10. Valer. Max. cap. 2. 4. *Idem.*

f *Ut quæ pars fuit ab radice.*] Theophrast. cap. 6. lib. 5. histor. observari hoc tradit in lignis quæ mari inveterantur. *Idem.*

g *Alia frangi celeriora.*] Idem cap. 8. lib. 1. histor. *Idem.*

ebenus, lotos, & quæ ſine medulla eſſe diximus. Cæteris nigricans color. Fulva cornus, in venabulis nitet inciſuris [a] [1] nodata propter decorem. Cedrus, & larix, & juniperus rubent.

1 notata. *Vet.*

CAP. XXXIX.

De larice & abiete, & ſapino, & cæteris hujuſmodi arboribus cædendis.

[2] LArix fœminam habet, quam Græci vocant ægida, [b] mellei coloris. [3] Inventum eſt pictorum tabellis immortale nulliſque fiſſile [4] rimis, hoc lignum. [c] Proximum medullæ eſt. In [5] abiete [d] leuſon Græci [6] vocavere. Cedrus quoque duriſſima, quæ medullæ proxima, ut in corpore [7] oſſa, deraſo modo limo. [e] Et ſambuci interiora mire firma traduntur. [f] Namque qui venabula ex ea faciunt, præferunt omnibus. Conſtat enim ex cute & oſſibus. [g] Cædi tempeſtivum quæ decorticentur, ut teretes, [h] ad templa cæteraque uſus rotundi, cum germinant, alias cortice inextricabili, & carie ſubnaſcente ei materiaque nigreſcente. [i] Tigna

2 Pinus fœmina, &c. *Theophr.*
3 Inventu pict.
4 rimis. Hoc lignum proxi. *M.*
5 abiete, quod lens. *Dal.*
6 vocant. Cedri, *M.* vocant Cedrus. *Gb.*
7 oſſa. Deraſo modo limo & ſamb. *M.*

a *Nodata propter decorem.*] Et firmius manu teneatur, cum feræ, præſertim ſævæ, ut apri, transfigendæ ſunt. *Dalec.*

b *Mellei coloris.*] Elegantis. Theophr. ἐύχρουν, Plinius legiſſe videtur μελίχρουν. *Idem.*

c *Proximum medullæ eſt.*] Imo vero medulla, ἐγκάρδιον. *Idem.*

d *Leuſon.*] Λεῦκον Theophr. cap. 10. lib. 3. Lignatores montis Juræ adhuc vocant *Louchon.* Idem.

e *Et ſambuci interiora, &c.*] Plurimam tamen habere medullam Sambucum ſupra ſcripſit cap. 25. hujus lib. Idem tradit & Theophr. cap. 9. lib. 1. hiſtor. & cap. 13. lib. 3. ita tamen, ut quoſdam exiſtimaſſe medulla carere dicat. Lego, *traduntur. E corno, qui venabula, &c.* Theophr. maris Corni materiam corde carere (ἀκάρδιον εἶναι) totam ſolidam eſſe, denſitate, ac firmitate cornibus ſimilem. id quod Plinius parum feliciter vertit, *conſtare ex cute & oſſibus.* Idem.

f *Namque qui venabula, &c.*] De corno id ſcribit Theophr. cap. 12. lib. 3. hiſt. *Idem.*

g *Cædi tempeſtivum quæ decorticentur, ut teretes.*] Scribo, *& teretes*, non *ut teretes*, ex Theophraſto libro quinto capite primo: *Cædi itaque tempeſtivum rotundam quidem materiam, & omnem quæ decorticanda accipitur, cum germinare incipit.* Pint.

h *Ad templa.*] Idem cap. 1. lib. 5. hiſtor. *Dalec.*

i *Tigna & quibus aufert, &c.*] Sic Theophr. *Quadrata cum turgere* λήγωσιν, *deſierint. Securis enim*, τὸ δυσειδὲς, vel ut alii, δυσῶδες, *deformitatem aut pudorem* (corticem Plinius) *aufert. Reliqua nunc poſt meſſem*, (Solſtitio Plinius) *nunc*

gna & quibus aufert securis corticem, à bruma ad Favonium: aut si prævenire cogamur, Arcturi occasu, & ante eum Fidiculæ. Novissima ratione solstitio. Dies siderum horum [1] reddentur suo loco. Vulgo satis putant observare, [2] ne quæ dedolandæ arbores sternantur ante editos suos fructus. [a] Robur vere cæsum, terędinem sentit: bruma autem neque [3] viatur, neque pandatur, alias obnoxium etiam ut torqueat sese findatque: quod in subere tempestive quoque cæso evenit. Infinitum refert & lunaris ratio: nec nisi à vicesima in tricesimam cædi volunt. Inter omnes vero convenit, utilissime in coitu ejus sterni, quem diem alii [4] interlunium, alii silentis lunæ appellant. Sic certe Tib. Cæsar concremato ponte naumachiario, larices ad restituendum cædi [5] ex Rhætia præfinivit. Quidam dicunt, ut in coitu & sub terra sit luna: [b] quod fieri non potest nisi noctu. At si competant coitus in novissimum diem brumæ, illa [6] sit æterna materies: [7] proxime, cum supra dictis sideribus. Quidam & Canis ortum addunt, & sic cæsas materies in forum [8] Augustum: nec novellæ autem ad materiem, nec veteres utilissimæ. [c] Circuncisas quoque ad medullam aliqui non inutiliter relinquunt, ut omnis humor stantibus defluat. Mirum apud antiquos primo Punico bello classem Duellii Imperatoris ab arbore, excisa LX. die navigasse. [9] Con-

tra

1 reddetur. *Ch.*
2 ne qua dedolanda, stern. *M. & Ch.*
3 vitiatur. *M. & Ch.*
4 interlunii. *Ch.*
5 in. *Ch.*
6 fit. *Dal.*
7 proxima. *Vet.*
8 Augusti. *Vet.* Augustum. *Ch.*
9 *Carrio emend.* 2. *cap.* 11.

nunc post Vindemiam & Arcturum, ut Aria, Ulmus, &c. Plinius πτερύγωμα ligna reddidit, & Arcturum, nempe Arcturi ortum, qui fit pridie Idus Septembreis, ejus occasum intellexit, qui fit prid. Idus Martii, ante quod tempus Fidicula occidit, nempe pridie Nonas Februarii: & Favonius spirat, nempe circiter sextum Idus Februarii. *Dalecamp.*

a *Robur vere cæsum, &c.*] *Quercus profecto cæsa tempestive, nec putret; nec verminibus eroditur, & cornu instar dura spissaque manet, tota enim cordi similis est: at Haliphloëos etiam tum vilis & inutilis.* Theophr. Negligentissime Plin. hæc vertit: *Suberque* pro Haliphloëo scripsit. *Idem.*

b *Quod fieri non potest nisi noctu.*] Nam Solis sidus, cum quo Luna coit, non nisi noctu sub terra est. *Idem.*

c *Circuncisas quoque, &c.*] Vitruvius cap. 9. lib. 2. Palladius c. 15. Novembris. *Idem.*

tra vero Hieronem regem CCXX. naves effectas diebus XLV. tradit L. Piso. Secundo quoque Punico bello, Scipionis classis XL. die à securi navigavit. Tantum tempestivitas etiam in rapida celeritate pollet. Cato hominum summus in omni usu, de materiis hæc adjicit. [a] Prælum è [1] sapino atra potissimum facito. Ulmeam, pineam, nuceam hanc atque aliam materiam omnem cum effodies, luna decrescente eximito post meridiem, sine vento Austro. [b] Tunc erit tempestiva, cum semen suum maturum erit. [2] Caveto ne per rorem trahas, aut doles. Idemque mox: nisi intermestri [3] luna atque dimidiata, ne tangas materiem. Tunc ne effodias aut præcidas abs terra. Diebus [4] quatuor proximis, quibus Luna plena fuerit, optime eximitur. Omnino [5] caveto nigram [6] materiam doles, neve cædas, neve tangas, nisi siccam, neve gelidam, neve rorulentam. Tiberius [7] idem & in capillo tondendo servavit interlunia. [c] M. Varro adversus defluvia præcepit observandum [8] id à pleniluniis. [9] Larici & magis abieti [d] succisis, humor diu defluit. Hæ omnium arborum altissimæ ac rectissimæ. [e] Navium malis antennisque propter lævitatem præfertur abies. Communia his pinoque, [f] ut quadripartitos venarum cursus bifidosque habeant, vel omnino simplices. [g] Ad fabrorum intestina

1 carpino. *Alii.*
2 Caveto quoque per. *Alii & Ch.*
3 lunaque. *M. & Ch.*
4 septem. *V. & Cato.*
5 caveto nigra. *Dal.* *sub.* luna.
6 materiam *in M. d.*
7 itidem. *M.*
8 idem à.
9 Pino. *Theophr.*

a *Prælum è sapino atra potissimum facito. Ulmeam pineam, nuceam.*] In ipso Catone leges cap. 31. *Prælum è sapino atra potissimum facito, aut ulmeam, aut pineam vel nuceam.* Pint.

b *Tunc erit tempestiva.*] Cato cap. 17. & 31. & 37. *Dalec.*

c *M. Varro.*] Cap. 37. lib. 1. de re rust. Ubi & Varr. emendat & hunc Plinii locum adducit Fulv. Ursin. *Idem.*

d *Succisis.*] Theophr. cap. 2. lib. 5. hist. *Idem.*

e *Navium malis antennisque, &c.*] Theophr. cap. 8. lib. 3. histor. Abietis caudicem comparat cum navis arbore. *Idem.*

f *Ut quadripartitos venarum, &c.* Κτίνας, κυνδίνας & διαφύσεις τετραζόους. Vitruv. quadrifluvio dispartatos vocat. *Idem.*

g *Ad fabrorum, &c.*] Lege: *Ad fabrorum intestina opera medulla pectoris optima quadripartitis materiis, &c.* Tali est abietis in ea parte quæ proxima terræ est, quadruplici nempe venarum cursu fluviata. Vide *Salmas.* p. 1033. b. 1034. a. *Ad fabrorum.*] De medulla Ebeni, Cytisi, Therebinthi, & cujusdam arboris color

[a] intestina opera medulla sectilis: [b] optima quadripartitis [1] materies, & mollior quam cæteræ. Intellectus in cortice protinus peritis. Abietis quæ pars à terra fuit, enodis est: hæc, qua diximus, ratione fluviata decorticatur, atque ita [c] sapinus vocatur: [d] superior pars nodosa, duriorque fusterna. Et in ipsis autem arboribus robustiores [e] Aquiloniæ partes. Et in totum deteriores ex humidis opacisque: spissiores ex apricis ac [2] diuturnæ. Ideo Romæ [f] infernas abies supernati præfertur. Est per gentium quoque regiones in iis differentia. Alpibus, Apenninoque laudatissimæ: in Gallia Jura ac monte [g] [3] Vogeso: in Corsica, Bithynia, Ponto, Macedonia. [h] [4] Deteriores Æneatica & [i] Arcadica. [5] Pessimæ Parnassia, & Euboica, quoniam ramosæ ibi & contortæ, putrescentesque facile. At cedrus in Creta, Africa, Syria laudatissima. Cedri oleo peruncta materies, nec tineam, nec cariem sentit. Junipero eadem virtus, quæ cedro. Vasta hæc in Hispania, maximeque baccæ ejus: [6] medulla ejus ubicunque solidior etiam, [7] quam cedrus. Publicum omnium vitium vocant spiras, [k] ubi convolvêre se venæ atque nodi. Inveniuntur

in

1 materiis. M.

2 diurna Idæorum. Hæc inferna abies supern. præfertur. Et gentium quoque in iis differ. M.

3 Volego. Ch.

4 Deterior. Ch.

5 Pessima. Ch.

6 medullæ vis. M.

7 quam cedris. Ch.

colore Ebeno similis. Roboris hoc Theophrast. c. 4. lib 5. hist. *Dalec.*

a *Intestina opera medulla sectilis.*] Lautiora, minutiora, pretiosa, *αυτοδαζόφρα*. Theophr. *Idem.*

b *Optima quadripartitis materies.*] *Quadripartitas ad opera valde probant, quidem gignere solitas, quoniam materiam spississimam habent. Bifidarum mollis materia sed in opere pessima, quia maxime pervertitur. Simplicium rara quidem est materia sed à perversione tutissima.* Theoph. *Idem.*

c *Sapinus vocatur.*] Vide supra c. 10. lib. 15. & cap. 12. hujus libri. *Idem.*

d *Superior pars nodosa.*] Vitruvius c. 9. lib. 2. *Idem.*

e *Aquiloniæ partes.*] Theophr. c. 14. lib. 1. hist. & c. 2. lib. 5. *Idem.*

f *Infernas abies supernati præfertur.*] Infernas abies, & cæsa in Apennini parte mari Thusco proxima: supernas cæsa in ea parte, quæ Adriatico vicina est. *Idem.*

g *Vogeso.*] Vulgo *Vaugé.* Idem.

h *Deteriores Æneatica & Arcadica, pessima Parnassica & Euboica.*] Scribo *Æanica*, non *Æneatica*, ex Theophr. lib. v. cap. 3. *Secundam*, inquit, *Ponticam tradunt: tertiam Rhyndacicam: quartam Æanicam: deterrimam Parnassiam atque Euboicam.* Hæc Theophrastus. Est autem Æane urbs Macedoniæ Stephano. *Pint.*

i *Arcadica.*] De Arcadica cogitandum. Theophr. *Idem.*

k *Ubi convolvêre se venæ atque nodi.*]

Ubi

in quibusdam, sicut in marmore, centra, id est duritia [a] clavo similis, inimica serris. [b] Et quædam forte [1] accidunt, lapide comprehenso aut recepto in corpus, aut alterius arboris ramo. Megaris diu stetit oleaster in foro, cui viri fortes affixerant arma, quæ cortice ambiente ætas longa occultaverat. Fuitque arbor illa fatalis excidio urbis præmonitæ oraculo, cum arbor arma peperisset: quod succisæ accidit ocreis galeisque intus repertis. Ferunt lapides ita inventos, ad continendos partus esse remedio.

1 accidunt in lapide. *M. Lego,* ut lapide. *Theophr. c.* 3. *lib.* 5. *hist.* accedunt in ea. *Ch.*

CAP. XL.

De materiis, de magnitudine arborum, & quæ cariem & ruinam non sentiunt, & de perpetuitate materiarum.

AMplissima arborum ad hoc ævi existimatur Romæ visa, quam propter miraculum Tib. Cæsar in eodem ponte naumachiario exposuerat advectam cum reliqua materie: duravitque ad Neronis Principis amphitheatrum. Fuit autem [2] trabs è larice longa pedes CXX. bipedali crassitudine [3] æqualis. Quo intelligebatur vix credibilis reliqua altitudo, fastigium ad cacumen æstimantibus. Fuit memoria nostra & [c] in porticibus septorum à M. Agrippa

2 trabes. *M.*
3 æquali. *Vet.*

Ubi convolutio quædam fit in plures orbes: quam nec nodum, nec crispitudinem jure dixeris, fabris longe molestior, tractatuque difficilior quam nodi. Theophr. cap. 39. lib. 6. hist. *Dalec.*

a *Clavo similis.*] Alius est Oleæ clavus, de quo infra, c. 24. lib. 17. *Idem.*

b *Et quædam forte accidunt, &c.*] *Nodos arborum, cum mitius est cælum, alimentumque melius ac utilius augescente carne & cute obduci, quamvis sensui manifestißimum sit, tamen & ex aliis similibus cognoscimus. Nam sæpe arboris pars quædam ab altera coalescente prehenditur: ac si quis saxum, vel aliquid aliud ejusmodi incutiat, accrescente quod in ambitu est, id occultatur, sicut in oleastro contigit Megaris in foro sato, &c.* Theophr. Hunc locum Plinius incuriose vertit. *Idem.*

c *In porticibus septorum.*] Septa, quondam Ovilia, in campo Martio loca frequentia, cincta primum tabulatis, deinde marmore, sumptu magnifico, excellentique cultu, excelsis porticibus, ingentibusque & amplis ambulationibus ornata, in quibus pretiosæ merces venundabantur. Eo populus ad comitia conveniebat, ut honores daret & de Rep. cerneret. Alex. ab Alexand. cap. 18. 2. *Idem.*

a *Diribito-*

pa relicta, æque miraculi causa, quæ [a] diribitorio superfuerat xx. pedibus brevior, sesquipedali crassitudine. Abies admirationis præcipue visa est in navi, quæ ex Ægypto Caii principis jussu, obeliscum in Vaticano circo statutum, quatuorque truncos lapidis ejusdem ad sustinendum eum adduxit: qua nave nihil admirabilius visum in mari certum est: [1] cxx. M. modium lentis pro saburra ei fuere. Longitudo spatium obtinuit magna ex parte Ostiensis portus latere lævo. Ibi namque demersa est à Claudio principe, cum tribus molibus, turrium altitudine in ea exædificatis [b] [2] obiter Puteolano pulvere, advectisque. Arboris ejus crassitudo quatuor hominum ulnas complectentium implebat. Vulgoque auditur [3] octoginta nummorum & pluris malos venundari ad eos usus, rates vero connecti quadraginta sestertiis plerasque. At in Ægypto

1 cxxx. Ch.

2 ob idque Puteolano pulvere advecto. Vide c. 13. lib. 35.

3 octingentis nummis. Dal. octog. nummum. Ch. malos ad eos. venundari usus. M.

a *Diribitorio.*] Alii *delibatorio.* Suetonius in Claudio *diribitorium* appellat: itemque Dion Græcus auctor, *διριβιτώριον.* ut dubitari præterea nec possit, nec debeat, etiamsi nemo eorum, quale id esset, explicavit. In antiquissimo autem Latino Lexico, in Noticis (Pomponio Læto referente) scriptum erat, *Diribitorium*; à diribendo, hoc est, distribuendo nominatum fuisse, quia locus esset, in quo recenserentur exercitus, & stipendia militiæ numerarentur: ut *diribere* sit, quod Græce *διαριθμεῖν χρήματα*: id autem munus in provinciis Procuratores Cæsaris obibant: Strabo auctor, qui & *militare logisterion* locum vocari tradit in relatione Syriæ, non dissimilem fortasse ab eo, quod nos *diribitorium*. Cicero de reditu suo ad Senatum: *Quando*, inquit, *ulla dignitate tot rogatores, diribitores custodesque vidistis?* hoc est, divisores distributoresque, qui inter tribus viritim pecuniam dividerent: quos Plautus in Aulularia *curiarum magistros* appellavit, qui distribuerent, inquit, argenti minas in viros. nam & Pedianus Asconius quærere id solet, numquid tribus legitimos aliquos habuerit divisores suos. Erant & in petitione honorum, qui munia & dictata gratiosis quibusque sua partirentur: ut apud Ciceronem legitur. Ausonius ad Gratianum de consulatu suo: *Nihil*, inquit, *cum sequestre deposui, cum distributore nihil pepigi.* Distributorem vocavit ipse, quem Cicero *diribitorem.* Ex hac similitudine structores epularum, & omnino præpositi negociis, vocabulum id quandoque accipiunt. Apulejus 2. libro fabulæ Milesiæ: *Frequens ibi*, inquit, *epulonum diribitores plusculi, splendide amicti, ferculia copiosa, scitule administrata, pueri calamistrati, pulcre indusiati.* Ammianus lib. 18. *Dum hæc*, inquit, *in castris Constantii quasi per lustra aguntur, & cœnam & diribitores venundata subito potestatis pretium per potiores diffundit.* Hermolaus Barbarus.

b *Obiter Puteolano pulvere advectisque.*] Scribendum arbitror, *ob id ter Puteolano pulvere advecto* Nam cum tres moles altitudine turrium exædificatæ fuerint, optime quadrat ter ob id advectum esse Puteolanum pulverem: de quo Vitruvius secundo. *Pint.*

1 ac. M. pto [a] [1] & Syria reges inopia abietis cedro ad classes
feruntur usi. Maxima ea in Cypro traditur ad unde-
2 pedum longitudinis. M. ciremem Demetrii succisa [b] centum triginta [2] pe-
dum, crassitudinis vero ad trium hominum com-
plexum. Germaniæ prædones singulis arboribus
cavatis navigant, quarum quædam & triginta ho-
mines ferunt. [c] Spississima, ex omni materie, ideo
3 buxus gracilis nat. Dal. & gravissima, judicatur ebenus, [3] & buxus, [d] gra-
ciles natura: neutra in aquis fluitat, nec suber, [e] si
dematur cortex, nec larix. Ex reliquis siccissima
4 Celtis. lotos, quæ Romæ [4] ita appellatur. Deinde robur
exalburnatum: & [f] huic nigricans color, magis-
5 ad ebenum. Dal. que etiam cytiso, quæ proxime accedere [5] ebenum
videtur. Quanquam non desint, qui Syriacas tere-
binthos nigriores affirment. Celebratur & Theri-
cles nomine, [g] calices ex terebintho solitus facere
6 materies omnium! Hæc sola. M. torno, per quem probatur [6] materies. Omnium
hæc sola [h] ungi vult, meliorque oleo fit. Colos
mire adulteratur juglande ac pyro silvestri tinctis
atque in medicamine decoctis. Omnibus, quæ di-
ximus,

a *Et Syria.*] Theophr. cap. 9. lib. 5. hist. *Dalec.*

b *Centum triginta pedum.*] Τρεῖς καὶ δέκα ὀργυιῶν, tredecim orgyarum Theophrast. Ita decem pedes quævis orgya metitur. *Idem.*

c *Spississima, ex omni materie.*] Theophrast. cap. 4. lib. 5. hist. *Idem.*

d *Graciles natura.*] Buxus quidem tota, Ebenus medulla. Theophr. *Idem.*

e *Si dematur cortex.*] Nihil Theophr. Vide Vitruvium c. 9. lib. 2. *Idem.*

f *Huic nigricans color.*] Roboris exalburnati nigram medullam, Theophr. μελάνδρυον vocat cap. 9. lib. 1. histor. & cap. 4. lib. 5 *Idem.*

g *Calices ex therebintho, &c.*] Lege: *Calices ex therebintho solitus facere torno, per quam probatos. Materies omnium hac sola ungi vult.* Valde probatos calices ex terebintho tornare solitum dicit hunc Thericlem, quæ ab eo *Thericlei* sunt nominati. Vide *Salmas.* pag. 1043. b. *Calices è terebintho solitus facere torno, per quem probatur materies. Omnium hac sola, &c.*] Scribendum videtur, *Calices è terebintho solitus facere torno. cor cujus probatur. Materies omnium hac sola, &c.* Theophrastus lib. v. cap. 4. *Et pocula Thericlea tornari qua à fictilibus secerni non possunt: verum cor tantum accipi & perungi materiam oportere volunt.* Pint. *Calices ex therebintho, &c.*] Quos à figlinis discernere facile non erat. Theophr. Corinthius is Thericles fuit. Quidam Θηρίκλεια dicta volunt, quod in iis feræ insculperentur. Rhod. cap. 27. lib. 27. Figulum Corinthium Thericlem fuisse, non autem usum torno, scribit Athenæus lib. 11. Idem tamen ex Apollodoro Geloo citat Θηρίκλειας τορευτά. *Idem.*

h *Vngi vult.*] Syriacæ terebinthi medulla. Theophrast. *Idem.*

2 Quanquam

xirinus, spissa firmitas. Ab his proxima est cornus: [a] quanquam non potest videri materies propter exilitatem, sed lignum non alio pene, quam ad radios rotarum, utile: aut si quid cuneandum sit in ligno, clavisve figendum seu ferreis. Ilex item & oleaster, & olea atque castanea carpinus, populus. Hæc & crispa aceris [1] modo, si ulla, materies idonea [2] esset ramis sæpe deputatis castratio [3] illa est, adimitque vires. De cætero plerisque [4] eorum, sed utique robori tanta duritia est, ut terebrari nisi madefactum non queat, & ne sic quidem adactus avelli clavus. E diverso clavum non tenet cedrus. Mollissima tilia; eadem videtur & calidissima: argumentum afferunt, quod citissime ascias retundat. [b] [5] Calidæ & morus, laurus, edera, & omnes è quibus igniaria fiunt. Exploratorum hoc usus in castris, pastorumque reperit, quoniam ad [6] excudendum ignem non semper lapidis occasio est. [c] Teritur ergo lignum ligno, ignemque concipit attritu excipiente

1 modo utilis, si ulla. *Vet.*

2 *Alii*, esset, sed ramis sæpe deputatis, castratur, illa, adimunturque vires. *Vel*, sed ram. s. deputatis castratio illa adimit vires.

3 nempe illa. *Vet.*

4 horum. *Ch.*

5 Cal. morus. M.

6 excutiendum. M. extundendum. *Alii.* excludendum. *Ch.*

a *Quamquam non potest videri materies propter exilitatem, sed lignum non alio pene, quam, &c.*] Hinc sequior latinitas *materiem* pro trabe usurpavit. Et *materia quinquageneraria*, pro trabibus quinquaginta pedes longis. Notanda & illa locutio, *non alio pene*, id est, Non *alio* utile, pro non ad aliam rem utile. Sic *quo*, pro ad quam rem. *Salmas.* pag. 1035 a.

b *Calida & morus.*] Menestor calidis Morum addidit, inquit Theophrast. *Dalec.*

c *Teritur ergo lignum ligno, &c.*] Mercurio id inventum tribuit hymnus ad eum scriptus:

Ξυὼ δ' ἐφόρει ξύλα πολλὰ, πυρὸς δ' ἐπεμαίετο τέχνην.
Δάφνης ἀγλαὸν ὄζον ἑλὼν ἐπέλεψε σιδήρῳ
Ἄρμενον ἐν παλάμῃ· ἀνὰ δ' ἄμπνυτο θερμὸς ἀϋτμή.
Ἑρμῆς τοι πρώτιστα πυρήϊα, πῦρ τ' ἀνέδωκε.

Sic apud Festum ignis Vestæ si quando interstinctus esset, virgines à Pontifice verberibus affectæ clavulam (nimirum, clavulam, sive exiguam clavam, mateolam,) felicis materiæ, tamdiu terebrabant, quousque ignis conciperetur, quem æneo cribro virgo in ædem ferret. Sic arboribus silvarum, ventorum vi inter se collisis, ignis exprimitur, ac ut ait Lucretius lib. 5.

Exprimitur validis extritus viribus ignis,
Et micat interdum flammai fervidus ardor,
Mutua dum inter se rami stirpesque teruntur.

Ut vero Corn. Severus in Ætna:

Haud aliter, quam cum prono jacuere sub Austro,
Aut Aquilone fremunt sylvæ: dant brachia nodo
Implicita, ac serpunt junctis incendia ramis.

Scaliger.

est reditus minorisve impendii, aut tempestatum securior. Tertium locum ei in æstimatione ruris [a] Cato attribuit, prioremque quam olivetis quamque frumento, aut pratis: nec quia desint alia vincula. Siquidem & genistæ, & populi, & ulmi, & [b] sanguinei frutices, & [1] betulæ, & harundo fissa, & harundinum folia, ut in Liguria, & vitis ipsa, recisisque aculeis rubi alligant, & intorta corylus. Mirumque contuso ligno alicui majores ad vincula esse vires. Salici [2] tamen præcipua dos. [3] Finditur [c] Græca rubens, candidiorque Amerina, sed paulo fragilior, [4] ideo solido ligat nexu. [5] In Asia tria genera observant. [d] Nigram, utiliorem viminibus: candidam agricolarum usibus: tertiam, quæ brevissima est, [e] helicem vocant. [f] Apud nos quoque multi totidem [6] generibus nomina imponunt: [7] vimineam vocant, eandem [g] purpuream. Alteram [8] nitelinam à colore, quæ sit tenuior. Tertiam Gallicam, quæ tenuissima. [h] Nec in fruticum, nec in veprium cauliumve, neque in herbarum, aut alio ullo,

1 betullæ. *Ch.*
2 autem. *Vet.*
3 Find. Gr. rub. Amerina, ut & candida, haud paulo flexilior id. fol. ligans.
4 ideoque. *Vet.*
5 In Arcadia. *Theophrast.*
6 generib. *in V. d.*
7 vimalem voc. eandemque. *Ch.*
8 vitellinam. *Ruel.*

a *Cato.*] Cap. 1. *Dalec.*

b *Sanguinei frutices.*] De iis vide supra c.10. & 18. l.19. & infra c.18.l.24. *Idem.*

c *Græca rubens.*] Amerina sub. Hæc enim de Amerina, quæ sola finditur, sunt intelligenda. Amerinarum quædam rubet, quam Græcam vocant. Plinius etiam nigram cap.9.lib.24. quædam candida est. Amerinam Lugdunenses hodie vocant *Amerines*, & *Ambres*, Parisienses *Osier*. Idem.

d *Nigram.*] Theophr. cap. 13. lib. 3. histor. *Idem.*

e *Helicem vocant.*] Vel Helicem à similitudine Hederæ sic dictæ, quæ ad justum Hederæ modum non excrescit, vel ἑλίκην, ut apud Theophr. legitur ἀπὸ τῆς εἱλίτιοςς, quod maxime flexilis sit ac plicatilis. *Idem.*

f *Apud nos quoque, &c.*] Columellæ, cap. 30. lib.4. vimineæ Salicis tria genera: Græca, flavi coloris: Gallica, obsoleti, purpurei & tenuissimi viminis: Sabina, quam plurimi Amerinam vocant, gracili & rutila virga. *Idem.*

g *Purpuream.*] Cortice è nigro purpurascente. *Idem.*

h *Nec in fruticum, &c.*] Legend. *Nec in fruticum, nec in veprium cauliumve, nec in herbarum aut ullo alio quam suo genere numerentur jure Scirpi fragiles palustresque ad tegillum tegetesque.* Tegilla Cuculi vel petasi ex scirpo facti. *Scirpum* Grammatici interpretantur: *id quod in palustribus locis nascitur leve ac procerum, unde tegetes fiunt.* Hoc est φλοῦς Græcorum. Et quod sequitur sic corrige: *pro maximoque æstimanti hoc videatur esse quod in interiore parte mundum papyrum usui det. Frutectosi generis sunt inter aquaticas & rubi atque sambuci.* æstimanti, inquit, virtutes papyri hoc pro maximo videatur esse, quod interior ejus pars mundum papyrum usui det, id est, mundi papyri usum præstet. Vide *Salmas.* pag. 1002. b.

a *Scirpi*

lo, quam suo genere, numerentur jure [a] scirpi fragiles palustresque ad tegulum tegetesque: è quibus detracto cortice, candelæ luminibus [b] & funeribus serviunt. Firmior quibusdam in locis eorum rigor. Namque iis velificant non in Pado tantum nautici, verum & in mari piscator Africus, præpostero more vela [1] intra malos suspendens. Et [c] mapalia sua Mauri tegunt: proximeque [2] æstimanti hoc videantur esse, quo inferiore Nili parte papyri sunt usu. Sed [3] fruticosi generis sunt inter aquaticas & rubi, atque sambuci fungosi generis, aliter tamen, quam ferulæ. Quippe plus [4] ligni utique sambuco. Ex qua magis canoram buccinam tubamque credit pastor, ibi cæsa, ubi gallorum cantum frutex ille non exaudiat. Rubi mora ferunt, & alio genere [d] similitudinem rosæ, qui vocatur cynosbatos. Tertium genus Idæum vocant Græci à loco. Tenuius est quam cætera, minoribusque spinis, & minus aduncis. Flos ejus contra lippitudines illinitur ex melle [5] & igni sacro. Contra stomachi quoque vitia bibitur ex aqua. Sambuci acinos habent nigros atque parvos, humoris lenti, inficiendo maxime capillo: [6] qui & ipsi [e] aqua decocti manduntur.

1 inter. *Vet.*

2 æstimanti hoc interiore parte vid. esse, quo interiore. *M.* quod in interiore mundi parte pari sunt papyri usui. *Vet.* quod in interiore mundi papyrum usui. *Ch.*

3 fructectosi. *M.* frutectosi. *Ch.*

4 ligni ac succi utique. *V.* ligni est utique. *Ch.*

5 & ignem sacrum. *M.*

6 quin &c. *Vet.*

CAP. XXXVIII.

De succis arborum, & natura materiarum, & de cædendis arboribus.

[f] HUmor & cortici arborum est, qui sanguis earum intelligi debet, non idem omnibus. Ficis

a *Scirpi fragiles.*] Plautus:
O scirpe, scirpe, laudo fortunas tuas,
Qui semper servas gloriam aritudinis.
Dalec.

b *Et funeribus serviunt.*] Quod adnotavit interpres Theocriti, juxta mortui cadaver, quamdiu supra terram esset, ignem accensum conservabant, qua in re candelis his utebantur. *Idem.*

c *Mapalia.*] Vide Sallust. in Jugurtha. *Idem.*

d *Similitudinem rosæ.*] Hoc est quod Theophr. ait cap. 8. lib. 3. histor. Cynosbaton fructum subrubrum habere, *παραπλήσιον τῷ τῆς ῥόδου*, non ut legitur *τῆς ῥοιᾶς*. *Idem.*

e *Aqua decocti manduntur.*] Olerum more. Diosc. qui de Sambuci & Ebuli foliis id tradit. *Idem.*

f *Humor & cortici arborum est, qui sanguis*

1 lacteus. *Cb.* Ficis [1]lacteus: huic [a]ad caseos figurandos coaguli
2 cummi- nosus. *Cb.* vis. Cerasis [2]gummosus, ulmis [3]salivosus, lentus
3 salivo- sus: lentus. *V.* ac [4]pinguis malis, vitibus ac pyris aquosus. Vivaciora, quibus lentior. Atque [5]in totum corpori
4 pinguis. Malis, viti- bus. *M. & Theophr.* arborum, [b]ut reliquorum animalium, cutis, sanguis, caro, nervi, venæ, ossa, medullæ, pro cu-
5 toto. M. Æque in toto. *Vet.* te cortex. [c]Mirum, hic in [6]moro medicis succum
6 sycomo- ro. *Diosc.* primo vere. *Ruel.* quærentibus, [d][7]fere hora diei secunda, lapide [8]incussus manat: altius [9]fractus siccus videtur.
7 vere. M. Proximi plerisque adipes: ii vocantur à colore albur-
8 incisus. *M.* incusso. *Vet.* num: mollis ac pessima pars ligni, etiam in robore facile putrescens, teredini obnoxia: quare sem-
9 fractus cortex sic- cus. *Ex Diosc.* per amputabitur. Subest huic caro, cui ossa: id est, materiæ optimum. Alternant fructus, quibus siccius lignum, ut olea, magis quam quibus carnosum, ut cerasus. Nec omnibus adipes carnesve largæ,
10 habent. *Cb.* sicuti nec animalium acerrimis. Neutrum [10]habet
11 cornus: olea nec. *Dal.* buxus, [11]cornus, olea: nec medullam, minimum-
que

sanguis earum intelligi debet, non idem omnibus: ficis lacteus.] Dictionem cortici Plinianam non credimus, ducti verbis Theophrasti lib. 1. cap. 19. *Arborum*, inquit, *ipsarum humor variis generibus consummari videtur: alius enim succus lacteo similis est, ut fici, papaveris, &c.* Pint. *Humor & cortici arborum est, &c.*] Lege: *Humor & cortici arborum est, &c.* *huic ad caseos figendos coaguli vis.* Caseus enim *figi* dicitur, cum cogitur, πήγνυται. *Salmas.* 1284. b. *Humor & cortici, &c.*] Theophr. cap. 19. lib. 1. histor. & cap. 1. lib. 9. ejusd. *Dalec.*

a *Ad caseos figurandos*] Varro cap. 11. 2. de re rustica. Caseum eum veteres ὀπίαν, ἀπὸ τοῦ ὀποῦ & κραδίαν ἀπὸ τῆς κράδης, ut exponit Hesychius ὑπὸ τοῦ ὀποῦ τῆς κράδης πηγνύμενον. Apud Euripidem Polyphemus suas divitias ostentans, inquit, καὶ τυρὸς ὀπίας ἐστί, καὶ βοὸς γάλα. Victor. cap. 7. 32. & Annot. in Varronis citatum locum. *Idem.*

b *Ut reliquorum animalium.*] Theophrast. c. 3. & 4. lib. histor. *Idem.*

c *Mirum, hic in moro, &c.*] Legend. *Mirum, is in moro succum quærentibus medicis, vere hora diei secunda lapide incursus manat, altius fractus siccus videtur.* Mirum, inquit, is cortex in moro lapide incursus manat. *Incursum* hunc corticem lapide dicit, qui in summa superficie lapide læsus est levi tantum incursu. *Salmasius* 1284. b. *Mirum hic in moro medicis succum quærentibus. fere hora diei secunda lapide incussus manat.*] Antiquum exemplar, *Mirum hiis in moro medicis succum quærentibus, vere hora diei secunda lapide incisus manat.* ut forte legendum sit *imus*, non *hiis*. nam sequitur statim *altius fractus, &c.* Pint.

d *Fere hora diei secunda.*] Νεαρὸν δένδρον πρὶν καρποφορεῖν ἐπιξέσθαι. Diosc. scribit, lacteum succum ex arbore tenella colligi, priusquam fructum ferat. Νεαρὸν ad matutinum sive horam diei secundam retulisse videtur Plinius. Ruellius *primo vere arbore tenera succum eximi* vertit in histor. Sycomori apud Dioscorid. tanquam ἑαρινὸν pro νεαρὸν legisset. *Dalec.*

a In

que etiam sanguinis: sicut ossa non habent sorba, carnem sambuci, [1] & plurimam ambæ medullam: [1 sed. Dal.] nec [2] harundines majore ex parte. [a] In quarundam [2 harundines. Majore ex parte in quarundam. M.] arborum carnibus pulpæ venæque sunt. Discrimen earum facile. Venæ latiores candidioresque pulpæ fissilibus insunt. Ideo fit, ut aure ad caput trabis quamlibet prælongæ admota, ictus ab altero capite [b] vel [3] graphii sentiatur, penetrante rectis meatibus sono. [3 gravia. Vet.] Unde deprehenditur, an torta sit materies, nodisque concisa. Quibusdam sunt [c] tubera, sicut sunt in carne glandia. In iis nec vena, nec pulpa, [d] quodam callo carnis in se convoluto. Hoc pretiosissimum in [4] cedro & acere. [4 citro. M. & Ch.] Cætera mensarum genera fissis arboribus circinantur in pulpam: alioqui fragilis esset vena in orbem [5] arboris cæsa. [5 arbore. Dal.] Fagis pectines transversi in pulpa. Apud antiquos inde & vasis honos. [e] [6] Manius Curius juravit se ex [6 Marcus. Alii.] præda nihil attigisse, præter guttum faginum, quo sacrificaret. Lignum in longitudinem [7] fluctuatur, [7 fluctuat. M. ita fluctuat. Vet. fluctuat ea quæ. Vet. Alii.] [f] ut quæ pars fuit ab radice, validius [8] sidit. Quibusdam pulpa sine venis, mero stamine & tenui constat. [9] Hæc maxime fissilia. [8 sidat. M.] [g] Alia frangi celeriora, quam findi, quibus pulpa non est, ut oleæ, [9 Hæcque. Dal.] vites. At è contrario totum è carne corpus fico. Tota ossea est ilex, cornus, robur, cytisus, morus, ebenus,

a *In quarundam arborum, &c.*] Theophrast. c.2. lib.1. hist. *Dalec.*

b *Vel graphii sentiatur.*] Est autem *graphium*, ut vulgo etiam notum est, stylus ferreus, quo in ceratis tabellis, quicquid libuerit, exarare solemus. *Gelen.*

c *Tubera.*] Prominentes foras humores ac veluti quidam gibbi. *Dal.*

d *Quodam callo carnis in se convoluto.*] Σποίγγας vocat Theophr. cap. 3. lib. 5. histor. quo in loco spiram nec nodum ὄζον esse, nec crispam materiam, οὐλόπλοκα, ait, quemadmodum in Acere & Citro, Plinius interpretatur. *Idem.*

e *Manius Curius.*] Ad focum sedenti illi, & quod Athenæus ex Megacle tradit, rapum coquenti, cum Samnites magnum auri pondus attulissent, repudiati sunt. Non enim aurum habere præclarum sibi videri dixit, sed eis, qui haberent aurum, imperare. Cicero in Cat. Majore. Victor. c. 5. 10. Valer. Max. cap. 2. 4. *Idem.*

f *Ut quæ pars fuit ab radice.*] Theophrast. cap. 6. lib. 5. histor. observati hoc tradit in lignis quæ mari inveterantur. *Idem.*

g *Alia frangi celeriora.*] Idem cap. 8. lib. 2. histor. *Idem.*

ebenus, lotos, & quæ sine medulla esse diximus. Cæteris nigricans color. Fulva cornus, in venabulis nitet incisuris [a] [1] nodata propter decorem. Cedrus, & larix, & juniperus rubent.

1 notata. *Vet.*

Cap. XXXIX.

De larice & abiete, & sapino, & cæteris hujusmodi arboribus cædendis.

[2] Larix fœminam habet, quam Græci vocant ægida, [b] mellei coloris. [3] Inventum est pictorum tabellis immortale nullisque fissile [4] rimis, hoc lignum. [c] Proximum medullæ est. In [5] abiete [d] leuson Græci [6] vocavere. Cedrus quoque durissima, quæ medullæ proxima, ut in corpore [7] ossa, deraso modo limo. [e] Et sambuci interiora mire firma traduntur. [f] Namque qui venabula ex ea faciunt, præferunt omnibus. Constat enim ex cute & ossibus. [g] Cædi tempestivum quæ decorticentur, ut teretes, [h] ad templa cæteraque usus rotundi, cum germinant, alias cortice inextricabili, & carie subnascente ei materiaque nigrescente. [i] Tigna

2 Pinus fœmina, &c. *Theophr.*
3 Inventu pict.
4 rimis. Hoc lignum proxi. *M.*
5 abiete, quod lens. *Dal.*
6 vocant. Cedri, *M.* vocant Cedrus. *Gb.*
7 ossa. Deraso modo limo & samb. *M.*

a *Nodata propter decorem.*] Et firmius manu teneatur, cum feræ, præsertim sævæ, ut apri, transfigendæ sunt. *Dalec.*

b *Mellei coloris.*] Elegantis. Theophr. ὤχρον, Plinius legisse videtur μελίχρουν. *Idem.*

c *Proximum medullæ est.*] Imo vero medulla, ἐγκάρδιον. *Idem.*

d *Leuson.*] Λεῦσον Theophr. cap. 10. lib. 3. Lignatores montis Juræ adhuc vocant *Louchon.* Idem.

e *Et sambuci interiora &c.*] Plurimam tamen habere medullam Sambucum supra scripsit cap. 25. hujus lib. Idem tradit & Theophr. cap. 9. lib. 1. histor. & cap. 13. lib. 3. ita tamen, ut quosdam existimasse medulla carere dicat. Lego, *traduntur. E corno, qui venabula, &c.* Theophr. maris Corni materiam corde carere (ἀκάρδιον εἶναι) totam solidam esse, densitate, ac firmitate cornibus similem. id quod Plinius parum feliciter vertit, *constare ex cute & ossibus.* Idem.

f *Namque qui venabula, &c.*] De corno id scribit Theophr. cap. 12. lib. 3. hist. *Idem.*

g *Cædi tempestivum quæ decorticentur, ut teretes.*] Scribo, *& teretes*, non *ut teretes*, ex Theophrasto libro quinto capite primo: *Cædi itaque tempestivum rotundam quidem materiam, & omnem quæ decorticanda accipitur, cum germinare incipit.* Pint.

h *Ad templa.*] Idem cap. 1. lib. 5. histor. *Dalec.*

i *Tigna & quibus aufert, &c.*] Sic Theophr. *Quadrata cum turgere λήξωσιν, desierint. Securis enim, τὸ δυσειδὲς, vel ut alii, δυσωδὲς, deformitatem aut pudorem* (corticem Plinius) *aufert. Reliqua nunc post messem*, (Solstitio Plinius) nunc

gna & quibus aufert ſecuris corticem, à bruma ad Favonium: aut ſi prævenire cogamur, Arcturi occaſu, & ante eum Fidiculæ. Noviſſima ratione ſolſtitio. Dies ſiderum horum [1] reddentur ſuo loco. Vulgo ſatis putant obſervare, [2] ne quæ dedolandæ arbores ſternantur ante editos ſuos fructus. [a] Robur vere cæſum, teredinem ſentit: bruma autem neque [3] viatur, neque pandatur, alias obnoxium etiam ut torqueat ſeſe findatque: quod in ſubere tempeſtive quoque cæſo evenit. Infinitum refert & lunaris ratio: nec niſi à viceſima in triceſimam cædi volunt. Inter omnes vero convenit, utiliſſime in coitu ejus ſterni, quem diem alii [4] interlunium, alii ſilentis lunæ appellant. Sic certe Tib. Cæſar concremato ponte naumachiario, larices ad reſtituendum cædi [5] ex Rhætia præfinivit. Quidam dicunt, ut in coitu & ſub terra ſit luna: [b] quod fieri non poteſt niſi noctu. At ſi competant coitus in noviſſimum diem brumæ, illa [6] ſit æterna materies: [7] proxime, cum ſupra dictis ſideribus. Quidam & Canis ortum addunt, & ſic cæſas materies in forum [8] Auguſtum: nec novellæ autem ad materiem, nec veteres utiliſſimæ. [c] Circunciſas quoque ad medullam aliqui non inutiliter relinquunt, ut omnis humor ſtantibus defluat. Mirum apud antiquos primo Punico bello claſſem Duellii Imperatoris ab arbore, exciſa LX. die navigaſſe. [9] Contra

1 reddetur. *Ch.*
2 ne qua dedolanda, ſtern. *M.* & *Ch.*
3 vitiatur. *M.* & *Ch.*
4 interlunii. *Ch.*
5 in. *Ch.*
6 ſit. *Dal.*
7 proxima. *Vet.*
8 Auguſti. *Vet.* Auguſtum. *Ch.*
9 *Carrio emend.* 2. *cap.* 11.

nunc poſt Vindemiam & Arcturum, ut Aria, Ulmus, &c. Plinius τετραγωνα ligna reddidit, & Arcturum, nempe Arcturi ortum, qui fit pridie Idus Septembreis, ejus occaſum intellexit, qui fit prid. Idus Martii, ante quod tempus Fidicula occidit, nempe pridie Nonas Februarii: & Favonius ſpirat, nempe circiter ſextum Idus Februarii. *Dalecamp.*

a *Robur vere caſum, &c.*] *Quercus profecto caſa tempeſtive, nec putres; nec verminibus eroditur, & cornu inſtar dura ſpiſſaque manet, tota enim cordi ſimilis eſt: at Haliphloëos etiam tum vilis & inutilis.* Theophr. Negligentiſſime Plin. hæc vertit: *Suberque* pro Haliphloëo ſcripſit. *Idem.*

b *Quod fieri non poteſt niſi noctu.*] Nam Solis ſidus, cum quo Luna coit, non niſi noctu ſub terra eſt. *Idem.*

c *Circunciſas quoque, &c.*] Vitruvius cap. 9. lib. 2. Palladius c. 15. Novembris. *Idem.*

tra vero Hieronem regem CCXX. naves effectas diebus XLV. tradit L. Piso. Secundo quoque Punico bello, Scipionis classis XL. die à securi navigavit. Tantum tempestivitas etiam in rapida celeritate pollet. Cato hominum summus in omni usu,
1 carpino. *Alii.* de materiis hæc adjicit. [a] Prælum è [1] sapino atra potissimum facito. Ulmeam, pineam, nuceam hanc atque aliam materiam omnem cum effodies, luna decrescente eximito post meridiem, sine vento Austro. [b] Tunc erit tempestiva, cum semen
2 Caveto quoque per. *Alii & Ch.* suum maturum erit. [2] Caveto ne per rorem trahas, aut doles. Idemque mox: nisi intermestri
3 lunaque. *M. & Ch.* [3] luna atque dimidiata, ne tangas materiem. Tunc ne
4 septem. *V. & Cato.* effodias aut præcidas abs terra. Diebus [4] quatuor proximis, quibus Luna plena fuerit, optime eximitur.
5 caveto nigra. *Dal. sub.* luna. Omnino [5] caveto nigram [6] materiam doles, neve cædas, neve tangas, nisi siccam, neve geli-
6 materiam *in M. d.* dam, neve rorulentam. Tiberius [7] idem & in ca-
7 itidem. *M.* pillo tondendo servavit interlunia. [c] M. Varro ad-
8 idem à. versus defluvia præcepit observandum [8] id à plenilu-
9 Pino. *Theophr.* niis. [9] Larici & magis abieti [d] succisis, humor diu defluit. Hæ omnium arborum altissimæ ac rectissimæ. [e] Navium malis antennisque propter lævitatem præfertur abies. Communia his pinoque, [f] ut quadripartitos venarum cursus bifidosque habeant, vel omnino simplices. [g] Ad fabrorum intestina

a *Prælum è sapino atra potissimum facito. Ulmeam pineam, nuceam.*] In ipso Catone leges cap. 31. *Prælum è sapino atra potissimum facito, aut ulmeam, aut pineam vel nuceam.* Pint.

b *Tunc erit tempestiva.*] Cato cap. 17. & 31. & 37. *Dalec.*

c *M. Varro.*] Cap. 37. lib. 1. de re rust. Ubi & Varr. emendat & hunc Plinii locum adducit Fulv. Ursin. *Idem.*

d *Succisis.*] Theophr. cap. 2. lib. 5. hist. *Idem.*

e *Navium malis antennisque, &c.*] Theophr. cap. 8. lib. 3. histor. Abietis caudicem comparat cum navis arbore. *Idem.*

f *Ut quadripartitos venarum, &c.*] Κτένας, κτηδόνας ἢ διαφυεῖς τετραζόους. Vitruv. quadrifluvio dispartitos vocat. *Idem.*

g *Ad fabrorum, &c.*] Lege: *Ad fabrorum intestina opera medulla pectilis optima quadripartitis materiis, &c.* Talis est abietis in ea parte quæ proxima terræ est, quadruplici nempe venarum cursu fluviata. Vide *Salmas.* p. 1033. b. 1034. a. *Ad fabrorum.*] De medulla Ebeni, Cytisi, Therebinthi, & cujusdam arboris colore

[a] inteſtina opera medulla ſectilis: [b] optima quadripartitis [1] materies, & mollior quam cæteræ. Intellectus in cortice protinus peritis. Abietis quæ pars à terra fuit, enodis eſt: hæc, qua diximus, ratione fluviata decorticatur, atque ita [c] ſapinus vocatur: [d] ſuperior pars nodoſa, duriorque ſuſterna. Et in ipſis autem arboribus robuſtiores [e] Aquiloniæ partes. Et in totum deteriores ex humidis opacisque: ſpiſſiores ex apricis ac [2] diuturnæ. Ideo Romæ [f] infernas abies ſupernati præfertur. Eſt per gentium quoque regiones in iis differentia. Alpibus, Apenninoque laudatiſſimæ: in Gallia Jura ac monte [g] [3] Vogeſo: in Corſica, Bithynia, Ponto, Macedonia. [h] [4] Deteriores Æneatica & [i] Arcadica. [5] Peſſimæ Parnaſſia, & Euboica, quoniam ramoſæ ibi & contortæ, putreſcenteſque facile. At cedrus in Creta, Africa, Syria laudatiſſima. Cedri oleo peruncta materies, nec tineam, nec cariem ſentit. Junipero eadem virtus, quæ cedro. Vaſta hæc in Hiſpania, maximeque baccæ ejus: [6] medulla ejus ubicunque ſolidior etiam, [7] quam cedrus. Publicum omnium vitium vocant ſpiras, [k] ubi convolvêre ſe venæ atque nodi. Inveniuntur in

1 materiis. *M.*
2 diurna Idæorum. Hæc inferna abies ſupern. præfertur. Et gentium quoque in iis differ. *M.*
3 Volego. *Ch.*
4 Deterior. *Ch.*
5 Peſſima. *Ch.*
6 medullæ vis. *M.*
7 quam cedris. *Ch.*

colore Ebeno ſimilis. Roboris hoc Theophraſt. c.4. lib 5. hiſt. *Dalec.*

a *Inteſtina opera medulla ſectilis.*] Lautiora, minutiora, pretioſa, *αυτεδαζόφρα*. Theophr. *Idem.*

b *Optima quadripartitis materies.*] *Quadripartitas ad opera valde probant, quidem gignere ſolitas, quoniam materiam ſpiſſiſſimam habent. Biſidarum mollis materia ſed in opere peſſima, quia maxime pervertitur. Simplicium rara quidem eſt materia ſed à perverſione tutiſſima.* Theoph. *Idem.*

c *Sapinus vocatur.*] Vide ſupra c. 10. lib. 15. & cap. 12. hujus libri. *Idem.*

d *Superior pars nodoſa.*] Vitruvius c.9. lib. 2. *Idem.*

e *Aquiloniæ partes.*] Theophr. c. 14. lib. 1. hiſt. & c. 2. lib. 5. *Idem.*

f *Infernas abies ſupernati præfertur.*] Infernas abies, & cæſa in Apennini parte mari Thuſco proxima: ſupernas cæſa in ea parte, quæ Adriatico vicina eſt. *Idem.*

g *Vogeſo.*] Vulgo *Vaugé.* Idem.

h *Deteriores Æneatica & Arcadica, peſſima Parnaſſica & Euboica.*] Scribo *Æanica*, non *Æneatica*, ex Theophr. lib. v. cap. 3. *Secundam*, inquit, *Ponticam tradunt: tertiam Rhyndacicam: quartam Æanicam: deterrimam Parnaſſiam atque Euboicam.* Hæc Theophraſtus. Eſt autem Æane urbs Macedoniæ Stephano. *Pint.*

i *Arcadica.*] De Arcadica cogitandum. Theophr. *Idem.*

k *Ubi convolvêre ſe venæ atque nodi.*] Ubi

in quibusdam, sicut in marmore, centra, id est duritia [a] clavo similis, inimica serris. [b] Et quædam forte [1] accidunt, lapide comprehenso aut recepto in corpus, aut alterius arboris ramo. Megaris diu stetit oleaster in foro, cui viri fortes affixerant arma, quæ cortice ambiente ætas longa occultaverat. Fuitque arbor illa fatalis excidio urbis præmonitæ oraculo, cum arbor arma peperisset: quod succisæ accidit ocreis galeisque intus repertis. Ferunt lapides ita inventos, ad continendos partus esse remedio.

1 accidunt in lapide. *M. Lego*, ut lapide. *Theophr. c. 3. lib. 5. hist.* accedunt in ea. *Ch.*

CAP. XL.

De materiis, de magnitudine arborum, & quæ cariem & ruinam non sentiunt, & de perpetuitate materiarum.

AMplissima arborum ad hoc ævi existimatur Romæ visa, quam propter miraculum Tib. Cæsar in eodem ponte naumachiario exposuerat advectam cum reliqua materie: duravitque ad Neronis Principis amphitheatrum. Fuit autem [2] trabs è larice longa pedes CXX. bipedali crassitudine [3] æqualis. Quo intelligebatur vix credibilis reliqua altitudo, fastigium ad cacumen æstimantibus. Fuit memoria nostra & [c] in porticibus septorum à M. Agrippa

2 trabes. *M.*
3 æquali. *Vit.*

Ubi convolutio quædam fit in plures orbes: quam nec nodum, nec crispitudinem jure dixeris, fabris longe molestior, tractatuque difficilior quam nodi. Theophr. cap. 39. lib. 6. hist. *Dalec.*

a *Clavo similis.*] Alius est Oleæ clavus, de quo infra, c. 24. lib 17. *Idem.*

b *Et quædam forte accidunt, &c.*] *Nodos arborum, cum mitius est cælum, alimentumque mitius ac utilius augescente carne & cute obduci, quamvis sensui manifestissimum sit, tamen & ex aliis similibus cognoscimus. Nam sæpe arboris pars quædam ab altera coalescente prehenditur: ac si quis saxum, vel aliquid aliud ejusmodi incutiat, accrescente quod in ambitu est, id occultatur, sicut in oleastro contigit Megaris in foro sato, &c.* Theophr. Hunc locum Plinius incuriose vertit. *Idem.*

c *In porticibus septorum.*] Septa, quondam Ovilia, in campo Martio loca frequentia, cincta primum tabulatis, deinde marmore, sumptu magnifico, excellentique cultu, excelsis porticibus, ingentibusque & amplis ambulationibus ornata, in quibus pretiosæ merces venundabantur. Eo populus ad comitia conveniebat, ut honores daret & de Rep. cerneret. Alex. ab Alexand. cap. 18. 2. *Idem.*

pa relicta, æque miraculi causa, quæ [a] diribitorio superfuerat xx. pedibus brevior, sesquipedali crassitudine. Abies admirationis præcipue visa est in navi, quæ ex Ægypto Caii principis jussu, obeliscum in Vaticano circo statutum, quatuorque truncos lapidis ejusdem ad sustinendum cum adduxit: qua nave nihil admirabilius visum in mari certum est: [1] cxx. M. modium lentis pro saburra ei fuere. Longitudo spatium obtinuit magna ex parte Ostiensis portus latere lævo. Ibi namque demersa est à Claudio principe, cum tribus molibus, turrium altitudine in ea exædificatis [b] [2] obiter Puteolano pulvere, advectisque. Arboris ejus crassitudo quatuor hominum ulnas complectentium implebat. Vulgoque auditur [3] octoginta nummorum & pluris malos venundari ad eos usus, rates vero connecti quadraginta sestertiis plerasque. At in Ægypto

1 cxxx. *Ch.*

2 ob idque Puteolano pulvere advecto. *Vide c.13. lib.35.*

3 octingentis nummis. *Dal.* octog. nummum. *Ch.* malos ad eos, venundari usus. *M.*

a *Diribitorio.*] Alii *delibatorio.* Suetonius in Claudio *diribitorium* appellat: itemque Dion Græcus auctor, *διριβιτώριον.* ut dubitari præterea nec possit, nec debeat, etiamsi nemo eorum, quale id esset, explicavit. In antiquissimo autem Latino Lexico, in Noticis (Pomponio Læto referente) scriptum erat, *Diribitorium*, à diribendo, hoc est, distribuendo nominatum fuisse, quia locus esset, in quo recenserentur exercitus, & stipendia militiæ numerarentur: ut *diribere* sit, quod Græce διαριθμεῖν χρήματα: id autem munus in provinciis Procuratores Cæsaris obibant: Strabo auctor, qui & *militare logisterion* locum vocari tradit in relatione Syriæ, non dissimilem fortasse ab eo, quod nos *diribitorium.* Cicero de reditu suo ad Senatum: *Quando*, inquit, *ulla dignitate tot rogatores, diribitores custodesque vidistis?* hoc est, divisores distributoresque, qui inter tribus viritim pecuniam dividerent: quos Plautus in Aulularia *curiarum magistros* appellavit, qui distribuerent, inquit, argenti minas in viros. nam & Pedianus Asconius quærere id solet, numquid tribus legitimos aliquos habuerit divisores suos. Erant & in petitione honorum, qui munia & dictata gratiosis quibusque sua partirentur: ut apud Ciceronem legitur. Ausonius ad Gratianum de consulatu suo: *Nihil*, inquit, *cum sequestre deposui, cum distributore nihil pepigi.* Distributorem vocavit ipse, quem Cicero *diribitorem.* Ex hac similitudine structores epularum, & omnino præpositi negociis, vocabulum id quandoque accipiunt. Apulejus 2. libro fabulæ Milesiæ: *Frequens ibi*, inquit, *epulonum diribitores plusculi, splendide amicti, ferculia copiosa, scitule administrata, pueri calamistrati, pulcre indusiati.* Ammianus lib. 18. *Dum hæc*, inquit, *in castris Constantii quasi per lustra aguntur, & cœnam & diribitores [illegible] subito potestatis pretium per potiores diffundit.* Hermolaus Barbarus.

b *Obiter Puteolano pulvere advectisque.*] Scribendum arbitror, *ob id ter Puteolano pulvere advecto* Nam cum tres moles altitudine turrium exædificatæ fuerint, optime quadrat ter ob id advectum esse Puteolanum pulverem: de quo Vitruvius secundo. *Pint.*

1 ac. M. pto [a] [1] & Syria reges inopia abietis cedro ad classes feruntur usi. Maxima ea in Cypro traditur ad undecirennem Demetrii succisa [b] centum triginta [2] pedum, crassitudinis vero ad trium hominum complexum. Germaniæ prædones singulis arboribus cavatis navigant, quarum quædam & triginta homines ferunt. [c] Spississima, ex omni materie, ideo & gravissima, judicatur ebenus, [3] & buxus, [d] graciles natura: neutra in aquis fluitat, nec suber, [e] si dematur cortex, nec larix. Ex reliquis siccissima lotos, quæ Romæ [4] ita appellatur. Deinde robur exalburnatum: & [f] huic nigricans color, magisque etiam cytiso, quæ proxime accedere [5] ebenum videtur. Quanquam non desint, qui Syriacas terebinthos nigriores affirment. Celebratur & Thericles nomine, [g] calices ex terebintho solitus facere torno, per quem probatur [6] materies. Omnium hæc sola [h] ungi vult, meliorque oleo fit. Colos mire adulteratur juglande ac pyro silvestri tinctis atque in medicamine decoctis. Omnibus, quæ diximus,

2 pedum longitudinis. M.

3 buxus gracilis nat. *Dal.*

4 Celtis.

5 ad ebenum. *Dal.*

6 materies omnium! Hæc sola. M.

a *Et Syria.*] Theophr. cap. 9. lib. 5. hist. *Dalec.*

b *Centum triginta pedum.*] Τρεῖς καὶ δέκα ὀργυιῶν, tredecim orgyarum Theophrast. Ita decem pedes quævis orgya metitur. *Idem.*

c *Spississima, ex omni materie.*] Theophrast. cap. 4. lib. 5. hist. *Idem.*

d *Graciles natura.*] Buxus quidem tota, Ebenus medulla. Theophr. *Idem.*

e *Si dematur cortex.*] Nihil Theophr. Vide Vitruvium c. 9. lib. 2. *Idem.*

f *Huic nigricans color.*] Roboris exalburnati nigram medullam, Theophr. μελάνδρυον vocat cap. 9. lib. 3. histor. & cap. 4. lib. 5. *Idem.*

g *Calices ex therebintho, &c.*] Lege: *Calices ex therebintho solitus facere torno, per quam probatos. Materies omnium hæc sola ungi vult.* Valde probatos calices ex terebintho tornare solitum dicit hunc Thericlem, quæ ab eo *Thericlei* sunt nominati. Vide *Salmas.* pag. 1043. b. *Calices è terebintho solitus facere torno, per quem probatur materies. Omnium hæc sola, &c.*] Scribendum videtur, *Calices è terebintho solitus facere torno cor cujus probatur. Materies omnium hæc sola, &c.* Theophrastus lib. v. cap. 4. *Et pocula Thericlea tornari quæ à fictilibus secerni non possunt: verum cor tantum accipi & perungi materiam oportere volunt.* Pint. *Calices ex therebintho, &c.*] Quos à figlinis discernere facile non erat. Theophr. Corinthius is Thericles fuit. Quidam θηρίκλεια dicta volunt, quod in iis feræ insculperentur. Rhod. cap. 27. lib. 27. Figulum Corinthium Thericlem fuisse, non autem usum torno, scribit Athenæus lib. 11. Idem tamen ex Apollodoro Geloo citat θηρίκλεια τορευτά. *Idem.*

h *Ungi vult.*] Syriacæ terebinthi medulla. Theophrast. *Idem.*

2 Quanquam

ximus, ſpiſſa firmitas. Ab his proxima eſt cornus: [a] quanquam non poteſt videri materies propter exilitatem, ſed lignum non alio pene, quam ad radios rotarum, utile: aut ſi quid cuneandum ſit in ligno, claviſve figendum ſeu ferreis. Ilex item & oleaſter, & olea atque caſtanea carpinus, populus. Hæc & criſpa aceris [1] modo, ſi ulla, materies idonea [2] eſſet ramis ſæpe deputatis caſtratio [3] illa eſt, adimitque vires. De cætero pleriſque [4] eorum, ſed utique robori tanta duritia eſt, ut terebrari niſi madefactum non queat, & ne ſic quidem adactus avelli clavus. E diverſo clavum non tenet cedrus. Molliſſima tilia, eadem videtur & calidiſſima: argumentum afferunt, quod citiſſime aſcias retundat. [b] [5] Calidæ & morus, laurus, edera, & omnes è quibus ignaria fiunt. Exploratorum hoc uſus in caſtris, paſtorumque reperit, quoniam ad [6] excudendum ignem non ſemper lapidis occaſio eſt. [c] Teritur ergo lignum ligno, ignemque concipit attritu excipiente

1 modo utilis, ſi ulla. *Vet.*

2 *Alii*, eſſet, ſed ramis ſæpe deputatis, caſtratur, illa, adimunturque vires. *Vel*, ſed ram. ſ. deputatis caſtratio illa adimit vires.

3 nempe illa. *Vet.*

4 horum. *Ch.*

5 Cal. morus. M.

6 excutiendum. M. extundendum. *Alii.* excludendum. *Ch.*

a *Quamquam non poteſt videri materies propter exilitatem, ſed lignum non alio pene, quam, &c.*] Hinc ſequior latinitas *materiem* pro trabe uſurpavit. Et *materia quinquagenraria*, pro trabibus quinquaginta pedes longis. Notanda & illa locutio, *non alio pene*, id eſt, Non *alio* utile, pro non ad aliam rem utile. Sic *quo*, pro ad quam rem. *Salmaſ.* pag. 1035 a.

b *Calida & morus.*] Meneſtor calidis Morum addidit, inquit Theophraſt. *Dalec.*

c *Teritur ergo lignum ligno, &c.*] Mercurio id inventum tribuit hymnus ad eum ſcriptus:

Σὺν δ' ἐφόρει ξύλα πολλά, πυρὸς δ' ἐπεμαίετο τέχνην.
Δάφνης ἀγλαὸν ὄζον ἑλὼν ἐπέλεψε σιδήρῳ
Ἄρμενον ἐν παλάμῃ, ἀνὰ δ' ἄμπνυτο θερμὸς ἀϋτμή.
Ἑρμῆς τοι πρώτιστα πυρήϊα, πῦρ τ' ἀνέδωκε.

Sic apud Feſtum ignis Veſtæ ſi quando interſtinctus eſſet, virgines à Pontifice verberibus affectæ clavulam (nimirum, clavulam, ſive exiguam clavam, mateolam,) felicis materiæ, tamdiu terebrabant, quouſque ignis conciperetur, quem æneo cribro virgo in ædem ferret. Sic arboribus ſilvarum, ventorum vi inter ſe colliſis, ignis exprimitur, ac ut ait Lucretius lib. 5.

Exprimitur validis extritus viribus ignis,
Et micat interdum flammai fervidus ardor,
Mutua dum inter ſe rami ſtirpeſque teruntur.

Vt vero Corn. Severus in Ætna:

Haud aliter, quam cum prono jacuere ſub Auſtro,
Aut Aquilone fremunt ſylvæ: dant brachia nodo
Implicita, ac ſerpunt junctis incendia ramis.

Scaliger.

te materia [a] aridi fomitis, fungi vel foliorum [1] facillime [2] conceptum. Sed nihil edera præstantius quæ [3] teratur, lauro quæ terat. Probatur & [b] vitis silvestris, alia quam labrusca & ipsa ederæ modo arborem scandens. Frigidissima quæcunque aquatica: lentissima autem, & ideo scutis faciendis aptissima, quorum plaga contrahit se protinus, cluditque suum vulnus, & ob id contumacius [4] transmittit ferrum, in [c] quo sunt genere fici, [5] salix, tilia, betulla, sambucus, populus utraque. Levissima ex his ficus & salix, ideoque utilissimæ. Omnes autem [6] etiam ad cistas quæque flexili crate constant. Habent & candorem rigoremque & in sculpturis facilitatem. Est lentitia platano, sed madida sicut alno. Siccior eadem ulmo, fraxino, moro, ceraso, sed ponderosior. [d] Rigorem fortissime servat ulmus, ob id cardinibus [7] assamentisque portarum utilissima, quoniam minime torquetur, permutanda tantum sic, ut cacumen ab inferiore sit cardine, radix superior: [8] palmæ est mollis, & suberis: spissæ & malus, pyrusque nec non acer: sed [9] fragiles, & quæcunque crispa. [e] In omnibus silvestria & mascula differentias cujusque generis augent. [f] Et infœcunda firmiora fertilibus, nisi quo in genere mares ferunt, sicut cupressus & cornus. Cariem vetustatemque non sentiunt cupressus,

1 facillimo conceptu. *M.*
2 concipientium. *Vet.*
3 teratur lauro, laurumque terat. *M. Th. c. 10. lib. 5. hist.*
4 Transmittunt. *M.*
5 ut salix. *M.*
6 etiam in *M. d.*
7 crassamentisque. *M. & Gb.*
8 Palma est mollis & suberis materies. *Alii.*
9 fragile. *M.*

a *Aridi fomitis.*] Eam olim *lucubrum* vocaverunt. Paratur fere ex sulphuratis, fungis arborum insolatis & arefactis, acie, sive acu, nimirum carpto carminatoque lino, vel stupa, ut in Moreto:
Et producit acu stupas humore carentes.
nimirum, εἰς τὸ ζώπυρον ἐπιτήδειον ἐναυσμα πυρός. Hanc λυστιαφίαν Glossarion vetus appellat, *Canapturam.* Scalig.

b *Vitis silvestris.*] Athragenam significat memoratam Theophr. cap. 10. l. 5. hist. *Dalec.*

c *Quo sunt genere fici, &c.*] Salix, vitis, sed levior Salix, quia laxior, ideo magis ea utuntur. Platanus lenta est, sed natura humidior, ut & Ulmus. Morus spissa, & lenta est, *Theophrast.* Plinius hæc oscitanter. *Idem.*

d *Rigorem fortissime servat ulmus.*] Ἀστραβέστατον ἐστί, minime pervertitur. Theophr. c. 23. lib. 3. & c. 8. lib. 5. hist. *Idem.*

e *In omnibus silvestria, &c.*] Idem ibid. c. 13. lib. 1. *Idem.*

f *Et infœcunda firmiora fertilibus.*] Idem ibid. cap. 5. lib. 5. *Idem.*

a *Taxus*

ſus, cedrus, ebenus, lotos, [1] buxum, [a] taxus, juniperus, oleaſter & olea: ex reliquis tardiſſime [2] larix, robur, ſubet, caſtanea, juglans. [b] Rimam fiſſuramque [3] non capit ſponte cedrus, cupreſſus, olea. Buxum maxime æternam putant, ebenum & cupreſſum, cedrumque claro [4] de omnibus materiis judicio in templo Epheſiæ Dianæ, utpote cum tota Aſia extruente [5] quadringentis annis peractum ſit. Convenit tectum ejus eſſe [6] è cedrinis trabibus. De ipſo ſimulacro Deæ ambigitur. Cæteri ex ebeno eſſe tradunt. Mutianus ter Conſul, ex his qui proxime viſo eo ſcripſere vitigineum & nunquam mutatum ſepties reſtituto templo. [c] Hanc materiam elegiſſe eandem, [7] Canetiam nomen artificis nuncupans: quod equidem miror, cum antiquiorem Minerva quoque, non modo Libero patre, [8] vetuſtatem ei tribuat. Adjicit multis foraminibus nardo rigari, ut medicatus humor alat, teneatque juncturas, [d] quas & ipſas eſſe modico admodum miror. [e] Valvas eſſe è cupreſſo, & jam quadringentis prope annis durare [9] materiam omnem novæ ſimilem. [f] [10] Id quoque notandum, valvas, in glutinis compage quadriennio fuiſſe. Cupreſſus [11] in eas electa, quoniam præter cætera uno in genere materiæ nitor maxime valeat æternus. Nonne ſi-

1 bexus. *M.*
2 Pinus. *Theophraſt.*
3 non, *in Ch. d.*
4 de omnibus indicio. *M.*
5 ducentis viginti. *Infra cap. 14. lib. 36.*
6 è *in M. d.*
7 Cometiam. *M. & Ch.*
8 vetuſtatem attribuat. *M.* tribuant. *Vet.* cum antiquior, &c. vetuſtas Mentori tribuat.
9 materiem. *Ch.*
10 Idque. *M. Vet.*
11 Inter eas. *M.*

a *Taxus, juniperus.*] Nec taxum, nec Juniperum his adnumerat Theophraſt. loco proxime citato. *Dalec.*

b *Rimam fiſſuramque, &c.*] Legend. *Rimam fiſſuramque non capit ſponte cedrus: cupreſſus, olea, buxum. Maxime aterna putant ebenum & cupreſſum, claro de omnibus materiis judicio in templo Epheſia Diana.* Salmaſ. p. 813. a.

c *Hanc matereriam elegiſſe, &c.*] Lege: *Hanc materiam elegiſſe Demonicon, etiam nomen artificis nuncupans: quod equidem miror, cum antiquiorem Minerva quoque non modo Libero patre vetuſtatem ei tribuat.* Vide Salmaſ. p.816. b.

d *Quas & ipſas eſſe modico, &c.*] *Modico* ſcil. ſimulachro. Id miratur quod alioqui juncturæ fere nullæ ſint in grandibus ſimulachris. *Gelen.*

e *Valvas eſſe è cupreſſo*] Theophraſt. ibidem. Vide quæ adnotata ſunt in c. 33. hujus libri. *Dalec.*

f *Id quoque notandum, &c.*] Valvas ulmeas non ſtatim perficiunt, ſed compactas relinquunt. Nonnulli, ut lautius opus ſit, anno poſt tertio ſtatuunt. Nam æſtatis fervore ſiccatæ dehiſcunt; hieme vero coëunt, quia rara carnoſaque materies aërem humidum trahit. Theophr. c. 4. lib. 5. hiſt. *Idem.*

a *Quenam*

1 Jovis. M. Vet.
2 sexcentesimo sexagesimo. Vet.
3 LXXVIII. Ch.
4 infra ipsum oppidum id habente. Ch.
5 dici par est, &c. eas ætern. Ch.
6 quercus defossa, & aquis obruta. Theoph.
7 populus. Vet.

ne simulacrum [1] Vejovis in arce è cupresso durat, à condita Urbe [2] quingentesimo quinquagesimo primo anno dicatum? Memorabile & Uticæ templum Apollinis, ubi Numidicarum cedrorum trabes durant, ita ut positæ fuere prima urbis ejus origine, annis mille centum [3] octoginta octo. Et in Hispania Sagunti ajunt templum Dianæ à Zacyntho advectæ cum conditoribus, annis ducentis ante excidium Trojæ, ut auctor est Bocchus, [4] infraque oppidum ipsum id haberi. Cui pepercit religione inductus Annibal juniperi trabibus etiam nunc durantibus. Super omnia memoratur ædes in Aulide ejusdem deæ, seculis aliquot ante Trojanum bellum exædificata: [a] quonam genere materiæ scientia obliterata. [b] In plenum [5] dici potest, utique quæ odore præcellant, ea æternitate præstare. [c] A prædictis morus proxime laudatur, quæ vetustate etiam nigrescit. Et quædam tamen in aliis diuturniora sunt usibus quam alia. Ulmus in perflatu firma, [d] [6] robur defossum, & in aquis quercus obruta. Eadem supra terram rimosa facit opera, torquendo sese. Larix in humore præcipua, & [7] alnus nigra. Robur marina aqua corrumpitur. Non improbatur & fagus in aqua, & juglans, hæ quidem in his, quæ defodiuntur, vel principales. Item

a *Quonam genere materiæ scientia obliterata.*] In aliis codicibus, *cujus quoniam generis materia, &c.* Scribendum conjicio, *Thuia quidem generis materia, &c.* tum quod Theophrastus post cedrum & thuiam tertiam tertio loco ponit morum, quod hic vides fieri itidem à Plinio: tum etiam quod statim subjungit Plinius, *quæ odore præcellant, æternitate præstare.* & supra Plinius libro tertio decimo, cap. 16. de thuia loquens, *Hanc*, inquit, *inter odores uri tradit in deliciis Circes.* Pint.

b *In plenum dici potest, &c.*] *In plenum dici potest, utique quæ odore præcellant eas & æternitate præstare.* Ita corrigend. in plenum, ὅλως, καθόλου, συνελόντι εἰπεῖν. *Salmas.*

c *A prædictis morus proxime laudatur.*] Theophr. c. 5. lib. 5. hist. *Dalec.*

d *Robur defossum, & in aquis quercus obruta.*] Lege alia distinctione, *Robur defossum & in aquis, quercus obruta.* Theophrastus lib. 5. cap. 5. *Robur defossum atque in aquis demersum, putredinis quippe hoc immune omnino videtur. ob id fluviis lacubusque naves hac etiam materia condunt, sed mari putrescit.* Confirmat id rursus cap. 7. ejusdem libri. Pint.

a *Stantes-*

Item juniperus: eadem & ſubdialibus aptiſſima. Fagus & cerrus celeriter marceſcunt. Eſculus quoque humoris [1] impatiens: contra adacta in terram in paluſtribus alnus æterna, onerisque quantilibet patiens: ceraſus firma: ulmus & fraxinus lentæ, ſed facile pandantur, flexiles tamen, [a] ſtanteſque à circumciſura ſiccatæ fideliores. Laricem in maritimis navibus obnoxiam teredini tradunt: omniaque præterquam oleaſtrum & oleam. Quædam enim in mari, quædam in terra vitiis opportuniora.

[1] Impatiens: contra adacta in terra. In paluſtr. *M.*

CAP. XLI. *De teredinibus.*

INfeſtantium quatuor genera, Teredines capite ad portionem [2] graviſſimo: rodunt dentibus. Hæ tantum in mari ſentiuntur nec aliam putant teredinem proprie dici. Terreſtres tineas vocant: culicibus vero ſimiles, thripas. Quartum [3] eſt & è vermiculorum genere, [b] [4] quorum quidem alii putreſcente ſucco ipſa materie alii pariuntur, ſicut in [5] arboribus, ex eo qui ceraſtes vocatur. [c] Cum tantum eroſerit, ut circumagat ſe, generat alium. Hæc naſci [6] prohibet in aliis amaritudo, ut cupreſſo: [7] aliis duritia, ut buxo. Tradunt & abietem [d] circa germinationes decorticatam, qua diximus luna aquis non corrumpi. Alexandri magni comites prodiderunt, in Tylo Rubri maris inſula arbores eſſe, ex quibus naves fierent, [e] [8] quas CC. annis

[2] magno. *Theophr. c.5. 5. hiſt.* leg. grandiſſimo.

[3] eſt & vermic. genus. *Vet.*

[4] & eorum alii. *M.*

[5] arboribus de eo, qui ceraſtæ vocantur, cum tantum eroſerint ut circumagant ſe, generant alium. *M.*

[6] prohibent. M.

[7] in aliis dur. *Ch.*

[8] quaſi. M.

a *Stanteſque à circumciſura, &c.*] Vide proximum præcedens cap. 39. *Dalec.*

b *Quorum quidem alii putreſcente ſucco.*] Verbum *quidem* demendum eſt, ex archetypo Toletano: Ego vero & dictionem etiam illam *ſucco*, adventitiam eſſe exiſtimo. Theophraſtus libro quinto, capite quinto: *Vermium autem qui naſci in materie ſolent, alii putreſcente materie generari ſolent, alii parientibus aliis vermibus. Pariunt enim vel in caſa materia vermes, quemadmodum in arboribus qui ceraſtæ vocantur: cum ſcilicet tantum eroſerunt atque excavaverunt, ut ſe circumagere poſſint.* Pint.

c *Cum tantum eroſerit, &c.*] Ut ὥσπερ μυόδοχον, ut murium modo foſſam ſibi latebramque excavaverit. Theophr. *Dalec.*

d *Circa germinationes decorticatam.*] Theophr. cap. 5. lib. 5. hiſt. Vide ſupra c.25. hujus libri. *Idem.*

e *Quas CC. annis durantes inventas.*] Verbum *durantes* ſupervacaneum putamus,

nis durantes inventas: & si mergerentur, incorruptas. In eadem esse fruticem baculis tantum idoneæ crassitudinis, varium tigrium maculis, ponderosum: [1] & cum in spissiora [2] decidat, vitri modo fragilem.

CAP. XLII.

De materiis architecti, & quæ materies ad quid utilis, & quæ firmior materia in tectum.

[a] APud nos materiæ finduntur aliquæ sponte: ob id architecti eas fimo illitas siccari jubent, ut afflatus non noceant. Pondus [b] sustinere [3] validæ, abies, [4] larix, etiam in transversum positæ. Robur, olea, [5] incurvantur ceduntque ponderi. Illæ renituntur, nec temere rumpuntur: priusque carie, quam viribus deficiunt. [c] Et palmæ arbor [6] invalida: in diversum enim [7] curvatur. At populus contra omnia inferiora pandatur: palma è contrario [8] fornicatur: pinus & cupressus adversus cariem tineasque firmissimæ. Facile pandatur [d] juglans, fiunt enim & ex ea trabes: [9] frangique se prænunciat strepitu: [10] quod in Antandro accidit cum è balneis territi sono profugerunt. Pinus, piceæ, alni, ad aquarum ductus [11] in tubos cavantur. Obrutæ terra plurimis durant annis. Eædem si non

1 & cum in solidiora incutitur, fictilium modo frag. *Theophr.*
2 decidit. M.
3 Validæ. *Alii.*
4 Pinus. *Theoph.*
5 incurvatur, ceditque. M. incurvant, &c. *Ch.*
6 valida. M.
7 curvatur & populus. Contra. M. *Parisiensis.*
8 fornicatim. M. ex contr. fornicatim. *Ch.*
9 frangi se. M. & *Ch.*
10 quod & in Andro. M. quod in Andro. *Ch.*
11 intus cavantur. M. in stubos cavantur. *Vet.*

mus, & caveto ne illo *quas*, naves referri putes. Theophrastus lib. 5. cap. 6. *In Tylo autem Arabiæ insula materiem esse affirmant ex qua naves ædificant, quæ in mari incorrupta pene perdurat. quippe cum annos plus quam ducentos demersa, immunis ab omni offensa servetur.* Pint.

a *Apud nos materia, &c*] *Lotum, & alias è quibus cardines fiunt, ne findantur, fimo bubulo illinunt, ut siccetur & difflelur paulatim medullæ humor.* Theophrast. cap 7. lib. 5. hist. Male Plinius. *Dalec.*

b *Sustinere validæ*] Ἐλλωσιμός. Βάρος δ' ἀνέχειν ἰσχυρά. Theophrast. *Idem.*

c *Et palma arbor invalida: in diversum enim curvatur. At populus, &c.*] Scribo, *Et palma arbor valida: in diversum enim curvatur. Nam cum omnes in inferiora pandentur, palma è contrario fornicatur.* reliqua falso adjecta sunt. ex Theophrasto libro quinto capite septimo. *Pint.*

d *Juglans*] Εὐβοϊκὴ καρύα. Castanus, Theophr. cap. 7. lib. 5. hist. r. qui illam sonitu se frangi prænuntiare quidem scribit, sed non facile pandari, quod ait Plinius. *Dalec.*

a *Firmissima*

si non integantur, cito senescant: [1] mirum in modum fortiores, si humor extra quoque supersit. [a] Firmissima [2] ad tectum abies. Eadem valvarum [3] repagulis, & ad quæcunque libeat intestina opera aptissima sive Græco, sive Campano, sive Siculo fabricæ artis genere spectabilis, ramentorum crinibus, pampinato semper orbe se volvens ad incitatos runcinarum raptus. Eadem & [4] curribus maxime sociabilis glutino, in tantum, ut findatur [5] ante, [b] qua solida est.

1 miro modo. M.
2 in rectum. Ch. intra tectum. M.
3 paginis. Ch.
4 currulis. M. currulibus. M. alterum.
5 ante, quam. Ch.

CAP. XLIII.

De glutinanda materia, & lignis sectilibus.

[c] MAgna autem & [6] glutini ratio, propterea quæ [d] sectilibus laminis, [e] [7] ac in alio genere operiuntur. [f] Stamineam in hoc usu probant venam & vocant [8] fertilem, argumento similitudinis, quoniam [9] lacrymose cripsa. [g] In omni genere & glutinum abdicant quædam, & inter se & cum

6 glutinatio. Ch.
7 aut. Dal.
8 feruleam. M.
9 lacunose. Ch. lacunosa & crispa in omni genere glutinum abdicat. Quædam inter se. M.

a *Firmissima ad tectum abies, &c.*] Eo loco libri scribunt: *firmissima in rectum abies.* quæ verissima lectio; firmissimam ait esse abietem in operibus cum recta statuitur. *In rectum, εἰς ὀρθόν.* Et sciendum est *intestinum opus* proprie dici, quod ex ligno fit, sed elegantiore fabrica, & ea arte quam minutiariam nunc appellamus. Veteres quoque λεπτουργίαν dixere. Vide *Salmas.* p. 1034 a. Sequentia sic lege: *Ad incitatos runcinarum actus. Eadem & fabris maxime sociabilis glutino.* Salmas. p. 1034. b.

b *Qua solida est.*] Quam qua adglutinatur. Nunquam enim dissociatur semel glutinata. Theophr. *Dalec.*

c *Magna autem & glutini ratio, &c.*] Sic legend. *Magna autem & glutini ratio propter ea quæ sectilibus lamnis, ac in alio genere operiuntur staminea. In hoc usu improbant venam, & vocant festuceam, quoniam lacunose crispa in omni genere & glutinum abdicat. Quædam & inter se, &c. Staminea* igitur vocat, quæ alio ligno intingebantur, quæque vicem staminis sive staturninis præbebant. Nam lamnæ superinductæ subteminis instar obtinebant. *Festuca* vel festucea vena in ligno, discursus est venosus & crispus ad instar festucæ lacunosus. Vel quod exempta illa festuca, lacunæ in ligno remanent. *Salmas.* p. 417. a. b.

d *Sectilibus laminis*] Ἐπικολλήματα vocat Theophrast. cap. 4. lib. 4. *Dalecamp.*

e *Ac in alio genere, &c.*] Ut testudinum secamentis. *Idem.*

f *Stamineam &c.*] Rectissimam. Stamineam venam materiarii vocant *Maistresse veine.* Idem.

g *In omni genere & glutinum, &c.*] *Pino & abieti quercus aque non adglutinatur: altera enim* (pinus) *spissa, rara altera* (abies) *& altera* (pinus) *similior: altera* (abies) *minus similis. Simili vero natura esse oportet quæ coalescere & compingi debent, non contraria, seu lignum & lapidem.* Theophrast. *Idem.*

a *Nisi*

cum aliis insociabilia glutino, sicut robur. [1] Sed nec fere cohærent, [a] nisi similia natura, [2] ut si quis lapidem lignumque conjungat. Cornum maxime [3] audit sorbus, carpinus, buxus, postea tilia. Cuicunque operi facilia, flexilia omnia, quæ lenta diximus, præterque morus & caprificus. [4] Durabilia ac sectilia, quæ modice humida. [b] Arida enim [5] lætius, quam viridia, ferris cedunt, præter robur & buxum, quæ pertinacius resistunt, serrarumque dentes replent [c] æqualitate inerti: qua de causa alterna inclinatione egerunt scobem. Obedientissima quocunque in opere fraxinus, eademque hastis corylo melior, cornu levior, sorbo [6] lentior. [d] Gallica vero etiam ad currus flexibilis. Vitem æmularetur ulmus, ni pondus esset in culpa. [e] Facilis & fagus, quanquam fragilis & tenera. Eadem sectilibus laminis [7] in tenui flexilis, capsisque ac scriniis sola utilis. [f] Secatur in laminas prætenues & ilex, colore quoque non ingrata: sed maxime fida iis quæ terantur, ut rotarum axibus: ad quos

1 Sed in M. 4.
2 ut sicut quis lapidem, lignumque non conjungit. M. utrumque. Legit, & conjungit, Ch.
3 odit. Vet.
4 fissilia. Theophrast. c. 8. 5. hist. σχιστὰ Quidam, Dolabilia.
5 latius (leg. lentius ter ascendunt. (leg. ferræ cedunt) Viridia præter. M. utrumque.
6 lentior, Gallica, &c. flexibili. M.
7 tenuis & flex. Vet. interim vel in tenue, vel, in tenuia flexilis. Dal.

a *Nisi similia natura.*] Theoph. c. 8. lib. 5. hist. *Dalec.*

b *Arida enim latius, &c.*] *Arida enim* (πλάνονται) *cedunt ignavius, nec appressum occursumque serræ sustinent, alia resistunt & obluctantur, serramque hebetant.* Theophr. Lego, *Arida enim lentius ferris cedunt: viridia præter robur, & buxum pertinacius resistunt* (& συμμύει Theoph.) *& committuntur.* Idem.

c *Æqualitate inerti.*] Opus impediente, ἀεργῷ. Theophrast. Inefficaci dentium occursu, cum eorum in æquales projecturas æquavit scobs impacta. *Idem.*

d *Gallica vero etiam ad currus flexibilis. Vitem æmularetur ulmus, ni pondus esset in culpa.*] Legendum permutatis dictionibus puto, *Gallica vero ulmus etiam ad currus flexilis. Vitem æmulatur, ni pondus esset in culpa.* quanquam quinque verba novissima aliena suspicor esse, non Plinii. Porro mimimisse oportet, Plinium supra cap. 18. inter genera ulmorum, secundum genus fecisse Gallicas ulmos: capite vero XIIII. ubi de fraxino disseruit, nullam Gallicæ fraxini mentionem habitam. *Pint.*

e *Facilis & fagus, quanquam, &c.*] Legendum videtur *taxus*, non *fagus*, & mox paulo non *sectilibus*, sed *plectilibus* seu *plexilibus*. sic enim magis explicatur intellectus verbi Græci παραγγλυμμάτα, hoc est, conglutinationes. Theodorus ut in Plinio invenit, sic in Theophrasto transtulit *sectilibus*. Lege Teophrastum libro v. capite octavo. *Idem.*

f *Secatur in laminas prætenues & ilex.*] *Ilex commendatur ad axes & vehicula, quæ aguntur unica tantum rota* (μονοσπύρους ἁμάξας) *item juga lyrarum & psalteriorum.* Theophr. *Idem.*

a *Adeoque*

quos lentore fraxinus utilis, ſicut duritia ilex, [1] & utroque legitur ulmus. Sunt vero & parvi uſus fabrilium miniſteriorum inſignes. [a] Ideoque proditum [2] terebris vaginas ex oleaſtro, buxo, ilice, ulmo, fraxino utiliſſimas fieri. Ex iiſdem malleos, majores [3] quoque è pinu & ilice. Eſt his autem major ad firmitatem [4] cauſa tempeſtivæ cæſuræ, quam immaturæ: quippe cum [b] ex olea duriſſimo ligno cardines in foribus diutius [5] immoti plantæ modo germinaverint. [c] Cato vectes aquifolios, laureos, ulmeos fieri jubet. Hyginus manubria ruſticis carpinea, iligna, cerrea. Quæ in laminas ſecantur, quorumque operimento veſtiatur alia materies, præcipua ſunt citrum, terebinthus, acerια genera, buxum, palma, aquifolium, ilex, ſambuci radix, populus. [d] Dat & alnus, ut dictum eſt, [e] [6] tuber ſectile, ſicut citrum acerque. Nec aliarum tubera in pretio. [7] Mediaque pars arborum criſpior, & quo propior radici, minoribus magiſque flexilibus maculis. [f] Hæc prima origo luxuriæ, arborem alia integi, & viliores ligno pretioſiores cortice fieri, [g] ut una arbor ſæpius vaeniret. [h] Excogitatæ ſunt & ligni bracteæ, nec ſatis: cœpere

1 ex. *M.* & ad utrumque legitur ul. *Vet.* & ad utrumque legitima ulmus. *Vet. alii.* & utraque levior. *Dal.*

2 τερέτρων, *Theophraſt.* ſic reddit.

3 quam è. *M.* majoreſque è *Ch.*

4 cauſa maturæ tempeſtivitas cæſuræ. Aliquando ex olea, &c. germinaverant.

5 immorati. *M.*

6 ſuber. *Ch.*

7 media pars criſpior. *M.*

a *Ideoque proditum, &c.*] *Malleolus & terebra ex oleaſtro optima fiunt; quamvis & buxeis, ulmeis, fraxineiſque utantur. Malleos magnos ex picea faciunt.* Theophr. cap. 9. libro 5. hiſt. *Dalec.*

b *Ex olea.*] Idem ibid. cap. 10. lib. 5. *Idem.*

c *Cato vectes aquifolios, laureos.*] Deſideratur verbum, *iligneos*, ex ipſo Catone, cap. 31. *Vectes iligneos, aquifolios, laureos, aut ulmeos facito uti ſient parati.* Pint.

d *Dat & alnus, ut dictum eſt, tuber ſectile, ſicut citrum acerque.*] Scribo permutatis verbis, *Dat & alnus tuber ſectile ſicut citrum acerque, ut dictum eſt.* Etenim relatum hoc eſt libro tertio decimo, capite quintodecimo, & lib. præſenti capite trigeſimo octavo. *Idem.*

e *Tuber ſectile.*] In radice. *Dalec.*

f *Hæc prima origo luxuriæ, &c.*] Legendum: *Hæc prima origo luxuriæ, arborum, alia integi, & vilioris ligni è pretioſiore corticem fieri, ut una arbor ſæpius vaeniret. excogitatæ ſunt & ligni bracteæ: Nec ſatis, &c.* lectorum illæ lamnæ etiam ex teſtudine ſecta fieri ſolitæ, quam & pingebant ligni colore. *Salmaſ.* 416. b.

g *Ut una arbor ſæpius vaeniret.*] Priuſquam in laminas ſecetur, & cum ſecta fuerit. *Dalec.*

h *Excogitatæ ſunt & ligni bracteæ, nec ſatis: cœpere tingi animalium cornua, dentes ſecari, lignumque ebore diſtingui, mox operiri.*] Ebur illud & cornu quo lignum

pere tingi animalium cornua, dentes secari: lignumque ebore distingui, mox operiri. Placuit deinde materiam & in mari quæri. Testudo in hoc secta. [a] Nuperque portentosis ingeniis principatu Neronis inventum, ut pigmentis perderet se, plurisque væniret imitata lignum. Sic [1] lectis pretia quæruntur: [b] sic terebinthum vinci jubent, sic citrum pretiosius fieri, sic acer decipi. Modo luxuria non fuerat contenta ligno: jam lignum emi [2] testudinem facit.

1 litis. Ch.

2 testudine. M.

Cap. XLIV.

[c] *De arborum ætate, & quæ genera arborum minime durant. Similiter de visco & Druidis.*

Vita arborum quarundam immensa credi potest, si quis profunda mundi & saltus inaccessos [3] cogitet. Verum ex his quas memoria hominum custodit, durant in Linternino Africani prioris manu satæ olivæ. Item myrtus eodem loco conspicuæ magnitudinis. Subest specus, in quo manes ejus custodire draco traditur. Romæ vero lotos in Lucinæ area, anno qui fuit sine magistratibus CCCLXIX. urbis æde condita, incertum ipsa quanto vetustior. Esse quidem vetustiorem non est dubium,

3 cogitat. M.

gnum operiebatur & distinguebatur, cestro etiam inuri solebat, & cestrotum fieri. inde *cestrota forium ornamenta*, Vitruv. vide *Salmas.* p. 231. b.

a *Nuperque portentosis, &c.*] Legend. *Nuperque portentosis ingeniis principatu Neronis inventum, ut pigmentis perderetur, imitata lignum.* Subjicit: *sic lectis pretia quæruntur, sic terebinthum vinci juvat, sic citrum pretiosius fieri, sic acer decipi.* testudo picta terebinthini ligni colore, terebinthum ipsam vincebat. eadem citri instar picta, factitium erat citrum, vero citro pretiosius. sic citrum pretiosius fiebat quam nascebatur. *acer* autem *decipi* intelligendum de testudine, quæ aceris colorem accipiebat per picturam, quæque verus acer sic videbatur. Sequentia sic legenda: *modo luxuria non fuerat contenta ligno: jam lignum & è testudine facit.* quod enim testudo in ligni figuram pingeretur, lignum è testudine faciebat luxuria. *Salmas.* 416. b. 417. a.

b *Sic terebinthum vinci jubent.*] In Syria nigrum testudinis colore superari. *Dalec.*

c *De arborum ætate.*] Theophrast. cap. 14. lib. 4. histor. & cap. 15. lib. 2. Causs. *Idem.*

a *Lucinæ*

bium, cum ab eo luco [a] Lucina nominetur: hæc nunc circiter annum CCCCL. habet. Antiquior illa est, sed incerta ejus ætas, quæ capillata dicitur, [b] quoniam Vestalium virginum capillus ad eam defertur.

a *Lucina nominetur.*] Lucina sive Lucetia, Juno aliis dicitur. Tibullo Natalis, Græcis Γενεταὶς vel Γενετυλλὶς aliis Diana, quæ & εἰλείθυια, ὠκυτόκος, μογοστόκος, προθυραία, utraque sic nominata, vel à luco ut auctor putavit vel à luce quam recens natis præbet, & quoniam partuum, qui adhuc utero gestantur, menses regit. Catullus,

Tu Lucina dolentibus dicta puerperis

Ovidius:

Gratia Lucina dedit hac tibi nomina lucus:
Aut quia principium tu Dea lucis habes:
Parce, precor, gravidis facilis Lucina puellis,
Maturumque utero molliter aufer onus.

Idem:

Propositam timidis parientibus Eilethyan.

Theocritus in Daphnide:

— χαλεπὸν βέλος εἰλειθυίας

Orpheus in hymnis:

Ἄρτεμις εἰλείθυια καὶ ἡ σεμνὴ προθυραία.

Fabulosa multa de Eileithya vide apud Pausaniam in Arcadicis. Lilius Gyraldus: λυσίζωνον etiam quidam vocaverunt ὅτι λύει τὸ ἐσφιγμένον τῶν κόλπων. Rhodig. cap. 24. 28. Dicitur & Marcellino ὀρσολοχεία παρὰ τὸ ὄρειν τοῦτ' ἐστὶν ὀτρύνειν τὴν λοχείαν. Hadr. Jun. cap. 23. 4. Plaut. in Trucul.

Date mihi huc stactem, atque ignem in aram, ut Venerer Lucinam Deam.

& paulo post:

----- fer huc verbenam mihi, thus, & bellaria:
Date aquam manibus.

Dalec.

b *Quoniam Vestalium, &c.*] Apud Polyænum Theseus crines anteriores capitis radit, quos Diis sacros dicat; non quod ait Plutarchus, ne vetusto more παρέχοι ἐκ τῶν τειχῶν πολεμίοις. Apud Suet. in Nerone cap. 12. Nero gymnico, quod in septis edebat, inter buthysiæ apparatum barbam primam posuit conditam in auream pyxidem, & pretiosissimis margaritis adornatam Capitolio consecravit. Apud Petronium in Satyra, Trimalcionis barba pyxide aurea non pusilla condita fuit, in armario porticus, intra ædiculam, cum Laribus, & Veneris marmoreo signo. Festus in voce capillata. Tondebantur ergo & Vestales, cum in sanctum id collegium receptæ à Pontifice certo carmine sacrarentur, ac Diis voverentur. Nec absimilis fuit Græcorum consuetudo, primum juvenum comam demendi, quæ vel Deo, vel flumini cuipiam offerretur. Hom. Iliad. 25. de Achil.

Στὰς δ' ἀπάνευθε πυρῆς, ξανθὴν ἀπεκείρατο χαίτην,
Τήν ῥα Σπερχειῷ ποταμῷ τρέφε τηλεθόωσαν.

Varro apud Nonium. *Itaque Ambraciæ primum capillum puerilem demptum, item cirros ad Apollinem ponere solent.* Victorius cap. 23 6. Alia quidem causa est, cur apud Euripidem mors, non, quod Servius putat, Mercurius, eorum quibus fatalis advenit dies, crinem, veluti Diis Manibus sacrum, hasta libat,

Θαν. στείχω δ' ἐπ' αὐτὴν, ὡς κατάρξωμαι ξίφει.
Ἱερὸς γὰρ οὗτος τῶν κατὰ χθονὸς θεῶν,
Ὅτου τόδ' ἔγχος κρατὸς ἁγνίσῃ τρίχα

Ad quod allusit Virg. 4. Æneid.

Nam quia nec fato, merita nec morte peribat,
Nondum illi flavum Proserpina vertice crinem
Abstulerat, Stygioque caput damnaverat Orco.

Muret. in Var. cap. 16. de Vestalium religione ac institutis, honore, dignatione;

fertur. Verum altera lotos in Vulcanali, quod Romulus conſtituit ex victoria de decumis, æquæva urbi intelligitur, ut auctor eſt Maſſurius. Radices ejus in forum uſque Cæſaris [a] per ſtationes municipiorum penetrant. Fuit cum ea cupreſſus æqualis; circa ſuprema Neronis principis prolapſa atque neglecta. [b] Vetuſtior autem urbe in Vaticano ilex, in qua titulus æreis literis Hetruſcis, religione arborem [1] jam tunc dignam fuiſſe [2] ſignificat. Tiburtes quoque originem multo ante urbem Romam habent. Apud eos extant ilices tres, etiam [3] Tiburto conditore eorum vetuſtiores, apud quas inauguratus traditur. Fuiſſe autem eum tradunt filium [c] Amphiarai, qui apud Thebas obierit una ætate ante Iliacum bellum. Sunt auctores & Delphicam platanum Agamemnonis manu ſatam: & alteram in [4] Caphyis Arcadiæ luco. [d] Sunt hodie ex adverſo Ilienſium urbis juxta Helleſpontum [5] in Proteſilai

1 jam tum. *Ch.*
2 ſignant. *Vet.*
3 Tiburte. *Vet.*
4 Caphiar. *Ch.*
5 in Proteſilia ipſa pulchræ. M. *utrunque. Strabo l. 13. juxta Sigæum promontorium, Proteſilæum eſſe tradit, & Eleuſam.*

ne; mulcta Alex. ab Alexan. cap. 12. 5. Vide & eundem cap. 18. lib. 5. Ut Flamines Diales inaugurabantur, ſic capiebantur Veſtales, virginibus è populo viginti lectis, Pontificis arbitratu, ac ſortitione ex eo numero in concione facta, ut cujus virginis ducta eſſet, Pontifex eam caperet, eaque Veſtæ fieret. Gellius cap. 12. 2. Ræxardus cap. 17. Variorum. *Dalec.*

a *Per ſtationes.*] Stationes, loca in quibus certo tempore coëunt & conſiſtunt homines. In foro Romano variæ fuerunt: Senaculum, ſtatio, in qua, auctore Valerio cap. 12. ſenatores aſſiduam ſtationem peragebant, ut citati in curiam venirent: ſtatio municipum: ſtatio juvenum, qui cum patres in curiam deduxiſſent, quod ait Valer. c. citato, valvis affixi expectabant, donec officio reducendi fungerentur. Juvenal. Satyr. 11.

----- omnis
Convictus, thermæ, ſtationes, omne theatrum
De Rutilo:

Ræxard. cap. 7. 4. Varior. *Idem.*

b *Vetuſtior autem urbe, &c.*] Pauſaniæ ſeculo, quod is ſcribit in Arcadicis, arbores vetuſtiſſimæ fuerunt, Vitex Samia ad Junonis ædem: Olea, in arce Athenis: Deli palma: Quercus Dodonæa, & Platanus Menelai, hic memorata, quam juxta fontem Caphyis vicinum Menelaus ad Trojanum bellum iturus ſevit. *Idem.*

c *Amphiarai.*] Qui primus ſomniorum interpres fuit. Ad ejus oraculum qui pergebant ſacro illi, & aliis diis, quorum nomina in ara ſculpta fuerunt, peracto luſtrati, arietis pelle ſubſtrata obdormiſcentes, ſomnia captabant, quo modo ait Virgilius:

Pellibus incubuit ſtratis, ſomnoſque petivit.

Rhodig. cap. 14. *Idem.*

d *Sunt hodie ex adverſo, &c.*] Legend. *Sunt hodie ex adverſo Ilienſium urbis juxta Helleſpontum in Proteſilai ſepulcro arbores quæ ex omnibus ex eo ævo cum in tantum adcrevere ut Ilium aſpiciant, inareſcunt rurſuſque adoleſcunt.* Vide *Salmaſ.* p. 870. a.

a Quæ

silai sepulchro arbores, [a] quæ omnibus [b] ephebiis ejus cum in tantum accrevere, ut Ilium aspiciant, inarescunt, rursusque adolescunt. Juxta urbem autem quercus in Ili tumulo tunc satæ dicuntur, cum cœpit Ilium vocari. Argis olea [1] nunc etiam durare dicitur, ad quam Io in vaccam mutatam Argus alligaverit: In Ponto [2] circa Heracleam aræ sunt [c] Jovis [3] Stratii cognomine, [4] ibique quercus duæ ab Hercule satæ. In eodem tractu portus [5] est, Amyco Bebrycum rege interfecto clarus. Ejus tumulus à supremo die lauro tegitur, quam insanam vocant: quoniam si quid ex ea decerptum inferatur navibus, jurgia fiant, donec abjiciatur. Regionem Aulocrenen diximus, per quam ab [6] Apamia in Phrygiam itur: [d] ibi Platanus ostenditur, ex qua [7] pependit Marsya victus ab Apolline, quæ jam tum magnitudine electa est. Nec non palma Deli ab ejusdem Dei ætate conspicitur. [e] Olympiæ oleaster, ex quo [8] primus Hercules coronatus est, & nunc custoditur [9] religiose. Athenis quoque olea durare traditur in certamine [10] edita à [f] Minerva. E diverso [g] brevissima vita est Punicis, fico, malis: & ex

1 etiamnum. *Ch.*
2 citra. *Ch.*
3 Stratiu. *Ch. Sed* Stratii *recte repositum ab Hermolao disces ex Lil. Gyrald. syntagm. p.* 91.
4 ubi quercus. M. ibi quercus. *Ch.*
5 est Amyci, Bebryce rege. M. Amyci est Bebryce rege. *Ch.*
6 Apamea. *Ch.*
7 pependerit. *Ch.*
8 optimus. M. *Parisiensi.*
9 religio. *Ch.*
10 edito. *Ch.*

a *Quæ omnibus.*] Lege cum Salmasio: *quæ omnibus ex eo avis cum, &c. Omnibus avis*, manifeste hic dicitur pro omni tempore, & pro toto illo spatio quod à Protesilao usque ad suum seculum effluxit. Neque totæ interibant arbores, sed saltem folia. Vide *Vossium* in Melam. pag. 128.

b *Ephebiis.*] Ἐφηβεῖον locus in quo ἔφηβοι exercebantur: epheborum palæstra. In iis Protesilai ædificiis multas ejuscemodi fuisse arboribus consitas probabile; quæ, ut inquit auctor, arescebant, & rursum adolescebant. *Dalec.*

c *Jovis Stratii.*] Jovem Stratium, hoc est, militarem, veteribus coli solitum, auctor est Julius Pollux. *Herm. Barbarus.*

d *Ibi platanus ostenditur ex qua pependit Marsia victus ab Apolline.*] Lego non *platanus*, sed *pinus*: nam è pinu suspensum ab Apolline Marsiam auctor est præter cæteros Archias poëta Græcus Epigrammaton sectione 111. *Pint.*

e *Olympiæ oleaster.*] Arist. περὶ θαυμ. ἀκουσμ. Interpres Aristoph in Pluto, in voce κοτινοστέφανος. Theophr. c. 15. l. 4. hist. *Dalec.*

f *Minerva.*] Menere in Saliari carmine, menervare, monere: unde minisci, comminisci. Hinc Minerva sapientiæ Dea, quæ bene monet. *Idem.*

g *Brevissima vita est Punicis, fico, malis. Ex his, præcocibus quam serotinis, dulcibus quam acutis, & dulciori in punicis.*] Theophrastus libro 4. cap. 13. *Vivunt prædicta aliaque complures longo tempore. Brevi profecto punica ficus, malus,*

& ex his præcocibus brevior quam ſerotinis, dulcibus quam [1] acutis, [a] & dulciori in Punicis. Item in vitibus, præcipueque fertilioribus. Græcinus auctor eſt, ſexagenis annis duraſſe vites. Videntur & aquaticæ celerius interire. Seneſcunt quidem velociter, [b] ſed è radicibus repullulant, laurus, & mali, & Punicæ. [c] Firmiſſimæ ergo ad vivendum oleæ, ut quas durare annis CC. inter auctores conveniat. Eſt in ſuburbano Tuſculani agri colle, qui [2] Corne appellatur, lucus antiqua religione Dianæ ſacratus à [3] Latio, velut arte tonſili coma fagei nemoris. In hoc [4] arborem eximiam ætate noſtra adamavit Paſſienus Criſpus bis conſul, orator: Agrippinæ matrimonio & Nerone privigno clarior poſtea: oſculari complectique eam ſolitus, non modo cubare ſub ea vinumque illi [5] affundere. Vicina luco eſt ilex, & ipſa nobilis, [6] XXXV. pedum ambitu caudicis, X. arbores [7] mittens ſingulas magnitudinis viſendæ: ſilvamque ſola facit. Edera necari arbores certum eſt. Simile quiddam & in viſco: tametſi tardiorem [8] earum injuriam arbitrantur; namque & hoc præter fructus [d] agnoſcitur non in noviſſimis mirabile. Quædam enim in terra gigni non poſſunt, & in arboribus naſcuntur. [e] Nanque cum ſuam ſedem non habeant, in aliena vivunt,

1 acidis. *Dal.*
2 Coriolanus. *M.* Come. *Vet.*
3 Latino. *Dal.*
4 arborem mora. *Vet.*
5 offundere. *Vet.*
6 XXXIV. *Ch.*
7 amiciens. *M. utrumque.* metiens. *Vet.*
8 ejus. *Dal.*

lus, præcipue verna & dulcia minus quam acida, ut inter punicas quæ nucleo carent interiori. Ex quibus Theophraſti verbis apparet legendum hic eſſe non *acutis*, ſed *acidis*. Neque enim *acutum* opponitur *dulci*: immo fieri poteſt ut aliquid ſimul ſit & dulce & acutum, ut de melle ſupra Plinius lib. 11. cap. XV. retulit, & Dioſcorides lib. 2. Neque *dilutior* lego cum Hermolao, ex cujus caſtigatione quis ſenſus elici poſſit non video, ſed, licet dura nimis caſtigatione, *apyrenis*, hoc eſt ſine nucleo. *Pint.*

a *Et dulciori in Punicis.*] Senſus eſt: Quo dulciora poma, eo minus vivacem eſſe arborem. *Gelen.*

b *Sed è radicibus repullulant laurus & mali & punicæ.*] Lego *è lateribus*, non *è radicibus*, ex Theophraſto lib. 4. c. 13. *Quædam ſeneſcunt quidem putreſcuntque velocius, ſed ex iiſdem rurſus latere ſuo germinant, ut laurus, mali punicæ.* Pint.

c *Firmiſſimæ ergo ad vivendum oleæ.*] Theophraſt. cap. 15. lib. 4. hiſt. *Dal.*

d *Agnoſcitur non in noviſſimus, &c.*] Vide ſupra cap. 30. hujus libri. *Idem.*

e *Nanque cum ſuam, &c.*] Theophr. c. 23. lib. 2. de Cauſſ. *Idem.*

a *Circum-*

vivunt, sicut viscum. Est & in Syria herba quæ vocatur[1] cadytas, non tantum arboribus, sed ipsis etiam spinis[a] circumvolvens sese. Item circa Tempe Thessalica, quæ polypodion vocatur, & quæ dolychos ac[2] serpyllum. [b] Oleastro quoque deputato quod gignatur, vocant[3] phaunos. Quod vero in spina fullonia[c] hippophæston,[4] caliculis inanibus, foliis parvis, radice[5] alba, cujus succus ad detractiones in comitiali morbo utilissimus habetur. [d] Visci tria genera. Namque in abiete ac larice[e] stelin dicit Eubœa nasci,[f] hyphear Arcadia. Viscum autem in quercu, robore, ilice,[6] pruno silvestri, terebintho,[7] nec aliis arboribus[8] adnasci, plerique. Copiosissimum in quercu,[9] quod dryos hyphear vocant. In omni arbore, excepta ilice & quercu, differentiam facit odor virusque, & folium non jucundi odoris in[10] utroque visco amarum & lentum. Hyphear[g] ad saginanda pecora utilius. Vitia modo purgat primo: dein pinguefacit, quæ[11] suffecere purgationi. Quibus sit aliqua[12] tabes intus, negant durare. Ea medendi ratio æstatis quadragenis diebus. Adjiciunt discrimen, visco in his quæ folia amittant, & ipsi decidere;[13] contra inhærere nato in æterna fronde. Omnino autem satum ullo

1 Cassytas. *M.* ceftas. *Ch.*
2 serpullum. *M.* & *Ch.* gignitur. *M.*
3 Faunos. *D.* quasi silvarum deos.
4 capitulis. *Diosc.*
5 crassa, & molli. *Diosc.*
6 pino. *Theophr.*
7 & aliis. *Theophr.*
8 adnasci. Plerique copiosiss. in quercu hyphear vocant. *M. Parisiense.*
9 adasphear vocant *Ch.* quod δρυὸς ἰξίαν vocant. *Dal.*
10 utroque viscum amarum. *M.* utroque visci amarum & lento. *Ch.*
11 superfluere. *Dal.*
12 labes. *Dal.*
13 contra semper inhær.

a *Cicrumvolvens sese.*] Lego, *Circumvolvens se: item circa Tempe Thessalica. Innascitur aliis & quæ polypodion vocatur, &c.* Parum distincte hæc Plinius. Polypodium quidem aliis plantis innascitur: Dolychos vero & Serpyllum non innascitur, sed scandendo iis invehuntur, quæ pro adminiculo sunt. *Dalecampius.*

b *Oleastro quoque deputato.*] Lege, *Oleastro quoque deputato, quod gignatur, vocant phaulios, id est,* φαυλίους ἐλαίας. *Salmas.* 1292. 2.

c *Hippophæston.*] Oscitanter Plinius Hippophæston recenset inter plantas, quæ aliis subnixæ vivunt. Nam humilis herba est, humi strata, ut & Serpyllum, non tamen in vicina scandens Dolychi modo. Vide infra c. 13. lib. 24. & c. 10. lib. 27. *Dalec.*

d *Visci tria genera.*] Theophr. cap. 15. lib. 4. histor. *Idem.*

e *Stelin.*] Stelis Eubœensium vox est, Hyphear Arcadum, viscum communis. Alii Stelin & Hyphear nasci volunt in pino & abiete, viscum, in quercu, terebintho, & aliis multis. Theophrast. *Idem.*

f *Hyphear Arcadia.*] Vide quod adnotatum est ad c. 30. hujus lib. *Idem.*

g *Ad saginanda pecora utilius.*] Theophrast. πρὸς τὸ χυλίζειν. *Idem.*

1 nullo. M. & Ch.
2 frutecosi. Ch.
3 vero fert. Dal.
4 fit. M.
5 à malleo. Ch.
6 glandis. Ch.
7 & in M. d.
8 earum. Ch.

[1] ullo modo nascitur, nec nisi per alvum avium redditum, maxime palumbis ac turdi. Hæc est natura, ut nisi maturatum in ventre avium, non proveniat. Altitudo ejus non excedit cubitalem, semper [2] fruticosi ac viridis. Mas fertilis, fœmina sterilis. Aliquando [3] non fert. Viscum [4] conficit ex acinis qui colliguntur messium tempore immaturi; nam si accessere imbres, amplitudine quidem augentur, visco vero marcescunt. Siccantur deinde, & aridi tunduntur, [a] ac conditi in aqua putrescunt duodenis fere diebus. Unumque hoc rerum putrescendo gratiam invenit: Inde in profluente rursus [5] malleo tusi, amissis corticibus interiore carne lentescunt. Hoc est [b] viscum pennis avium tactu ligandis; [6] juglandis oleo subactum, cum libeat insidias moliri. Non est omittenda in ea re [7] & Galliarum admiratio. Nihil habent [c] Druidæ (ita suos appellant magos) visco, & arbore, in qua gignantur (si modo sit robur) sacratius. Jam per se roborum eligunt lucos, nec ulla sacra sine [8] ea fronde conficiunt, ut inde appellati quoque interpretatione Græca possint Druidæ videri. Enimvero quicquid adnascatur illis, è cœlo missum putant, signumque esse electæ ab ipso Deo arboris. Est autem id rarum admodum inventu, & repertum magna religione petitur: & ante omnia sexta luna, quæ principia mensium annorumque his facit, & seculi post tricesimum

a *Ac conditi in aqua putrescunt.*] Legendum reor, *cocti in aqua non conditi.* Dioscorides libro 3. *Tunditur autem fructus ii, cum lavatur, post hæc in aqua decoquitur.* Pint.

b *Viscum.*] Scite Plautus in Bacchidibus:

Viscus merus vestra est blanditia:

nempe ad me capiendum illecebra, laqueus, tendicula, insidiæ. Idem scriptor eadem comœdia:

Tactus sum vehementer visco, cor stimulo foditur.

Dalec.

c *Druidæ.*] De Bardis, Druidis, & in universum Gallorum moribus, vide plurima apud Rhod. cap. 21. 18. ex variis scriptoribus, præsertim ex Strabone. *Idem.*

cesimum annum, quia jam virium abunde habeat, [1] nec sit sui dimidia. Omnia sanantem [2] appellantes suo vocabulo, sacrificiis epulisque rite sub arbore [3] præparatis duos admovent candidi coloris tauros, quorum cornua tunc primum vinciantur. Sacerdos candida veste cultus arborem scandit. Falce aurea demetit. Candido id excipitur sago. Tum deinde victimas immolant, precantes ut suum donum Deus prosperum faciat his quibus dederit. Fœcunditatem eo poto dari [4] cuicunque animali sterili arbitrantur, contraque venena omnia esse remedio. Tanta gentium in rebus frivolis plerunque religio est.

1 etiamsi non sit dimid. *Dal.*

2 appellant suo vocabulo. Sacrificiis. *M.*

3 comparatis. *Ch.*

4 cuique animalium sterili arbitr. contra. *Ch.*

C. PLINII SECUNDI NATURALIS HISTORIÆ

LIBER XVII.

Cap. I. *Arborum pretia mirabilia.*

1 terraque sponte. *Ch.*



Atura arborum, [1] terra marique sponte sua provenientium, dicta est. Restat earum, quæ arte & humanis ingeniis fiunt verius quam nascuntur. Sed prius mirari succurrit, [2] quæ abstulimus [3] penuria pro indiviso [4] possessa à feris depugnante cum iis homine circa caducos fructus, circa pendentes vero & cum alitibus, in tanta deliciarum precia venisse, clarissimo (ut equidem arbitror) exemplo L. Crassi [a] atque Cn. Domitii Ænobarbi. Crassus orator fuit in primis nominis Romani: domus ei magnifica, sed aliquanto præstantior [b] in eodem palatio [c] Q. Catuli, qui Cimbros cum C. Mario fudit. Multo vero pulcherrima consensu omnium ætate ea in colle Viminali C. Aquilii, equitis Romani, [5] clarioris illa etiam, quam juris civilis scientia, cum tamen objecta Crasso sua est. Nobilissimarum gentium ambo Crassus atque Domitius Censuram post [6] Consulatum simul gessere, anno conditæ urbis DCLXII. frequentem jurgiis propter dissimilitudinem morum. Tum Cn. Domitius,

2 quæ retulimus. *M.* & *Ch.*
3 pene injuria. *Vet.*
4 possessa. *M.*
5 clarioris etiam tum juris. *M.*
6 Consulatus. *Ch.*

a *Atque Cn. Domitii Ænobarbi.*] Val. Max. lib. 9. c. 1. de lux. & libid. *Dal.*
b *In eodem Palatio.*] Monte Palatino. *Idem.*

c *Q. Catuli.*] Cum Marius pro Catulo rogantibus dixisset, ei moriendum esse, inclusus domi Catulus accensis se carbonibus suffocavit. *Idem.*

d Qua

tius, ut erat vehemens natura, præterea accensus odio, quod ex æmulatione avidissimum est, graviter increpuit tanti Censorem habitare, pro domo ejus [1] sestertium millies identidem promittens. Et Crassus, ut præsens ingenio semper, & faceto lepore solers; [2] addicere se respondit, exceptis [3] sex arboribus, ac ne uno quidem denario, si adimerentur, emptam volente Domitio. Crassus, Utrumne igitur ego sum, inquit quæso Domiti, exemplo [4] gravis & ab ipsa mea Censura notandus, qui in domo, [a] quæ mihi hæreditate obvenit, [5] comiter habitem: an tu, qui H·S millies sex arbores æstimes? Eæ fuere [6] loti, patula ramorum opacitate lascivæ, [7] Cecina Largo è proceribus crebro in juventa nostra eas in domo sua ostentante. Duraveruntque, quoniam & de longissimo ævo arborum diximus, ad Neronis principis incendia, quibus cremavit urbem, annis CLXXX. postea cultu virides juvenesque, ni princeps ille accelerasset etiam arborum mortem, ac ne quis vilem de cætero Crassi domum, nihilque in ea jurgante Domitio fuisse dicendum præter arbores judicet, jam columnas [8] quatuor Hymetii marmoris, [b] Ædilitatis gratia ad scenam ornandam advectas, [9] in atrio ejus domus statuerat, cum in publico nondum essent ullæ marmoreæ. Tam recens est opulentia: tantoque tunc plus honoris arbores domibus afferebant, ut sine illis ne inimicitiarum quidem pretium servaverit Domitius. Fuere ab iis & cognomina antiquis: [10] Fronditio militi illi, qui præclara facinora, Vulturnum transnatans, fronde capiti imposita, adversus Annibalem edidit: Stolonum [c] Liciniæ genti: [11] ita enim appellatur in ipsis arboribus

1 *In Vet. & Ch numerus desideratur*, sexagies H-S. *Val. Max.* H-S millies, *ut vulgo legitur, summa est major fide. Vide Bud. c.3 de asse.*
2 concedere. *M.*
3 decem. *Val. Max.*
4 gravi. *Vet.*
5 communiter. *M.* id est, *communi & populari modestia.*
6 lotos. *M.*
7 Cæcina. *Ch.*
8 sex. *Val. Max. & ante ipse cap. 3. & 15. lib. 36.*
9 in porticu. *Val. Max.*
10 Frontio. *Alii.*
11 ita appell. *M.*

a *Quæ mihi hæreditate obvenit.*] Vide infra cap. 15. lib. 36. *Dalec.*

b *Ædilitatis gratia, &c.*] Centum millibus nummum emptas Valer. Max. *Idem.*

c *Liciniæ genti.*] Varro c.2. l.1. *Idem.*

a *Pampi-*

1 inde. M.

2 singulas siclos æris. Vet. in singulas pœnas æris viginti quinque. Ravardus.

3 Venturasne. Ch.

4 vexaverant. M. & Ch.

5 quonam. Vet.

6 animo advertimus. Ch.

boribus fruticatio inutilis: [1] unde & [a] pampinat inventa [b] primo Stoloni dedit nomen. Fuit & a borum cura legibus priscis: cautumque est XII. t bulis, ut qui injuria cæcidisset alienas, lueret [2] singulas æris XXV. Quid existimamus, [c] [3] futura ne eas credidisse ad supra dictam æstimationem los, qui frugiferas tanti [4] taxaverant? Nec min miraculum in pomo est, multarum circa suburba fructu annuo addicto binis millibus nummu majore singularum reditu, quam erat apud an quos prædiorum. Ob hoc insita & arborum qu que adulteria excogitata sunt, ut nec poma paup ribus nascerentur. Nunc ergo dicemus, [5] quo m xime modo tantum ex his vectigal contingat, v ram colendi rationem absolutamque prodituri. ideo non vulgata tractabimus, nec quæ consta [6] animadvertimus, sed incerta atque dubia, in q bus maxime fallitur vita. Nam diligentiam in pervacuis affectare, non nostrum est. Ante omn autem in universum, & quæ ad cuncta arborum g nera pertinent in commune, de cœlo terraq dicemus.

CAP. II.

De natura cœli ad arbores, & quam partem cœ spectare debeant.

[d] AQuilone maxime gaudent, densiores ab flatu ejus lætioresque, & materiæ firmior Qua in re plerique falluntur, cum in vineis pe menta non sint à vento eo opponenda, & id tant à Septentrione servandum. Quinimo tempest frig

a *Pampinatio.*] Exectio fruticantium arbuscularum. *Dalec.*

b *Primo Stoloni nomen dedit.*] Verba hæc nullum hic usum præstant, sensus enim integer est sine illis. *Pint.*

c *Futurasne eas credidisse.*] *Vent* non *futuras*, in eodem legas. *Ide*

d *Aquilone maxime gaudent.*] T phrast. cap. 3. & 4. lib. 2. Causs. *lecampius.*

frigora plurimum arborum firmitati conferunt, & sic optime germinant, alioqui si blandiantur Austri, defatiscentes, ac magis etiam [1] in flore. Nam si cum defloruere protinus [2] sequantur imbres, in totum poma depereunt: adeo [a] ut amygdalæ & pyri, etiam si omnino nubilum fuit, Austrinusve flatus amittant fœtus. Circa [b] Vergilias quidem pluere inimicissimum viti & oleæ: quoniam tunc coitus est earum; hoc est illud quatriduum oleis decretorium, hic articulus Austrinus nubili [3] spurci, quod diximus. Fruges quoque pejus maturescunt Austrinis diebus, sed celerius. Illa sunt noxia frigora, [c] quæ Septentrionibus aut præposteris fiunt horis. Hiemem quidem Aquiloniam esse omnibus satis utilissimum. Imbres vero tunc expetendi evidens causa est, [d] quoniam arbores fœtu exinanitas, & foliorum quoque [4] amissione languidas, [e] naturale est avide esurire. [f] Cibus autem earum imber. Quare tepidam esse hiemem, ut absumpto partu arborum, sequatur protinus conceptus, id est, germinatio, ac deinde alia [5] florescendi exinanitio, inutilissimum experimentis creditur. Quin imo si plures ita continuentur anni, etiam ipsæ [6] moriuntur arbores, quando nemini dubia pœna est in [7] fame laborantium. [g] Ergo qui dixit hiemes serenas optandas, non pro arboribus vota fecit.

1 In florem. M.
2 sequuntur. M.
3 sparsi. M.
4 emissione. Ch.
5 florescentis. Vet.
6 moriantur. Ch.
7 insane, ut bifera m vitem insanam vocat c. 27. l. 16.

Nec

a *Ut amygdala & pyri.*] Vide supra c. 26. lib. 16. *Dalec.*

b *Vergilias.*] Orientes ad octavum, vel nonum Maji. *Idem.*

c *Quæ septentrionibus.*] Quæ gelu non afferunt. *Idem.*

d *Quoniam arbores, &c.*] Theophr. c. 1. lib. 2. Causs. *Idem.*

e *Naturale est avide esurire.*] Veteres τὰ δένδρα καὶ λάχανα πεινῆν dixerunt, arbores, olera, & alias plantas esurire. Hinc apud Varronem c. 23. l. 1. de re rust. *In pingui rectius quæ cibi sunt majoris, ut olus, triticum, siligo, linum.* Idem.

f *Cibus autem earum imber.*] Theophrastus non quidem imbrem cibum esse ait, sed alimenti copiam imbrem frequentem præbere. *Idem.*

g *Ergo qui dixit hiemes serenas.*] Virgilium notat, qui ait,

Humida solstitia, atque hiemes optate serenas,
Agricolæ: hiberno lætissima pulvere farra.

Quem locum Macrobius interpretatur in Saturnalibus. *Idem.*

a Non

Nec per solstitia imbres vitibus conducunt. H
berno quidem pulvere lætiores [1] fieri messes, lux
riantis ingenii fertilitate dictum est. [2] Alioqui v
ta arborum frugumque communia sunt, nives di
tinas [3] sedere. Causa, non solum, quia anima
terræ evanescentem exhalatione includunt & con
primunt, retroque agunt in vires frugum atque r
dices: verum quod & liquorem sensim præben
[4] purum præterea levissimumque, quando nix aqu
rum cœlestium [5] spuma est. Ergo humor ex h
[a] non universus [6] ingurgitans diluensque, sed qu
modo sititur distillans, velut ex ubere alit omn
quæ non inundat. Tellus quoque illo modo [b] [7] fe
mentescit, & succi plena ac lactescentibus satis n
effœta, cum tempus aperit, tepidis arridet hori
Ita maxime frumenta pinguescunt, præterqua
ubi calidus semper aër est, ut in Ægypto. Cont
nuatio enim & ipsa [c] consuetudo, idem quod m
dus [d] aliubi efficit: plurimumque prodest, ubicu
que non esse quod noceat. [e] In majore parte orbi
cum præcoces excurrere germinationes, evocat
indulgentia cœli, secutis frigoribus exuruntur. Q
de causa serotinæ hiemes [8] noxiæ silvestribus qu
que, quæ magis etiam dolent urgente [f] umbra su
nec adjuvante medicina: [9] quoniam vestire ten
ras intorto stramento in silvestribus non est. Er
tempestivæ aquæ hibernis primum imbribus, d
inde [10] germinationem antecedentibus. Tertiu
temp

1 fieri messes luxuriantes, dictum est. *M.*
2 Alioquin. *M.*
3 insidere. *Dal.*
4 purum prætereaque levissimum. *Vet.*
5 pruina. *M.*
6 ingruens. *Vet.*
7 frumentescit. *M.*
8 obnoxiæ. *M.*
9 quando. *Ch.*
10 germinatione & antecedentib. *M.*

a *Non universus, &c.*] Οὐκ ἀθρόως, non confertim illisus & diffluens, sed paulatim colliquescens & terram subiens. Theophr. *Dalec.*

b *Fermentescit.*] Fermentum, putris maza est. Et quoniam putria omnia terram, ut ita dicam stercorant, ac pro lætamine sunt, *fermentescere* dictum puto pro lætificari, succi plenam fieri, pinguescere. Turneb. cap. 3. 10. Advers. interpretatur: *diluitur, remollescit, putris & soli* *redditur.* Idem.

c *Consuetudo.*] Teporis, molliorisq cœli. *Idem.*

d *Aliubi.*] In Ægypto. *Idem.*

e *In majore parte orbis.*] Theophra cap. 3. lib. 2 Causs. *Idem.*

f *Umbra sua.*] Ramorum & surc lorum densitate solem non admitten *Idem.*

a *De*

tempus est, cum educant poma, nec protinus, sed jam valido fœtu. Quæ fructus suos diutius continent, longioresque [a] desiderant cibos, his & serotinæ aquæ utiles, ut viti, oleæ, Punicis. Hæ jam pluviæ generis cujusque arboribus diverso modo desiderantur, aliis alio tempore maturantibus. Quapropter [1] iisdem imbribus [2] quædam lædi videas, alia juvari, [3] etiam in eodem genere, sicut in pyris: alio die hiberna quærunt pluvias, alio vero præcocia, ut pariter quidem omnia [4] desiderent. Hibernum tempus est ante [5] germinationem, [b] quæ Aquilonem Austro utiliorem facit. Ratio eadem mediterranea maritimis præfert (sunt enim plerunque frigidiora) & [6] montosa planis, & nocturnos imbres diurnis. Magis fruuntur aquis sata, non statim auferente eas sole. [c] Connexa & situs vinearum, arbustorumque ratio est, quas in oras debeant spectare. Virgilius ad occasus seri damnavit. Aliqui sic maluere, quam in [7] exortu. A pluribus meridiem probari adverto: nec arbitror perpetuum quicquam in hoc præcipi posse. [d] Ad soli naturam, ad loci ingenium, ad cœli cujusque [8] mores dirigenda solertia est. In Africa Meridiem vineas spectare, [e] & si viti inutile, colono salubre est, quoniam ipsa meridianæ subjacet plagæ, quapropter qui ibi in Occasum aut Septentriones conseret,

1 eisd. imbr. aliqua lædi vid. aliqua juvari *Ch.*
2 aliqua læ. vi. alias juvari. *M.*
3 & in. *Turn.*
4 desiderent hiber. tempus & ante *Turn.*
5 germinationem. Quæ Aquil. Aust. ut facit ratio, eadem med. mar. præferunt. *M.* eadem præfert. *M.* aliud facit ratio, eadem. *Turneb. & Ch.*
6 montuosa. *Ch.*
7 exortus. *Vet.*
8 mores. *Man. & Ch.*

a *Desiderant cibos.*] Imbres. *Dalecampius.*

b *Quæ aquilonem austro utiliorem facit.*] Expende an sit verior lectio, *quam aquilo quam auster utiliorem facit.* quoniam, ut superius ostendit, fruges quoque pejus maturescunt austrinis diebus; & paulo supra, *Hiemem aquiloniam esse, omnibus satis utilißimum.* Pint.

c *Connexa & situs vinearum.*] Columella cap. 12. lib. 3. *Dalec.*

d *Ad soli naturam.*] Virgilius:
Ventos, ac varium cœli prædiscere morem
Cura sit, ac patrios cultusque habitusque locorum,
Et quid quæque ferat regio, & quid quæque recuset.
Idem.

e *Et si viti inutile, colono salubre est.*] Exemplar antiquum, *& viti inutile, colono insalubre est.* Scribendum reor præpostero ordine, *viti inutile & colono insalubre est*; favente huic lectioni Columella lib. 3. cap. 12. & paulo post: *Is namque æstatem ibi temperat.* Pint.

a Cum

feret, optime miscebit solum cœlo, [a] cum Vi
lius Occasus improbet. Nec de Septentrione [1]
linqui dubitatio videtur. Atqui in Cisalpina It
magna ex parte vineis ita positis, compertum
nullas esse fertiliores. Multum rationis obtin
[2] venti. In Narbonensi provincia atque Liguria
parte Hetruriæ, contra Circium serere impe
existimatur: eundemque obliquum accipere, p
videntia. Is namque [4] æstates ibi temperat, [b]
tanta plerunque violentia, ut auferat tecta.

1 reliqua. M.
2 & venti. M.
3 ex parte. Dal.
4 æstatem. M.

CAP. III.

De societate cœli & terræ ad arbores.

QUidam cœlum terræ parêre cogunt: ut q
in siccis serantur, [c] Orientem ac Septent
nes spectent, quæ in humidis, Meridiem. N
non ex ipsis vitibus causas mutuantur, [d] in frig
præcoces serendo, ut maturitas antecedat algor
Quæ poma vitesque rores oderint, contra Or
ut statim auferat sol: quæ ament, ad Occasus,
etiam ad Septentriones, ut diutius eo fruantur. C
teri [5] vero fere rationem naturæ secuti, in Aqu
nem obversas vites & arbores poni suasere. O
ratiorem etiam fieri talem fructum Democr
putat.

5 vero del. in V. C.

C

a *Cum Virgilius Occasus improbet.*] Versus est Virgilii:
Neve tibi ad solem vergant vineta cadentem.
Dalec.

b *Sed tanta plerunque violentia, &c.*] Circio ædificia quassanti tamen incolæ gratias agunt, tanquam salubritatem cœli sui debeant. Divus certe Augustus templum illi, cum in Gallia moraretur, & vovit & fecit. *Seneca l. 4. quæst. natural.* Idem.

c *Orientem ac septentriones spect* Legendum puto *Occidentem*, non *O tem:* Nam cum sol exsiccandi fac præditus sit, ut statim sequitur, quæ in siccis feruntur locis & rore gent, in orientem vergant, mag tient, humorisque magis experti runt. *Pint.*

d *In frigidis præcoces serendo, &c.* lumella cap. 1. lib. 3. & cap. 10. *Dalec.*

a S

CAP. IV. *De qualitate regionum.*

AQuilonis situm, ventorumque reliquorum, [1] diximus in secundo volumine, dicemusque proximo plura cœlestia. Interim manifestum videtur salubritatis argumentum, quoniam in Meridiem etiam spectantium semper ante [2] decidant folia. Similis & in maritimis causa. Quibusdam locis afflatus maris noxii, in plurimis iidem utiles: quibusdam satis è longinquo aspicere maria jucundum: propius [3] admovere satis halitum, inutile. [a] Similis & fluminum stagnorumque ratio. Nebulis adurunt, [4] & æstuantia refrigerant opacitate, atque etiam rigore gaudent, quæ diximus. Quare experimentis optime creditur: à cœlo proximum est terræ dixisse rationem haud faciliore tractatu. Quippe non eadem arboribus convenit & frugibus plerumque, nec pulla qualem habet Campania, ubique optima vitibus, aut quæ tenues exhalat nebulas, nec rubrica multis laudata. Cretam in [5] Albensium Pompejanorum agro & argillam cunctis [6] ad vineam generibus anteponunt, quanquam præpingues, quod excipitur in eo genere. Invicem sabulum album in [7] Ticinensi, multisque in locis nigrum, itemque rubrum etiam pingui terræ permixtum, infœcundum est. Argumenta quoque judicantium sæpe fallunt. Non utique lætum solum est, in quo proceræ arbores nitent, præterquam illis arboribus. Quid enim abiete procerius, [8] aut quæ vixisse possit alia in loco eodem? Nec luxuriosa pabula pinguis soli semper indicium habent. Nam quid laudatius Germaniæ pabulis? & tamen statim subest harena tenuissimo cæspitum corio. Nec

1 dix. secundo. *M.*

2 decidunt. *Vet.*

3 admoveri. *Ch.*

4 aut. *Ch.*

5 Albanensium. *Man.*

6 ad vineas. *Ch.*

7 Ticiniensi. *Ch.*

8 At quæ.

a *Similis & fluminum stagnorumque ratio. Nebulis adurunt, &c.*] In Exemplari antiquo, *Similiter fluminum stagnorumque nebulis adurunt*. Pint.

Nec ſemper aquoſa eſt terra, cui proceritas he
barum, non Hercule magis, quam pinguis, a
hærens digitis, quod in argillis arguitur. Scrob
quidem regeſta in eos nulla complet, ut denſa, a
que rara ad hunc modum deprehendi poſſit: ferr
que omnis rubiginem obducit. Nec gravis [1] aut l
vior juſto deprehenditur pondere. Quod eni
pondus terræ juſtum intelligi poteſt? Nec flum
nibus aggeſta ſemper laudabilis, quando ſeneſca
ſata quædam aqua. Sed neque illa quæ laudatu
diu præterquam ſalici, utilis ſentitur. Inter arg
menta ſtipulæ craſſitudo eſt, tanta alioquin in [2] L
borino Campaniæ nobili campo, ut ligni vice uta
tur. Sed idem ſolum ubicunque arduum opere, di
ficile cultu, bonis ſuis acrius pene quam vitiis po
ſet, affligit agricolam. [a] Et carbunculus terra, qu
ita vocatur, emendari vite macra [3] putatur. Na
tophus [4] ſcaber natura friabilis expetitur quoque a
auctoribus. Virgilius & quæ filicem ferat, no
improbat vitibus. Salſæque terræ multa meliu
creduntur, tutiora à vitiis innaſcentium animaliu
[5] Nec colles opere nudantur, ſi quis perite fodia
Nec campi omnes minus ſoles atque perflatu
quam opus ſit, accipiunt. Et quaſdam pruinis a
nebulis paſci diximus vites. Omnium rerum ſu
quædam in alto ſecreta, & ſuo cuique corde [6] pe
videnda. Quid, quod mutantur, ſæpe judica
quoque ac diu [7] comperta? [b] In Theſſalia cir
Lariſſam emiſſo lacu frigidior facta ea regio e
oleæque deſierunt, quæ prius fuerant. [c] Item v
te

1 atque. *M.*

2 Leberino. *M.* alioquin Leborino. *Ch.*

3 videtur. *Ch.*

4 ſatur ac fricabilis exp. *M* utrumque & *Ch.*

5 Nec colles vano opere *V.* Nec colles temere. *Alii.*

6 providenda. *M.* prævidenda. *Vet.*

7 compreſſa. *M.* utrumque. *Alii*, comprehenſa, & diu compreſſa. *Ch.*

a *Et carbunculus terra quæ ita vocatur, emendari vite macra putatur.*] Quattuor illa verba: *terra quæ ita vocatur*, delenda. ſunt enim manifeſte adjecta à lectore exponente quid eſſet *carbunculus*. Pintian.

b *In Theſſalia circa Lariſſam emiſſo lacu frigidior facta ea regio eſt. Olea deſi runt.*] Aptior lectio, *In Theſſalia cir Lariſſam emiſſo lacu, frigidiore facta regione, olea deſierunt.* Idem.

c *Item vites aduri, quod non ante* Hæc verba ad præcedentia ſpectant, Theophraſto lib. 5. de cauſis plantaru capi

tes aduri, quod non antea, [a] Ænos sensit admoto Hebro. Et circa Philippos cultura siccata regio mutavit cœli [1] habitum. [b] At in Syracusano agro advena cultor elapidato [2] solo perdidit fruges luto, donec regessit lapides. [3] In Syria levem tenui sulco imprimunt vomerem, quia subest saxum exurens æstate semina. Jam in quibusdam locis similes æstus immodici, & frigorum effectus. Est fertilis Thracia frugum [4] rigore, æstibus Africa & Ægyptus. In Chalcia Rhodiorum insula locus quidam est in tantum fœcundus, ut suo tempore satum demetant hordeum, sublatumque protinus serant, & cum aliis frugibus metant. Glareosum oleis solum aptissimum in Venafrano, pinguissimum in Bætica. [5] Punica vina in saxo coquuntur. Cæcubæ vites in Pontinis paludibus madent. Tanta est [6] argumentorum [7] & soli varietas ac differentia. Cæsar Vopiscus,

1 ambitum. M.
2 luto solo perdidit fruges, donec utrumque. Man. & Cons.
3 in Sicilia. M. & ipse auctor cap. 6. lib. 11.
4 frigore. M.
5 Punica. M. etr.
6 agrorum. V.
7 ac. Ch.

capite xx. Proinde cum minore litera scribendum, *item vites aduri, quod non antea.* Theophrasti verba sunt, *ut apud Larissam Thessalia. Prius enim, quod aqua stagnante pigraque campus repletus esset, aër crassior & calidior erat: postea vero aqua educta colligique prohibita, aër frigidior est redditus, & gelationes plures secuta sunt. Cujus rei argumentum afferunt, quod tunc olea tum alibi, tum in Larissa oppido, magna & optima aderant, nunc autem nusquam habentur, & vites quoque tunc nunquam congelabantur, nunc persæpe.* Item lego commutatis verbis, *vites aduri, quod non ante sensit. Thracia admoto, &c.* Pint.

a *Thracia sensit admoto Ebro.*] Sic vul. leg. Sed *Ænos sensit*, non *Thracia sensit*, vetus præfert lectio. Ænon autem Thraciæ nobilem urbem ad Ebrum fluvium sitam, omnes geographi & fere historici celebrant. Sciendum tamen est locum hunc à Theophrasto libro citato, misere ibi decurtatum esse, non minus in codice Græco quam Latino: unde contagione morbus Plinium invasit. Verba Theophrasti subtexam ex tralatione Theodori, ut collata cum Plinianis perspicuum fiat, quomodo utrobique legendum sit: *Aqua autem non semper agrum reddi frigidiorem, sed etiam his quæ prius jam diximus, argumentum, quod circa evenerat; hæc enim tepidior nunc esse putatur, quia Ebrus amnis propior.* In his Theophrasti verbis desiderari puto civitatis nomen *Ænos*, legendumque, *Argumentum quod circa Ænon evenit. Hæc enim, &c.* In Plinio vero plura adjicienda ad sensus integritatem videntur. Quæ autem ea sint, liberum unicuique jus censendi esto: mihi satis sit locum indicasse. *Idem.*

b *At in Syracusano agro advena cultor elapidato luto solo perdidit fruges.*] In exemplari antiquo, *elapidato solo luto, perdidit fruges.* Putamus dictionem *luto*, expositionis causa adjectam esse. Theophrastus lib. 3. de causis plantarum, cap. xxv. *Quod illi evenerat qui ex Corintho Syracusas profectus, culturam Corinthii agri in Syracusano servavit. cum enim lapides è segete frugalis legisset, reddidit multo deteriorem: frumentum enim exarescebat, cum exemptis lapidibus nihil haberet quo se protegeret.* Idem.

a In

piscus, cum causam apud censores ageret, campos [1] Roseæ [2] dixit Italiæ sumen esse, [a] in quibus perticas pridie relictas gramen operiret. Sed non nisi ad pabulum probantur. Non tamen indociles natura nos esse voluit, & [3] vitia confessa fecit, etiam ubi bona certa non fecerat. Quamobrem primum crimina dicamus.

1 Rosiæ. Gb. Rosciæ. Alii. Campus est agri Reatini, ducatus Spoletini.
2 dicit. M.
3 vitam conversam. M. utr.

CAP. V. *Genera terrarum.*

[b] TErram [4] amaram sive macram si quis probare velit, demonstrant eam [c] [5] atræ degeneresque herbæ: [d] frigidam autem retorride nata. [e] Item uliginosam, tristia: rubricam [6] oculi argillamque, operi difficillimas, quæque rastros ac vomeres ingentibus glebis onerent, quanquam [7] non quod operi, hoc & fructui sit adversum. Item è contrario cineraceam, & sabulum album. Nam sterilis densa callo facile deprehenditur vel uno ictu cuspidis. [f] Cato breviter atque ex suo more vitia determinat: [g] Terram cariosam cave, neve plaustro, neve

4 Terrarum. V.
5 macræ. Vet.
6 oculi & argillosum, quæ operi difficillima rastros, &c. onerat. Vet.
7 non aliquando. M. aliquando non quod operi. Vet.

a *In quibus perticas pridie relictas gramen operiret.*] Ex M. Varrone hoc lib. 1. de re rustica cap. 7. ad cujus normam si locum hunc dirigas, sic leges, *in quibus perticas relictas postridie gramen operiret.* Pint.

b *Terram amaram sive, &c.*] Lege: *Terram amaram probaverim demonstrantia raræ degeneresque herbæ: frigidam autem retorride nata: item uliginosam, tristitia rubricam oculis: argillam, quæ operi difficillima, quæque rastros aut vomeres ingentibus glebis oneret, quamquam non quod operi, hoc fructui adversum: item è contrario cinericiam & sabulum album.* Vide expositionem istorum verborum apud *Salmas.* pag. 114. & 115.

c *Atræ degeneresque herbæ.*] Hederam fortassis nigram significat, de qua Virgil.

---- *at sceleratum exquirere frigus*
Difficile est, piceæ tantum, taxique nocentes
Interdum, aut hederæ pandunt vestigia nigræ.

Dalec.

d *Frigidam autem retorride nata.*] Id est quod ait Palladius cap. 5. lib. 1. quæ à bona terra proferuntur, nec scabra esse, nec retorrida, nec succi naturalis egentia. *Idem.*

e *Item uliginosam.*] Virgilius 2. Georg. Varro cap. 7. lib. 1. Columel. cap. 5. & 6. lib. 2. *Idem.*

f *Cato.*] Cap. 5. & 34. *Idem.*

g *Terram cariosam cave, neve plaustra, neve pecore impellas.*] Verba hic aliquot, ut sentio, desiderantur, ex Catone ipso, quem citat cap. v. *Terram,* inquit, *cariosam caveto ne ares, neve plaustrum, neve pecus impellas in illam,* Pint. *Terram cariosam cave, &c.*] Cariosam & variam terram Columella cap. 4. lib. 2. exponit nimbis exiguis semimadidam, cum post longas siccitates levis pluvia glebarum superiorem partem

neve pecore impellas. Quid putamus hac appellatione ab eo tantopere reformidari, ut pene vestigiis quoque interdicat? [1] Redeamus ad ligni cariem, & inveniemus, illa quæ in tantum abominatur, vitia, aridæ, fistulosæ, scabræ, canescentis, [2] exesæ & pumicosæ. Plus dixit una significatione, quam possit ulla copia sermonis [3] enarrari. Est enim interpretatione vitiorum quædam, non ætate (quæ nulla in ea intelligi potest) sed natura sua, anus terra: & ideo infœcunda ad omnia, atque imbecilla. Idem agrum optimum judicat [a] ad radicem montium planitie in meridiem excurrente, qui est totius Italiæ situs: terram vero teneram quæ vocetur pulla. [b] Erit igitur hæc optima & operi [4] satior. Intelligere modo libeat dictam mira significatione [c] teneram & quicquid optari debet, in eo vocabulo invenietur. Illa temperatæ ubertatis, illa mollis facilisque culturæ, nec madida nec sitiens. Illa post vomerem nitescens: qualem fons ingeniorum Homerus in armis à Deo cælatam dixit, [d] addiditque miraculum nigre-

1 redigamus. *Pint. ex Ms.*

2 ex se pumicosæ. M.

3 enarrare. Est enim in tentatione. M.

4 sana. M. sacra, *i. e. dicata Turn.* satia. *Ch.*

tem madefecit, inferiorem non attigit. *Dalec.*

a *Ad radicem montium planitie in meridiem excurrente.*] *Ab radice* in scripto Cod. legitur, non *ad radicem.* forte *sub radice* legi esset commodius ex ipso Catone cap. 1. *Si poteris, sub radice montis siet, in meridiemque spectet.* Pint.

b *Erit igitur hæc optima & operi satior.*] In eodem sic leges, *erit igitur hæc optima, & operiet sata.* Scribendum videtur, *erit igitur hæc optima, & operi & satis.* Idem.

c *Teneram, &c.*] Facilem & modice resolutam. Columel. cap. 2. lib. 2. & cap. 11. lib. 1. Pullæ Cato meminit l. 24. Idem terram tenerrimam pullam vocat cap. 151. Vid. inf. c. 23. lib. 18. Virg. *putre solum* vocat:

----- *putre solum, namque hoc imitamur arando.*

De cujus verbi significatione Victor. cap. 23. lib. 12. Idem:

---- *Zephyro putris se gleba resolvit.*

Turn. cap. 27. 18. *Dalec.*

d *Addiditque, &c.*] Iliados Σ.

Ἐν δ' ἐτίθει νειὸν μαλακὴν πίειραν ἄρουραν,
Εὐρεῖαν, τρίπολον, πολλοὶ δ' ἀροτῆρες ἐν αὐτῇ
Ζεύγεα δινεύοντες ἐλάστρεον ἔνθα καὶ ἔνθα.
Οἱ δ' ὁπότε στρέψαντες ἱκοίατο τέλσον ἀρούρης,
Τοῖσι δ' ἔπειτ' ἐν χερσὶ δέπας μελιηδέος οἴνου
Δόσκεν ἀνὴρ ἐπιών τοὶ δὲ στρέψασκον ἀν' ὄγμους
Ἱέμενοι νειοῖο βαθείης τέλσον ἱκέσθαι.

1 Increscentis. *M.*
2 ex auro. *M.* & *Ch.*
3 radentes. *V.*
4 ille enim erit. *M.*
5 humescente. *Quidam.*
6 occasu. *M.*
7 & Solem. *Ch.*
8 fallit. *M.*
9 ac de terræ odore. *M. utr. Lego*, Sic de terra odor optime, &c.

[a] [1]nigreſcentis, quamvis fieret [2]in auro. Illa quam recentem exquirunt improbæ alites vomerem comitantes corvique aratoris veſtigia ipſa [3]rodentes. Reddatur hoc in loco luxuriæ quoque ſententia & aliqua in propoſitum. Certe Cicero, lux doctrinarum altera: Meliora, inquit, unguenta ſunt quæ terram, quam quæ crocum ſapiunt. Hoc enim maluit dixiſſe, quam redolent. Ita eſt profecto [4]illa erit optima, quæ unguenta ſapiat. [b] Quod ſi admonendi ſumus, qualis ſit terræ odor, ille qu quæritur, contingit, ſæpe etiam [5]quieſcente e ſub [6]occaſum Solis, in quo loco arcus cœleſtis de jecerit capita ſua: & cum à ſiccitate continua im maduit imbre: [c]tunc emittit illum ſuum halitum divinum [7]ex Sole conceptum, cui comparari ſua vitas nulla poſſit. Is eſſe odor in commota debebi repertuſque neminem [8]fallet: [9]ac de terra odo optime judicabit. [d] Talis fere eſt in novalibus cæſ veter

Ἡ' δὲ μελαίνετ' ὄπισθεν, ἀρηρομένῃ δὲ ἐώκει,
Χρυσείη περ ἐοῦσα· τὸ δὴ περὶ θαῦμα τέτυκτο.

Noctem è terra genitam fabulis proditur, quod terræ ſoli objectæ denſitati Mathematici tribuunt, qua de cauſa Poëtæ γῆν μέλαιναν vocant. Rhod cap. 16. lib. 25. *Dalec.*

a *Nigreſcentis*] Nigram apud Theophraſt. probat Leophanes. *Idem.*

b *Quod ſi admonendi ſumus.*] Idem cap. 25. lib. 6. cauſſ. Ariſt. Probl. 12. quæſt. 2. *Idem.*

c *Tunc emittit illum, &c.*] Hujus rei cauſſam vid. explic. apud Rhod cap. 31. 22 Vid. ſup. cap. 24. lib. 12. apud Cic. lib. 3. de Orat. Odorem eum ſignificari quidam volunt cum ait, *Licet hoc videre in reliquis ſenſibus, unguentis minus diu nos delectari ſumma & acerrima ſuavitate conditis, quam his moderatis: & magis laudari quod terram, quam quod crocum olere videantur.* Brod. tamen cap. 5. 4. *ceram* non *terram* legit. Vid. Theoph. cap. 25. cauſſ. Ariſt. q. 2. ſect. 12 Problem. *Idem.*

d *Talis fere eſt in novalibus cæſa veter ſilva.*] Legendum *incenſa vetere ſilva* non, *cæſa*, ex Theophraſto evidente lib. 6. de cauſis plantarum cap. XXV. hi verbis: *Siccitas enim eſt quæ odores v omnium vel certe aliquorum facere poſſi quod obiter in terra quoque perſpicuum eſt, ubi tempore æſtivo ſolo aduſto imbre accesſerint. Humor enim admiſſus, fer ventique pulveri permiſtus, odorem gene rat, quod idem in cæteris etiam facit. Nam & quod de arcu cœleſti referunt, arbores & loca reddere odorata ubicunque conſtiteri tale eſt: reddit enim non in omnibus modi odorata, ſed ſi qua materia combuſta proxime ſit. Nec id forſitan per ſe agit, ſe quodammodo per eventum: implevit enim locis ubi conſtiterit. Quippe materia combuſta admiſtus humor vaporem quendam odoremque excitat, neque enim aqua multum deſcendit, ſed magna parte gutt irrorant, ita ut caliditatis ſiccitatiſque modus non deſit.* Hæc Theophraſtus. Patrocinatur etiam correctioni noſtræ

Ariſtotele

vetere ſilva, quæ conſenſu [1] laudatur. Et in frugibus quidem ferendis eadem terra utilior intelligitur, quoties intermiſſa cultura quievit: quod in vineis non fit. Eoque diligentius eligenda eſt, ne vera exiſtat opinio eorum, qui jam Italiæ terram exiſtimavere laſſam. Operis quidem facultas in aliis generibus conſtat & cœlo: nec poteſt arari poſt imbres aliqua, ubertatis vitio lenteſcens. Contra, in Byzacio Africæ illum [a] centena quinquagena fruge fertilem campum, nullis cum [2] ſiccus eſt, arabilem tauris, poſt imbres vili aſello, & à parte altera [3] jugi anu vomerem trahente vidimus ſcindi. Terram [4] enim terra emendari ([b] ut aliqui præcipiunt) ſuper tenuem pingui injecta, aut gracili bibulaque ſuper humidam ac præpinguem, [5] dementia operæ eſt. Quid enim poteſt ſperare qui talem colit?

CAP. VI.

De terra, quam Britannia & Gallia amat.

ALia eſt ratio, quam Britannia & Gallia invenere [6] alendi eam ipſa; quod genus vocant [7] margam. Spiſſior ubertas [8] in ea intelligitur. Eſt autem quidam terræ adeps, ac velut glandia in corporibus, ibi denſante ſe pinguitudinis nucleo.

CAP.

1 laudantur. M. *ſubnovalia.*
2 ſiccum eſt. *M. utr.*
3 jungi anum vom. trahentem, &c. M. *utr. & Ch. Lege,* vili aſel. vidimus ſcindi, & à par. alt. jungi anum. vom. trahentem.
4 etiam. *Vet.*
5 dementiæ operari eſt, quod poteſt ſuperari qui colit terram. *M.* dementiæ operæ eſt. Quid poteſt ſperare qui colit talem? *M. alterum.* dementia operæ eſt. Quid pot. ſper. qui alit talem? *Ch.*
6 alendi ea ipſi, genuſque quod vocant. *M. Lege,* alendi eam. Gypſi genus eſt quod vocant.
7 marlam. *M.*
8 ex ea colligitur. *Vet.*

Ariſtoteles duodecima Problematum ſectione, quæſtione 3. *Provenit,* inquit, *odoris ille affectus, non qualitercunque ſe materies habeat, neque enim in viridi, neque in arida, ſed in uſta poſt aquam quæ arcui ſupervenerit, certam reddi ſuavitatem odoris paſtores referunt.* Ex ante dictis utriuſque auctoris verbis patet, verba illa quæ ſtatim ſequuntur, *quæ conſenſu laudatur,* depravata eſſe, legendumque ad hunc maxime modum, vel huic conſimilem, *cum ſenſim impluat.* Pint.

a *Centena quinquagena fruge fertilem campum.*] Meminiſſe oportet Plin. lib. v. cap. 4. *centena* tantum ſcripſiſſe, ut in loco alterutro ſit error. *Idem.*

b *Ut aliqui præcipiunt.*] Theoph. cap. 25. lib. 3. de cauſſ. quoſdam præcipere ait, ut varii diverſique generis terræ commiſceantur, macra cum pingui, &c. Tacite id ridet & reprehendit Plinius. *Dalec.*

CAP. VII. *De Græcorum circa* [1] *hæc doctrina.*

NON omisere & hoc Græci. Quid enim in tentatum illis? [2] Leucargillon vocant candidam argillam, [3] qua in Megarico agro utuntur, se tantum in humida frigidaque terra. [4] Illas Gallia Britanniasque locupletantes cum cura dici convenit. Duo genera fuerant. Plura nuper exercer cœpta proficientibus ingeniis. Est enim alba, ruf fa, columbina, argillacea, tophacea, harenacea Natura duplex, aspera, [a] aut pinguis. Experimen ta utriusque in manus, ususque geminus, aut u fruges tantum alant [6] aut edant & pabulum. Fru ges alit [7] tophacea alba, quæ si sit inter fontes re perta, est ad infinitum fertilis, verum asper [8] tractatu, & si nimia injecta est, exurit solum. Pro xima est ruffa quæ vocatur [b] [9] capnumargos, inter misto lapide terræ minutæ, harenosæ. Lapis [c] con tunditur in ipso campo primisque annis stipula di ficulter cæditur propter lapides. Impendio tame [10] minimo levitate dimidio minoris quam cætera invehitur. Inspergitur rara: [11] sale eam misceri pu tant. Utrumque hoc genus semel injectum [d] L. annos valet, & frugum & pabuli ubertate.

1 hanc. *Vet.*
2 Leucargillion. *M.* Leucargilion. *Ch.*
3 quam in. *Ch.*
4 illa Gall. Britan. locupletantia cum cura dici convenit duo genera. Fuerant plura. *M.*
5 rosea. *M. utr.* rosa. *Ch.*
6 aut eædem & pab. *M. utr.*
7 tophacea. Alba sit inter. *M.*
8 tactu: nimia si injecta est, exuritur sole. *M. utr.*
9 acaunumarga. *Ch.*
10 minima, levitate.
11 sole eam dissolvi, & cum terra misceri putant. *D.*

CAP. VIII. *De terrarum generibus.*

QUÆ pingues esse sentiuntur, ex his præc pua alba. Plura ejus genera. Mordacissimun quod supra diximus. Alterum genus albæ [12] cret [e] argentaria est. Petitur ex alto, in centenos pe de

12 creta argumentaria. *Vet.* alimentaria. *Ch. Lego*, creta argillosa est.

a *Aut pinguis.*] Est & liquida Georgio Agricolæ libro I. de fossilibus. *Dalec.*

b *Capnumargos.*] Καπνόμαργον dictam volunt, quasi fumi ruffo & fusco colore infectam: alii χαυνόμαργον legunt, quasi laxam & raram. Alterum manusc. exemplar meum habet, *Caunumarga.* Idem.

c *Contunditur.*] Vel resolvitur gelu tempestatibus. *Idem.*

d *In L. annos.*] In decem annos Ga liæ. *Idem.*

e *Argentaria est.*] Argento polien utilis: vulgo *Tripela.* Hujus memir Varro cap. 7. lib. I. *Idem.*

a *Egle*

des actis plerunque puteis, ore [1] angustatis intus, ut in metallis, spatiante vena. Hac maxime Britannia utitur. [2] Durat annis LXXX. Neque est exemplum ullius qui bis in vita hanc eidem injecerit. Tertium genus candidæ, [3] glischromargon vocant. Est autem creta fullonia mista pingui terra, pabuli quam frugum fertilior, ita ut messe sublata ante sementem alteram [4] lætissimam secetur. Dum in fruge est, nullum aliud [5] gramen [6] emittit. Durat XXX. annis: densior justo [7] cymini modo strangulat solum. Columbinam [8] Gallia suo nomine [a] eglecopalam appellat: glebis excitatur lapidum modo: sole & gelatione ita solvitur, ut tenuissimas bracteas faciat. Hæc ex æquo fertilis. Harenacea utuntur, si alia non sit: [9] in uliginosis vero, & si alia sit. [b] Ubios gentium solos novimus, qui fertilissimum agrum colentes, quacunque terra infra tres pedes effossa, & pedali crassitudine injecta lætificent. Sed ea non diutius [10] annis X. prodest. Hedui & Pictones calce uberrimos fecere agros: quæ sane & oleis, & vitibus utilissima reperitur. Omnis autem marga [11] arato injicienda est, ut medicamentum [12] rapiatur: & fimi desiderat aliquantulum, quæ primo plus aspera, & quæ in herbas non effunditur: alioquin novitate, quæcunque fuerit, solum lædet, ne sic quidem primo post anno fertilis. Interest & quali solo quæratur. Sicca enim humido melior, arido pinguis. [13] Temperatæ alterutra, creta vel columbina convenit.

1 angustiæ *Vet.*
2 Durant. *M.*
3 glysomargam. *Ch.*
4 lætissimum. *M.* & *Ch.*
5 germen. *Ch.*
6 mittit. *Ch.*
7 signini. *M. utr.* & *Turneb.* & *Ch. nempe ruderis ? signino opere.*
8 Galliæ, &c. appellant. *Ch.*
9 in ulig. vorticibus & si alia sit. *Vet. M.*
10 annis x. *in M. d.*
11 aratro. *M.*
12 rapiatur. Fimi, &c. plus justo aspera est, & quæ. *Dal.*
13 Temperato. *M.*

CAP.

a *Eglecopalam appellat.*] Quidam legunt *Aiglepeliam*, id est, splendidam & lividam: *αἰγλήεις*, lucidus: *πελιός*, lividus. Cæterum ea Vox Græca potius fuerit quam Gallica. In vetusto legitur, suo nomine è Græco [*lego, sed & Græco*] *Pelian* appellat. *Dalec.*

b *Ubios gentium solos novimus.*] Ubii Germanica gens erat, sed in Gallicam ripam à Romanis traducta, quo loco nunc est celeberrima Agrippinensis colonia. *Gelen.*

CAP. IX.

[a] *De cineris usu, & de fimo, & quæ sata uberiorem terram faciant, & quæ urant.*

TRanspadanis cineris usus adeo placet, ut ant ponant fimo jumentorum: quod quia [1] levis mum est, ob id exurunt. Utroque tamen parit non utuntur in eodem arvo, nec in arbustis ciner nec quasdam ad fruges, ut diximus. [b] Sunt qui pu vere quoque uvas ali judicent, pubescentesque pu verent, & vitium arborumque [2] radicibus aspergar Quod certum est Narbonensi provinciæ & [3] vind mias certius sic eo coqui, quia plus pulvis ibi, qua sol, confert. Fimi plures differentiæ: [4] ipsa r antiqua. Jam apud Homerum regius senex agru ita [c] [5] suis manibus lætificans reperitur. Auge rex in Græcia [6] excogitasse traditur: divulgat vero Hercules in Italia, quæ regi suo [7] Stercut Fauni filio ob hoc inventum immortalitatem tr

bui

1 lætissimum. *Vet.* mox hoc cap. *legitur*, levissimum. *Lege*, qui quia lenissimus est, &c.
2 dicimus. *M. & Ch.*
3 vindemiæ citius eo coquuntur, quia. *Alii*, asperant. Narb. provinciæ & vind. citius eo, &c.
4 ipsa re. *Vet.*
5 suis manibus, *in M. d.*
6 id excog. *Alii.* hæc excog. *Ch.*
7 Stercuto. *Vet. &* Sterculio. *Lactant. & Tertul.* Sterquilino. *Alii.*

a *De cineris usu.*] Columella cap. 15. lib. 2. Theoph. cap. 8. lib. 2. Hist. & cap. 13. lib. 3. Causs. *Dalec.*

b *Sunt qui pulvere, &c.*] Theoph. ibid. & cap. 22. lib. 3. Causs. *Idem. Sunt qui pulvere quoque uvas ali judicent pubescentesque pulverent.*] *Pubentes uvæ*, pro florentibus. Sequentia sic legenda. *Quod certum est, in Narbonensi provincia & vindemia citius sic coquitur, quod plus pulvis ibi quam Sol confert.*

c *Suis manibus lætificans reperitur.*] Homer. Odyss. ω.

---- ἐϋκλιμένῃ ἐν ἀλωῇ λυστρεύοντα
φυτόν:

In pomario bene structo circumfodientem, radentem, lævigantem arborem: (tot enim λυστρεύειν significat: unde λύστρον rusticum instrumentum quo id peragitur.) Cicero in Catone & Plin. hoc loco aut obliviose, aut negligenter λυστρεύειν, κοπρίζειν, stercorare & lætificare exposuerunt. De Ulysse id dicitur, qui patrem sic occupatum deprehendit. Ælianus cap. 5. lib 7. hist. red significatum ejus verbi reddidit: καὶ Λαε της αὐτουργῶν ὑπὸ τοῦ παιδὸς πεφ ρᾳ), καὶ φυτὸν ξύων καὶ τοῖ γηραιοῖς βατύπτεις. *Laërtes, quamvis jam e trema senectute, in opere à filio deprehe sus est, arborem radens.* A priscis tame illis stercoratos fuisse agros cognosc mus ex Odyss. ρ.

---- ὄφρ' ἂν ἄγοιεν
Δμῶες Ὀδυσσῆος τέμενος μέγ
κοπρήσοντες.

Brod. cap. 13. Victor. cap. 4. 28. O serv. Adscribendos alios versus Hom ri putavi, qui ad hanc rem pertiner

Δὴ τότε κεῖτο ἀπόθεστος ἀποιλομέ
Ὀδυσσῆος
Ἐν πολλῇ κόπρῳ, ἥ οἱ προπάροιθε
θυράων
Ἡμιόνων τε, βοῶν τε ἅλις κέχυ
ὄφρ' ἂν ἄγοιεν, &c.

Dalec.

a M.Va

buit. [a] M. Varro principatum dat turdorum fimo ex aviariis. Quod etiam pabulo boum suumque magnificat: neque alio cibo celerius pinguescere asseverat. De nostris moribus bene sperare est, si tanta apud majores fuêre aviaria, ut ex his agri stercorarentur. [b] Proximum Columella columbariis, mox gallinariis facit, natantium alitum damnato. Cæteri auctores consensu [c] humanas dapes ad hoc imprimis advocant. Alii ex his præferunt hominum potus, in [1] coriariorum officinis [d] pilo madefacto. Alii per sese, aqua iterum, largiusque etiam, quam cum bibitur, admista. [2] Quippe plus jam ibi male [3] domandum est, cum ad virus illud vini homo accesserit. Hæc sunt certamina, quibus invicem ad tellurem quoque alendam utuntur homines. Proxime spurcitias suum laudant. Columella [4] solus damnat. Alii cujuscunque quadrupedis [5] ex cytiso. Aliqui [6] columbaria præferunt. [e] Proximum deinde caprarum est, ab hoc ovium, deinde boum, novissimum jumentorum. Hæ fuere apud priscos differentiæ, simulque præcepta (ut invenio) re tali utendi, quando & hic vetustas utilior: visumque jam est apud quosdam provincialium, in tantum abundante geniali copia pecudum, farinæ vice cribris superinjici, fœtore aspectuque temporis [7] viribus in quandam etiam gratiam, mutato. Nuper repertum, oleas gaudere maxime cinere è calcariis fornaci-

1 corio-] rum. *Ch.*

2 Quippe potus tum mage dom ndus, &c. *Alii.* Quippe plus jam ibi miscendus ac domandus est. *Alii.*

3 domandus. *M.*

4 suum. *Ch.*

5 exitiosum. *M.*

6 columbarias (*sub.* spurcitias.) *V.* columbariam. *M.* columbarum. *Alii. V.*

7 vicibus. M.

a *M. Varro.*] Cap. 38. lib. 1. *Dalec.*

b *Proximum Columella columbariis, mox gallinariis facit.*] Scribo, *primum* non *proximum*, & addenda *ex* præpositio. Columella lib 2. cap. xv. *Tria igitur stercoris genera sunt præcipua: quod ex avibus, quod ex hominibus, quod ex pecudibus constat. Avium primum habetur quod ex columbariis egeritur, deinde quod gallinæ cæteraque volucres edunt: exceptis tamen palustribus aut nantibus, ut anatis & anseris.* Pint. *Proximum Columella columbariis, &c.*] Idem Cassius apud Varronem. *Dalec.*

c *Humanas dapes.*] Sic alvi proluviem, & lotium circumloquitur. Eadem locutione usus est, qui dixit, *Reliquias cibi, & humorem quem profundimus.* Theophrast. cap. 9. lib. 2. hist. *Idem.*

d *Pilo madefacto.*] Quod fit calce addita. *Idem.*

e *Proximum deinde, &c.*] Cato cap. 36. *Idem.*

a *Varro*

1 fornacibus in M. d.
2 fit. Vet.
3 gignit. M.
4 bubalino. M.
5 mandunt. M.
6 utrosque. Vet.
7 Et ubi. M.
8 faciat. Cb.
9 actam. M. & Cb. i.e. χαμαιάκτην. ebulum acten. ul. eam subst. M. aliud. Turn. mactam. Cato cap. 37. altam.
10 putidam. M. & Cb.
11 macraverit. Cb.

[1] fornacibus. [a] Varro præceptis adjicit, equi
quod sit levissimum, segetes alendas: prata v
graviore, & quod ex hordeo [2] fiat, multasque [3]
gnat herbas. Quidam etiam [4] bubulo jumento
præferunt, [b] ovillumque caprino: [c] omnibus v
asininum, quoniam lentissime [5] mandant. E co
trario usus adversus [6] utrumque pronuntiat. In
omnes autem constat nihil esse utilius lupini sege
priusquam siliquetur, aratro vel bidentibus ver
manipulisve desectæ circa radices arborum ac
tium obrutis. [7] Etiam ubi non sit pecus, culr
ipso vel etiam filice stercorare arbitrantur. [d] C
stercus unde [8] fiat, stramenta, lupinum, pale
[e] fabalia, ac frondes ilignas, quernasque. E se
te evellito ebulum, cicutam & circum salicta h
bam [9] auctam, ulvamque: ea substernito ovib
[f] frondemque [11] putridam. [g] Vinea si [12] macruer
sarmen

a *Varro præceptis adjicit, &c.*] Varro cap. 38. lib. 1. equinum; ex Cassio, minime esse bonum in segetes tradit, sed optimum in prata, ut cæterorum veterinorum, quæ hordeo pascuntur, quod multam facit herbam. Obliviosus hic Plinius. *Dalec.*

b *Ovillumque caprino*] *Suillum* non *ovillum* præfert nostrum exemplar. *Pint.*

c *Omnibus vero asininum.*] Desiderari hic puto verbum hoc, *Columella*, ut repetas verbum ante dictum, *præfert*. sequitur enim *è contrario usus adversus utrumque pronunciat.* In quibus verbis illud *utrumque* non haberet quo referretur, nisi hic adderes *Columella*. Præfert autem Columella stercus asininum cæteris omnibus quæ ex pecudibus fiunt, lib. 2. cap. xv. *Idem.*

d *Cato stercus unde fiat.*] Catonis verba sunt ex cap. 37. *Stercus unde facias stramenta, lupinum, paleas, fabalia, acus, frondem iligneam, querneam.* Dalec.

e *Fabalia.*] Fabules alas, ut Varro cap. 31. 1. rei rust. & Cato cap. 7. locuti sunt, vel acera fabarum τὰ ἀχυρα κυαμεινὰ. In Geoponicis τὴν δ' … μυρεῖν γῆν ἐν ἀρχῇ χειμῶνος, … περιγινομένοις κινήσας ἀρότροις … κόπροις, ἀχύροις διαπάσας, … κυαμίνοις. Fabulum Lucilius … cat,

Hi in stercore humi fabuloque fimo, … que sucerda.

Idem.

f *Frondemque putridam. Vinea si … cruerit.*] Particula *que* redundat. i… multa hic verba desiderantur quæ … bentur in Catone: consulto ne à Pli… omissa an negligentia scriptorum, … statuerim. Sic enim in Catone cap. … *Frondem putridam & partem de n… succernito, & in lacum conjicito … aquam addito, permiscetoque rutro b… Inde lutum circa oleas ablaqueatas adc… & nucleos item combustos addito. V… &c.* Pint.

g *Vinea si macruerit.*] Cato cap. … *Vitis si macra erit, sarmenta sua conc… minute, & ibidem inarato,* [lego in… to] *aut infodito.* Dalec.

a *Ite…*

ſarmenta ſua comburito, & [1] ibidem inarato. [a] Itemque ubi ſaturus eris frumentum, oves ibi delectato. Nec non [2] & ſatis quibuſdam ipſis paſci terram dicit. Segetem ſtercorant fruges, lupinum, ſaba, vicia. Sicut è contrario cicer, quia vellitur, & quia ſalſum [3] eſt, hordeum, fœnum Græcum, ervum, hæc omnia ſegetem exurunt & omnia quæ velluntur: [4] nucleos in ſegetem ne indideris. [b] Virgilius & ligno & ſegetem exuri, & avena, & papavere arbitratur. Fimeta ſub dio concavo loco, & qui humorem colligat, ſtramento intecta ne in ſole areſcant, [c] palo è robore depacto fieri jubet. Ita fore ne innaſcantur his ſerpentes. Fimum miſcere terræ, plurimum refert [d] Favonio flante, ac luna ſitiente. Id plerique prave intelligunt à Favonii ortu faciendum, ac Februario menſe tantum cum id pleraque ſata aliis poſtulent menſibus. Quocunque tempore [6] facere libeat, curandum ut ab Occaſu æquinoctiali flante vento fiat, lunaque decreſcente ac ſicca. Mirum in modum augetur ubertas effectuſque ejus obſervatione tali.

1 indidem. *Cb.*

2 eſt ſatis. *Cb.*

3 eſt. Hordeum. *Vet.*

4 Nucleum. *M.* *i. e. arborem, quæ in fructu nucleum fert.*

5 injicere. *Cb.*

6 fiat. *M.* *utr. & V.*

CAP. X.

[e] *De ſatione arborum, & quod avulſione naſcuntur arbores.*

ABunde prædicta ratione cœli ac terræ, nunc de his arboribus [7] dicemus, quæ cura hominum

7 Dicimus. *Cb.*

a *Itemque ubi ſaturus eris, &c.*] Detineto, illicito. Titinnius,

Quod ea paraſitus habeat, qui illum ſciat
Delicere, & noctem facere poſſit de die.

Item attrahere & allicere. Quadrigarius 4. Annal. *Fabius de nocte cœpit hoſtibus caſtra ſimulare oppugnare, cum hoſtem delectare, dum collega id raperet quod captabat.* Cato cap. 30. *Ubi ſementem facturus eris, ibi ovem delectato, & frondem uſque ad pabula matura.* Dalec.

b *Virgilius.*] Georg. lib. 2. *Idem.*

c *Palo è robore, &c.*] Robuſta aliqua materia in medio depacta. *Varro & Columella.* Idem.

d *Favonio flante ac luna ſitiente.*] Scribendum *ſilente* non *ſitiente* ex Catone ipſo, cap. 29. *Pint. Favonio flante, &c.*] Paulo poſt ſiccam & decreſcentem vocat, ut & Propertius:

Nunc licet in triviis ſicca requieſcere Luna. Dalec.

e *De ſatione arborum*] Theophr. cap. 1. lib. 2. hiſt. & lib. 1. Cauſ. & cap. 1. lib. 4. ejuſdem operis. *Idem.*

2 Aut

num atque arte proveniunt. Nec pauciora pro
sunt genera: tam benigne naturæ gratiam retu
mus. Aut enim semine proveniunt, aut [1] plan
radicis, aut propagine aut avulsione, aut surcu
[a] aut insito & confecto arboris trunco. Nam fo
palmarum apud Babylonios seri, atque ita arbor
provenire, Trogum credidisse demiror. Quæd
autem pluribus generibus seruntur, quædam om
bus. Ac pleraque ex his ipsa natura docuit, &
primis semen serere, cum decidens exceptumc
terra [2] vivisceret. [3] Sed quædam non aliter prov
niunt, ut castaneæ, [4] juglandes: [b] [5] cæduis du
taxat exceptis. Et semine autem, quanquam d
simili, ea quoque, quæ & aliis modis serunt
ut vites, & mala, atque pyra. Namque iis p
semine nucleus, non ut supra dictis fructus ip
Et mespila semine nasci possunt. Omnia hæc tar
proventu, ac degenerantia, & [6] insito restitue
da. Interdum etiam castaneæ. Quibusdam nat
contra omnino non degenerandi, quoquo mo
serantur, ut cupressis, palmis, lauris. Namc
& laurus pluribus modis seritur. [c] Genera ejus
ximus. Ex his augusta, & [7] baccalis, & tinus
mili modo seruntur. Baccæ mense Januario Aq
lonis afflatu [8] siccante leguntur expandunturque
ræ, ne calefiant acervo. Postea qui jam [9] fir
ad satum præparatas, urina madefaciunt. Ali
qualo pedibus in profluente deculcant, donec
feratur cutis. Alioquin uligo infestat, nec pati
nasci. In sulco repastinato [10] palmi altitudine
cenæ fere [11] acervatim menso Martio: eædem
prop

1 pl. radicatis (viviradicibus) *Vet.* plantata radice. *Alii. Vet. & Theoph.* aut à radice plantis. *Quidam, ut posthac hoc ipso capite.*
2 vivesceret. *Ch.*
3 Sed & quædam. *Vet.*
4 ut glandes. *Ch.*
5 cadivis. *Alii.*
6 insitu. *Vet.*
7 Baccalis & pinus. *Ch.*
8 siccatæ. *M.*
9 fumo ad ferendum. M. ad ferendum paratas. *Vet.*
10 palmæ. *Ch.*
11 acervantur. *V.*

a *Aut insito & confecto arboris trunco.*] Lego, *aut insito in confecto arboris trunco*, ex scripto codice *Pint.* *Aut insito & confecto arboris trunco.*] Conciso frustulatim, & in terram demisso. Theoph. *Dalec.*

b *Caduis.*] Quæ ex cæsorum trun rum radice pullulant. *Idem.*

c *Genera ejus diximus.*] Supra ult. lib. 15. *Idem.*

a M

propagine ſeruntur: [1] triumphaliſque talea tantum. [a] Myrti genera omnia in Campania baccis ſeruntur, Romæ propagine Tarentina. Democritus & alio modo ſeri docet, grandiſſimis baccarum tuſis leviter, ne grana frangantur, eaque intrita [2] reſtem circumlini, atque ita [3] ſeri: parietem fore denſitatis, ex quo virgulæ differantur. Sic & ſpinas ſepis cauſa ſerunt, [b] tomice moris ſpinarum circumlita. [c] Pilas autem laurus & myrti inopia à trimatu tempeſtivum eſt transferre. Inter ea quæ ſemine ſeruntur, Mago in nucibus operoſus eſt. [d] Amygdala in argilla molli Meridiem ſpectante ſeri jubet. Gaudere [4] & dura calidaque terra: in pingui [5] aut humida mori, [6] ac ſterileſcere. Serendas quam maxime falcatas & è novella, fimoque diluto maceratas per triduum, aut pridie quam ſerantur, aqua mulſa. Mucrone defigi, [e] aciem lateris in Aquilonem ſpectare: ternas ſimul ſerendas [7] triangula ratione, palmo inter ſe diſtantes: [f] denis diebus adaquari, donec grandeſcant. Juglandes nuces porrectæ ſeruntur commiſſuris jacentibus. Pineæ nucleis ſeptenis fere in ollas perforatas additis; aut ut laurus, quæ [g] baccis ſeritur. Citrea grano &

1 triumphali. *Alii.*

2 reſte circum ligari. *M.* reſte circumlini. *Ch.*

3 ſeri: ſic parietem fore miræ denſitatis. *Dal.*

4 ea. *M.*
5 &. *M.*
6 aut. *Ch.*

7 trianguli. *M.*

a *Myrti genera omnia in Campania baccis ſeruntur, Roma propagine Tarentina. Democritus & alio modo ſeri docet.*] Scribo diverſa diſtinctione & lectione: *Myrti genera omnia in Campania baccis ſeruntur, Roma propagine. Tarentinam Democritus, &c.* Nam genus eſſe myrti Tarentinam ſupra Plinius docuit l. 15. cap. 29. *Pint.*

b *Tomice.*] Tomices, reſtes leviter tortæ ex ſparto, aut impolito canabi. *Dalec.*

c *Pilas autem laurus, &c.*] Lego, *Pullos autem lauros & myrtos œnopas, à trimatu, &c.* Nam lauri & myrti terra emergentes, & novellæ, coloris ſunt herbacei: grandiores vero obſcurius vireſcunt, & adultæ ſubnigræ viſuntur, quas οἰνωπὰς vocant. Quidam legunt *Pullulos autem lauri & myrti, in inopia à trimatu, &c.* Alii, *pullulos autem, &c.* Theoph. cap. 16. lib. 3. Hiſt. Phellodrys ξύλον ἔχει οἰνωπόδιτι ἐγγὺ τῆς δρυὸς, magis gilvum. Eidem cap. 17. lib. 3. hiſt. ἄνθος οἰνωπὸν cuidam generi τῆς ἰτέας. *Idem.*

d *Amygdala in, &c.*] Colum. c. 10. lib. 5. *Idem.*

e *Aciem lateris in Aquilonem ſpectare.*] *In Favonium*, non *in Aquilonem*, Columella in lib. de arboribus cap. 22. *Pint.*

f *Denis diebus.*] Decimo quoque die. *Dalec.*

g *Baccis.*] Granis leviter tuſis. *Idem.*

a Non

1 Lego & vivi radice planta, aversione.

2 multis. M.

3 ingesta. M. Indiga, vel indigens. Pint.

4 pulli. Vet. μοσχεύματα παραβλαστοὶ, ἀποτομαὶ, παραφυάδες, νόθοις.

5 cum pinna. V.

no & propagine: sorba semine [1] & à radice plan & avulsione proveniunt. Sed illa in calidis: so & in frigidis & humidis. Natura & plantaria monstravit, [2] multarum radicibus pullulante sob le densa, & pariente matre, quas enecet. E quippe umbra turba [3] indigesta premitur, ut in la ris, Punicis, platanis, cerasis, prunis. Paucoru in hoc genere rami parcunt soboli, ut ulmoru palmarumque. Nullis vero tales [4] pulluli prov niunt, nisi quarum radices amore solis atque imb in summa tellure spatiantur. Omnia ea [a] non s tim moris est in sua locari, sed prius nutrici da atque [b] in seminariis adolescere, iterumque m grare. Qui transitus mirum in modum mitigat etia silvestres: sive arborum quoque ut hominum n tura, novitatis ac peregrinationis avida est, s discedentes virus relinquunt, mansuescuntque t ctatu, seu feræ, [c] dum radici avellitur planta. aliud genus simile natura monstravit, [d] avulsiq arboribus stolones vixere. Quo in genere [5] & [e] cu perna sua avelluntur, partemque aliquam è mat quoque corpore auferunt secum fimbriato corpo Hoc modo plantantur Punicæ, coryli, mali, s bi, mespili, fraxini, fici, in primisque vites. C toneum ita satum degenerat. Ex eodem invent est surculos abscissos serere. Hoc primo sepis ca factum, sambucis, cotoneo & rubis depactis: m

& cu

a *Non statim moris est in sua locari.*] *In suo locari* vetus Exemplar, non *in sua.* ut lib. 2. capite quinto *in suo quaque consistere*. Pint.

b *In seminariis.*] Seminarii faciundi rationem docet Cato cap. 46. *Dalec.*

c *Dum radici avellitur planta.*] Certior lectio ni fallor, *dum radicis avellitur planta.* appellat enim *radicis plantam*, viviradicem, ut in initio hujus capitis: *aut enim semine proveniunt, aut radicis plantis.* Pint.

d *Avulsique arboribus stolones, &* Ἀπὸ τῶν παρασπάδων Theophr. cap lib. 2. hist. In genere stolones hic t adnati radici, quam revulsi à ma corpore. Theophrasto φυτευτήρια *Dalec.*

e *Cum perna sua avelluntur.*] Arbo pede. ἀπέσπασμένα & ὑπόρριζα τῶν ... ρεῖται Theophrast. Eadem loque forma *avulsi surculi calcem* dixit cap: hujus libri. *Idem.*

& culturæ, ut populis, alnis, [1] salici, quæ vel inverso surculo [2] seritur. Jam eæ ibi disponuntur, ubi libeat esse eas. Quamobrem seminarii curam ante convenit dici, quam transeatur ad alia genera. [3] Nanque ad id præcipuum eligi solum refert, quoniam nutricem indulgentiorem esse, quam matrem, sæpe convenit. [a] Sit ergo siccum succosumque, bipalio subactum, advenis hospitale, & quam simillimum terræ, in quam [4] transferendæ sint. Ante omnia elapidatum, munitumque ad incursum etiam gallinacei generis: quam minime rimosum, ne penetrans sol exurat fibras: intervallo sesquipedum [5] seri, ne se inter se contingant. Præter alia vitia etiam verminosa fiunt, ideo sarriri convenit sæpius herbasque evelli. Præterea semina ipsa fruticantia [6] supputare, ac falcem pati consuescere. Cato & furcis crates imponi jubet, [b] altitudine hominis, ad solem recipiendum: atque integi culmo ad frigora arcenda: sic pyrorum malorumque semina nutriri, sic pineas nuces, sic cupressos semine satas & ipsas. [c] Minimis id granis constat, ut vix perspici [7] quædam possint: [d] non omittendo naturæ miraculo, [8] è tam parvo gigni arbores, tanto majore tritici & hordei grano: ne quis fabam reputet. Quid simile [9] originis suæ habent malorum pyrorumque semina: his principiis respuentem secures materiam nasci, indomita ponderibus immensis præla, arbores velis, turribus murisque impellendis arietes? Hæc est naturæ vis, hæc potentia.

1 salice, *Vet.*
2 seritur jam. Hæ ibi. *M.*
3 Nanque & hic principio eligi solum refert. *Vet.* Namque & id præcipuum eligi refert. *M.*
4 transferendum sit. *Vet.*
5 seri. Nam si inter se contingant, præter. *Turn.* & *Ch.* contingant, & noceant. *Vet.*
6 supputari. *Vet.*
7 quidem. *Dal.* quidam possint. Non omittendum naturæ miraculum, &c. *M.*
8 etiam parvo. *M.*
9 originis suæ. *M.*

a *Sit ergo siccum, &c.*] Cato cap. 46. 47. 48. *Dalec.*

b *Altitudine hominis ad solem recipiendum.*] Scribendum videtur *rejiciendum*, vel *arcendum*, non *recipiendum*. Cato cap. 48. *Furcas circum affigito, eo perticas intendito, eo sarmenta aut crates ficarias imponito, quæ frigus defendant & solem, uti subtus homo ambulare possit facito.* Pint.

c *Minimis id, &c.*] Varro cap. 40. lib. 1. *Dalec.*

d *Non omittendo, &c.*] Seneca cap. 6. lib. 2. quæst. natur. Cicero lib. 2. de natur. deor. *Idem.*

tia. Super omnia erit, è lacryma naſci aliquid,
ſuo loco dicemus. [a] Ergo è cupreſſo fœmina (m
enim, ut diximus, non gignit) pilulæ collecta
quibus docui menſibus ſiccantur ſole : ruptæqu
emittunt ſemen, formicis mire expetitum : am
pliato etiam miraculo, tantuli animalis cibo abſ
mi [1] natalem tantarum arborum. Seritur men
Aprili, [b] area æquata cylindris, aut [2] volgioli
denſum : terraque cribris [3] ſupercernitur pollic
craſſitudine. Contra immane pondus attollere
non valet, [4] retorqueturque ſub terra. Ob hc
[5] parcitur veſtigiis. Leniter rigatur à ſolis occa
in trinis diebus, ut æqualiter bibat, donec erum
pant. [c] [6] Differuntur poſt annum dodrantali filo
cuſtodita temperie, [d] ut viridi cœlo ſerantur,
ſine aura. Mirumque dictu, periculum eo tantu
die eſt, [7] ſi roraverit quantuluncunque imbrem
aut ſi afflaverit. De reliquo tutæ ſunt perpetua ſ
curitate, aquaſque [8] poſtea odere. Et zizipha gr
no ſeruntur menſe Aprili. Tuberes melius inſeru
tur in pruno ſilveſtri, & malo cotoneo, & [e]
calabrice: ea eſt ſpina [9] ſilveſtris. Quæcunque opt
me & myxas recipit, utiliter & ſorbos.

CA

1 natalem arboris. *M.*
2 Vulvoalis. *Ch.*
3 ſuperinſeritur. *Ch.* *Lego*, ſuperincernitur.
4 torquetur. *M.*
5 & pavitur. *Ch.*
6 Differuntur. *Vet.*
7 ſi roravit quantulacunque imbres, aut ſi adflavit. *Ch.*
8 poſtea iis *M. d.*
9 ſilveſtris quæcunque. Optime eâ myxas. *Vet.*

a *Ergo è cupreſſo fœmina.*] Theoph. cap. 2. lib. 2. hiſt. Vide Catonem c. 151. *Dalec.*

b *Area æquata cylindris.*] Κυλινδρωθεῖσα Theoph. *Idem.*

c *Differuntur poſt annum dodrantali filo.*] Scribe *deferuntur* non *differuntur.* ut circa initia capitis ſeq. *Deferendæ ex arearum venis poſt annum in ulmaria.* Et *ſtilum* non *filum* legendum putaverim. Columella libro tertio, cap. 22. *Omnis nux unam radicem mittit, & ſimplici ſtilo prorepit.* De levioribus enim *fil*
dicitur, ut illud in ejuſdem horto,
nuique corruda ſimillima filo. Pintia
Differuntur poſt, &c.] Palmæ interv
lo. *Dalec.*

d *Ut viridi cœlo.*] Sudo ac ſeren
tam ſicco & à nubibus puro, ut viri
appareat. *Idem.*

e *In calabrice.*] Calabricam puto eſ
noſtrum *Groiſelier.* Quidam eſſe malu
Spinam cervinam Italorum, & Rhan
num purgatorium officinarum. *Id m.*

a Oper

CAP. XI.

De transferendis seminariis, & ulmis serendis, & scrobibus.

PLantas ex seminario transferre [1] in aliud, priusquam suo loco ponantur, [a] operose præcipi arbitror, licet translatione folia latiora fieri spondeant. [b] Ulmorum, priusquam [2] folio vestiantur, samara colligenda est circa Martias Calend. cum flavescere incipit. Deinde biduo in umbra siccata [c] serenda, densa [3] in refracto, terra super minutatim cribrata crassitudine quæ in cupressis. Pluviæ si non adjuvent, [4] rigandum. [5] Differendæ [d] ex arearum venis post annum in ulmaria, intervallo [6] pedali in [7] unamquamque partem. Maritas ulmos autumno serere utilius, [e] [8] quia carent semine. Nam eæ è plantis seruntur. In arbustum quinquennes sub urbe [9] transferunt, aut (ut quibusdam placet) quæ vicenum pedum esse cœperunt. Sulco, qui [10] noverarius dicitur, altitudine pedum trium, pari latitudine, & eo amplius circa positas pedes terni undique è solido adaggerantur. Arulas id vocant in Campania. Intervalla ex loci natura sumuntur. [f] Aridiores serendas in campestribus convenit. Populos & fraxinos, quia festinantius germinant, disponi quoque maturius convenit, hoc est, ab Idib. Feb. plantis & ipsas nascentes. In disponendis arboribus arbustisque ac vineis, quincuncialis ordinum

1 alibi. M.
2 foliis. Ch.
3 in areis factis. ex Colum.
4 riganda. V.
5 deferendæ. M.
6 sesquipedali. Colum.
7 quamque. Ch.
8 quia carentes semine, nudis è plantis. M. quia carente semine, non ut è plan. Ch.
9 transferuntur. Ch.
10 novenarius. V. id est, pedes novem à vicino distans, aut in quo pedes novem à se invicem dissita arbores ponantur.

a *Operose præcipi arbitror.*] Cato capite 46. *Dalec.*

b *Ulmorum, priusquam, &c.*] De ulmariis Columel. cap. 6. lib. 5. *Idem.*

c *Serenda, densa in refracto, terra super minutatim cribrata.*] Vetus lectio *serenda densa inarefacta, terra super minuta incribrata.* Pint.

d *Arearum venis.*] Alii legunt, *vineas. Arearum autem vineas* vocat excavatas fossas. Ea significatione dicimus, à milite *vineas agi.* Dalec.

e *Quia carent semine.*] Atineas si intelligit, eas semen ferre auctor est Columella. *Idem.*

f *Aridiores serendas in campestribus convenit.*] *Rariores* non *aridiores* exemplar antiquum præfert veriore lectione: nam raritas spatium notat. Et dictum fuit statim ante, Intervalla ex loci natura sumuntur. *Pint.*

ordinum ratio vulgata & necessaria; non perflatu
1 quoquo modo. M. Ch. — modo utilis, verum & aspectu grata, [1] quocunque
modo intueare, in ordinem se porrigente versu
2 Lego, Opulis, quatum meminit Colum. in ulmario, nusquam populi facta mentione. — [2] Populis eadem ratio semine, qua ulmos serendi
transferendi quoque è seminariis eadem & silvis
[a] Ante omnia igitur in similem transferri terram
aut meliorem oportet. Nec [3] è tepidis aut præco-
3 ex. Ch. — cibus in frigidos aut serotinos situs, ut neque ex hi
in illos. [b] Præfodere scrobes ante (si fieri posset)
tanto prius, donec pingui cæspite obducantur. Ma
4 annum fieri jubet. M. — go ante [4] annum jubet, ut solem pluviasque com
5 si condit. M. — bibant: aut [5] si id conditio largita non sit, igne
in medio fieri ante menses duos, nec nisi post im
bres in his seri. [c] Altitudinem eorum in argillos
aut duro solo [d] trium cubitorum esse in quamque
6 in pruinis. Vet. — partem. [6] In prunis palmo amplius, & ubique [7] ca
7 camerata. Vet. cacuminata. Alii, Colum. c. 10. lib. 5. — minata fossura ore compressiore sint. Nigra vero
terra [e] duo cubita, & palmum quadratis angulis.
Eadem mensura Græci auctores consentiunt, non
altiores [f] quino semipede esse debere nec latiore
duobus pedibus. [g] Nusquam vero sesquipede mi-
8 quamvis. Dal. — nus altos, [8] quoniam in humido solo ad vicina aqua
9 perveniant. Dal. — [9] perveniat. [h] Cato, si locus aquosus sit, inquit, la
tos

a *Ante omnia igitur in similem, &c.*] Theophrast. cap. 7. lib. 2. histor. δεῖ τὰ φυτὰ λαμβάνειν, inquit, ἐξ ὁμοίας γῆς εἰς ἣν μέλλεις φυτεύειν, ἢ οὐκ χείρονος. *Dalec.*

b *Præfodere scrobes ante, &c.*] Idem ibidem, & capite eod. libro 3. causs. προορύττειν γύρους. Columel. cap. 2. lib. 2. & cap. 6. ac 10. lib. 5. Cato cap. 43. *Idem.*

c *Altitudinem eorum in argilloso.*] Columel. cap. 6. lib. 5. scrobes fieri jubet latos pedes duos; altos in levi terra tantundem, in gravi dupondium & dodrantem: longos pedes sex, aut minimum quinque. Cato vero serendis oleis altos pedes III. S. latos pedes IV. *Idem.*

d *Trium cubitorum.*] Quatuor pedum & semissis. *Idem.*

e *Duo cubita.*] Tres pedes & novem pollices. *Idem.*

f *Quino semipede.*] Quatuor pedibu & semisse. *Idem.*

g *Nusquam vero sesquipede minus alto.*] Addendam puto negationem *non*: ut le gatur, *Nonnunquam vero sesquipede minu altos.* Pint. *Nusquam vero sesqui pede, &c.* Id est, quod Columella ait c. 13. lib. 13 *Nisi tamen si scaturigo palustris obvia, sic ut in agro Ravennate plusquam sesquipe dem prohibeat infodere.* Dalec.

h *Cato, si locus aquosus sit, inquit latos pedes ternos, &c.*] Locus est de pravatissimus, & corrosissimus. Verb

Catoni

tos pedes [a] ternos in faucibus, imoſque palmum & pedem, altitudine quatuor pedum: eos lapide conſterni, aut ſi non ſit, perticis ſalignis viridibus. Si neque eæ ſint, ſarmentis, ita ut in [1] altitudinem ſemipedem trahantur. Nobis adjiciendum videtur ex prædicta arborum natura, ut altius demittantur ea [b] quæ ſumma tellure gaudent, tanquam fraxinus, olea. Hæc & ſimilia quaternos pedes oportet demitti. Cæteris ſat eſt, ſi altitudinis pedes ternos effecerint. [c] Excide, inquit, radicem iſtam Papirius Curſor imperator, ad terrorem Præneſtinorum [2] Prætoris. Deſtringi ſecurius ſe teſte, innoxium [3] abradi [d] partes, quæ ſe nudaverint terra. Aliqui lapides

1 alt. ſemipedis. *Vet.* altitudine ſemipede. *M. & Ch.*

2 prætoris diſtringi ſecurim in ſe putantis, *T. Livius lib.* 9. Prætr. Diſtringi ſecurius, ſed in abr. *Lipſius.*

3 adradi. *M. & Ch.*

Catonis ſunt cap. 43. *Sulcos ſi locus aquoſus erit alveatos eſſe oportet, latos ſummos pedes tres, altos pedes quatuor. Infimum latum pedem unum & palmum. eos lapide circumſternito. Si lapis non erit, perticis ſalignis viridibus quoque verſus collatis conſternito, ſi pertica non erit, ſarmentis colligatis, poſtea ſcrobes ſimili modo facito, latos pedes tres ſcilicet, altos pedes quatuor, &c.* Verba autem illa quæ ſtatim ſequuntur, *ita ut in altitudinem ſemipedem trahantur*, dubito an ſint Pliniana. Certe Catoniana non ſunt. *Pintian.* *Cato, ſi locus aquoſus ſit.*] Cato cap. 43. de ſulcis id colliciis vel elicibus ſcribit, non de ſcrobibus, qua in re Plinius non ſatis perſpicax fuit. *Dalec.*

a *Ternos in faucibus, imoſque pal. &c.*] *In faucibus*, id eſt, ſumma ſui parte. *Imoſque*, id eſt, ima ſui parte. *Gelen.*

b *Quæ ſumma tellure gaudent.*] Ἐπιπολαιόῤῥιζα Theophr. vocat. *Idem.*

c *Excide, inquit, radicem iſtam, &c.*] Contra Samnites feliciter is dimicavit, quamvis à pullario monitus pullos non addicere, cum votum feciſſet, ſi ſuperior diſcederet, vini pocillum Jovi ſe libaturum, ſupra cap. 13. 14. Valer. Max. cap. 1. 7. Alex. ab Alexand. cap. 29. 1. Livius lib. 9. *Præneſtinus Prætor*, inquit, *per timorem ſegnius ſuos ex ſubſidiis duxerat in primam aciem: quem cum inambulans ante tabernaculum vocari juſſiſſet, lictorem expedire ſecurem juſſit: ad quam vocem exanimi ſtante Præneſtino, Agedum lictor, excide radicem hanc, inquit, incommodam ambulantibus.* Lipſius Epiſt. 3. lib. 2. quæ dimidiatis circulis includuntur ab eo putat eſſe aliena de quo hic agitur, & ideo amovenda. Idem legit, *Diſtringi ſecurius, ſed & innoxium abradi.* Quidam legunt: *In ſumma tellure vitis fuit, cum Papirius Curſor Imperator ad terrorem Præneſtinorum Prætoris, inquit, Excide radicem iſtam. Diſtringi, &c.* Dal. *Excide, inquit, radicem iſtam Papirius Curſor ad terrorem.*] Verba hæc ab ordine & inſtituto rerum propoſitarum manifeſte abhorrent. ſunt autem T. Livii libro 9. ab urbe condita, quod vidit & Hermolaus, ſed is agnoſcit ea ac legitima ducit, magno, ut ego puto, errore. *Pint.*

d *Partes quæ ſe nudaverint terra. Aliqui lapides rotundos.*] *Teſta* non *terra* in eodem habetur. Porro hæc lapidum mentio, & paulo poſt glareæ, oſtendit aperte ſermonem hic haberi de ſatione & cultura olearum. patet id ex Columella libro 2. cap. 17. *Oportet autem ſcrobem oleæ quoque verſus pedes quaternos patere; in imum ſcrobem lapidem glareamque abjicere: deinde ſuper terram quatuor digitorum injicere.* Repetit hæc l. 5. c. 7. *Pint.* Vide, Theophr. cap. 8. lib. 3. Cauſſ. & Colum. locis à nobis citatis. *Dalec.*

1 qui haud cont. hum. sed Transf. *Theoph. c. 7. lib. 3. Causs.*

2 transmittant, non autem plane facere, hos à terreno. *Dal.*

lapides rotundos subjici malunt, [1] qui & contineant humorem, & [2] transmittant: non item planos facere, & à terreno arcere radicem existimantes. Glarea substrata inter utramque sententiam fuerit. Arborem nec minorem bima, nec majorem trima transferri quidam præcipiunt: alii, cum annum impleat. [a] Cato crassiorem quinque digitis. [b] Non omisisset idem, si attineret, Meridianam cœli partem signare in cortice, ut translata in iisdem & [c] assuetis statueretur [3] horis: ne Aquiloniæ Meridianis oppositæ solibus finderentur, & algerent Meridianæ Aquilonibus. [d] Quod è diverso affectant etiam quidam in vite ficoque, permutantes in contrarium. [e] [4] Densiores enim folio ita fieri, magisque protegere fructum, & minus amittere: ficumque sic etiam [5] scansilem fieri. Plerique id demum cavent, ut plaga deputati cacuminis Meridiem spectet, ignari fissuris nimii vaporis opponi. [f] Id quidem in horam diei quintam vel octavam spectare maluerim. Æque latet non negligendum, ne radices

3 oris. *Alii.*

4 Densiora enim folia. *M.*

5 fertilem. *V.* leg. εὐθαλέστερον, pro εὐβλαστότερον apud *Theophr.*

a *Cato crassiorem quinque digitis. Non omisisset, &c.*] *Cato*, referri debet ad præcedens verbum, *præcipiunt.* Et, *non omisisset*, eleganti eclipsi dictum est, ac si dicat, ideo à Catone omissum præceptum hoc, quia nullius sit momenti. *Gelen.* *Cato crassiorem quinque digitis.*] Cap. 28. *Dalec.*

b *Non omisisset idem.*] Tacite Theophrastum reprehendit. *Idem.*

c *Assuetis.*] Ad eandem cœli regionem, & partem. *Columella.* De hac ratione loquendi mox. *Idem.*

d *Quod è diverso, &c.*] Theophrast. cap. 8. lib. 2. hist. *Idem.*

e *Densiores enim folio ita fieri.*] Apud Theophrast. legendum, ἔνιοι δὲ ῥοιὰν μείζω γίνεσθαι καὶ σκιάζειν μᾶλλον τὸν καρπὸν, ἔτι δ' ἧττον ἀποβάλλειν τὰς κυτίνους *Quidam punicam malum ampliorem fieri, fructum magis inumbrare, cytinosque suos minus amittere, &c.* quæ Plinius longe alio sensu reddidit. Lego & ex Theophr. *Quidam inversas figunt, in vite, atque etiam fico, permutantes, &c.* Palladius in Martio cap. 10. id fieri vetat. *Idem.*

f *Id quidem in horam, &c.*] Hoc est in regionem cœli, quæ est inter Meridiem & Ortum brumalem, id est, inter Austrum & Vulturnum, atque adeo inter Austrum & Phœnica, sive Euronoton. Vel inter Meridiem & Occasum hibernum, id est, inter Africum & Austrum, vel Libonoton. Geographi, & rei rusticæ scriptores, cœli regiones terrarumque situs ac positionem per horas vulgares designant: primam horam ab Ortu Æquinoctiali numerantes, sic ut sexta cadat in Meridiem, duodecima in Occasum: decimaoctava in Septentrionem: vigesimaquarta in Ortum redeat. Vide cap. 3. lib. 6. & cap. 32. lib. 6. *Idem.*

radices mora inarescant, neve à Septentrionibus, aut ab ea parte cœli usque ad exortum brumalem vento flante effodiantur arbores, aut certe non [1] adversæ iis ventis radices præbeantur: propter quod emoriuntur, ignaris causæ agricolis. [a] Cato omnes ventos, & imbrem quoque in tota translatione damnat. [2] Et hoc proderit quamplurimum terræ, in qua vixerint, radicibus cohærere, ac totas cæspite circumligari: [3] cum ob id Cato in corbibus transferri jubeat. [b] Proculdubio utilissime [4] quidam summam terram contentus est subdi. [c] Quidam Punicis malis substrato lapide non rumpi pomum in arboribus tradunt. [d] Radices inflexas poni melius. Arborem ipsam ita locari, ut media sit totius scrobis, necessarium. [e] Ficus, [5] si scilla (bulborum hoc genus est) seratur, ocyssime ferre traditur pomum, neque vermiculationi obnoxium: quo vitio [6] non carent reliqua poma, [7] similiter sata. [f] Radicum ejus magnam adhibendam curam, ut exemptas appareat, non evulsas, quis dubitet? Qua ratione & reliqua

1 obversæ. Vet.

2 Et ad hæc. M.

3 quia, &c. jubet. Vet.

4 quidem. M.

5 si in scilla. Vet. si prope scillam. Theoph.

6 non, In M. d.

7 dissimiliter. V.

a *Cato omnes ventos.*] Cap. 28. *Dalec.*

b *Procul dubio utilissime quidam summam terram contentus est subdi.*] Prima tria verba præcedentibus agglutinanda: dictio vero quæ sequitur *quidam*, corrupta haud dubie est, scribendumque *Idem*, non *quidam*, & cum majore litera, ut sit initium alterius sensus. refert enim Catonem, cujus est quod sequitur documentum capite 28. *In scrobe* inquit, *cum pones, summam terram subdito: postea operito terra.* Tradit idem Columella libro quinto, capite septimo, his verbis: *Quæ antequam deponantur oportebit solum scrobis imum fodere bidentibus: deinde terram aratro subactam, si tamen pinguior erit summa humus, mittere & substernere.* Pint.

c *Quidam Punicis malis.*] Palladius in Martio cap. 10. Columella c. 10. lib. 5. *Dalec.*

d *Radices inflexas poni melius.*] Theophrast. cap. 7. lib. 2. hist. καὶ τὰς μὲν ἐχούσας ῥίζας, ὀρθὰς ἐμβάλλειν, ubi περὶ φυτευτηρίων agit. *Idem.*

e *Ficus, si scilla, &c.*] Columel. c. 10. lib. 5. ne tinea molesta sit ficulneis seminibus, in imum scrobem lentisci taleam demitti jubet, inverso cacumine. Theophrast. cap. 7. lib. 5. Caus. meliora fieri tradit quæ lentisco aut scillæ inserta terræ mandantur. Idem cap. 7. lib. 2. histor. scribit, quod hic Plinius, Ficum, si prope scillam seratur, ocyus crescere, & minus à vermibus infestari. *Idem.*

f *Radicum ejus magnam adhibendam curam.*] Verbum *ejus* puto adjectum esse ab aliquo, qui putavit Plinianum documentum non complecti omnes arbores, sed ficum tantum, quod falsum est. *Pint.*

1 confessa nos omittit. M. reliqua [1] confessa omittimus, [a] sicuti terram cir radices fistucato spissandam, quod Cato primu

2 in trunco. Vet. in ea re esse censet: plagam quoque [2] à trunco o lini fimo, & foliis præligari præcipiens.

CAP. XII.

[b] *De intervallis plantandarum arborum, & umbris, stillicidiis, & ubi plantari debeant.*

HUjus loci pars est ad intervalla pertinen Quidam punicas, & myrtos, & lauros der siores seri jusserunt, in pedibus tamen novenis. Ma

3 & magis. M. los amplius paulo, [3] vel magis etiam pyros, magi que amygdalas, & ficus: quod optime dijudicab

4 hanc. Vet. hæc alii. Vet. ramorum amplitudinis ratio, locorumque & um bræ cujusque arboris: quoniam [4] has quoque obser

5 circinant. Dal. vari oportet. Breves sunt, quamvis magnarum ar

6 gramina. M. & Cb. borum, quæ in orbem ramos [5] circinent, ut in ma

7 sed quoniam ventis utr. resist. & projectu earum vineas tegunt. Alii. vinearum sationem tegunt. Alii. lis pyrisque. Eædem enormes cerasis, lauris. Jar quædam umbrarum proprietas. Juglandium gravi & noxia, etiam capiti humano, omnibusque juxt satis. [c] [6] Necat germina & pinus, [7] sed ventis utra que resistit, quoniam & [8] protecta vinearum ratio ne egent. Stillicidia pinus, quercus, ilicis ponde

8 projecta. M. rosissima. [d] Nullum cupressi, umbra minima, &

9 lenis. M. & Cb. in se convoluta. Ficorum [9] levis, quamvis sparsa

10 vetatur. Vet. ideoque inter vineas seri non [10] vetantur. Ulmo

11 quæcunque. Vet. rum levis, etiam nutriens, [11] quacunque opacat

12 videntur. Cb. Attico hæc quoque [12] videtur è gravissimis: nec dubito

a *Sicuti terram circa radices fistucato spissandam.*] Legendum reor *sicuti terram circa radices festuca aut vecte spissandam.* Aut sic, *Festuca conspissandam.* Verba sunt Catonis cap. 28. *Postea operito terra, deinde calcato pedibus bene. Inde festucis vectibusque calcato quam optime poteris. Id erit ei rei primum.* Pint.

b *De intervallis plantandarum, &c.*] Theophrast. cap. 7. lib. 2. hist. & c. 8. lib. 3. Causs. Columel. cap. 10. lib. 5 Varro lib. 1. *Dalec.*

c *Necat germina & pinus.*] Palladi in Novembri cap. 7. *Pinus omnibus, qu sub ea seruntur, prodesse creditur.* Theophrast. c. 15. lib. 3. Causs. *Pinus omnibus benigna, Laurum & Myrtum sub s satas fovet, & crescere patitur.* Idem.

d *Nullum cupressi.*] Fœminæ, quæ in metam fastigiatur. *Idem.*

a *Constrict*

dubito, si emittantur in ramos: [a] [1] constrictæ quidem ullius noxiam esse non arbitror. [b] Jucunda & Platani, quanquam crassa. Licet [c] gramini credere non soli, haud alia lætius operiente toros: [d] populo nulla ludentibus foliis: pinguis alno, sed pascens sata. Vitis sibi sufficit, mobili folio, jactatuque crebro solem umbra temperans; eodem gravi [2] protegens in imbre. Omnium fere levis umbra, quorum pediculi longi. Non fastidienda hæc quoque scientia, atque non in ultimis ponenda, quando quibusque satis umbra aut nutrix, aut noverca est. [3] Juglandium quidem, pinorumque & picearum, & abietis, quæcumque attigere, non dubie venenum est. Stillicidii brevis definitio est. Omnium quæ projectu frondis ita [4] defenduntur, ut per [5] ipsas non defluant imbres, stilla sæva est. Ergo plurimum intererit hac [6] in quæstione, terra in qua seremus, in quantum arbores quasque alat. Jam per se colles [e] minora quærunt intervalla. Ventosis locis crebriores seri conducit. Olea tamen maximo intervallo, [f] de qua Catonis Italica sententia est: in XXV. pedibus minimum, plurimum XXX. seri. Sed hoc variatur locorum natura. Non alia major in Bætica arbor. In Africa vero (fides penes auctores erit) miliarias vocari multas narrant à pondere olei, quod ferant annuo proventu. Ideo LXXV. pedes Mago intervallo dedit undique: [7] etiam in macro solo ac duro, atque ventoso, cum minimum

1 Districtæ quidem illius. *Vet.* Constr. quidem ulmi, M.

2 prot. se ab imbre, *Dal.*

3 Juglandum. M.

4 diffunduntur. *Vet.*

5 ipsam. *Dal.* sub. frondem.

6 inquisitione. M.

7 ast in macro. M. aut in macro. *Pint.*

a *Constricta quidem ullius, &c.*] Ejus, cui amputati rami sunt. *Dalec.*

b *Jucunda & platani quanquam crassa.*] Scribendum videtur, *Jocunda & platani quoque.* nam postremum verbum *crassa* redundat ex antiquo exemplari. *Pintian.*

c *Gramini.*] Lætissime sub Platano nascenti. *Dalec.*

d *Populo nulla.*] Nigræ. *Idem.*

e *Minora quærunt intervalla.*] Vel quia pinguiores, vel ut densiores arbores ventorum injuriæ, qui in edita magis sæviunt, fortius resistant. *Idem.*

f *De qua Catonis Italica sententia est.*] Legendum existimo, *de qua catholica sententia est.* nam *Catonis* ut legatur, nullo pacto procedit, cum apud Catonem hoc præceptum nusquam appareat. *Pintianus.*

mum XLV. Bætica quidem uberrimas messes inter oleas metit. Illam [1] inscitiam pudendam [2] esse convenit, [a] adultas [3] interlucare justo plus, & in senectam præcipitare, aut (plerunque ipsis qui posuere, coarguentibus imperitiam suam) totas excidere. Nihil est fœdius agricolis, quam gestæ rei pœnitentia, [4] multo ut præstet laxitate delinquere.

1 scientiam. *M.* & *Ch.*
2 nosse. *Vet.*
3 inter sese luctari. *Vet.*
4 multo jam ut præstet laxitati derelinquere. *M.* & *Ch.* *nisi quod habet* delingere.

CAP. XIII.

[b] *Quæ arbores tarde crescant, & quæ celeriter: & de Sabina.*

QUædam autem natura tarde crescunt & in primis semine tantum nascentia, & longo ævo durantia. At quæ cito occidunt, velocia sunt, ut ficus, Punica, prunus, malus, [5] pyrus, myrtus, salix: & tamen antecedunt divitiis. In trimatu enim ferre incipiunt, ostendentes & ante. Ex his [6] lentissima pyrus. [c] Ocyssima omnium [7] cypirus, & pseudocypirus frutex. Protinus enim floret, semenque [8] profert. Omnia vero celerius adolescunt stolonibus ablatis, unamque in stirpem redactis alimentis. Eadem natura & propagines docuit. Rubi namque curvati gracilitate & simul proceritate nimia, defigunt rursus in terram capita, iterumque nascuntur ex sese: repleturi omnia ni resistat cultura, prorsus ut possint videri homines [d] terræ causa geniti: ita pessima atque execranda res, propaginem tamen docuit, ac [9] viviradicem. Eadem autem natura est ederis. [e] Cato propagari præter vitem

5 pinus. *M.*
6 lent. est pyrus. *M.*
7 cyprus & pseudocyprus. *M.*
8 perfert. *Ch.*
9 viridem radicem. *M.*

a *Adultas interlucare justo plus.*] Interlucari autem arbores dicuntur, quoties adempta ramorum parte, quantum opacitati earum detrahitur, tantum luci accedit, unde & *interlucare* dictum. *Gelen.*

b *Quæ arbores tarde crescant.*] Theophrast. cap. 7. lib. 3. hist. *Dalec.*

c *Ocyssima omnium cypirus, &c.*] Legend. *Ocissima omnium Cyprus & pseudocyprus frutex, protinus enim floret semenque profert.* Vide *Salm.* p. 10001. b. 10042. a.

d *Terra causa geniti.*] Colendæ & purgandæ, quam alioqui ruborum silva occuparet & obrueret. *Dalec.*

e *Cato.*] Cap. 51. *Idem.*

vitem tradit [a] ficum, oleam, Punicam, malorum genera omnia, [1] laurum, prunos, myrtos, nuces [1 laurus. Ch.] avellanas, & prænestinas, platanum. Propaginum duo genera: ramo ab arbore depresso in scrobem quatuor pedum quoquo, & post biennium amputato flexu, plantaque translata post trimatum: [b] [2] quas si longius ferre libeat, in qualis statim, aut [2 quam si. Dal.] vasis fictilibus defodere propagines aptissimum, ut in iis transferantur. Alterum genus [3] luxuriosius, radices in ipsa arbore solicitando, [3 luxuriosum. M.] [c] trajectis per vasa fictilia vel qualos ramis, terraque circumpactis: atque hoc blandimento impetratis radicibus, [d] inter poma ipsa & cacumina (in [4] summa enim cacumina hoc modo petuntur) [4 summa etenim. M. & Ch.] audaci ingenio arborem aliam longe à tellure faciendi, eodem, quo supra, biennii spatio abscissa propagine, & cum qualis [5] illis sata. Sabina herba propagine feritur & avulsione. [5 illis d. in V. C.] Tradunt fæce vini, aut è parietibus latere tuso mire ali. Iisdem modis rosmarinum [6] ferunt [6 feritur. Ch.] & ramo, quoniam [e] neutri semen. Rhododendron propagine & semine.

CAP.

a *Ficum, oleam, punicam, malorum genera omnia.*] Deest *cotoneum* ex Catone capite 51. *Ficum, oleam, punicam, cotoneum, malorum genera omnia.* Sequitur continuo, *Laurum, prunos, myrtos, nuces & avellanas & Prænestinas.*] In eodem Catone capite eodem: *Laurum, Myrtos, nuces, nuces Prænestinas,* reliqua superfluunt. *Pint.*

b *Quas si longius ferre libeat.*] Cato cap. 52. *Dalec.*

c *Trajectis per vasa fictilia vel qualos ramis terraque circumpactis.*] Scribe, *terraque circumfartis*, ex vetusto codice, ut infra capite 14. *paleato luto libros farcire.* Pint.

d *Inter poma ipsa & cacumina, in summa enim cacumina hoc modo petuntur.*] Minus male in eodem, *inter poma ipsa & cacuminum summa. etenim hoc modo cacumina petuntur.* Idem.

e *Neutri semen.*] Fallitur Plinius. Sabina baccifera est: semen autem Rosmarinus gerit. *Dalec.*

CAP. XIV.

[a] *De ſatione arborum, & inſitione, & quomodo inventa ſit tenera inſerendi emplaſtratio.*

[b] SEmine quoque inſerere natura docuit, raptim avium fame devorato, ſolidoque, & alvi tepore madido, cum fœcundo fimi medicamine abjecto in mollibus arborum [1] lecticis, [2] & ventis ſæpe tranſlato in aliquas corticum rimas: unde vidimus [c] ceraſum in ſalice, platanum in [3] lauro, laurum in ceraſo, & baccas ſimul diſcolores. Tradunt & monedulam condentem ſemina in theſauros cavernarum, ejuſdem rei præbere cauſas. Hinc nata inoculatio ſutoriæ ſimili [4] fiſtula aperiendi in arbore oculum cortice exciſo, [d] ſemenque includendi eadem [e] fiſtula ſublatum ex alia. In ficis autem & malis hæc fuit inoculatio antiqua. Virgiliana quærit [5] ſinum in nodo gemmæ expulſi corticis, [f] gemmamque ex alia arbore includit. Et hactenus natura ipſa docuit. Inſitionem autem caſus, magiſter alius, & pene numeroſior, ad hunc modum. Agricola ſedulus caſam ſepis munimento cingens, quo minus putreſcerent ſudes, limen ſubdidit ex edera. At illæ vivaci morſu apprehenſæ, ſuam

1 lectis. *Dal.*
2 aut. *Dal.*
3 lauru. *Ch.*
4 ſubula aperiendo, &c. includendo. *Dal.*
5 ſinum gemmæ in nodo evulſi. *Dal.*

a *De ſatione arborum.*] Theophraſt. c. 6. & 7. lib. 1. Cauſſ. Cato cap. 40. 41. 42. Columella cap. 11. lib. 5. Virgil. 2. Georgic. *Dalec.*

b *Semine quoque, &c.*] Inſitionum hi fere ſunt modi, Inoculatio, & quæ generis nomine appellatur Inſitio. Inoculatio (ἐνοφθαλμισμὸς) eaque duplex; priſca altera, quæ fit ſurculo in gemmam ſubula apertam indito; nova altera, quæ & Emplaſtratio dicitur, fitque in gemmæ locum indita. Inſitio, (ἐμφυτεία, ἐμφυλισμὸς) & hæc quoque duplex in truncum & in corticem; in truncum rurſus duplex: altera terebræ circumactu, (terebratio, ſive ἐξεντερισμὸς) vel ſtimulo perforata medulla, medullarum applicatio,) altera trunco per medium fiſſo: in corticem vero noſtra memoria inventa, corticis fiſtuloſi circumjectus. *Idem.*

c *Ceraſum in ſalice.*] Theophr. cap. 23. lib. 2 cauſſ. & c. 4. lib. 5. *Idem.*

d *Semenque*] Calamum, ſurculum, ut fit cum truncato ſtipite ſurculus inſeritur inter corticem & lignum. *Idem.*

e *Fiſtula ſublatum ex alia*] Subula, acuto ſcalpello, Columel. *Idem.*

f *Gemmamque ex alia, &c.*] Emplaſtrationis modo. *Idem.*

a *Apparuit-*

ſuam ex aliena fecere vitam, [a] apparuitque truncum eſſe pro terra. Aufertur ergo ſerra æqualiter ſuperficies: lævigatur falce truncus. Ratio poſtea duplex: Et prima inter corticem lignumque inſerendi. Timebant priſci truncum findere: [1] mox [b] inforare [2] auſi medio. Ipſique medullæ calamum [3] imprimebant, unum inſerentes, neque enim plures capiebat medulla. Subtilior poſtea ratio vel ſenos [4] adjicit, mortalitati eorum [5] & numero ſuccurrere perſuaſa, per media trunco leniter fiſſo, cuneoque tenui fiſſuram cuſtodiente, donec cuſpidatim deciſus deſcendat in rimam calamus. Multa in hoc ſervanda. Primum omnium, quæ patiatur coitum talem arbor, & cujus arboris calamus. Varie quoque & non iiſdem in partibus ſubeſt omnibus ſuccus. Vitibus ficiſque media ſicciora, & è ſumma parte conceptus, ideo illinc ſurculi petuntur. Oleis circa [6] medias ſuccus: inde & ſurculi: cacumina ſitiunt. Facillime coaleſcunt, quibus eadem corticis natura, quæque pariter florentia ejuſdem horæ germinationem ſuccorumque ſocietatem habent. [7] Lenta enim res eſt, quoties humidis repugnant ſicca, mollibus corticum duri. Reliqua obſervatio, ne fiſſura in nodo fiat: repudiat quippe advenam inhoſpitalis duritia: ut in parte nitidiſſima, ne longior multo tribus digitis, ne obliqua, ne tranſlucens. [c] Virgilius ex cacumine inſeri vetat. Certumque eſt, [8] ab humeris arborum orientem

1 mox imperare. Ch.
2 auſi medium, ipſi medullæ. Alii. auſi, medio ipſique in eo medullæ. M.
3 imprimere. V. C.
4 adicit. M. adigit. V. adjecit. Dal.
5 ex num. M.
6 media. Ch.
7 Lenta res, quoties. M.
8 ramis. V.

a *Apparuitque truncum, &c.*] Theophraſt. cap. 6. lib. 1. & cap. 19. lib. 2. cauſſ. *Dalec.*

b *Inforare auſi medio.*] Hoc eſt ἐγκεντρίζειν Græcis. *Idem.*

c *Virgilius ex cacumine inſeri vetat.*] Nihil tale apud Virgilium habetur: proinde non *Virgilius* hic, ſed *Higinius* contenderim legendum. Scripſit hic de agricultura, ſecutuſque eſt eum Virgilius: quapropter Columella lib. 1. cap. 1. *pædagogum Virgilii* Higinium appellat. Porro citari in præſenti lib. Higinium à Plinio, manifeſtum eſt ex Indice. *Pint.* *Virgilius ex cacumine, &c.*] Non tantum diviſa, ut admittat lucem, verum exempto cuneo latera ſic lateribus applicans, ut videatur coaluiſſe. *Dalec.*

a *Spei*

orientem æstivum spectantibus surculos petendos & è feracibus & è germine novello, nisi vetustæ arbori inserantur: ii enim robustiores esse debent. Præterea ut prægnantes, hoc est, [1] gemmatione turgentes, [2] & qui parere illo speraverint anno. Bimi [3] utrique nec tenuiores digito medio. Inseruntur autem & inversi, cum id agitur, ut minor altitudo in latitudinem se fundat. Ante omnia gemmantes nitere conveniet, nihil [4] nusquam hulcerosum esse aut retorridum. [a] [5] Spei favet medulla calami commissuræ, si in matre ligni corticisque jungatur. Id enim satius, quam [6] foris cortici æquari. Calami exacutio medullam [7] ne nudet. Tenui tamen fistula [8] detegat, ut [9] fastigatio lævi descendat cuneo, tribus non [10] ampliore digitis. Quod facillime contingit, tinctum aqua radentibus. Ne exacuatur in vento, nec cortex à ligno decedat alterutri. Calamus ad corticem usque suum deprimatur. Ne luxetur dum deprimitur: neve cortex replicetur in rugas. Ideo lacrymantes calamos inseri non oportet, non hercule magis, quam aridos: quia illo modo labat humore nimio cortex, hoc vitali defectu non humescit, neque [11] concorporatur. Id etiam religionis servant, ut luna [12] crescente, ut calamus utraque deprimatur manu. Et alioquin in hoc opere duæ simul manus minus nituntur, necessario temperamento. Validius enim demissi tardius ferunt, fortius durant: [13] contrarii ex diverso. Ne hiscat nimium rima, laxeque capiat, [14] aut ne parum: & exprimat, aut compressum necet. Hoc maxime præcavendum, [15] ut prævalide [16] accipientis trunco in media fissura [17] relinquatur. Quidam vestigio [18] fissuræ falce in

1 germinatione. *Man.*
2 & quos. *Vet.*
3 utique, (*sic & Ch.*) nec ten. dig. minimo. *M.*
4 usquam. *M.*
5 spei fa. medullæ cal. commissura, si matrix ligni corticesque (*sub. calami*) jungantur. *Dal.*
6 fortius. *Dal.*
7 ne nudet, detegat tamen fist. tenui. *Dal.*
8 detegatur. *Vet.*
9 fustigatio. *Dal.*
10 amplius. *Vet.*
11 concorporat. *Ch.*
12 cresc. calamus. *Dal.*
13 & contrarium. *Man.*
14 parumve comprimat, aut ne compr.
15 ut præter calamum acceptum nihil in media trunci fissura relinqu.
16 accipiente. *Vet.*
17 relinquant. *M. & Ch.*
18 fissuræ. *Dal.*

a *Spei favet medulla, &c.*] Id est, quod ait Cato cap. 41. *Quos inseres, medullam cum medulla committito.* Dalec.

a *Libro*

in truncis facto, salice præligant marginem ipsum. Postea cuneos [1] figunt, continente vinculo libertatem dehiscendi. Quædam in plantario insita eodem die transferuntur. Si crassior truncus inseratur, inter corticem & lignum inseri melius, cuneo optime osseo, ne [2] cortice rumpatur laxato. Cerasi [a] libro dempto finduntur. Hæ solæ & post brumam inseruntur. Dempto libro habent veluti lanuginem, quæ si comprehendit insitum, putrefacit. [3] Incolumi cuneo [4] adactum utilissime adstringitur. Inserere aptissimum quam [5] proximum terræ, si patiatur nodorum truncique ratio. Eminere calami sex digitorum longitudine non amplius debent. [b] Cato argillæ, vel cretæ harenam, fimumque bubulum [6] admisceri, atque ita usque ad lentorem subigi jubet, idque [7] interponi & circumlini. Ex iis quæ commentatus est, facile apparet illa ætate inter lignum & corticem, nec alio modo inserere solitos, aut ultra [8] latitudinem duûm digitorum calamos demittere. [c] Inseri autem præcipit pyra ac mala per ver, & post solstitium diebus L. post vindemiam. [d] Oleas autem & ficos per ver tantum, luna sitiente, hoc est, sicca. Præterea post meridiem, ac sine vento Austro. Mirum quod non contentus insitum munisse, ut dictum est, & cæspite ab imbre frigoribusque protexisse, ac mollibus bifidorum viminum fascibus, [e] lingua bubula (herbæ

1 refigant. *Dal.* findunt. *Ch.*

2 cortex rump. laxatus. *Vet.*

3 incolume. M. *jub.* insitum.

4 educto vitilibus. *Dal.*

5 proxime. *Dal.*

6 admiscet. *Dal.*

7 superponi. *Dal.*

8 altitudinem. *D.*

a *Libro dempto finduntur.*] Qui crassior à tenuiore velut hiscens discedit. Vide infra cap. 24. hujus libri. *Dalec.*

b *Cato argilla, &c.*] Theophrastus cap. 6. lib. 1. caúss. laudat (si mendum non subest) πηλὸν τὲ[illegible]ιχωρισμένον, id est, lutum cum pilis subactum. *Idem.*

c *Inseri autem pracipit pira ac mala per ver, & post solstitium diebus l. post vindemiam.*] Cato cap. 41. *Pyrorum & malorum insitio est per ver, & per solstitium diebus l. & per vindemiam.* Pint.

d *Oleas autem & ficos per ver tantum luna sitiente, hoc est sicca.*] Scribe *luna silente* non *sitiente* ex Catone capite 40. ut supra etiam admonuimus. *Idem.*

e *Lingua bubula.*] Miror valde Plinium bubulam, herbam, τὸ βούγλωσσον, ex posuisse, cum Cato ligulam è corio bubulo factam intelligat: & alioqui sit absurdum linguam bubulam herbam insuper librum alligari, nec cadat, quod ait Cato. *Dalec.*

a *Punicam*

(herbæ id genus eſt) inſuper obtegi jubet, eamque illigari opertam ſtramentis. [1] Nunc abunde arbitrantur paleato luto [2] libros ſarcire, duos digitos inſito extante. Verno inſerentes tempus urget, incitantibus ſe gemmis, præterquam in olea, cujus diutiſſime oculi parturiunt, minimumque ſucci habent ſub cortice, qui nimius inſitis nocet. [a] Punicam vero & ficum, quanquam alias ſicca ſint, [3] recraſtinare minime utile. Pyrum vel florentem inſerere licet, & in Majum quoque menſem protendere [4] inſitionem. Quod ſi longius afferantur pomorum calami, rapo infixos optime cuſtodire ſuccum arbitrantur: [5] ſervari inter duos imbrices juxta rivos, vel piſcinas, utrinque terra obſtructos.

1 Nunc autem arb. *Vet.*
2 librum. *Dal.* farcire, libro duos dig. inſitos extante. *Ch.*
3 procraſtinare. *Dal.*
4 inſitiones. *Ch.*
5 ſervari autem inter. *Dal.*

CAP. XV. [b] *De vite inſerenda.*

VItium [6] vero in ſcrobibus ſiccis ſtramento opertos, ac deinde terra obrutos, ut cacumine exiſtant. [c] Cato vitem tribus modis inſerit. Præſectam findi jubet per medullam, in eam ſurculos exacutos (ut dictum eſt) [7] addi, [d] medullas jungi. Altero, ſi inter ſeſe vites contingant, utriuſque in obliquum latere contrario adraſo [e] junctis medullis colligari. Tertium genus [8] eſt, [f] terebrare vitem in obliquum ad medullam, calamoſque addere longos pedes binos, atque ita ligatum inſitum, [g] intritaque illitum operire terra, calamis ſubrectis. Noſtra ætas correxit, ut [h] Gallica uteretur

6 vitis. *M.*
7 indi. *Dal.*
8 eſt in *M. d.*

a *Punicam vero & ficum.*] Theophr. cap. 6. lib. 1. Cauſſ. *Dalec.*

b *De vite inſerenda.*] Theophr. c. 16. lib. 1. & cap. 17. lib. 3. Cauſſar. Cato cap. 42. & 43. Columell. cap. 29. lib. 4. & de arboribus cap. 8. *Idem.*

c *Cato.*] Cap. 41. *Idem.*

d *Medullas jungi.*] Surculi videlicet & matricis. *Idem.*

e *Junctis medullis colligari.*] Fortaſſis hoc Græcis fuerit ἐμφυλίζειν, quaſi adoptare, & arrogare in ſuam ſtirpem, in ſuum genus. *Idem.*

f *Terebrare.*] Ἐξκεντρίζειν Græcis. *Idem.*

g *Intritaque illitum operire terra.*] Argilla ſubacta cum fimo & arena. *Idem.*

h *Gallica uteretur terebra.*] Cycliſcum Gal. vocat lib 6. Meth. ſub finem. Ea non ſcobem, ſed ramenta facit, quibus exemptis plaga undique lævis relicta facilius omni parte ſedentem ſurculum contingit;

[1]uteretur terebra, quæ excavat, nec urit: quoniam adustio omnis hebetat: atque ut gemmascere incipiens legatur calamus. Nec plus quam binis ab insito emineret oculis, [2] ulmeo vimine alligatus, binaque circuncideretur acie à duabus partibus, ut inde potius [3] distillaret [4] mucor, qui maxime vites infestat. Deinde cum evaluissent flagella [5] pedes binos, vinculum insiti incideretur, ubertati crassitudine permissa. Vitibus inserendis tempus dedere ab æquinoctio [6] autumno ad germinationis initia. Sativæ plantæ silvestrium radicibus inseruntur natura siccioribus. Si [7] sativæ silvestribus inserantur, degenerant in feritatem. Reliqua cœlo constant. Aptissima insitis siccitas. Hujus [8] enim remedium appositis fictilibus vasis modicus humor per cinerem distillans. Inoculatio rores amat [9] leveis.

1 utertur. Dal.
2 ulmi vimine alligato. M. ulmi vim. alligato bina circundarentur. Ch.
3 distillet. Vet.
4 humor. M.
5 ad pedes. Dal.
6 autumni. Vet.
7 sativis silvestres. Vet.
8 est. Vet.
9 lenes. Dal.

CAP. XVI. [a] *De emplastratione.*

EMplastri ratio & ipsa [10] ex inoculatione nata videri potest. Crasso autem maxime [11] cortici convenit, sicut est ficis. Ergo amputatis omnibus ramis, ne succum avocent, nitidissima in parte, quaque præcipua cernatur hilaritas, exempta scutula ([b] ita ne descendat ultra ferrum) cortici, imprimitur ex alia cortex par, cum sui germinis [12] mamma, sic compage densata, ut cicatrici locus non sit, & statim fiat unitas, [13] non humorem, non afflatum recipiens; nihilominus tamen & luto munire,

10 ex, in M. d.
11 cortice. M.
12 gemmæ. Dal.
13 nec hum. nec affl. Ch.

contingit: terebra vero priscorum, quæ manu adigitur, urit partem quam excavat & scobis lanuginem excitat, quæ nunquam sic extrahitur, ut non inhærescat foramini, interventu suo prohibens ne surculi corpus corpori vitis applicetur. Col. cap. 29. lib. 4. Terebra antiquorum, *Tarione:* Gallice, *Vibrequin.* Dalecampius.

a *De emplastratione.*] Columella c. 11. lib. 5. Cato cap. 42. *Idem.*

b *Ita ne descendat ultra ferrum, cortici imprimitur.*] Vetus lectio, *ita ne descendat ultra corticem ferrum imprimitur.* Pintian.

nire, & vinculo melius. Hoc genus non pridem repertum volunt, qui novis moribus favent. Sed id etiam apud veteres Græcos invenitur, [a] & apud Catonem, qui oleam ficumque sic inseri jussit, mensura etiam præfinita secundum reliquam diligentiam suam: cortices scalpro excidi [b] quatuor digitorum longitudine, & trium latitudine, atque ita coagmentari, & illa sua intrita oblini: eadem ratione & in malo. Quidam huic generi [c] miscuere fissuram in vitibus, exempta [1] cortice tessella, surculo à latere plano adigendo: tot modis insitam arborem vidimus juxta [2] Tiburtes Tulias, omni genere pomorum onustam, alio ramo nucibus, alio baccis, aliunde vite, ficis, pyris, Punicis, malorumque generibus. Sed huic brevis fuit vita. Nec tamen omnem experimentis assequi naturam possumus. Quædam enim nasci, nisi sponte nullo modo queunt: eaque immitibus tantum & desertis locis proveniunt. Capacissima insitorum omnium [3] dicitur Platanus, postea robur: verum utraque sapores [4] corrumpunt. Quædam omni genere inseruntur, ut ficus [5] & punicæ. Vitis non recipit emplastra, nec quibus tenuis ac caducus rimosusque cortex. Neque inoculationem siccæ, aut humoris exigui. Fertilissima omnium inoculatio, postea [d] emplastratio. Sed utraque infirmissima. Et quæ cortice nituntur tantum, vel levi aura ocyssime deplantantur. Inserere firmissimum, & fœcundius, quam serere.

1 cortici. M. cum cortice. Alii.

2 Tiburtes, tiliam omni. Vet.

3 ducitur. Ch.

4 corrumpit. Ch.

5 ut. Ch.

CAP.

a *Et apud Catonem.*] Cato c. 42. *Dal.*

b *Quattuor digitorum longitudine & trium latitudine.*] Longitudinem præfinit Cato, non latitudinem capite 42. his verbis: *Librum longum facito digitos tres, & ad eundem modum oblito, tegitoque.* Pint.

c *Miscuere fissuram.*] Vites inserunt & ramo simul fisso, & emplastro. *Dalecamp.*

d *Emplastratio.*] Columell. cap. 11. inoculationem ab agricolis vocari emplastrationem tradit: Plinius tamen videtur hanc ab illa distinguere. *Idem.*

a Multa

CAP. XVII. *Exemplum hujus rei.*

NON eſt omittenda raritas unius exempli. Corellius eques Rom. Ateſte genitus, [1] inſeruit caſtaneam ſuometipſam ſurculo in Neapolitano agro. Sic facta eſt caſtanea, quæ ab eo nomen accepit inter laudatas. Poſtea hæres ejuſdem libertus Corellianam iterum [2] inſeruit. Hæc eſt inter eas differentia, illa copioſior, hæc [3] Coreliana melior. Reliqua genera caſus ingenio ſuo excogitavit, ac defractos ſerere ramos docuit, cum pali defixi radices cepiſſent. [a] Multa ſic ſeruntur, inprimiſque ficus, omnibus aliis modis naſcens, [b] præterquam talea, optime quidem, ſi vaſtiore ramo pali modo exacuto adigatur alte, exiguo ſuper terram relicto capite, eoque ipſo harena cooperto. Ramo ſeruntur & Punica, palis laxato prius meatu: item myrtus. Omnium horum longitudine trium pedum, craſſitudine minus brachiali, cortice diligenter ſervato, trunco exacuto. Myrtus & taleis ſeritur: morus talea tantum, quoniam [4] ramo eam ſeri religio fulgurum prohibet. Quapropter de talearum ſatu nunc dicendum eſt. Servandum in eo ante omnia, ut taleæ ex feracibus fiant arboribus: ne curvæ, neve ſcabræ, aut bifurcæ: [c] neve tenuiores, quam ut manum impleant: [5] ne minores pedalibus: ut illibato cortice, atque ut ſectura inferior ponatur ſemper, & quod erit ab radice: accumuleturque germinatio terra, donec robur planta capiat.

[1] inſevit. *M.* & *Ch.*

[2] inſevit. *M.* & *Ch.*

[3] tertiana. *M.*

[4] in ulmo. *M.* tantum, quam in ulmo ſeri, &c. *Vet.* inſeri. *Ch.*

[5] neve. *Dal.*

CAP.

a *Multa ſic ſeruntur.*] Theophr. c. 7 lib. 2. hiſt. & c. 6. lib. 1. cauſſ. Columell. cap. 10. lib. 5. *Dalec.*

b *Præterquam talea.*] Legendum videtur, *præterque talea.* Pintianus. Varro cap. 14. lib. 1. de ruſt. *Idem.*

c *Neve tenuiores.*] Colum. lib. de arboribus, cap. 20. & c. 9. lib. 5. Theophr. cap. 7. lib. 2. hiſtor. & cap. 6. lib. 1. cauſar. *Idem.*

CAP. XVIII.

De cultura olearum, & quibus temporibus insitio fiat.

QUÆ custodienda in olearum [1] cultura [a] Cato judicaverit, ipsius verbis optime præcipiemus: Taleas [2] oleagineas, quas in scrobe saturus eris, tripedaneas [3] facito: [b] Diligenterque tractato, ne liber laboret, cum dolabis aut secabis. Quas in seminario saturus eris, pedales facito: eas sic inserito: locus bipalio subactus sit, beneque [4] glutus. Cum taleam [5] demittis, pede taleam opprimito. Si parum descendat, [6] malleo aut mateola [7] adigito: cavetoque, [c] ne librum scindas. Cum adigis, [d] palo prius locum feceris, quo taleam [8] demittas: ita melius vivet talea. Et ubi trimæ sunt, tum denique curæ sint, ubi liber se vertet. Si in scrobibus aut in sulcis [9] seras, ternas taleas ponito. [e] Eas divaricato supra terram, ne plus quatuor digitos transversos emineant, vel [10] oculos serito. Diligenter eximere oleam oportet, & radices quam plurimas cum terra ferre. Ubi radices bene operueris, [f] calcare bene ne quid noceat. Si quis quærat quod tempus oleæ serendæ sit, agro sicco per sementem, agro læto per ver. Olivetum diebus

1 cura. *Ch.*
2 oleagineas. *Vet. & Ch.*
3 decidito. *Cato.*
4 glutus, beneque terra tenera. *Cato*, gluttus. *Ch.*
5 demittes, *& mox* descendet. *Idem & Ch.*
6 malleolo. *Idem.*
7 adicito, *& mox*, adicis. *M.*
8 demittat. *M. & Ch.* demittas. Si ita feceris uti ilet talea, melius vivet. Taleæ ubi trimæ (*sic & Ch.*) sunt, tum den. maturæ sunt, ubi lib. sese vertet. *Cato.*
9 seres ter. tal. ponito, easque. *Cato & Ch.*
10 oculis. *Vet.*

a *Cato.*] Cap. 45. *Dalec.*

b *Diligenterque tractato.*] Hæc apud Catonem jam non leguntur, & in ejus exemplari deesse videntur: quamvis cap. 28. de radicibus, eximendis cum terra, operiendis, calcandis, nonnihil tradat. *Idem.*

c *Ne librum scindas. Cum adjicis, &c.*] Scribe cum minore litera *cum adigis*, & annecte superioribus, ex Catone cap. 45. *Pintian.*

d *Palo prius locum ne feceris.*] Catonis vulgata exemplaria negationem non habent: agnoscunt tamen eam codex scriptus & impressi omnes: vereorque ut in Catone sit error. Nam si in loco subacto palo prius sit locus, quid attinet pede taleam opprimere, & si parum descendat, malleo aut mateola adigere? *Idem.*

e *Eas divaricato supra terram, ne plus quatuor digitos transversos emineant.*] Scriptum exemplar, *easque divaricato supra terram ne plus quattuor digitos transverso semine vel oculis serito.* scribo, *easque divaricato. Supra terram ne plus quattuor digitos transversos emineant gemma vel oculo servato*; ex Catone loco citato. *Idem.*

f *Calcare bene ne quid noceat.*] Cato ibidem: *Calcato bene, ne aqua noceat.* Idem.

a Ex

diebus XV. ante æquinoctium vernum incipito putare. [a] Ex eo die dies XL. recte putabis. Id hoc modo putato. [b] Qua locus recte ferax erit, quæ arida erunt, & si quid ventus interfregerit, [1] ea omnia eximito. Qua locus ferax non erit, id plus [c] concidito, aratoque bene, enodatoque, stirpesque leves facito. [d] Circum oleas [2] autumno ablaqueato, & stercus addito. Qui olivetum sæpissime & altissime miscebit, is tenuissimas radices exarabit. Radices si sursum abibunt, crassiores fient, [3] & eo in radices vires oleæ abibunt. Quæ genera olearum, vel in quo genere terræ vivere & seri debeant, quoque spectare oliveta, diximus in ratione olei. Mago in colle & siccis, & argilla, inter autumnum & brumam seri jussit. [e] In crasso aut humido, aut subriguo, à messe ad brumam. Quod præcepisse eum Africæ intelligitur. Italia quidem nunc vere maxime serit. [4] Sed si & autumno libeat, [f] post æquinoctium XL. diebus ad Vergiliarum occasum, XIIII. soli dies sunt, quibus seri noceat. Africæ peculiare quidem in oleastro est inserere. [g] [5] Quidam æternitate consenescunt proxima adoptione virga emissa, [h] atque ita alia arbore ex eadem

1 inde ea. Ch.

2 autumnitate. Ch.

3 & in eas. V. & eo, Dal. propterea, ideo. eo d. in V. C.

4 Sed & autumno, si libeat. Dal.

5 Quadam æter. cum consen. Vet.

a *Ex eo die dies XL. recte putabis.*] Cato cap. 44. non XL. dies habet, sed XLV. *Pint.*

b *Qua locus recte ferax erit.*] *Qui*, non *Qua*, in Catone, eodem capite. Et paulo post eodem modo legito. *Idem.*

c *Concidito.*] Diligentius fodito, subigito, aratro proscindito. *Dal.*

d *Circum oleas, &c.*] Quæ sequuntur non leguntur apud Catonem. *Idem.*

e *In crasso aut humido aut subriguo.*] Vetus codex *subriguose*, non *subriguo*. ut forte additione unius syllabæ legendum sit *subriguo solo*. Pint.

f *Post æquinoctium XL. diebus ad Vergiliarum occasum XIV. soli dies sunt quibus, &c.*] Scribendum videtur VIII. non XIV. nam teste Plinio libro 18. ab æquinoctio autumnali ad occasum Vergiliarum, dies sunt XLVIII. & sensus est, præteritis post æquinoctium XL. diebus superesse octo, in quibus seri noceat. *Idem.*

g *Quidam æternitate consenescunt proxima adoptione virga emissa.*] Lego cum minore litera, *quadam æternitate cum senescunt proxima adoptione virga emissa.* ut infra capite vigesimo, *Et ea autem senescentium propagine sarciunt locum.* Idem.

h *Atque ita alia arbore ex eadem juvenescente.*] Scribo *vivescente* non *juvenescente*, ex vetere exemplari. Utitur hoc verbo alias Plinius persæpe, ut in præcedentibus ostensum est. *Idem.*

dem juvenescente: iterumque & quoties opus sit, ut ævis eadem oliveta constent. Inseritur autem oleaster calamo & inoculatione. Olea ubi quercus effossa sit, male ponitur: quoniam vermes, qui [1] raucæ vocantur, in radice quercus nascuntur & transeunt. Non [2] inhumare taleas, aut siccare prius quam serantur, utilius compertum. Vetus olivetum ab æquinoctio verno intra Vergiliarum exortum [a] interradi alternis annis, melius inventum: item muscum circundare radici. [b] Circunfodi autem omnibus annis à solstitio duum cubitorum scrobe pedali altitudine: stercorari tertio anno. Mago idem amygdalas ab occasu Arcturi ad brumam seri jubet. Pyra non eodem tempore omnia, quoniam non æque floreant. Eadem oblonga, aut rotunda, [c] [3] ab occasu Vergiliarum ad brumam. Reliqua genera media hieme ab occasu Sagittæ, Subsolanum, aut [4] Septentrionem spectantia. Laurum [5] ab occasu Aquilæ ad occasum Sagittæ. Connexa enim de tempore serendi æque ratio est. Vere & autumno id magna ex parte fieri decrevere. Est & alia hora circa Canis ortus, paucioribus nota, quoniam non omnibus locis pariter utilis intelligitur, sed haud omittenda nobis, non tractus alicujus rationem, verum naturæ [6] totius indagantibus. In Cyrenaica regione [d] sub Etesiarum flatu conserunt: nec non & in Græcia, oleam maxime in Laconia, Cos insula & vites: tunc seri apud Græcos, inoculare

1 *Lege* erucæ. *sic & apud Theophrast. legendum* κάρωνας pro κάμπαις.
2 infumare. *M. & Ch.*
3 ab ortu. *Ch.*
4 Septentriones. *M.*
5 ad occasum. *Ch.*
6 potius. *M.*

a *Interradi alternis annis.*] Laborant enim impetigine. Theophr. c. 16. lib. 4. histor. & cap. 12. lib. 5. Causs. *Dalecampius.*

b *Circunfodi autem omnibus, &c.*] Columell. cap. 9. lib 5. *Idem.*

c *Ab occasu Vergiliarum, &c.*] Columellæ Vergiliæ oriuntur VI. Idus Novembris, id est, circa diem undecimum. Sagitta vero oritur octavo Calend. Martii, id est circa vigesimum Februarii, qua ratione occidit circa vigesimum Augusti. Aquila oritur septimo Idus Decembris, id est circa septimum diem ejus mensis: qua ratione occidit circa septimum Maji. *Idem.*

d *Sub Etesiarum flatu conserunt.*] Aquilonum, flagrante Canicula, cœli fervorem lenientium. Narbonensibus, *La garbin.* Idem.

lare & inserere non dubitant, sed [1] arborem non serunt. Plurimumque in eo locorum natura pollet. Namque in Ægypto omni serunt mense, & ubicunque imbres æstivi [2] non sunt, ut in India & Æthiopia. Necessario post hæc autumno seruntur arbores. Ergo tria tempora eadem germinationis, ver, & Canis, Arcturique ortus. Neque enim animalium tantum est ad [3] coitus aviditas, sed multo major est terræ ac satorum omnium libido: qua tempestive uti, plurimum [4] interest conceptus. Peculiare utique in insitis, cum sit mutua cupiditas [5] utrinque coëundi. Qui ver probant, ab æquinoctio statim admittunt, prædicantes germina parturire, ideo faciles corticum esse [6] complexus. Qui præferunt autumnum, ab Arcturi ortu, quoniam statim radicem quandam capiant, & ad ver parata veniant, atque non protinus germinatio auferat vires. [a] Quædam tamen statutum tempus anni habent ubique ut cerasi & amygdalæ circa brumam, serendi vel inserendi. De pluribus locorum situs optime [7] judicabit. Frigida enim & aquosa verno conseri oportet, sicca & calida autumno. [b] Communis quidem Italiæ ratio tempora ad hunc modum distribuit: Moro ab Idibus Februariis in æquinoctium, pyro autumnum: ita ut brumam xv. nec minus diebus antecedant. Malis æstivis & cotoneis, item sorbis, prunis, post mediam hiemem in Idus Februarias. Siliquæ Græcæ & Persicis ante brumam per autumnum. Nucibus, juglandi & pineæ, & avellanæ, [8] Græcæ atque castaneæ, à Calendis Martiis ad Idus [9] easdem. [10] Salici, genistæ, circa Martias Calendas. Hanc in siccis

1 arbores. *M. & Ch.*
2 non, ╌ *M. d.*
3 coitum. *M.*
4 interest ad conceptus. Pecul. &c. quod si mut. cup. utrique coeundi.
5 utrique. *Ch.*
6 amplexus. *M.*
7 judicabit. *M.*
8 & Græcæ. *Ch.*
9 ejusdem. *Pit.*
10 salicis & gen. *Ch.*

a *Quædam tamen statutum tempus anni habent.*] Verior mihi videtur lectio *statum* quam *statutum*: etsi vetus exemplar refragetur. *Pint.* Theophrast. c. 6. & 7. lib. 1. Causs. *Dalec.*

b *Communis quidem.*] Colum. cap. 10. lib. 5. *Dalec.*

ſiccis ſemine, illam in humidis virga ſeri, diximus.

CAP. XIX.

Quæ arbores ſocietate gaudeant, & diſciplina ablaqueandi & [1] *accumulandi.*

EST [2] etiam nova inſerendi ratio, ne quid ſciens quidem præteream, quod uſquam invenerim, [a] Columellæ excogitata, ut affirmat ipſe, qua vel diverſæ inſociabileſque naturæ arborum copulentur, ut fici atque oleæ. Juxta hanc ſeri ficum jubet non ampliore intervallo, quam ut contingi large poſſit ramo oleæ quam maxime ſequaci atque obedituro: cumque omni interim tempore edomari meditatione curvandi. Poſtea fico adepta vires (quod evenire trimæ aut utique quinquenni ſolet) detruncata ſuperficie, [3] ipſumque deputatum, & ut dictum eſt, adraſo cacumine; [b] defigi in crure fici, cuſtoditum vinculis, ne curvatura fugiat. Ita quodam propaginum inſitorumque temperamento, triennio communi [4] inter duas matres coaleſcere. Quarto anno abſciſſum totum adoptantis eſſe, nondum vulgata ratione, [5] mihi certe ſatis comperta. [6] Cætero eadem illa de calidis frigidiſque & humidis & ſiccis ſupra dicta [7] ratio, & ſcrobes

1 aculeandi. M.
2 etiam nunc. M. etiamnum. Ch.
3 ipſum quidam. Vet.
4 inter ſe duas. V. communiter duas. Alii Vet.
5 haud mihi. M. aut mihi. Ch.
6 Cæterum. M.
7 ratione. M.

a *Columella excogitata.*] Columellæ locus eſt cap. 11. lib. 5. *Dalec.*

b *Defigi in crure fici cuſtoditum vinculis, ne, &c.*] Scrib. videtur *conſtrictum* non *cuſtoditum*, ex Columella lib. tertio, capite vigeſimo ſeptimo, ex cujus auctoritate credo verba illa, *in crure fici conſtrictum vinculis, ne curvatura fugiat*, errore librariorum è proprio loco avulſa eſſe, & in totum legendum ſic: *cumque omni interim tempore edomari meditatione curvandi in crure fici conſtrictum vinculis, ne curvatura fugiat. Poſtea fico adepta vires, &c.* Columellæ verba apponam ut lectoribus quærendi labor adimatur: *In ſcrobem deinde fici arbuſculam deponito, diligentiamque adhibeto, ut robuſta & nitida fiat. Poſt triennium aut quinquennium cum jam ſatis amplum incrementum ceperit, ramum olivæ qui videatur nitidiſſimus deflecte, & ad crus arboris ficuineæ religato, atque ita amputatis cæteris ramulis ea tantum cacumina quæ inſerere voles, relinque. Tum arborem fici detrunca, plagamque leva, & mediam cuneo finde. Cacumina deinde olivæ, ſicut matri cohærent, utraque parte abrade, & ita fiſſuræ fici inſere, &c.* Pint.

a *Scrobes*

[a] ſcrobes fodere [1] monſtravit. In aquoſis enim neque altos, neque amplos facere [2] expediet: aliter in [3] æſtuoſo ſolo & ſicco, ut quam maxime accipiant aquam contineantque. Hæc & veteres arbores colendi ratio eſt. Ferventibus enim locis accumulant æſtate radices operiuntque, ne ſolis ardor exurat. [b] Aliubi ablaqueant [4] perflatuſque admittunt. Iidem hieme cumulis à gelu vindicant. Contra illi hieme aperiunt, humoremque ſitientibus quærunt. [5] Ubicunque circunfodiendi arbores ratio [c] in [6] circuitu pedes in orbem ternos, neque id in pratis, [7] quando amore ſolis humoriſque in ſumma tellure oberrant. [8] Et de arboribus hæc quidem fructus gratia ſerendis inſerendiſque in univerſum ſint dicta.

1 monſtratum. *Vet.*
2 expedit. Altos. *M.*
3 æſtivoſo & ſicco. *Ch.*
4 perflatum. M.
5 ubique. *Vet.*
6 circuitum. M.
7 quandoquidem. *Vet.*
8 & de arbor. fructus gratia ferend. inferend. hæc quidem in univerſ. *V.*

CAP. XX.

[d] *De ſalicto, & harundineto, & cæteris cæduis ad perticas, palos.*

HInc reſtat earum [9] ratio, quæ propter alias ſeruntur, ac vineas maxime, cæduo ligno. Principatum in iis obtinent ſalices, quarum ſatio fit loco madido: tamen refoſſo duos pedes & ſemipedem, [e] talea ſeſquipedali, vel pertica, quæ utilior, quo plenior. Intervallo eſſe debent pedes ſeni. Trimæ pedibus binis à terra putatione coërcentur, [10] ut ſe in latitudinem fundant, ac ſine ſcalis tondeantur. Salix enim fœcundior eſt, quo terræ propior. Has quoque omnibus annis [11] confodi jubent menſe Aprili. Hæc eſt viminalium cultura.

9 ratio. M.
10 ut ſe ſe in. *V.*
11 configi. M. confidi. *Ch. Lege*, circumfodi.

Perticalis

a *Scrobes fodere monſtravit.*] Theophr. cap. 5. lib 3. Cauſſ. *Dalec.*

b *Aliubi ablaqueant.*] Idem c. 11. l. 3. ibid. Columel. lib. ult. cap. 5. *Idem.*

c *In circuitu pedes.*] Tò, *In circuitu*, puto hic ſupervacuum eſſe, cum verbi *circumfodiendi* ſignificatio id ſatis explicet. *Idem.*

d *De ſalicto, &c.*] Theophr. cap. 8. lib. 5. hiſtor. Cato cap. 9. Colum. cap. 30. lib. 4. & cap. 2. lib. 11. Varro cap. 8. lib. 1. *Idem.*

e *Talea ſeſquipedali.*] Talea in viminali, pertica in arboreſcente. *Idem.*

Perticalis & virga & talea feritur foffura eadem. Perticas ex ea cædi juftum eft, quarto fere anno. [a] Et ex autem fenefcentium propagine [b] [1] farciunt locum, [c] pertica immerfa, ac poft annum [d] recifa. Salicis viminalis jugera fingula fufficiunt XXV. vineæ jugeribus. Ejufdem rei caufa populus alba feritur bipedaneo [2] paftinatu, talea fefquipedali, biduo ficcata, [3] palmipede intervallo, terra fuperinjecta duorum cubitorum craffitudine. [e] Harundo etiamnum dilutiore, quam hæ, folo gaudet. [f] Seritur bulbo radicis, quem alii oculum [4] appellant, dodrantali fcrobe, intervallo duum pedum & femipedis: reficiturque ex fefe vetere harundineto extirpato, quod utilius repertum, [g] [5] quam caftrare, ficut antea. Namque inter fe radices ferpunt, mutuoque [6] difcurfu nentur. Tempus [7] inferendi, priufquam oculi harundinum intumefcant, ante Calend. Martias. Crefcit ad brumam ufque definitque cum durefcere incipit. Hoc fignum, [8] quod tempeftivam habet cæfuram: & hanc autem quoties & vineam fodiendam putant. [h] Seritur & tranfverfa, non alte terra condita: erumpuntque [9] fingulis oculis totidem plantæ. Seritur & deplantata pedali fulco binis obrutis gemmis, ut tertius nodus terram attingat prono cacumine ne rores concipiat.

1 præfarciunt locum. M. & Cb. Lege, refarciunt.

2 paftinato. Cb.

3 palmipedi. Cb.

4 vocant. Cb.

5 quam caftrato. Vet.

6 occurfu. Vet. decurfu necantur. M. & Cb.

17 confe-rendi. M.

8 quod in M. 4.

9 è fing. Cn.

a *Et ea autem.*] Salices viminales potius, quam perticales. *Dalec.*

b *Sarciunt locum.*] Nam quamvis adhibeatur cura, *inquit Columella*, plurimæ falices intereunt, quarum in loco ex propinquo mergis propagari debent, curvatis & defoffis cacuminibus, quibus reftituatur, quicquid intercidit. Anniculus deinde mergus decidatur à ftirpe, ut fuis radicibus, tanquam vitis, ali poffit. *Idem.*

c *Pertica immerfa.*] Pro mergo defoffa. *Idem.*

d *Recifa.*] A parente ubi radicem egerit. *Idem.*

e *Harundo etiamnum dilutiore.*] Cato cap 6. Columel. c. 32. lib. 4. *Idem.*

f *Seritur bulbo radicis.*] Et talea pedum duorum ac femiffis & arundine tota proftrata, intervallo tripedaneo. Columell. *Idem.*

g *Quam caftrare.*] Caftratur harundinetum, quod ita denfatum, ut gracilis harundo & cannæ fimilis prodeat, intercidituur, & difraratur. Columell. *Idem.*

h *Seritur & tranfverfa.*] Theophraft. lib. 2. c. 2. hiftor. *Idem*

a *Caftanea*

concipiat. Cæditur decreſcente luna. Vineis anno ſiccata utilior, quam viridis. [a] Caſtanea pedamentis omnibus præfertur facilitate tractatus, perdurandi pervicacia, regerminatione cædua vel ſalice lætior. Quærit ſolum facile [1] nec non harenoſum, maximeque ſabulum humidum aut [b] carbunculum, vel tophi etiam farinam, quamlibet opaco Septentrionalique & præfrigido ſitu, vel etiam declivi. Recuſat eadem [2] Gallicam, rubricam cretam, omnemque terræ fœcunditatem. Seri nuce diximus, ſed niſi ex maximis non provenit, nec niſi quinis acervatim ſatis. [3] Perfringi ſolum debet [4] ſupra ex Novembri menſe in Februarium: quo ſolutæ ſponte cadunt ex arbore, atque ſubnaſcuntur. Intervalla ſint [5] pedalia, undique ſulco dodrantali. Ex hoc ſeminario transferuntur in aliud, bipedali intervallo, plus [6] biennio. Sunt & propagines, nulli quidem faciliores. Nudata enim radice, tota in ſulco proſternitur. [7] Tunc ex cacumine ſuper terram relicto renaſcitur, & alia ab radice. Sed tranſlata neſcit hoſpitari, pavetque novitatem. Biennio fere poſtea proſilit. Ideo nucibus potius, quam viviradicibus, plantaria cædua implentur. Cultura non alia, quam ſupradictis fodiendis ſupputandiſque per biennium ſequens: de cætero ipſa ſe colit, umbra ſtolones ſupervacuos enecante. Cæditur intra ſeptimum annum. Sufficiunt pedamenta jugeri unius vicenis vinearum jugeribus, quando etiam ea bifida ſtirpe fiunt durantque ultra alteram ſilvæ ſuæ cæſuram. [8] Eſculus ſimiliter provenit, cæſura triennio [9] ſerior, [10] nimis moroſa naſci. In quacunque terra ſeritur, naſcitur è balano, ſed non niſi eſculi ſcrobe dodrantali,

1 nec non. *Ch.*

2 Gallicam. *M. utr. Lego*, glaream, calcem. *Vet.*

3 Refringi. *Ch.*

4 ſupremum. *Vet.*

5 ſemipedalia. *Colum. Lego*, ſequipedalia.

6 biennium. *M.*

7 Tum ex cac. ſupra ter. *Ch.*

8 Quercus. *Columel.*

9 ſenior. *Ch.*

10 minus. *M.*

a *Caſtanea pedamentis.*] Colum. c. 30. & ult. lib. 4. *Dalec.*

b *Carbunculum.*] *Carbunculi* Columella non meminit. *Idem.*

a *Leſum-*

1 foditur, vel sarritur. Dal. tali, intervallis duorum pedum [1] seritur leviter quater anno. Hoc pedamentum minime putrescit,

2 cæsumque. Vet. & M. [a 2] læsumque maxime [3] fruticat. Præter hæc, sunt

3 fructificat. M. alterum. cædua quæ diximus, fraxinus, laurus, persica, corylus, malus, sed tardius nascuntur terramque defixa vix tolerant: non modo humorem. Sambucus contra firmissima ad palum taleis seritur, ut populus: nam de cupresso satis [4] diximus.

4 diximus, & præd. vel. arm. vinearum. Restat, &c. M.

CAP. XXI.

[b] *De culturis, & disciplina colendarum vinearum.*

ET prædictis velut armamentis vinearum, restat ipsarum natura præcipua tradenda cura. Vitium surculi, & quarundam arborum, quibus fungosior intus natura est, geniculatis scaporum nodis

5 Fistulæ. Dal. interseptiunt medullam. [5] Ferulæ ipsæ breves & ad summa breviores articulis utique duobus internodia includunt. Medulla sive illa vitalis anima est, ante se tendit, longitudinem impellens, quamdiu

6 nodi. M. [6] nodis pervia patet fistula. Cum vero concreti ademere transitum, repercussa erumpit, ab ima

7 superiorem. Vet. sui parte, juxta [7] priorem nodum [c] alternis laterum semper inguinibus, ut dictum est in harundine

8 quarum. Dal. ac ferula, [8] quorum dextrum ab imo intelligitur articulo, lævum in proximo, atque ita per vices.

9 Lego, cum ibi palmitem fecit. Hoc vocatur in vite gemma, [9] cum ibi cæspitem fecit. Ante vero quam faciat in concavo oculus: & in cacumine ipso, germen. Sic palmites, nepotes, uvæ, folia, pampini gignuntur. Mirumque, firmiora esse in dextra parte genita. Hos ergo in surculis nodos, cum seruntur, medios secare oportet,

a *Læsumque maxime fruticat.*] Quanto sæpius cæditur, tanto fruticosior planta in querceto resurgit. *Dalec.*

b *De culturis, &c.*] Theophrast. à cap. 16. usque ad cap. 22. lib. 3. causs. Columel. lib. 3. & 4. *Idem.*

c *Alternis laterum semper inguinibus.*] Foliorum & pampinorum exortu. Supra cap. 36. lib. 16. eodem genere loquendi utitur. *Idem.*

tet, ita ne profluat medulla. Et in fico quidem dodrantales [1] paxillo solo patefacto seruntur, sic ut descendant quæ proxima arbori fuerint, duo oculi extra terram emineant. Oculi autem in arborum surculis proprie vocantur unde [2] germinant. Hac de causa & in plantariis aliquando eodem anno ferunt, quos fuere laturi fructus in arbore: cum tempestive sati prægnantes, inchoatos conceptus alibi pariunt. [a] Ita satas ficos, tertio anno transferre facile. Hoc pro senescendi celeritate attributum huic arbori, ut citissime proveniat. Vitium numerosior [3] satus. Primum omnium nihil seritur ex his, nisi inutile, & deputatum in [4] sarmento. [5] Opputatur autem quicquid proximo tulit fructum. Solebat capitulatus utrinque [b] [6] è duro surculus seri: eoque argumento malleolus vocatur etiam nunc. Postea avelli cum [c] [7] sua calce cœptus est, ut in fico: neque est aliud vivacius. Tertium genus adjectum etiamnum expeditius sine calce, [8] propter quod sagittæ vocantur, cum intorti panguntur: [9] iidem cum recisi nec intorti, [d] trigemmes. Plures autem ex eodem surculo hoc modo fiunt. Serere è pampinariis [10] sterile est: nec nisi fœcundo oportet. Quæ raros [11] habet nodos, infœcunda judicatur. At densitas gemmarum, fertilitatis indicium est. Quidam seri vetant, nisi eos qui floruerint, surculos. [e] Sagittas serere minus utile, quoniam in transferendo facile rumpitur quod intortum fuit.

Seruntur

1 paxilli. *Vet.* & *Ch.*
2 germinantur. *Ch.*
3 satus est. M.
4 sarmenta. *Ch.*
5 Amputatur. *V.*
6 & durus. *Vet.*
7 suo. *Dal.*
8 propter *in M. d.*
9 *Lege*, iidem quoque recisi.
10 sagittas ster. est, nec nisi fœcundas. *Vet.*
11 habent nodos infœc. judicantur. V.

a *Ita satas ficos.*] De illarum satu Columell. cap. 10. lib. 5. *Dalec.*

b *E duro surculus seri.*] Trunco, sive capite, aut flagello. *Idem.*

c *Sua calce.*] Lege, *suo calce.* Sic *sflelonum pernam* supra dixit cap. 10. hujus libri. *Idem.*

d *Trigemmes.*] Columellæ cap. 19. lib. 3. *trigemmes*, qui exceptis frequentibus in capite oculis, tres deinceps articulos, ac totidem gemmas habent. *Idem.*

e *Sagittas serere minus utile.*] Idem cap. 10. lib. 3. ait, veteres etiam ex fœcundo malleolo decisam sagittam repudiasse. Ibidem: *Nam si sagittam, id est, superiorem partem malleoli, vituperandam censebant, cum esset eadem pars surculi frugiferi, quanto magis vel ex optima vitis parte natum flagellum? &c.* Idem.

a In

Seruntur pedali, non [1] breviores, longitudine, quinque ſexve nodorum. Pauciores tribus gemmis in hac menſura eſſe non poterint. Inſeri eodem die, quo [2] deputentur utiliſſimum. Si multo poſtea neceſſe ſit ſerere cuſtoditos, uti præcepimus, [3] caveri utique, ne extra terram poſiti ſole inareſcant, [4] ventove aut frigore hebetentur. Qui diutius in ſicco fuerint, prius quam ſerantur, in aqua pluribus diebus [5] revireſcant. Solum apricum & quam ampliſſimum [a] in ſeminario, ſive in vinea, bidente paſtinari debet ternos pedes, bipalio alto, marra rejici quaternum pedum [6] ferramento, ita [7] ut in pedes binos foſſa procedat. [8] Foſſum purgari, & extendi, ne crudum relinquatur: verum, [9] & exigi [b] menſura. Male paſtinatum deprehendunt [c] ſcamna inæqualia. Metienda eſt & ea pars, quæ interjacet [10] pulvini. Surculi ſeruntur & in ſcrobe & in ſulco [11] longiore, ſuper quos tenerrima ingeritur terra. Sed in gracili ſolo fruſtra, niſi ſubſtrato pinguiore. Nec minus, quam duos integi oportet, & proximam attingi terram, & eodem paxillo deprimi & ſpiſſari. Intereſſe in plantario ſeſquipedes inter bina ſemina in latitudinem, in longitudinem ſemiſſes. Ita ſatos malleolos XXIIII. menſe recidere ad imum [d] articulum niſi ipſi parcatur. Oculorum [e] inde materia emicat, cum qua XXXVI. menſe

1 breviore. V.
2 putantur, utilif. Si multum. M.
3 oportet cavere utique. V.
4 vento aut. *Ch.*
5 reviviſcant. V.
6 fermento. *Ch.*
7 ut pedes. M.
8 foſſatum. V.
9 & exigi menſuram. V.
10 pulvinis. V.
11 longiores hoc. V.

a *In ſeminario.*] Ex Columella c. 13. lib. 3. hunc locum ſic reſtituto: *In ſeminario ſive vinea, bidente & bipalio paſtinari debet, in longitudinem ternos pedes, terraque rejici, ita ut in pedes binos foſſa procedat*, [alii, *deſcendat.*] *quantum patitur latitudo ferramenti.* Bipalium inſtrumentum ad fodiendum, pala duplo latius, unde nomen. *Dalec.*

b *Menſura.*] Longitudinis & altitudinis. *Idem*

c *Scamna inæqualia.*] Quod inter ſcrobes jacet. *Idem.*

d *Articulum niſi ipſi parcatur.*] Nodum. Imum articulum cum integrum & illæſum ſervare volunt, quia ſit ad germinationem cæteris fœcundior, ei proximum ferro non attingunt, ut is ſui projectu injurias, quæ offendere poſſunt, arceat, & depellat. *Idem.*

e *Inde materia emicat cum aqua* XXXVI. *menſe*] Vetus lectio *tum* legit, non *cum*: & verbum *aqua* ſuperfluit. *Pint.*

a *Eſt*

mense viviradix transfertur. [a] Est & luxuriosa ratio vites serendi, ut quatuor malleoli vehementi vinculo colligentur in parte luxuriosa: atque ita vel per ossa bubuli cruris, vel per [1] coacta fictilia trajecti, obruantur binis eminentibus gemmis. Humescunt hoc modo, recisique palmitem emittunt. Postea fistula fracta radix libere capit vires, [b] uvamque fert, & omnium [2] corporum suorum acinos. In alio genere inventu novitio finditur malleolus, medullaque erasa, in se colligantur ipsi caules, ita ut gemmis parcatur omni modo. Tum malleolus in terra fimo mista seritur, & cum spargere cœpit [3] caules, deciditur, foditurque sæpius. Talis uvæ acinos nihil intus ligni habituros [c] Columella promittit, cum vivere semina ipsa perquam mirum sit, & medulla adempta nasci. Surculis etiam [4] quibusnam sit articulatio arboris non omittendum videtur. Nanque buxi tenuissimis quinis senisve colligatis depacti proveniunt. Quondam in observatione erat, ut defringerentur ex imputata buxo, aliter vivere non crediti, detraxere hoc experimenta. Seminarii curam sequitur vinearum ratio. Quinque generum hæ: Sparsis per terram palmitibus, aut per se vite subrecta, vel cum adminiculo sine jugo, aut pedatæ simplici jugo, aut compluviatæ quadru-

1 colla. *Ch.*

2 conjunctorum surculorum. *V.*

3 candales. *Ch.*

4 In quibusdam arborib. fit coarticulatio, (*id est, coalitus*) quod non. *V.*

a *Est & luxuriosa ratio vites serendi, ut quattuor malleoli vehementi vinculo colligentur in parte luxuriosa, &c.*] Luxuriosam vocat eam serendi rationem, quia luxuria monstrante inventa fuerat, ut uva vineæ sic satæ omnium corporum è diverso genere acinos ferret. Et paulo post, lege: *postea fistula fracta radix liberè capit vires, uvaque fert omnium corporum acinos.* Vel præcedentia sic scribe: *ut quatuor malleoli vehementi vinculo colligentur arte*, aut *perartè*, ut *perscitè* & similia. Et pro *vel per coacta fictilia*, lege: *per colla fictilium.* Plinio fictile dicitur absolutè, de vase fictili. Sic *colla fictiiium* eundem usum præstant vinciendis inter se malleolis, quem ossa bubuli cruris, & eadem forma sunt. Vide *Salmas.* pagina 586. a,b. *Est & luxuriosa, &c.*] Simile quiddam tradit Theophr. cap. 5. lib. 5. Causs. *Dalec.*

b *Uvamque fert & omnium corporum suorum acinos.*] Vetus lectio legit, *uvamque fert omnium corporum suorum acinos.* Pint.

c *Columella promittit.*] Idem Theophr. loco citato. *Dalec.*

quadruplici. Quæ pedatæ ratio erit, eadem intelligitur ejus quoque, in qua ſine adminiculo vitis per ſe ſtabit. [a] Id enim non fit, niſi pedamenti inopia. Simplici jugo conſtat porrecto ordine, quem canterium appellant. Melior ea vino, [1] quando ſibi ipſa non obumbrat, aſſiduoque ſole coquitur, & afflatum magis ſentit, & celerius rorem dimittit: pampinationi quoque & occationi omnique operi facilior. Super cætera defloreſcit utilius. Jugum fit pertica, aut harundine, aut crine, funiculove, ut in Hiſpania, [2] Brundiſioque. Compluviata copioſior vino eſt, dicta à cavis ædium compluviis. Dividitur in quaternas partes totidem jugis. Hujus [3] ſerendi ratio dicetur, eadem valitura in omni genere, [b] in hoc vero numeroſior tantum. His vero tribus ſeritur modis: Optime in paſtinato, proxime in ſulco, noviſſime in ſcrobe. De paſtinatione dictum eſt.

1 quoniam. M.

2 Brundiſique. Ch.

3 ferendæ. Dal.

CAP. XXII.

[c] *De ſulco, & vinearum putatione.*

SUlco latitudo palæ ſatis eſt: ſcrobibus ternorum pedum in quamque partem. Altitudo [d] in quocunque genere tripedalis, ideo nec vitis minor transferri debet, [e] extatura etiamnum duabus gemmis. Emolliri terram [4] minutis in [5] ſcrobe ima ſulcis fimoque miſceri, neceſſarium. Clivoſa altiores poſcunt ſcrobes, præterea [f] [6] pulvinatis à devexi-

4 minutim in ſcr. ima ac ſulcis.

5 ſcrobe imo. V. & Ch.

6 pulvinata à devex. labra. Dal.

a *Id enim non fit, &c.*] Quod adminiculo careat. *Dalec.*

b *In hoc verò numeroſior tantum. His vero tribus ſeritur modis.*] *In hoc vero numeroſior, tantum vero ſeritur modis*, antiquus habet codex. lego, *in hoc vero numeroſior. tribus vero ſeritur modis.* Pint.

c *De ſulco, &c.*] Theophr. cap. 18. lib. 3. Cauſſ. *Dalec.*

d *In quocunque genere trepedaiis.*] Vel ſulci ac foſſionis, vel agri & terræ. *Idem.*

e *Extatura etiamnum, &c.*] Columel. cap. 16. lib. 3. *Idem.*

f *Pulvinatis à devexitate labris.*] Velut in tumulum editis ripis ab inferiore parte, ut juſtus foſſioni regeſtus ſit, cum à ſuperiori parte ad inferiorem humus detrahitur. Columel. cap. 13. lib. 3. de paſtinatione, non ſcrobium defoſſione. *Idem.*

a *Deni-*

devexitate labris. Qui ex his longiores fient, ut vites binas accipiant è diverſo, alvei vocabuntur. Eſſe vitis radicem [1] in media ſcrobe oportet: ſed ipſam innixam ſolido in Orientem æquinoctialem ſpectare: adminicula prima è calamo accipere. Vineas limitari decumano XVIII. pedum latitudinis ad contrarios vehiculorum tranſitus, aliiſque tranſverſis [2] limitibus denum pedum diſtingui per media jugera. Aut ſi major modus ſit totidem pedum cardine, quot [a] decumano, limitari. Semper vero quintanis [3] ſeminari, hoc eſt, ut quinto quoque palo ſingulæ [4] jugo paginæ includantur. Solo ſpiſſo, [b] non niſi repaſtinato, nec niſi viviradicem ſeri: tenero & ſoluto, vel malleolum ſulco, vel ſcrobe. In colles ſulcos agere tranſverſos, melius quam paſtinare, ut defluvia [5] palis [6] eorum contineantur. [c] Aquoſo cœlo, vel ſicco ſolo [7] malleolos ſerere autumno, niſi ſi tractus ratio mutavit. Siccus enim & calidus autumno poſcit ſeri, humidus frigiduſque etiam veris exitu. In arido ſolo viviradix quoque fruſtra ſeritur. Male & in ſiccis malleolus, niſi poſt imbrem. At in riguis, vel [8] frondes vitis, & uſque ad ſolſtitium recte, ut in Hiſpania. [d] Quieſcere ventos ſationis die utiliſſimum. Plerique auſtros optant, Cato abdicat: intereſſe, medio temperamento, [e] inter binas vites oportet pedes quinos: minimum autem læto ſolo pedes quaternos: tenui plurimum octonos. Umbri & Marſi ad vicenos intermittunt arationis gratia in his, quæ vocant [f] porculeta. Pluvio & caliginoſo

1 in medio. *Vet. & Ch.*

2 itineribus. *Dal.*

3 ſemitari. *Vet. & Ch.*

4 jugi pagi diſcludantur. *Dal.* *id eſt, area inter duo juga intercepta.*

5 talis. *Ch.* *fortaſſis*, thallis, *id eſt, olivæ ramis, vel radicis paraſitæ ex alius cujuſvis arboris ramis.*

6 earum. *M*

7 malleolus ſeritur autumn niſi ſi tract. rat. mutaverit. *M.*

8 frondens. *M.*

a *Decumano.*] Decumanus ab Oriente in Occidentem tendit: Cardo vero à Septentrione in Meridiem. Vide Columel. cap. 1. lib. 5. & cap. 12. lib. 4. *Dalec.*

b *Non niſi repaſtinato.*] Theophraſt. cap. 17. lib. 3. Cauſſ. *Idem.*

c *Aquoſo cœlo, &c.*] Columel. c. 14. lib. 3. *Idem.*

d *Quieſcere ventos, &c.*] Idem ibid. cap. 19. *Idem.*

e *Inter binas vites, &c.*] Macro ſolo, quinos: mediocri ſenos: pingui, ſeptenos. Idem ibid. cap. 15. *Idem.*

f *Porculeta.*] Porcæ, elati terræ tumuli inter

ginoso tractu [a] rariores poni, sicco [b] densiores congruit. Subtilitas parsimoniæ compendia invenit, cum vinea in pastinato seritur, obiter [c] seminarium faciendi, [1] ut viviradix loco suo, & malleolus qui transferatur, [d] inter vites & ordines feratur. Quæ ratio in jugero [e] circiter XVI. M. viviradicum donat. Interest autem [2] biennium fructus, quo tardius in sato provenit, [f] quam in translato. Viviradix posita in vinea post annum [g] resecatur usque ad terram, ut [3] unus tantum emineat oculus, adminiculo juxta affixo, & fimo addito. Simili modo & [h] secundo anno reciditur, viresque concipit, & intra se pascit [4] suffecturas [i] oneri: alias [k] festinatione pariendi gracilis [5] ac [l] emucida, ni cohibeatur castigatione tali, in fœtum [6] exeat tota. Nihil avidius nascitur: ac nisi ad [7] pariendum vires serventur, tota fit fœtus. Pedamenta optima, quæ diximus, aut ridicæ, [8] robore, oleaque: [m] aut si non sint, pali è junipero, cupresso, [9] laburno, [10] sambuco. Reliquorum generum sudes omnibus annis [n] reciduntur: saluberrima in jugo

1 ut & viv. Ch.
2 biennii. Pet.
3 unus, vel etiam alter. Colum. c. 12. lib. 4.
4 suffectura. Pint. ex V. C.
5 atque. Ch.
6 exitura. Pet.
7 pariendas uvas servetur. Pet.
8 è robore Dal.
9 alburno. Ch.
10 sambuco, & reliquorum generum sudes, quæ omnibus, &c. Dal.

inter duos sulcos. Varr. c 21. l. 1. *Dal.*

a *Rariores poni.*] Ut solem admittant. *Idem*

b *Densiores congruit.*] Ut à sole defendantur. *Idem.*

c *Seminarium faciendi.*] Columella c. 13 & 16. lib. 3. *Idem.*

d *Inter vites & ordines feratur.*] Inter vites singuli malleoli. in singulis interordiniis quinque per spatium pedis. Idem ibid. *Idem.*

e *Circiter* XVI. *M. viviradicum.*] Apud Columellam in hac consitione Julius Atticus abunde esse putat non viviradicum, sed malleolorum sexdecim millia. *Idem.*

f *Quam in translato.*] Nam dum transfertur sæpius versata & subacta terra ad fruticandum vitem incitat. *Idem.*

g *Resecatur usque ad terram.*] Varro cap. 31. lib. 1. *Idem.*

h *Secundo anno reciditur.*] Theophr. cap. 20. lib. 3. Causs. Columella cap. 10. 21 22. 23. lib. 4. *Idem*

i *Oneri.*] Et fœtus, & materiarum. *Id.*

k *Festinatione pariendi, &c.*] Sarmenta & flagella. *Idem.*

l *Emucida*] Emucida, ut apud Varron. cap. 10. lib. 2. Sic ait Columel. c. 5. lib. 5. Opacis, frigidis, humidis locis nisi æstate vitis nudetur, & palmitibus folia detrahantur, ut maturitatem fructus capiat, situ putrescere: nempe emucidam fieri. Idem c. 24. l. 4. muscum, ait, compedis more crura vitium comprimere, situ & veterno emaciare, id est, mucidas reddere. *Idem.*

m *Aut si non sint.*] Columell. c. 30. lib. 4. & 26. *Idem.*

n *Reciduntur.*] Non in multos annos durant, ut fagi, salices, alni, &c. vel, ut ait Columel. cap. 26. lib. 4. putri parte dedolantur. *Idem.*

jugo harundo [a] connexa fasciçulis, durat quinis annis. Cum breviores palmites sarmento junguntur inter se funium modo, ex hoc arcus funeta dicuntur. Tertius vineæ annus palmitem velocem robustumque emittit, & quem facit ætas vitem. Hic in jugum insilit. Quidam [1] tunc excæcant eum, supina falce auferendo oculos, ut [2] noxia injuria longius evocent. [b] Utilior enim consuetudo pariendi, satiusque pampinos adjugatæ detergere, usque quo placeat roborari eam. [c] Sunt qui vetant tangi proximo anno quam translata sit; neque [3] ante LX. mensem falce curari: tunc autem ad tres gemmas recidi. Alii & proximo quidem anno [4] recidunt, sed ut ternos quaternosve singulis annis adjiciant articulos, quarto demum perducant ad jugum. [d] Id utrumque fructum tardum, [5] præterea retorridum & nodosum reddit, pumilionum incremento. Optimum autem, matrem esse firmam, postea fœtum audacem. [e] Nec tutum est quod cicatricosum, magno imperitiæ errore. Quicquid est tale, plagis nascitur, non è matre. Totas enim habet illa vires dum [f] roboratur: & annuos [6] accipit tota fœtus, [g] cum permissum fuerit nasci. [h] Nil natura portionibus parit. [7] Quæ cum excreverit, satis firma protinus in jugo collocari debebit:

1 nunc. *Vet.*
2 noxia injuria, *in* *M. 4.*
3 ante XX. mensem. *Dal.*
4 recidunt solotenus, *Columel. c. 11. lib 4.*
5 præter. sarmentum retor.
6 concipit. *Dal.*
7 Vitia cum. *Dal.*

a *Connexa fasciculis.*] Idem Colum. cap 17. 4. & 16. *Dalec.*

b *Utilior enim consuetudo pariendi.*] Ut robustior & firmior vitis evadat. *Idem.*

c *Sunt qui vetant, &c.*] Columell. cap. 11. lib 4. *Idem.*

d *Id utrumque fructum tardum, &c.*] in V. C. *utrinque* habetur. lego *utrique*, hoc est, palmiti tam exoculato quam reciso. *Pint.*

e *Nec tutum est quod cicatricosum.*] In veterana vinea restituenda. Columella cap. 22. lib. 4. inter tertium & quartum pedem à terra viridissimam partem corticis acuto mucrone ferramenti vulnerat, ut è plaga pampinus fundatur, cicatriceque germen procedat. Id est scilicet quod Plinius innuit: non esse eliciendum è cicatricosa plaga sarmentum, quamvis id fiat in vite seniore. *Dal.*

f *Roboratur.*] Putatione, fossione, ablaqueatione, &c. *Idem.*

g *Cum permissum fuerit nasci.*] Nisi detrahantur oculi. *Idem.*

h *Nil natura, &c.*] Sed perfecto & omnibus numeris absoluto entitu. *Idem.*

debebit: ſin etiamnum infirmior erit, [a] ſub ipſo jugo hoſpitari reciſa: viribus, non [1] ætate decernitur. Temerarium eſt, ante craſſitudinem pollicarem viti [b] imperare. Sequenti anno palmites [2] ſalutentur [c] pro viribus matris ſinguli aut gemini. Iidem [3] & ſecuto, [d] ſi [4] cogit infirmitas, nutriantur: tertioque demum duo adjiciantur. Nec ſunt plures quaternis unquam permittendi. Breviterque, non indulgendum eſt, & ſemper inhibenda fœcunditas. Ea eſt enim natura, ut parere malit, quam vivere. Quicquid materiæ adimitur, fructui accedit. Illa ſemina mavult, quam fructum gigni, quoniam fructus caduca res eſt. Sic perniciose luxuriat: [5] nec ampliat ſe, ſed [e] egerit. Dabit conſilium & ſoli natura. In macro etiamſi [6] vites habebit, reciſa [7] intra jugum [8] moretur, ut omnis fœtura ſub eo exeat: Minimum id eſſe debebit intervallum, ut attingat jugum, ſperetque, non teneat: adeo non recumbat in eo, nec delicate ſe ſpargat. Ita temperetur hic modus, ut creſcere etiam malit, quam parere. Palmes duas treſve gemmas ſub jugo habere debet, ex quibus materia naſcatur: tunc per jugum mergi alligarique, [f] ut ſuſtineatur jugo, non pendeat. Vinculo mox aſtrictus à tertia gemma alligari: quoniam & ſic [g] coërcetur impetus materiæ, denſioreſque citra pampini exultant: cacumen religari vetant. Natura hæc eſt, dejecta pars

1 ætate id decern. *Dal.*
2 ſummittantur. *Dal.*
3 & ſecundo. *Vet.*
4 coget. *Ch.*
5 nec ſolum ampliat, &c. *Dal.*
6 Vires. *Vet.*
7 infra. *Dal.*
8 moritur. *Ch.*

a *Sub ipſo jugo hoſpitari, &c.*] Colum. cap. 24. lib. 4. *Dalec.*

b *Imperare.*] Permittere ut luxuriet. Hoc genere locutionis utitur Columella ibid. *Idem.*

c *Pro viribus matris.*] Idem ibid. c. 16. *Idem.*

d *Si cogit infirmitas.*] Lego, *niſi cogit infirmitas. Nam cum materies infirma eſt, ad poſtremos uſque articulos putatur, ut corroboretur ſic coërcita.* Columella ſub finem cap. 16. lib. 4. & c. 10. *Idem.*

e *Egerit.*] Ultra juſtos & conſuetos limites effundit. *Idem.*

f *Ut ſuſtineatur jugo.*] Columel. c. 26. lib. 4. *Idem.*

g *Coërcetur.*] Lego, *Concitatur.* Nam quod ait Columel. cap. 6. lib. 5. pars palmitis præcipitata fructu induitur: at quæ vinculo ſupra tertiam vel quartam gemmam adnexa furſum tendit, anno ſequente materias præbet. *Idem.*

a Ipſa

pars aut præligata fructum dat, plurimumque [a] ipsa curvatura. Quod citra est, materiem mittit, [1] offensante [2] crebro spiritu, & illa, quam diximus, medulla. Quæ ita emicuerit materia, fructum dabit anno sequente. [b] Sic duo genera palmitum: [c] Quod è duro exit, materiamque in proximum annum promittit, [d] pampinarium [3] vocatur: at ubi supra cicatricem est, fructuarium. Alterum ex anniculo palmite, semperque fructuarium, relinquitur sub jugo, & [e] qui vocatur custos. Hic est novellus palmes, non longior tribus gemmis, proximo anno materiam daturus, si vitis luxuria se consumpserit. Et alius juxta eum [f] verrucæ magnitudine, qui [4] furunculus appellatur, si forte custos fallat. Vitis antequam septimum annum à surculo compleat, evocata ad fructum [5] evanescit, ac moritur. Nec veterem placet palmitem in longum, [g] & ad quartum usque pedamentum emitti, quod alii [h] dracones, alii juniculos vocant, ut faciant quæ masculeta appellant. Cum induruit vitis, pessimum in vinea [i] traducere. Quinto anno & ipsi palmites

1 offundente. *V.*
2 credo. *M.*
3 vocant. *M.*
4 Feruncelus. *M.* furiniculus. *Ch.*
5 ejuvenescit. *M.* ejuncescit. *Ch.*

a *Ipsa curvatura.*] Columel. cap. 20. lib. 4. & cap. 6. lib. 5. *Dalec.*

b *Sic duo genera palmitum.*] Scribo, *Sed duo genera palmitum*, ex Colum. lib. 5. cap. 5. *Pint.*

c *Quod è duro exit, materiamque in proximum annum promittit, pampinarium vocatur, at ubi supra cicatricem est, fructuarium. Alterum ex anniculo, &c.*] Quinque illa verba: *at ubi supra cicatricem est*, videntur mihi non esse legitima auctoris. patetque id ex Colum. lib. 5. cap. 5. his verbis: *Sed ipsorum palmitum duo genera sunt: alterum quod ex duro provenit; quod quia primo anno plerunque frondem sine fructu affert, pampinarium vocant. Alterum quod ex anniculo palmite procreatur: quod quia protinus creat, fructuarium vocant.* Idem.

d *Pampinarium.*] *Pampinarium vocatur, alterum ex anniculo palmite, ubi supra cicatricem est, fructuarium habendum semper in vinea. Relinquitur, &c.* è Columella ad verbum ex cap. 5. lib. 5. *Dalec.*

e *Qui vocatur custos.*] Idem cap. 21. lib. 4. *Idem.*

f *Verruca magnitudine.*] Idem cap. 24. lib. eod. & cap. 22. *Idem.*

g *Et ad quartum usque, &c.*] Hujus rei idem meminit cap. 22. & 24. lib. eodem. *Idem.*

h *Dracones.*] *Dracones*, palmites emeriti, annis pluribus indurati. Vide an pro *juniculos*, legendum sit *funiculos*. Idem.

i *Traducere.*] *Traducere* vocat, mergo in vicina pedamenta quæ vacua sunt attrahere: de quibus Columel. cap. 15. lib. 4. Ii vero fiunt nova consitione, cum annicula vitis est, ac sex mensium. *Idem.*

palmites intorquentur, singulæque è singulis materiæ emittuntur, ac deinde è proximis, prioresque amputantur. Semper custodem relinqui melius: sed is proximus viti esse debet, nec longior quam dictum est, & si luxuriaverint palmites, intorqueri: ut quatuor materias, vel duas, si [a] unijuga erit vinea, [1] emittat. Si per se vitis ordinabitur sine pedamento, qualecunque initio adminiculum desiderabit, [b] dum stare condiscat, & recta surgere. [c] Cætera à primordio eadem. Dividi autem putatione pollices æquali examine undique, [d] ne prægravet [2] fructus parte aliqua, obiter idem deprimens prohibebit in excelsum emicare. Huic vineæ [3] trium pedum altitudo excelsior nutat, cæteris à quinto, dum ne excedat hominis longitudinem [4] justam. Iis quoque quæ sparguntur in terra, breves ad innitendum caveas circundant, scrobibus per ambitum [5] factis, ne vagi palmites inter se pugnent occursantes: majorque pars terrarum ita supinam in tellure vindemiam metit. Siquidem & in Africa, & in Ægypto Syriaque ac tota Asia, & multis locis Europæ hic mos prævalet. Ibi ergo juxta terram comprimi debet vitis; eodem modo & tempore nutrita radice, quo in jugata vinea, [e] [6] ut semper pollices tantum relinquantur, [f] fertili solo cum tribus gemmis,

1 emittant. *Dal.*

2 *Lego*, fructus parte altera, quos vinitor indidem: *vel* itidem.

3 tribus pedib. *Dal.*

4 justa est. *Dal.*

5 actis. *Va.*

6 ut nempe. *Dal.*

a *Unijuga erit vinea.*] Simplici jugo fulta, cantheriata. *Dalec.*

b *Dum stare condiscat.*] Columella cap. 5. lib. 5. *Idem.*

c *Cætera à primordio eadem.*] Quod pertinet ad scrobes, satum, malleoli delectum, & hoc genus alia. *Idem.*

d *Ne prægravet fructus, &c.*] Id est, quod Columella ait cap. 24. 4. *Sed meminisse oportebit, ne in eadem linea, unoque latere brachii, esse duas materias pluresve patiamur. Namque id maxime vitem infestat, ubi non omnis pars brachii pari vice laborat, atque æqua portione succum proli suæ dispensat, sed ab uno latere exugitur. Quo fit ut ea vena, cujus omnis humor absumitur, velut icta fulgure arescat.* Idem.

e *Ut semper pollices, &c.*] *Jacenti viti*, inquit Columella cap. 5. lib. 5. *breviores materiæ submitti debent: resectes quoque angustius in modum furunculorum relinqui.* Idem.

f *Fertili solo cum tribus gemmis, graciliore quinis.*] Ratio ipsa proclamat legendum hic esse *binis*, non *quinis*: nec res confirmatione indigebat. nihilominus assertorem habet hæc correctio eundem Columellam lib. de arboribus cap. 10. *In agro*, inquit, *crasso, validaque vinea, plures*

gemmis, graciliore [1] quinis: præstatque multos esse, quam longos. [a] Quæ de natura soli diximus, tanto potentiora sentientur, quanto propior fuerit uva terræ. Genera separari, ac singulis conseri [2] tractibus utilissimum. Mistura enim generum etiam in vino, non modo in musto discors. Aut si misceantur, non alia, quam pariter maturescentia, jungi necessarium. Juga altiora, [b] quo lætior ager, & quo planior: item roscido, nebuloso, minusque ventoso conveniunt. Contra, humiliora gracili & arido, æstuoso, ventisque exposito. Juga ad pedamentum quam arctissimo nodo vinciri oportet, vitem levi contineri. Quæ genera vitium, & in quali solo cœloque essent conserenda, cum enumeraremus naturas earum & vinorum, [3] notavimus. De reliquo cultu vehementer ambigitur. [c] Plerique æstate tota post singulos rores confodi jubent vineam. Alii vetant gemmantem: decuti enim oculos [4] tractuque intrantium deteri: & ob id arcendum procul omne quidem pecus, sed maxime lanatum, quoniam facillime auferat gemmas: Inimicos & pubescente uva rastros: satisque esse vineam ter anno confodi, ab æquinoctio verno [d] ad Vergiliarum exortum, & Canis [5] ortu, & nigrescente acino. Quidam ita determinant: Veterem semel à vindemia ante brumam, cum alii ablaqueare & stercorare satis putent. Iterum ab Idibus Aprilis, antequam concipiat, hoc est, in VI. Idus Majas. Deinde prius quam florere incipiat, & cum defloruerit, & [6] variante se uva. Peritiores affirmant, si justo

1 binis. *Dal.*
2 hortis. *Columella.*
3 docuimus. *Ch.*
4 tactuque. *Dal.*
5 ertum. *Ch.*
6 varia ante. *Ch.*

plures gemmas & palmas relinquito, in exilis pauciores. Pint.

a *Quæ de natura soli diximus.*] Columella cap. 20. lib. 3. & cap. 1. libro 4. *Dalec.*

b *Quo lætior ager.*] Idem c. 19. lib. 4. *Idem.*

c *Plerique æstate tota, &c.*] Theophrastus cap. 12. & 18 lib. 3. Caus. Columella cap. 12. lib. ult. & cap. 28. l. 4. & cap. 5. & 20. *Idem.*

d *Ad Vergiliarum exortum.*] Oriuntur sexto Idus Octobris, id est ad undecimum diem. *Idem.*

ſi juſto ſæpius fodiatur, in tantum tenereſcere acinos, ut rumpantur. Quæ fodiantur, ante ferventes horas diei fodiendas convenit: ſicuti lutum neque arare, neque fodere: [a] Foſſione pulverem excitatum contra ſoles nebulaſque prodeſſe. Pampinatio verna in confeſſo eſt, ab Idibus Majis intra dies x. [b] utique antequam florere incipiat: & eam infra jugum debere fieri. De ſequente variant ſententiæ. Cum deſloruerit, aliqui pampinandum putant: alii ſub ipſa maturitate. Sed de his Catonis præcepta decernent. Namque & putationum [1] tradenda ratio eſt. Protinus hanc à vindemia, [c] ubi cœli tepor indulget, adoriuntur. Sed hoc fieri nunquam debet ratione naturæ [d] ante Aquilæ exortum, ut in ſiderum cauſis docebimus proximo volumine. Imo vero Favonio, quoniam [e] anceps culpa ſit præproperæ feſtinationis. Si ſaucias recenti medicina mordeat quædam hiemis [f] ruminatio, certum eſt gemmas earum frigore hebetari, plagaſque findi, & cœli vitio exuri oculos lacryma diſtillante. Nam gelu fragiles fieri quis neſciat? Operarum iſta computatio eſt [g] in latifundiis, non legitima

1 hic ratio eſt.

a *Foſſione pulverem, &c.*] Theophr. cap. 22 lib. 3. Cauſſ. & cap. 8. lib. 2. hiſtor. Columella cap 28. lib 4 & c. 12. lib. ultim. & ſupra cap. 9. hujus libri, ὑπονόμευσιν Theophraſtus vocat, *Dalecampius*.

b *Utique antequam florere incipiat.*] Columella cap. 6. & 7. lib. 4. Varro cap. 31. lib 1. *Idem.*

c *Ubi cœli tepor indulget.*] Columella cap. 10. & 24. lib. 4. Theophr. cap. 20. lib. 3. Cauſſ. *Idem.*

d *Ante Aquilæ exortum.*] Septimo Idus Decemb ſive ad ſeptimum diem ejus menſis. *Idem.*

e *Anceps culpa ſit, &c.*] Dubitari poſſit, feſtinatione peccatum fuiſſe. *Idem.*

f *Ruminatio.*] Irruptio, revocatio, reditus, recurſus: an eroſio, exuſtio. Sic certe Varro capite 14. libro 3. de re ruſt. dixit cochleas interjecta laurea folia ruminantes ad propalam diu vitam producere. Lego, *terminatio*, id eſt, miteſcentis hiemis, & quam abiiſſe putes exaſperatio, ac ſub exitium novus rigor: vulgo *La queue de l'hyver.* Idem.

g *In latifundiis non legitima naturæ feſtinatio.*] Romana impreſſio, & quædam alia exemplaria: *In latifundiis vero legitima, &c.* quæ lectio magis mihi probatur ex Columella libro 4. cap. 24. *Pintian.* *In latifundiis, &c.*] In quibus, ut ait Columella cap. 23. lib. 4. ruris vaſtitas electionem temporis negat. *Dalec.*

legitima naturæ feſtinatio: quo maturius [a] putantur aptis diebus, eo plus materiæ fundunt: quo ſerius, eo fructum uberiorem. Quare macras [b] prius [1] convenit putare, validas [c] noviſſime. Plagam omnem obliquam fieri, ut facile decidant imbres: & ad terram verti, quam leviſſima cicatrice [d] acie falcis exacta, plagaque convelata. Recidi autem ſemper inter duas gemmas, ne ſit [2] vulnus oculis in reciſa parte. Nigram eſſe [3] eam exiſtimant, [e] & donec ad [4] ſincera veniatur, recidendam: [f] quoniam è vitioſa [5] materie utilis non exeat. Si macra vitis idoneos palmites non habeat, [g] ad terram recidi eam, novoſque elici utiliſſimum. In pampinatione non [h] [6] hos detrahere pampinos, qui cum [7] uva ſint: id etenim uvas ſupplantat, præterquam in novella vinea. Inutiles judicantur in latere nati, non ab oculo: quippe etiam uva, quæ naſcatur è duro rigeſcente, [i] ut niſi ferro detrahi non poſſit. [k] Pedamentum quidam inter duas vites utilius putant ſtatui: [8] & facilius ablaqueantur ita: meliuſque eſt [l] unijugæ vineæ, ſi tamen & ipſi jugo ſint vires, [m] nec flatu infeſta regio. [n] In quadripartita quam

1 conveniat. *Ch.*
2 vulneratus oculus. *V.*
3 læſam. *V.*
4 ſinceram. *M.*
5 materia. *Ch.*
6 eos de his. *Ch.*
7 uva futuri ſint. *V.*
8 Nam facil. *Dal.*

a *Putantur aptis diebus.*] Idem ibid. *Dalec.*

b *Prius convenit putare.*] Autumno, aut vere. *Idem.*

c *Noviſſime.*] Frigoribus. *Idem.*

d *Acie falcis exacta plagaque convelata.*] Lego, *acie falcis exacuta, plagaque conlęvata.* Nam ſcriptores rei ruſticæ frequenter admonent levandam eſſe plagam. quorum verborum intellectum Columella oſtendit lib. de arboribus cap. 10. *Vindemia,* inquit, *facta ſtatim putare incipito ferramentis quam optimis & acutiſſimis. Ita plagæ leves fient, neque in vite aqua conſiſtere poterit. Quæ ſimulatque immobilis eſt, corrumpit vitem, vermeſque & alia creat animalia quæ materiam erodunt.* Pint.

e *Et donec ad ſincera veniatur.*] Columella cap. 24 lib. 4. *Dalec.*

f *Quoniam è vitioſa materia utilis non exeat.*] Vetus exemplar: *quoniam è vitioſo utilis materia non exeat.* Pint.

g *Ad terram recidi eam.*] Columella cap. 11. lib. 4 id damnat. *Dalec.*

h *Hos detrahere pampinos.*] In vite, quam Canthaream vocant. Theophraſt. cap. 20. lib. 3. Cauſſ. ſummas uvas etiam detrahit. *Idem.*

i *Ut niſi ferro detrahi, &c.*] Falce: non autem digiti tractu decuti. *Idem.*

k *Pedamentum, &c.*] In reſtituenda veteri vinea. Columella c. 22. l. 4. *Idem.*

l *Unijuga vinea.*] Ut ſupra, ſimplici cantherio ordinatæ. *Idem.*

m *Nec flatu infeſta regio.*] Columella cap. 17. lib. 4. *Idem.*

n *In quadripartita, &c.*] Vinea in quatuor brachia diviſa, quæ in ſtellarum jugum diſperguntur: de qua Columel. cap. 17.

quam proximum oneri adminiculum esse debet: ne tamen impedimentum sentiat ablaqueatio, cubito abesse non amplius: ablaqueari autem prius, quam putari, jubent. [a] Cato de omni cultura vitium ita præcipit. Quam altissimam vineam facito, alligatoque recte, dum ne nimium constringas, hoc modo eam curato: [b] Capita vitium putata circun-
1 ultra citraque. *M.* fodito, arare incipito. [1] Ultro citroque sulcos perpetuos ducito. [c] Vites teneras quamprimum propagato, veteres quam minimum castrato. Potius,
2 erit. *Ch.* si opus [2] fuerit, dejicito, biennioque post præcidito. Vitem novellam resecari [d] tum erit tempus, ubi valebit. Si vinea ab vite [e] calvata erit, sulcos
3 vivam radicem. *Ch.* interponito, ibique [3] viviradicem serito: [f] [4] Um-
4 Herbam. *D.* bram à sulcis removeto: crebroque fodito. In vi-
5 vetere. *Ch.* nea [5] veteri serito ocymum. Si macra erit, quod
6 inserito. *M.* granum capit, [6] ne serito: & circum capita addito stercus, paleas, vinaceas [g] aut aliquid horunce. Ubi vinea frondere cœperit, pampinato. Vineas novellas alligato crebro, ne caulis præfringatur. Et
7 ivit. *V.* quæ jam in perticam [7] ibit, ejus [h] pampinos teneros alligato leviter, porrigitoque. Quæ ubi recte steterint,

cap. 17. & 21. lib. 4. & cap. 5. lib. 5. *Dalec.*

a *Cato.*] Catonis locus est cap. 33. quod hic fere integrum ad verbum describit. *Idem.*

b *Capita vitium putata circumfodito*] Locus est mutilatus: scribo, *Capita vitium per sementim ablaqueato. Vineam circumfodito.* ex ipso Catone cap. 33. *Pintianus.*

c *Vites teneras quamprimum propagato: veteres quam minimum*] Æstimandum an legi debeat non *quam minimum*, sed *quam plurimum*, quia adversatur *quam minimo*, quod statim sequitur. Item expende an diversa distinctione legenda sint verba paulo post, hoc ordine: *castrato potius si opus fuerit, dejicito.* Idem.

d *Tum erit tempus, ubi valebit.*] Codex antiquus, *tutum erit tempus, ubi valebit.* In Catone tamen ut in impressis. *Idem.*

e *Calvata erit.*] Apud Catonem *calva* legitur, hoc est, viduata, destituta, orbata. Sic *vitiu calvitium* Columella dixit cap. 29. lib 4. *Dalec.*

f *Umbram à sulcis removeto.*] Verba sunt etiamnum Catonis. Vide & Columell. cap 5. lib. 4. *Dalec.*

g *Aut aliquid horunce.*] In Catone cap. 33. *aut aliquid horum, quo rectius valeat.* Pint.

h *Pampinos teneros alligato leviter porrigitoque. Quæ ubi recte steterint, ubi uva varia fieri cœperit.*] Cato loco citato: *pampinos teneros alligato leniter corrigitoque, uti recte stent: ubi uva varia, &c.* Id.

a *Subligato*

[1] ſteterint, ubi uva varia fieri cœperit, vites [a] ſubligato. [b] Vitis inſitio una eſt per ver, altera cum uva floret: ea optima eſt. Vineam veterem ſi in alium locum transferre voles, duntaxat brachium [2] craſſum primum deputato. Binas gemmas, nec amplius relinquito. Ex radicibus [c] bene effodito. Et cave radices [3] ne ſaucies. Ita uti fuerit, ponito in ſcrobe aut in ſulco, operitoque & bene [4] occulcato. Eodemque modo vineam [5] ſtatuminato, alligato, [6] laxatoque uti fuerat, crebroque fodito. Ocymum, quod in vinea ſeri jubet, antiqui appellabant pabulum, umbræ patiens, quod celerrime proveniat.

1 ſtent, ubi uva Vallaria. *Ch.*

2 craſſum licebit primum dep. *Ch.*

3 ne, *in Ch. d.*

4 occultato *M. & Ch.*

5 ſtatuito (*ſic & Ch.*) uti rectius hoc exemplar fuerit. *Cato.*

6 flexato. *Cato.* flexatoque. *Ch.*

CAP. XXIII. [d] *Ratio arbuſtorum.*

SEquitur arbuſti ratio, mirum in modum damnata [e] [7] Sarſennæ patri filioque, celebrata Scrofæ, vetuſtiſſimis poſt Catonem, peritiſſimiſque: ac ne à Scrofa quidem, niſi [8] uni Italiæ, conceſſa: cum tam longo judicetur ævo, nobilia vina non niſi in arbuſtis gigni, & in his quoque laudatiora ſummis, ſicut uberiora imis: adeo excelſitate proficitur. Hac ratione & arbores [9] eliguntur. Prima omnium ulmus, excepta propter nimiam frondem atinia. Deinde populus nigra, eadem de cauſa, minus denſa folio, Non ſpernunt plerique & fraxinum, ficumque, etiam oleam, ſi non ſit umbroſa ramis. Harum ſatus cultuſque abunde tractatus eſt.

7 Saſſernæ patre. *Ch.*

8 uni, *in M. d.*

9 religantur. *M.*

Ante

a *Subligato.*] Hactenus Catonis verba cap. 33. ubi hæc præterea etiam leguntur: *ſubligato, pampinato, uvaſque expellito, circum capita ſarrito.* Dalec.

b *Vitis inſitio una eſt per ver.*] Vide Catonem cap. 41. *Idem.*

c *Bene effodito.*] Cato, *Effodito, uſque radices perſequitor, & caveto.* Idem.

d *Ratio arbuſtorum.*] Cato cap. 7. Columella cap. 3. lib. 3. & cap. 6. & 7. lib. 5. & cap. 16. lib. De arboribus. *Idem.*

e *Sarſennæ patri filioque.*] Scribo *Saſernæ*, non *Sarſennæ.* Colum. lib. 1. c. 1. *Jam nunc M. Catonem Cenſorinum illum memoremus, qui eam Latine loqui primus inſtituit. Poſt hunc duos Saſernas, patrem & filium, qui eam diligentius erudierunt.* Meminit Varro quoque utriuſque Saſernæ libro primo de re ruſt. capite ſecundo. *Pint.*

a *Venetia*

Ante tricesimum sextum mensem attingi falce vetantur. Alterna servantur brachia: alternis putantur annis: sexto anno maritantur. Transpadana Italia, præter supra dictas, cornu, [1] populo, tilia, acere, orno, carpino, quercu, arbustat agros: [a] Venetia salice, propter uliginem soli. Et ulmus detruncata à medio in ramorum scamna digeritur, [b] nulla fere XX. [2] pedum altiore arbore. Tabulata earum ab octavo pede altitudinis dilatantur in collibus siccisque agris, à XII. in campestribus & humidis. Meridianum solem spectare [c] [3] palmæ debent. Rami à projectu digitorum modo subrigi, tonsili in his tenuium quoque virgultorum [d] barba, ne obumbrent. Intervallum justum arborum, si aretur solum, quadrageni pedes in terga frontemque, in latera viceni. Si non aretur hoc in omnes partes. Singulis [4] dena sæpe adnutriunt vites, [5] damnato agricola minus ternis. Maritare, nisi validas, inimicum, enecante veloci vitium incremento. [e] Serere tripedaneo scrobe necessarium distantes inter sese arboremque singulis pedibus. Nihil ibi malleolis atque pastinationi, nulla fodiendi impendia: utpote cum arbusti ratio hac peculiari dote præstet, quod in eodem solo seri fruges & vitibus prodest. Superque, quod vindicans se altitudo, non, ut in vinea, ad arcendas animalium injurias pariete, vel sepe, vel fossarum utique impendio muniri se cogat. In arbusto è prædictis sola vivira-

1 opulo. *Colum. c. 6. lib. 5.*

2 pedibus. *Pal.*

3 palmites. *Vet.*

4 denas. *Col.*

5 damnante. *D.*

a *Venetia salice propter uliginem soli.*] Nihil decerno, solum noto posse etiam legi, *Quin etiam salice propter uliginem soli*, ex Columella libro 5. capite 6. *Pintianus.*

b *Nulla fere* XX. *pedum altiore arbore.*] Legendum XV. non XX. ex eodem auctore, eodem loco. *Idem.*

c *Palmæ debent.*] Sarmenta, quæ velut in furcas dividuntur, & ramos. *Dalec.*

d *Barba.*] Barbam vocat, ramulos & surculos tenues e sarmentis prodeuntes. *Idem.*

e *Serere tripedaneo scrobe.*] Scribo, *quadripedaneo*, ex eodem Columella libro de arboribus capite 16. *Pintianus.*

a *Diximus.*]

viviradicum ratio, item propaginum, & hæc gemina, ut [a] diximus. [b] Qualorum [1] in ipso tabulato maxime probata, quoniam à pecore tutissima est. Altera, deflexa vite vel palmite juxta suam arborem, aut [2] circa proximam cœlibem. Quod supra terram est è matre, radi jubetur, ne fruticet. In terra non pauciores gemmæ quatuor obruuntur ad radicem capiendam: extra in capite binæ relinquuntur. Vitis in arbusto quatuor pedes [3] in longo constat, omni sulco tres lato, alto duos cum semipede. Post annum propago inciditur ad medullam, ut paulatim radicibus suis assuescat. Caulis à capite ad duas gemmas reciditur. Tertio totus mergus abscinditur, reponiturque altius in terram, ne ex reciso frondeat. Tolli viviradix à vindemia protinus debet. Nuper repertum, draconem serere juxta arborem: ita appellamus palmitem emeritum, pluribusque induratum annis. Hunc præcisum quam maxima amplitudine tribus partibus longitudinis deraso cortice, quatenus [4] obruatur, (unde & rasilem vocant) deprimere sulco, reliqua parte ad arborem erecta, ocyssimum in vite. Si gracilis sit vitis aut terra, usitatum est quam proxime solum decidi, donec firmetur radix: sicut neque roscidam seri, neque à Septentrionis flatu. Vites Aquilonem spectare debent ipsæ, palmites autem [5] earum Meridiem. Non est festinandum ad putationem novellæ, sed primo in circulos materies colligenda, nec nisi validæ putatio admovenda. [c] Seriora fere anno ad fructum arbusta, [6] quam vitis jugata. Sunt qui omnino putari vetant, priusquam [7] arborum

1 &c. Ch.
2 citra. Ch.
3 in longum. Dal.
4 observatur. Ch.
5 earundem ad Meridiem. M.
6 vite quam jugata. Ch.
7 arborem longitudine. Ch.

a *Diximus.*] Supra cap. 13. hujus libri. *Dalec.*

b *Qualorum in ipso tabulato, &c.*] Cato cap. 52. *Idem.*

c *Seriora fere anno ad fructum arbusta, quam vitis jugata.*] Scribendum cum minore, *seriore anno fere ad fructum arbusta vite quam jugata.* ut annectas præcedentibus, ex antiquo Codice. *Pintianus.*

rum longitudinem [1]æquaverit. Prima falce sex pedes à terra recidatur, flagello infra relicto, & nasci coacto in curvatione materiæ. Tres ei gemmæ, non amplius, deputato supersint. Ex his emissi palmites proximo anno imis [2]inferantur scamnis, ac per singulos annos ad superiora scandant, relicto semper [a] duramento in singulis tabulatis, & emissario uno, qui subeat, usque quo placuerit. De cætero putatione omni, flagella quæ proxime [3]tulerint, recidantur: nova circuncisis undique [b] capreolis spargantur in tabulatis. Vernacula putatio dejectis per ramos vitium crinibus circumvestit arborem, crinesque ipsos uvis: Gallica in traduces porrigitur, Æmiliæ viæ in ridicas, [c][4] atinearum ambitu frondem earum fugiens. Est quorundam imperitia sub ramo [5] vinculo suspendendi, suffocante injuria, [6]quando contineri debet vimine, non arctari. Quinimo etiam quibus salices supersunt, molliore hoc vinculo [7] facere malunt, herbaque. [d] Siculi, quam vocant ampelodesmon: Græcia vero universa junco, cypero, ulva. [8] Liberatam quoque vinculo per aliquot dies vagari, & inconditam spargi, atque in terra, quam per totum annum spectaverit, recumbere. Nanque ut veterina à jugo, & canes à cursu volutatio juvat,

1 æquaverint. *M.*
2 ingerantur. *M.* & *Ch.*
3 tulerunt. *M.*
4 Atiniarum. *Ch.*
5 vitem vinculo. *Ch.*
6 quando, in *M.* d.
7 fascitare. *Dal.*
8 Liberam. *M* Colum. c. 6. lib. 5.

a *Duramento in singulis, &c.*] Duriore sarmento. Duramenta, vitis brachia, dura jam & annosa. Columella cap 21. & 22. lib. 4. *Dalec.*

b *Capreolis spargantur, &c.*] Ταῖς ἕλιξι, veluti vitium cincinnis. A capiendo dictos censet Varro, quod serpant ad capiendum locum, ut teneant vitem. Probabile tamen à mollitie & teneritate sic vocatos fuisse, quo modo Græci tenellum quidvis μόσχον dicunt. Homerus μόσχον λυγον, unde Latinis *Mostum* sive *Mustum*, vinum, pomum, ætas, caseus, mustea. Sic ab ὄρχος fit hortus, ὀρνίχων, ὄρνιθες, χ. in θ. mutato. *Scalig.*

c *Atinearum ambitu.*] Cum Atiniæ multæ ambiant, quas tamen non maritant, umbrosam earum frondem fugientes. *Dalec.*

d *Siculi quam vocant, &c.*] Viennæ Allobrogum milio silvestri in ipsa vite nato & collecto sarmenta curvata, & foliis nudata, paulo ante vindemiam ligant. Anguillara lib. 12. herbam eam adhuc in Sicilia vocari Dis scribit. *Idem.*

juvat, ita tum & vitium porrigi lumbos. Arbor quoque ipsa gaudet assiduo levata onere similis respiranti. Nihilque est in opere naturæ, quod non exemplo dierum noctiumque aliquas vices feriarum velit. Ob id protinus à vindemia putari, & lassas etiamnum fructu edito, [1] improbatur, ut putatæ rursus alligentur alio loco. Nanque orbitas vinculi sentiunt vexatione non dubia. Traduces [a] Gallica cultura bini utrinque lateribus, [2] si [b] pes [c] quadrageno distet spatio; quaterni si viceno, inter se obvii miscentur, alliganturque una conciliati, virgultorum comitatu [3] obiter rigorati qua deficiant: aut si brevitas non patiatur ipsorum, [4] adalligato protenduntur in viduam arborem unco. [d] Traducem bimum præcidere solebant. Oneratis enim vetustate melius donare tempus, ut transilem faciant, [5] si largiatur crassitudo: aliàs utile toros futuri draconis pasci. Unum etiamnum genus est medium inter hoc & propaginem, totas supplantandi in terram vites, cuneisque findendi, & in sulcos plures simul ex una propagandi, gracilitate singularum firmata circumligatis hastilibus, nec recisis qui à lateribus excurrant pampinis. Novariensis agricola traducum turba non contentus, nec copia ramorum, [6] impositis etiamnum patibulis palmites circunvolvit. Itaque præter soli vitia, cultura

1 improbatur. Putatæ. *M. & Cb.*

2 si pars quadr. *Cb.*

3 obiter ligati *V.* id est, *juxta iter & mox*, quam def. *M. lego*, obiter & rigore erecti qua deficiunt. *vel*, prius quam deficiant.

4 alligatis *Cb.*

5 ni larg. *Cb.*

6 supposita, *Dal.*

a *Gallica cultura.*] De arbusto Gallico Columella cap. 7. lib. 5. *Dalec.*

b *Si pes.*] Vitis, è qua tradux advocatur. *Idem.*

c *Quadrageno distet spatio.*] Quadragenum pedum distantia pingui solo interponitur, cujus beneficio duæ solæ vites sic luxuriant, ut arbori vestiendæ sufficiant. At macro tenuique solo vicenûm pedum intervallum est, in quo minus ramosæ frondosæque vites ad arborem quatuor perducuntur. *Idem.*

d *Traducem bimum præcidere solebant.*] Sensus est: Traducem, id est, sarmentum, traductioni destinatum in matre priusquam traducerent, bimum putabant, ut eo temporis spatio crassesceret satis, & in arborem transire posset, quod si bimus non adhuc satis validus aut crassus foret, longius dilatata putatione, ejus toros, id est, robur & firmitatem pascebant, & augebant priusquam traducerent. *Idem.*

tura quoque torva fiunt vina. Alia culpa juxta urbem [1] Varacinis, quæ alternis putantur annis, non quia id viti conducat, sed quia vilitate, reditum impendia exuperant. Medium temperamentum in [2] Carseolano sequuntur: cariosasque tantum vitis partes [3] incipientes [4] inarescere deputando, cæteris ad uvam relictis, detracto onere supervacuo, pro nutrimento omni est raritas vulneris. Sed nisi pingui solo talis cultura degenerat in labruscam. Arbusta arari quam altissime desiderant, [a] etsi tantum frumenti ratio non exigit. Pampinari ea non est moris & hoc compendium operæ. Deputantur cum vite pariter interlucata densitate ramorum qui sint supervacui, & absumant alimenta. Plagas ad Septentriones, aut ad Meridiem spectare vetuimus: melius, si neque in Occasus Solis. Diu dolent talia quoque hulcera, & difficile sanescunt, algendo nimis æstuandove. Non eadem in vite, quæ in arbustis, libertas, [5] quoniam certa latera [6] est facilius abscondere, quam detorquere, quo velis, plagas. In arborum [b] tonsura supiniore velut [7] calices faciendi, ne consistat humo. Viti adminicula addenda, quæ scandat apprehensa, [8] si majora sint.

1 Varracinis. *Ch.*

2 Carsulano. *Ch.*

3 incipientesque. *Ch.*

4 marcescere. *Dal.*

5 *Lego*, quoniam per tecta latera sint.

6 sit fac. absc. & det. *M.*

7 cal. minime fac. *Dal.*

8 si maiores. *Vet. Lego*, per quæ se ap. si majores arbores sint, *id est*, *excelsiores.*

CAP. XXIV.

De servandis uvis, [c] & morbis arborum.

VItium generosarum pergulas [d] quinquatribus putandas, & quarum servare uvas libeat, decrescente

a *Etsi tantum frumenti ratio non exigit.*] Antiquum Exemplar: *Tanta etsi frumenti rationem non exigit.* Scribo, *Tametsi frumenti ratio non exigit.* Et in fine cap. *sit facilius abscondere*, in eodem cum negatione, *non est facilius abscondere.* Pint.

b *Tonsura supiniore, &c.*] Cum decisi rami cœlum spectant. *Dalec.*

c *Et morbis arborum.*] De morbis arborum Theophrast. cap. 10. 11. 12. 15. Caus. & cap. 16. lib. 4. hist. *Idem.*

d *Quinquatribus putandas.*] Palladi sacris feriis, quæ ad quinque dies durabant. Incidebant eæ in XVIII. Martii. *Idem.*

crescente Luna tradunt. Quæ vero interlunio sint putatæ, nullis animalium obnoxias esse. Alia ratione plena Luna noctu tondendas, cum sit ea in Leone, Scorpione, Sagittario, Tauro: atque in totum serendas plena, aut crescente utique, censent. Sufficiunt in Italia cultores deni in centena jugera vinearum. At abunde satu cultuque arborum tractato, quoniam de palmis ac cytiso in peregrinis arboribus affatim diximus, ne quid desit, indicanda reliqua natura [1] sit, magnopere pertinens ad omnia ea. [a] Infestantur nanque & arbores morbis. Quid enim genitum caret his malis? Et silvestrium quidem perniciosos negant esse, vexarique tantum grandine in germinatione aut flore. Aduri quoque [2] fervore, aut flatu frigidiore, præpostero die: quoniam suo frigora etiam prosunt, ut diximus. Quid ergo? [3] nonne & vites algore intereunt? Hoc quidem est, quo deprehendatur soli vitium, quoniam non evenit nisi in frigido. Itaque per hiemes cœli rigorem probamus, non soli. [4] Nec infirmissimæ arbores gelu periclitantur, sed maximæ, vexatisque ita cacumina prima inarescunt, [b] quoniam præstrictus [5] gelu non potuit eo pervenire humor. [c] Arborum quidam communes morbi, quidam privati generum. Communis [d] vermiculatio est, [e] sideratio, [6] & dolor membrorum. Unde partium debilitas, societate nominum quoque cum homi-

1 sit, in M. d.

2 fervidiore flatu, aut frigidiore. *Ex Theophr.*

3 non & vites. *Ch.*

4 Non enim solum infirm. *M.* Lego, Non autem solum, infir.

5 gelu, in *Ch. d.*

6 ac dolor. *Ch.*

a *Infestantur nanque & arbores morbis.*] Theophrast. cap. 16. lib. 4. hist. & à cap. 9. lib. 5. Causs. usque ad finem. *Dalec.*

b *Quoniam præstrictus.*] Imo potius quoniam frigore necata, etiam si alimentum suggeratur, abolito nativo calore eo frui nequeunt. *Idem.*

c *Arborum quidam communes morbi.*] Theophrast. loco citato, & c. 2. lib. 11. Causs. *Idem.*

d *Vermiculatio est.*] Σκωλήκωσις, ἀστροβολισμὸς, σφακελισμὸς, quam vocem Plinius interpretatur *dolorem membrorum cum partium debilitate*, infeliciter quidem, & nimis lascivo conatu. Aptius ille reddidisset, *emortuarum nigredinem*. Sideratio quævis injuria à cœlo illata & profecta, de qua mox. *Idem.*

e *Sideratio & dolor membrorum.*] Scribendum puto *nervorum*, non *membrorum*. sequitur enim non multo post: *Verum ut homini nervorum cruciatus, sic & arbori.* Pint.

hominum miseriis. [a] Trunca dicimus certe corpora & [b] oculos germinum exustos, ac multa simili sorte. Itaque laborant & fame, & [1] cruditate, quæ [2] fiunt humoris quantitate. [c] Aliquæ vero & obesitate: ut [3] omnia quæ resinam ferunt, nimia pinguitudine [d] in tedam mutantur: & cum [e] radices quoque [f] pinguescere cœpere, intereunt, ut animalia, nimio adipe: aliquando & pestilentia per genera, sicut inter homines, nunc servitia, nunc [4] plebs urbana vel rustica. Vermiculantur magis minusve quædam, omnes tamen fere: idque [g] aves cavi corticis sono experiuntur. Jam quidem [5] & in hoc luxuria esse cœpit; [h] prægrandesque roborum [6] delicatiore sunt in cibo: [7] cossos vocant: atque etiam farina saginati, hi quoque altiles fiunt. Maxime autem arborum hoc sentiunt pyri, mali, fici: minus, quæ amaræ sunt & odoratæ. [i] Eorum qui in ficis existunt: alii nascuntur ex ipsis, alios parit, qui vocatur cerastes: omnes tamen in cerasten figurantur, [8] sonumque edunt parvuli stridoris. Et sorbus arbor infestatur [k] vermiculis ruffis [9] pilosis, atque ita emoritur. Mespilus quoque in senecta obnoxia ei morbo est. Sideratio tota [10] cœlo constat. Quapropter & grando in his causis intelligi debet, & carbunculatio, [l] & quod pruinarum

1 nuditate. *M.*
2 fit (*sub.* cruditas) hum. nimia quant. *Dal.*
3 omnes. *Dal.*
4 plebes. *Ch.*
5 & hoc in. *Ch.*
6 delicatiores. *M.*
7 eos cossos. *M.* cossos vocant. *Ch.*
8 sonum edunt. *M.*
9 ac pilosis. *Ch.* leg. & pilosis.
10 è cœlo. *Ch.*

a *Trunca dicimus certe, &c.*] Ab animalium, & hominum comparatione. *Dalec.*

b *Oculos germinum exustos.*] Sic excæcari, obtundi, ἀμβλῦναι. Theophrast. cap. 13. lib. 3. Causs. *Idem.*

c *Aliqua vero & obesitate.*] Theophr. cap. 15. lib. 5. Causs. *Idem.*

d *In tedam mutantur.*] Δαδοῦνται. *Idem.*

e *Radices quoque.*] Ut in ficu. *Idem.*

f *Pinguescere cœpere.*] Λιπῶσι. Idem cap. 12. lib. 5. Causs. *Idem.*

g *Aves cavi corticis.*] Præsertim Martii pici. *Idem.*

h *Prægrandesque roborum, &c.*] Hieronymus contra Jovinianum scribit in Ponto & Phrygia luxuriam esse τὸ ξυλοφάγιον, nimirum cossos è ligno natos. A cossis rugosis vermibus dicti Cossinii & Cossutiani. *Idem.*

i *Eorum qui in ficis existunt.*] Theophrast. c. 16. lib. 6. histor. & c. 14. & 19. lib. 5. Causs. *Idem.*

k *Vermiculis ruffis pilosis.*] Idem c. 19. & 20. lib. 3. hist. *Idem.*

l *Et quod pruinarum, &c.*] Theophr. cap. 13. lib. 5. causs. *Idem.*

rum injuria evenit. [a] Hæc enim verno tepore invitatis, & erumpere audentibus satis mollibus insidens, adurit [b] lactescentes germinum oculos, quod in flore carbunculum vocant. Pruinæ perniciosior natura, quoniam lapsa persidet, gelatque, ac ne aura quidem ulla depellitur, quia non fit nisi immoto aëre & sereno. [c] Proprium tamen sideratio-nis est, [1] ab ortu Canis [d] siccitatum vapor, cum [1] sub ortu. Ch. insitæ ac novellæ arbores moriuntur, præcipue ficus, & vites. Olea præter vermiculationem, [e] quam æque ac ficus sentit, [f] clavum etiam patitur, sive fungum placet dici, vel [2] patellam. Hæc est Solis [2] ollam. Ex Theophr. exustio. Nocere tradit Cato & muscum rubrum. Nocet plerunque vitibus atque oleis [3] nimia & fer- [3] & nimia fert. M. & Ch. tilitas. [g] Scabies communis omnium est. [h] Impetigo, & quæ adnasci solent, cochleæ, peculiaria ficorum vitia: nec ubique; sunt enim quædam ægritudines & locorum. Verum ut homini nervorum cruciatus, sic & arbori, ac duobus æque modis. Aut enim in pedes, hoc est, radices, [4] erum- [4] irrumpit. M. pit vis morbi: aut in articulos, hoc est, cacuminum digitos, qui longissime à toto corpore exeunt. Inare-

a *Hæc enim verno, &c.*] Carbunculatio, καῦσις. *Dalec.*

b *Lactescentes germinum oculos.*] Εὐώδη, Theophrasto vero cap. 16. lib. 4. histor. ὀπώδη, quæ lacteo succo turgent. *Idem.*

c *Proprium tamen, &c.*] Leg. *Proprium tamen siderationis est sub ortu canis siccitatum vapor, cum insita ac novella, &c.* Vide *Salmas.* pag. 590. b.

d *Siccitatum vapor.*] Sic læsas arbores ἀστρόβλητα δένδρα, καὶ σφακελίζοντα Græci vocant: quoniam, ut inquit Aristot. lib. de Juvent. & senect. τῶ θέρους ἰσχυρῶ γίνεται καύματος, καὶ μὴ δύναται τὸ ἀναφέρον ἐκ γῆς ὑγρὸν καταψύχειν, δι᾽ ὃ φθείρεται μαραινόμενον τὸ θερμὸν, καὶ λέγεται σφακελίζειν, καὶ ἀστρόβλητα γίνεσθαι τὰ δένδρα. Theophrast. id fieri tradit δι᾽ αἰθρίαν ὅταν ἡ γῆ ξηρανθῇ, καὶ μὴ ἔχωσιν ἕλκειν ὑγρότητα. Brod. cap. 20. lib. 5. *Dalec.*

e *Quam æque ac ficus sentit.*] Theophrast. cap. 16. lib. 4. causs. *Idem.*

f *Clavum etiam patitur.*] Ἧλος. Alius est clavus materiæ fabrilis, de quo supra cap. 39. lib. 16. *Idem.*

d *Scabies.*] Theophr. cap. 12. lib. 5. causs. *Idem.*

h *Impetigo.*] Ψώρα, scabies. Impetigo, quem Latine arborum limum præterea vocat cap. 7. lib. 23. Corticis extimi aspera & serpens scabrities, imbris & roris putrescentis contactu excitata. *Idem.*

[1] Inarescunt ergo, & sunt apud Græcos sua nomina utrique vitio. Undique primo [a] dolor, mox & macies earum partium fragilis, postremo tabes [2] morbusque non intrante succo, aut non perveniente: maximeque id fici sentiunt. Caprificus omnibus immunis est, quæ adhuc diximus. Scabies gignitur roribus lentis post [b] Vergilias. [c] Nam si [3] rariores fuere, [d] perfundunt arborem, non scalpunt scabie. Cæterum [4] si cadunt, sive imbres nimii fuere, [e] alio modo ficus laborat radicibus madidis. Vitibus præter vermiculationem & siderationem morbus peculiaris [f] [5] articulatio, tribus de causis: una, [6] vi tempestatum germinibus ablatis: [g] altera, ut notavit Theophrastus, in supinum excisis: tertia, culturæ imperitia læsis. Omnes enim earum injuriæ

1 Nigrescunt ergo. *Ex Theophr.*

2 morsque non. *Ch.*

3 copiosiores, *Th. Lego*, largiores.

4 si grossi cadunt, si imbres nim. fuere. Illo etiam modo. *Ex Theophrast.*

5 *Quidam legunt*, exarticulatio.

6 uti intempestivum. *M. Ch. Lego*, cum intempestivum.

a *Dolor.*] Inepte hoc Plinius. *Dalecampius.*

b *Post Vergilias*] Nempe post earum ortum Theophrast. Oriuntur autem Varroni cap. 28. lib. 1. quadragesimoquarto die post æquinoctium vernum, id est, ad vigesimumquintum diem Aprilis. *Idem.*

c *Nam si rariores fuere, perfundunt arborem, non scalpunt scabie. Cæterum si cadunt, sive imbres nimii fuere.*] Locus est miseris modis vitiatus. Verum cum è Theophrasto desumptus sit, ipse nos docebit quomodo curandus sit. Sunt igitur verba Theophrasti lib. de causis plantarum 5. cap. 13. ad hunc modum: *Sunt qui scabiem alia quoque ratione fieri posse arbitrantur, cum pluvia lenta Vergiliis exorientibus fuerit; tunc enim humor vitiatus ille refermentatur, & refervescens erumpit ut pustula. At si copiose aqua incesserit, causa quæ scabiem creat eluetur: forsitan & interdum detrusa introrsus abolet ac desinit.* Eandem sententiam totidem ferme verbis invenies lib. de historia plantarum 4. cap 1. Apparet ergo ex his Theophrasti verbis scribendum in Plinio esse hoc modo, aut certe huic simili: *Nam si rariores fuere, perfundunt arborem scabie. Cæterum si cadunt imbres nimii, eluunt rorem aut scalpunt.* Pint.

d *Perfundunt arborem.*] Eluunt caussam scabiei, non vitiant. *Dalec.*

e *Alio modo ficus laborat.*] Dispice an sit lectio sincerior: *alio malo ficus laborat*, ut præsenti cap. infra: *Nascitur hoc malum tempore humido & lento.* Pint. *Alio modo, &c.*] Morbum in radicibus fici intelligit, quem Theophr. cap. 12. 5. causs. τὸ κιττᾶν vocat, id est, humore nimio turgere, nimirum cum ex largiore humoris copia distentæ putrescunt, & arborem necant: vel extincto calore suffocantur. Fortassis etiam τὸ κλαδᾶν Græcorum, auctor exprimit, quo usus Theophr. cap. 16. 4. Histor. *Dalec.*

f *Articulatio.*] Quidam legunt *hirculatio.* τὸ τραγᾶν vites dicimus, cum fructu carentes fronde luxuriant, & foliorum copia fructus pauperiem compensant. Clidemo fici ψωριᾶσι: olivæ λειχηνιῶσι: vites ῥεῖσι. *Idem.*

g *Altera, ut notavit Theophrastus in supinum excisis.*] Non intelligas germinibus excisis, sed vitibus ipsis, ex eodem Theophrast. lib. de Causs. plant. 5. cap. 13. Nec *excisis*, habet scripta lectio, sed *recisis.* Pint.

a *Sidera-*

injuriæ in articulis ſentiuntur. [a]Siderationis genus eſt in his defloreſcentibus [1] roratio. Aut cum acini, priuſquam creſcant, decoquuntur in callum. [b] Ægrotant & cum alſere, læſis uredine attonſarum oculis. Et calore hoc evenit intempeſtivo: quoniam omnia modo conſtant, certoque [2] temperamento fiunt. Et culpa vinitorum colentium, cum præſtringuntur, ut dictum eſt: aut circunfoſſor injurioſo ictu verberavit: vel etiam ſubarator imprudens luxavit radices corpuſve deſquamavit. Eſt & quædam contuſio falcis hebetioris. Quibus omnibus cauſis difficilius tolerant frigora aut æſtus: quoniam in hulcus penetrat omnis à foris injuria. Infirmiſſima verò [3] malus, maximeque quæ dulcis eſt. Quibuſdam debilitas ſterilitatem, non necem, affert, ut ſi quis [4] pino cacumen auferat vel palmæ. Sterileſcunt enim, nec moriuntur. Ægrotant aliquando & poma ipſa per ſe ſine arbore, ſi neceſſariis temporibus imbres aut tepores vel afflatus defuere, aut contra abundavere. Decidunt enim, aut deteriora fiunt. [c]Peſſimum eſt inter omnia, cum defloreſcentem vitem & oleam percuſſit imber, quoniam ſimul defluit fructus. Sunt ex eadem cauſa naſcentes & [d]erucæ, dirum animal, erodiuntque frondem, [e] aliæ florem, olivarum quoque ut in Mileto: ac depaſtam arborem turpi facie relinquunt. [f] Naſcitur hoc malum tepore humido, & len-

1 roratio, aut cum acini defluunt, aut cum priuſquam creſcant, &c. *Ex Th.*

2 temperamento. Fiunt (*ſub. morbi*) & culpa. *M.*

3 malus præcox, ([illegible] *Th.*) max. &c. *Dal.*

4 piceæ. *Th.*

a *Siderationis genus eſt, &c.*] Ῥοάδα, vel *ῥοάδα* Theophr. intelligit, quod alii ψίνεσθαι vocant, cum defloreſcens vitis ἐκκλύζεται, id eſt, eluitur pluvia, quamobrem vel acini defluunt, vel ſi remanent, ſtrigoſi ac exiles ſunt, &, ut ait Plinius, calloſi. Agricolæ id cœli vitium appellant, *La pluie chaude*. Dalec.

b *Ægrotant & cum alſere.*] Theophr. cap. 13. & 14. lib. 5. cauſſ. *Idem.*

c *Peſſimum eſt inter omnia.*] Idem ibid. cap. 14. *Idem.*

d *Erucæ.*] Idem cap. 16. lib. 4. hiſt. & loco citato & cap. 27. lib. 3. ejuſdem operis. *Idem.*

e *Aliæ florem.*] Diverſæ genere à ſuperioribus. *Idem.*

f *Naſcitur hoc malum tepore humido ac lento. Fit aliud ex eodem ſi ſol acrior inſecutus inuſſit ipſum vitium ideoque mutavit.*] Locus rurſus fœde depravatus. Theophraſtus de cauſis plantarum lib. 5. cap. 14. unde hæc mutuatus eſt Plinius;

& lento. [a] Fit aliud ex eodem, si Sol acrior insecu-
1 duravit, vel, necavit. Dal. tus inussit ipsum vitium, ideoque [1] mutavit. Est etiamnum peculiare olivis & vitibus (araneum vocant) cum veluti telæ involvunt fructum & absumunt. Adurunt & flatus quidam eas maxime, sed
2 Nam & vermicul. Vet. Nam verm. Ch. & alios fructus. [2] Vermiculationem & poma ipsa per se quibusdam annis sentiunt, [b] mala, pyra, mespila, punica. In oliva ancipiti eventu, [c] quando subeunt nati, fructum adimunt: augent, si in
3 illos sub cute proh. Theoph. ipso nucleo fuere erodentes eum. Gigni [3] illos prohibent pluviæ, quæ fiunt [d] post Arcturum: eædem si Austrinæ fuere, generant, in drupis quoque,
4 tum. Ch. quæ maturescentes [4] tunc sunt præcipue caducæ. Id riguis magis evenit, etiamsi non cecidere, fastidiendis. [e] Sunt & culicum genera aliquibus molesta, ut glandibus, fico, qui videntur ex humore
5 nasci, gustu dulci. Ib. [5] nasci, tunc dulci subdito corticibus. Et ægrotatio quidem fere in his est. [f] Quædam temporum cau-
6 dicantur. Ch. sæ, aut locorum non proprie [6] dicuntur morbi, quoniam protinus necant, sicut [g] tabes cum invasit arbo-

Quippe, inquit, *apud Miletum cum florent, si aër austrinus serenusque sit, eruca varium genus creatur: quarum aliæ frondem erodunt, aliæ florem. Juvat contra hoc si æstus sit consequutus: omnes enim disrumpuntur & pereunt.* Ex his Theophr. verbis liquet aliter in Plinio quam præferunt exemplaria, legendum esse. Emendavit ergo unusquisque pro captu ingenii sui, mihi ad præsens sic occurrit: *Nascitur hoc malum tempore humido ac lento. sed valet in id si sol acrior insecutus inussit eas atque enecavit.* ut duo illa verba *ipsum vitium* superfluant, adiecta à lectore expositionis gratia. *Pint.*

a *Fit aliud ex eodem, &c.*] Hic significari puto κράμβον uvarum, id est, morbosam & vitiosam duritiem, de qua Theophrast. cap. 13. 5. caussar. τὰ δὲ τῶν καρπῶν, οἷον τῶν μὲν βοτρύων ὁ καλούμενος κράμβος, τοῦτο δ' ὅμοιον τῇ ἐρυσίβῃ. γίνεται γὰρ ὅταν ὑπ' αὐτῆς ὑγρότητος μετὰ τὰς ψεκάδας ἐπιγίνηται σφοδρότερος ὁ ἥλιος, &c. Id est, *Fructuum quoque morbi sunt, ut racemorum Crambus, rubigini similis. Fit is, cum post imbris guttas acrior sol insecutus exusserit, &c.* Dalec.

b *Mala.*] Idem cap. 13. lib. 5. causs. & cap. 17. lib. 4. histor. *Idem.*

c *Quando subeunt nati, fructum adimunt*] Legendum videtur, *quando sub cutem nati fructum adimunt.* Theophrastus de causis plantarum lib. 5. cap. 13. *Olivæ, si sub cute vermes nascuntur, pereunt, quoniam penitus adimuntur: sed si in ipso nucleo, augentur.* Pint.

d *Post Arcturum.*] Orientem. Oritur Nonis Septembr. *Dalec.*

e *Sunt & culicum genera, &c.*] Theophrast. cap. 17. lib. 4. hist. *Idem.*

f *Quædam temporum causæ.*] Idem ibid. & cap. 16. lib. 5. causs. *Idem.*

g *Tabes cum invasit arborem.*] Ἐκ-

πληξις

arborem, aut uredo, vel flatus alicujus regionis proprius, ut eſt in Apulia [a] Atabulus, in Eubœa Olympias. Hic enim, ſi flavit circa brumam, frigore exurit arefaciens, ut nullis poſtea ſolibus recreari poſſint. Hoc genere convalles & appoſita fluminibus laborant, præcipueque vitis, olea, ficus. Quod [1] cum evenerit, detegitur ſtatim in germinatione: in oliva tardius: ſed in omnibus ſignum eſt reviviſcendi, ſi folia amiſere: [2] alioquin, quas putes prævaluiſſe, emoriuntur. Nonnunquam inareſcunt folia, eademque [3] reviviſcunt. Aliæ in ſeptentrionalibus, ut Ponto, Phrygia, [b] frigore aut gelu laborant, ſi poſt brumam continuavere XL. diebus. Et ibi autem, & in reliquis partibus, ſi protinus editis fructibus gelatio [4] magna conſecuta eſt, etiam paucis diebus necat. Quæ injuria hominum conſtant, [5] ſecundas habent cauſas. [c] Pix, oleum, adeps, inimica præcipue novellis. [d] Cortice in orbem detracto necantur, excepto ſubere, quod ſic etiam juvatur. Craſſeſcens enim præſtringit & ſtrangulat. Nec adrachne offenditur, ſi non ſimul incidatur & corpus. [6] Alioquin & ceraſus, & tilia, & vitis corticem mittunt, ſed non vitalem, nec proximum corpori, verum eum, qui ſubnaſcente alio expellitur. Quarundam natura rimoſus cortex, ut platanis. Tiliæ renaſcitur paulo minus quam totus. Ergo his, [7] quarum cicatricem trahit, medentur luto fimoque. Et aliquando [8] proſunt, ſi non

1 cum venit. *Ch.*
2 alioqui quas pu. præ. moriantur. *Ch.*
3 reviveſcunt. *Ch.*
4 magna' vel abundantia magna conſecuta. *M. Lego*, vel aquarum abundantia magna.
5 ſecum. *Pint. ex V. C.*
6 Alioqui. *Ch.*
7 quarum corpus cicatr. *Dal.*
8 hæc proſunt. *Dal.*

πλῆξις Thephr. uredo vero, καυθμός. *Dalec.*

a *Atabulus.*] Atabulum, quaſi τὴν ἄτην βάλλοντα, *calamitoſum* dixerunt. Horatius *Japyga* nominavit. *Idem.*

b *Frigore aut gelu laborant.*] Ἐκπληξις fit Theophr. *Idem.*

c *Pix, oleum.*] Idem. cap. 22. lib. 5. cauſſ. *Idem.*

d *Cortice in orbem, &c.*] Idem c. 16. lib. 3. hiſtor. & cap. 8. lib. 4. item c.21. & 24. lib. 5. cauſſ. id veteres Juriſconſulti *cingere* pro *diſcingere* dixerunt, ut *ſtringere*, pro *diſtringere*, nempe in orbem decorticare. *Actio*, inquiunt, *legitima eſt in eos, qui alienas arbores cingunt, cædunt, ſecant, &c.* cædunt aſcia ſecurive, aut totas, aut aliquam partem ſecant ſerra. Cujacius c. 12. 9. Obſerv. *Idem.*

non vehementior frigorum aut calorum vis secuta est. Quædam tardius ita moriuntur, ut robora & quercus. [a] Refert & tempus anni. Abieti enim & pino si quis detraxerit [b] Sole Taurum vel Geminos transeunte cum germinant, statim moriuntur. Eandem injuriam hieme passæ diutius tolerant. Similiter ilex & [c] robur, & quercus. [1] Quod si angusta decorticatio fuit, nihil [2] nocetur supra dictis. Infirmiores quidem & in solo gracili, vel ab una tantum parte detractus interimit. [d] Similem & decacuminatio rationem [3] habet, cupressi, piceæ, cedri: hæ enim detracto cacumine, aut ignibus adusto intereunt. Similem & [e] depastio animalium. Oleam quidem [f] etiam si lambat capra, sterilescere, auctor est [g] Varro, ut [h] diximus. [i] Quædam hac injuria moriuntur: aliqua deteriora tantum fiunt, ut [k] amygdalæ: ex dulcibus enim transfigurantur in amaras. Aliqua vero etiam utiliora, ut apud Chios pyrus, [l] quam Phocida appellant. Nam detruncatio

1 Quæ. Ch.
2 nocet supradictis. Infirmioribus. M.
3 habent. Dal.

a *Refert & tempus anni.*] Idem c. 18. lib. 4. hist. *Dalec.*

b *Sole Taurum vel Geminos, &c.*] Θαργηλιῶνος ἢ σκιῤῥοφοριῶνος, Gaza exposuit Februario & Martio. *Idem.*

c *Robur & quercus.*] De robore nihil Theophrast. *Idem.*

d *Similem & decacuminatio rationem habet, cupressi, picea, cedri.*] Aliquot arbores hic omissas puto indiligentia librarii. Theophrastus de causis plantarum lib. 5. cap. 24. *Quippe*, inquit, *decacuminatione abies, pinus, larix & palma duntaxat pereunt: quidam & cedrum & cupressum annumerant.* Pintian. *Similem, &c.*] Ἐπικοπή. Theophrast. cap. 19. lib. 4. hist. & cap. 24. lib. 5. causs. *Idem.*

e *Depastio animalium.*] Idem cap. 25. lib. 5. causs. *Idem.*

f *Etiamsi lambat capra, &c.*] Hac de caussa in arcem Athenis capræ non agebantur, præterquam semel ad necessarium sacrificium, ne oleam ibi primum editam violarent: tum etiam caprarum victimas Pallas aversabatur. *Idem.*

g *Varro.*] Cap. 3. lib. 2. *Idem.*

h *Diximus.*] Supra c. 10. lib. 8. *Idem.*

i *Quædam hac injuria moriuntur, aliqua deteriora, &c.*] Scribendum proculdubio *incuria*, non *injuria*: & pronomen *hac* adventitium est. Theophrastus de causis plantarum lib. 2. cap. 20. *Evidentissima*, inquit, *& communissima mutationis plantarum causa est negligentia. Omnia namque fere neglecta immitescunt. Interdum etiam fit ut quasi manca læsaque fuerint, in deterius transeant, cum scilicet principio nascens quicquam diminuitur seu amygdala; hæc enim amara ex dulci & dura ex molli sic redditur. Non tamen desunt quæ diminuta posse meliorescere dicunt, ut de pyro Phocide Chii referunt.* P.

k *Amygdala.*] Theophr. c. 22. lib. 2. causs. *Dalec.*

l *Quam Phocida appellant.*] Idem loco citato. *Idem.*

a *Radicibus*

truncatio diximus quibus prodesset. Intereunt pleraque & fissa stirpe, exceptis vite, malo, fico, Punica. Quædam vel ab ulcere tantum. [1] Ficus hanc injuriam spernit, & omnia quæ resinam gignunt. [a] Radicibus amputatis mori, minime mirum est. Pleræque tamen non omnibus, sed maximis, aut quæ sunt inter illas vitales abscissis moriuntur. [b] Necant invicem inter sese umbra, vel densitate, atque alimenti rapina. Necat & edera vinciens. [c] Nec viscum prodest, [2] & cytisus, nec auro, quod alimon vocant Græci. [d] Quorundam natura non necat quidem, sed lædit odore, aut succi mistura: ut raphanus & laurus vitem. [3] Olfactatrix enim intelligitur, [e] & [4] tangi odore mirum in modum: ideo cum juxta sit, averti & recedere, saporemque inimicum fugere. Hinc sumpsit Androcydes medicinam contra ebrietates, [5] raphanum mandi præcipiens. Odit & caulem & olus omne, odit & corylum, ni procul absint, tristis atque ægra. [f] Nitrum quidem & alumen, marina aqua calida, & fabæ putamina vel ervi, ultima venena sunt.

1 Pinus in tedam concila. *Theophr.*

2 nec cyt. &c. quem halimon. *ex Theophr.*

3 olfactrix. *Dal.*

4 tingui. *Cb.*

5 raphanum mandatur. *Cb.* raphanus ut mandatur. *Al.* brassicam. *Ex Theophr.*

CAP.

a *Radicibus amputatis mori.*] Idem cap. ult. lib. 4. hist. *Dalec.*

b *Necant invicem, &c.*] Idem cap. 22. lib. 5. causs. *Idem.*

c *Nec viscum prodest, &c.*] Lege: *Et cytisus necat viro, & quod halimon Græci vocant.* Plinius reddidit *virus* succum falsum nimirum Halimi, qui virus est ceteris plantis Halimo adnatis. Vide *Salmas.* pag. 174. b.

d *Quorundam natura, &c.*] Theophrast. cap. 20. lib. 4. hist. Pro *raphano* hic bis reddendum *brassica.* Vide infra cap. 5. lib. 19. & cap. 9. lib. 20. & cap. 1. lib. 24. *Dalec.*

e *Et tangi odore mirum in modum.*] In Scripto codice, *extingui odore mirum in modum.* Neutram lectionem probo, placet magis legas, *& angi odore mirum in modum.* Pint.

f *Nitrum quidem & alumen.*] Ideo viti brassica tantopere odiosa est, quod nitroso succo alatur, Laurus quod amaro. *Dalec.*

CAP. XXV.

[a] *De variis prodigiis sive ostentis in arboribus : deque oliveto publicam viam olim transgresso.*

INter vitia arborum, est & prodigiis locus. [b] Invenimus enim sine foliis natas: vitem & malum Punicam stirpe fructum tulisse, non palmite, aut ramis, vitem uvas sine foliis, oleas quoque amisisse folia baccis hærentibus. [1]Sunt & miracula fortuita. [c] Nam & oliva in totum ambusta revixit: & [d] in Bœotia derosæ à locustis ficus iterum germinavere. [e] Mutantur arbores & [2] colore, fiuntque ex nigris candidæ, non semper [3] prodigiosæ, [4] & maxime quæ ex semine nascuntur, ut populus alba in nigram transit. [f] Quidam & sorbum, si in calidiora loca venerit, sterilescere putant. Prodigio autem fiunt ex dulcibus acerba poma, aut dulcia ex acerbis, è caprifico fici: aut contra, gravi ostento, cum in deteriora mutantur, ex olea in oleastrum, ex candida uva & [5] fico in nigras: ut Laodiceæ, Xerxis adventu platano in oleam mutata: qualibus ostentis Aristandri apud Græcos volumen scatet, ne in infinitum abeamus: apud nos vero [6] C. Epidii

1 Sunt mirac. ac fortuitu. *Ch.*
2 colores. *Ch.*
3 prodigiose. *M.*
4 ex. *Ch.*
5 ficu. *Alii.*
6 Cepidii. *M.*

a *De variis prodigiis.*] Vide infra cap. 32. lib. 16. & apud Theophrast. cap. 4. lib. 5. causs. & c. 4. lib. 2. hist. *Dal.*

b *Invenimus enim sine foliis natas vitem & malum Punicam à stirpe fructum tulisse, &c.*] Tria illa verba *sine foliis natas*, supervacanea esse Theophrast. monstrat. lib. 2. cap. 4. *Et si*, inquit, *aliquando ita fit, in fructibus potius discrimen quam in totis arboribus percipitur. Nam talis quoque rei temeritas fructibus nonnunquam contingit, ut ficus poma adversa ramulis ferat & Punica ac vitis in caudice suo fructificent. Ad hæc vitis fructum absque foliis produxit: olea foliis amissis fructificavit.* Pint.

c *Nam & oliva in totum, &c.*] Pausaniæ in Corinthiacis clava Herculis ex oleastro actis radicibus regerminavit, *Dalec.*

d *In Bœotia derosa à locustis ficus iterum germinavere.*] Vetus lectio, *& in Bœotia derosa à locustis cytisi regerminavere.* Theophr. l. 2. c. 4. neque ficum neque cytisum nominat, sed opera ait derosa à locustis regerminasse. Theodorus non *opera* sed *germina* vertit. *Pint.*

e *Mutantur arbores & colore.*] Theophrast. cap. 3. lib. 2. histor. & c. 3. lib. 5. causs. *Dalec.*

f *Quidam & sorbum si in calidiora loca venerit, sterilescere putant.*] Hæc verba falso hic inserta sunt, nec ad præsens institutum pertinent, sed ad materiam capitis prioris de sterilitate arborum. *Pintian.*

dii commentarii, in quibus arbores locutæ quoque reperiuntur. Subſedit in Cumano arbor gravi oſtento, paulo ante Pompeii Magni bella civilia paucis ramis eminentibus. Inventum Sibyllinis libris internecionem hominum fore, tantoque eam majorem, quanto propius ab urbe poſtea facta eſſet. Sunt prodigia, & cum alienis locis enaſcuntur, ut in capitibus ſtatuarum, vel aris, [a] & cum in arboribus ipſis alienæ. [b] Ficus in lauro nata eſt Cyzici [c] ante obſidionem. Simili modo Trallibus [1] palma Ch. in baſi Cæſaris dictatoris circa bella civilia ejus. Necnon & Romæ in Capitolio [d] in capite [2] bis bello Perſei [e] enata palma, victoriam triumphoſque portendit: hac tempeſtatibus proſtrata, eodem loco ficus enata eſt, M. Meſſalæ, C. Caſſii Cenſorum luſtro. A quo tempore pudicitiam ſubverſam Piſo gravis auctor prodidit. Super omnia, quæ unquam audita ſunt, erit prodigium in noſtro ævo Neronis principis ruina factum in agro Marrucino, Vectii Marcelli è primis equeſtris ordinis oliveto univerſo viam publicam tranſgreſſo, arviſque inde è contrario in locum oliveti profectis.

1 palmæ.

2 Jovis. V.

CAP. XXVI.

[f] *De remediis morborum arborum.*

NUnc expoſitis arborum morbis, conſentaneum eſt dicere & remedia. Ex his quædam ſunt

a *Et cum in arboribus, &c.*] Pauſaniæ in Arcadicis ex una & eadem radice ilex & olea enatæ ſunt. *Dalec.*

b *Ficus in lauro.*] Theophr. cap. 23. lib. 2. & cap. 4. lib. 5. de Cauſſ. Laurus in Platano. *Idem.*

c *Ante obſidionem.*] Obſidionem intelligit Mithridatis, qui eam civitatem cum quadringentis navibus reſiſtentem oppugnavit cum equitatu multo & peditum CI. millibus. Vide Strab. l. 12. *Idem.*

d *In capite.*] Quidam *caput* hic exponunt ſummum tecti faſtigium & ſupremum verticem. *Idem.*

e *Enata palma.*] Sic apud Livium lib. 2. Decad. 4. *A P. Sulpitio proconſule litera ex Macedonia allata nuntiarunt in puppi longæ navis enatam laurum.* Idem.

f *De remediis, &c.*] Theophr. c. 9. lib. 2. hiſtor. & cap. 2. lib. 3. cap. 21. lib. 5. cauſſ. *Idem.*

a *Abla-*

sunt communia omnium, quædam propria quarundam. Communia [a] ablaqueatio, [b] accumulatio, afflari radices, aut cooperiri, [c] riguis dato potu vel ablato, fimi succo refectis, putatione levatis onere. [d] Item succo emisso quædam veluti [1] detractio sanguinis, circunrasio corticis, [e] vitium extenuatio, [2] & domitura palmitum.. Gemmas si frigus retorridas hirtasque fecerit, [f] repumicatio, & quædam politura. [g] Arborum iis aliæ magis, aliæ minus gaudent, veluti cupressus & aquam aspernatur & fimum, & circunfossuram, amputationemque, & omnia remedia odit: quinetiam necatur. Riguis [3] & vites, & Punicæ præcipue aluntur. Ficus arbor ipsa riguis alitur, pomum vero ejus [4] marcescit. Amygdalæ si colantur fossione, florem amittunt. Nec insitas circunfodere oportet, priusquam validæ ferre cœperint poma. Plurimæ autem amputari sibi volunt onerosa ac supervacua, sicut nos ungues & capillum. Reciduntur veteres totæ, ac rursus à stolone aliquo resurgunt: sed non omnes, nec nisi quarum naturam pati diximus. [h] Rigua æstivis

1 detractatio. Ch.

2 & dominatrum. Ch.

3 & vitis. Ch.

4 inarescit. CM.

a *Ablaqueatio.*] Ablaqueatio, σκαπάνη: accumulatio ἐπίχωσις: potus datus vel ablatus ὑδρεία: fimi succo refectio, κόπρωσις: putatione levatum onus διακάθαρσις, ἀφαίρεσις τῶν αὔων. *Dalec.*

b *Accumulatio.*] In ficis. Cato cap. 94. *Idem.*

c *Riguis dato potu vel ablato, &c.*] Lege: *Rigua dato vel ablato: fimum succo refectis, putatio, levatis onere: item succo emisso quædam velut detractio sanguinis: circumrasio corticis, vitium extenuatio & domitura palmitum: gemmarum si frigus retorridas hirtasque fecerit repumicatio & quædam politura.* Vide *Salmas.* pag. 519. a.

d *Item succo emisso quibusdam veluti detractio sanguinis.*] Emendatius, ut sentio, legeretur: *Item succi emissio, &c.* Pint. *Succo emisso quadam, &c.*] Columella cap. 6. lib. 5. sic ulmum vetustam propter ramos vulnerat, & usque in medullam cavat. *Dalec.*

e *Vitium extenuatio.*] Extenuationem vitium appellat, quam Theophr. cap. 12. lib. 5. causs. τὴν τῆς τροφῆς ἀφαίρεσιν. Ea fit pampinatione, ἀποψιλώσει, οἰνάρων ἀποκλασμῷ, palmitum detractione: ἐκκαθάρσει τῶν ἐπιπολαίων ῥιζῶν, summarum radicum purgatione, summissis sarmentis, κλήμασιν ἐπιβαλλομένοις: propaginibus, ταῖς κατορυχαῖς: fossione, τῇ σκάψει. & ablaqueatione, τῇ τῶν ῥιζῶν γυμνώσει. *Idem.*

f *Repumicatio.*] Idem loco citato. *Idem.*

g *Arborum iis aliæ magis.*] Idem c. 6. & 8. lib. 1. histor. *Idem.*

h *Rigua æstivis vaporibus utilia.*] Idem ibid.

vis vaporibus utilia, hieme inimica, autumno varia, [1] & ex natura soli: quippe cum [2] vindemiator Hispaniarum stagnante solo uvas demetat. [3] Cætero majore in parte orbis etiam pluvias autumni aquas [a] [4] erivari convenit. Circa Canis ortum rigua maxime prosunt, ac ne tunc quidem nimia, quoniam [b] inebrietatis radicibus nocent. Et ætas modum temperat. Novellæ enim minus sitiunt. Desiderant autem maxime rigari, quæ assuevere. Contra siccis locis genita non expetunt humorem, nisi necessarium. Asperiora vina rigari utique cupiunt in Sulmonensi Italiæ agro, pago Fabiano, ubi & arva rigantur: [5] mirumque herbæ aqua illa necantur, fruges aluntur, [6] & riguus pro sarculo est. In eodem agro bruma, tanto magis si nives jaceant, geletve ne frigus vites adurat, [c] circumfundunt riguis, quod ibi tepidare vocant: memorabili natura in amne solo. Sed idem æstate vix tolerandi rigoris.

1 & hoc ex natura. *M.*
2 vindemitor Hispanarum. *Ch.*
3 Cæterum ma. ex par. orbis & plu. *M.*
4 dertrari. *V.* erivare. *Ch.*
5 mirum quod. *M.* mirumque quod. *Alii.*
6 & rivus. *Alii.*

CAP. XXVII.

[d] *De caprificatione, & stercoratione.*

CArbunculi ac rubiginum remedia demonstrabimus volumine proximo. [e] Interim est scarificatio quædam in remediis: cum macie corticis ex

ibid. cap. 5. & c. 12. ac 13. l. 3. causs. *Dal.*

a *Erivari convenit.*] Rivis effundi: quia nec frugibus, nec arboribus, nec vitibus eæ sunt utiles. *Idem.*

b *Inebriatis radicibus nocent.*] Utitur hac metaphora Theophrast. cap. 21. lib. 5. causs. ἀλλὰ καὶ τοῦτο (sub. ὕδωρ) ὅταν τῷ πλήθει διαφθείρῃ. οἷον τὰς ῥίζας, ἢ λύειν ἐκμεθύοντα. *Idem.*

c *Circumfundunt riguis, &c.*] Legend. *Circumfundunt riguis, &c. memorabili natura in amne: solus idem æstate vix tolerandi rigoris, &c.* ibi *rigua* sunt rivi ex amne ducti & vitibus circumfusi. Præcedentia sic legenda: *ubi & arva rigant: mirumque, &c. & riguum pro sarculo est.* nam *rigua* ubique vocat τὰς ὑδρείας quæ rivo ducuntur. Hinc *eriguare aquas* apud eundem rivo deducere. Et quod præcedit sic legend. *etiam pluvias autumni aquas eriguare convenit.* id est, rivis factis deducere. sic *rigare* proprie de aqua quæ rivo ducitur, Græci ὑδρεύειν. *Salmas.* 588. a. b.

d *De caprificatione.*] Theophrast. c. 9. lib. 2. histor. & cap. 12. ac 13. lib. 2. causs. *Dalec.*

e *Interim est, &c.*] Legend. *Interim est & scarifatio quædam in remediis, &c.* Vide *Salmas.* pag. 590. a.

a *Magna.*

ex ægritudine adſtringente ſe juſtoque plus vitalia arborum comprimente, exactam falcis aciem utraque manu imprimentes, perpetuis inciſuris [1] deducunt, ac veluti cutem laxant. Salutare id fuiſſe, argumento ſunt dilatatæ cicatrices, & internato corpore expletæ. [a] Magnaque ex parte ſimilis hominum medicina & arborum eſt, quando earum quoque terebrantur oſſa. [b] Amygdalæ ex amaris dulces fiunt, ſi circunfoſſo ſtipite, [2] & ab ima parte circunforato defluens pituita abſtergeatur. [c] Et ulmis detrahitur ſuccus inutilis, ſupra terram foratis uſque ad medullam in ſenecta, aut cum alimento nimio abundare ſentiuntur. Idem & ficorum turgido cortice inciſuris in obliquum levibus emittitur: ita fit ne decidant fructus. [d] Pomiferis, quæ germinant, nec ferunt fructum, fiſſa radice inditur lapis, [3] fertileſque fiunt. Hoc idem [4] & amygdalis, è robore cuneo adacto. In pyris ſorbiſque è teda, ac cinere & terra cooperto. Etiam radices circuncidiſſe prodeſt vitium luxuriantium ficorumque, & circunciſis cinerem addidiſſe. [e] Fici ſerotinæ fiunt, ſi primæ groſſi, cum fabæ magnitudinem exceſſere, detrahantur. [f] Subnaſcuntur enim quæ

1 diducunt. *Dal. Pint.*

2 præterforatoque menſura dodrantali pituita defl. &c. *Ex Theophr.*

3 Fertiles fic fiunt. *Dal.*

4 in *Ch.*

a *Magnaque ex parte ſimilis hominum medicina & arborum eſt, quando earum quoque terebrantur oſſa.*] Quinque ultima verba ſuperfluunt ex vetere lectione: prima alio ordine in eadem ſcripta ſunt: *magnaque ex parte ſimilis eſt hominum medicina & arborum.* Pint.

b *Amygdalæ ex amaris, &c.*] Idem cap. 8. lib 2. hiſt. & cap 22. lib. 1. cauſ. quo loco Amygdalum humoris abundantia ſterilem, ſic caſtigari tradit. *Dalec.*

c *Et nimis detrahitur, &c.*] Columel. cap. 6. lib. 5. *Idem.*

d *Pomiferis quæ germinant nec ferunt fructum, fiſſa radice inditur lapis fertileſque fiunt. Hoc idem & amygdalis è robore cuneo adacto.*] Puto duas dictiones præpoſtere locatas eſſe, & *amygdalis* ponendum ubi *pomiferis* poſuere, & è contrario. Item *fiſſo cortice* legendum non *fiſſa radice:* utrunque ex Columella lib. de arboribus cap. 25. & lib. 5. cap. 8. *Amygdala, inquit, & ſi parum ferax erit, forata arbore lapidem adjicito & ita librum arboris inoleſcere ſinito.* Pint. *Pomiferis, &c.*] Theophraſt. loco citato. *Dalec.*

e *Fici ſerotinæ fiunt.*] Columel. c.20. lib. de arboribus. *Idem.*

f *Subnaſcuntur enim quæ ſerius maturescunt.*] Et hic puto erratum eſſe in ordine verborum, legendumque *ſubnaſcuntur enim ſeriuſque matureſcunt.* Pintianus.

a *Eadem*

quæ ſerius matureſcunt. [a] Eædem cum frondere incipiunt, ſi cacumina rami cujuſque detrahantur, firmiores fertilioreſque fiunt. Nam caprificatione [1] maturata, [b] in ea culices naſci è groſſis manifeſtum [2] eſt: quoniam cum evolavere, non inveniuntur intus grana, quæ in eos verſa apparet. Exeundi tanta eſt aviditas, ut plerique aut pede relicto, [3] aut penna pariter erumpant. Eſt & aliud genus culicum, quos vocant [4] centrinas, ſucis apum ſimiles ignavia malitiaque, cum pernicie verorum & utilium. Interimunt enim illos atque ipſi [5] moriuntur. Vexant & tineæ ſemina ficorum. [c] Contra quas remedium, in eodem ſcrobe [d] defodere Italicam lentiſcum, inverſa parte, quæ fuerit à cacumine. Uberrimas autem ficus [6] rubrica amurca diluta, & cum fimo infuſa radicibus frondere incipientium facit. Caprificorum laudantur maxime [7] nigræ & in petroſis, [e] quoniam frumenta plurima habeant: caprificatio ipſa poſt imbrem. In primis autem cavendum, ne ex remediis vitia fiant: quod evenit nimia aut intempeſtiva medicina. [f] Interlu-

1 caprificatio maturat. *V.* maturantur, in ea, &c. *Dal.*

2 Eſt, *in. M. d.*

3 aut pinnæ parte erump. *Ch.*

4 Centinas. *Th. & M.*

5 Commoriuntur. *Ch.*

6 lubrica. *Ch.*

7 nigræ ex petroſis quon. grana (κεγχραμίδας.) *Theophraſt.*

a *Eædem cum frondere incipiunt.*] Theophraſt. cap. 9. lib. 2. hiſt. & cap. 12. ac 13. lib. 2. cauſ. Hæc eſt decacuminatio, ἡ τῶν ἄκρων ἀπόκλασις. *Dalec.*

b *In ea culices naſci, &c.*] Theophr. cap. ult. lib. 2. hiſtor. *Idem.*

c *Contra quas remedium.*] Idem c. 11. lib. 5. cauſ. minus vermiculationem ſentiunt, quæ inſerta lentiſco terræ mandantur. *Idem.*

d *Defodere Italicam lentiſcum.*] In veteri lectione non *Italicam lentiſcum*, ſed *Italiam lentiſci* habetur, ſcribo, *taleam lentiſci*, ex Columella lib. de arboribus cap. 20. *Sed ne tinea*, inquit, *moleſta ſit ſeminibus ficulneis, in imum ſcrobem taleam lentiſci, ita ut cacumen ejus deorſum ſpectet, obruito*, Præterea Plinius lib. 15. cap. 7. & 26. ubi de lentiſco diſſerit, nullam facit mentionem Italicæ lentiſci, nec ullum aſſignat diſcrimen inter Italicam lentiſcum & cætera lentiſci genera. *Pint.*

e *Quoniam frumenta plurima habeant.*] Scrib reor, *farcta* non *frumenta*. Columella lib. de arboribus cap. 21. *Semper proderit, ſimulac folia agere cœperit ficus, rubricam amurca diluere & cum ſtercore humano ad radicem infundere: ea res efficit uberiorem fructum & farctum fici ſpecioſius & plenius.* Illis Columellæ verbis adductus perſuaſum habeo, hunc locum permutato verborum ordine ſic legendum: *Uberrimas autem ficus rubrica amurca diluta & cum fimo infuſa radicibus frondere incipientium facit: quoniam farcta plurima habeat. Caprificorum laudantur maxime nigra & in petroſis. Caprificatio ipſa poſt imbrem.* Idem.

f *Interlucatio arboribus, &c.*] Λύων ἀφαίρεσις. *Dalec.*

terlucatio arboribus prodest: sed omnium annorum trucidatio inutilissima. [a] Vitis tantum tonsuram annuam quærit, alternam vero myrtus, punicæ, oleæ, quia celeriter fruticescunt. Cæteræ rarius tondentur, nulla autumno. [b] Ac ne raduntur quidem, nisi [1] vere putatione. Plagæ ad vitalia sunt omnia quæcunque non supervacua: [2] similis fimi ratio. Gaudent eo, sed cavendum ne in fervore solis admoveatur, ne immaturum, ne validius quam opus sit. Urit vineas suillum, nisi quinquennio interposito, præterquam si riguis diluatur. Et è coriariorum sordibus, nisi admista aqua: item largius. Justum existimant in denos pedes quadratos tres modios. Id quidem soli natura [3] decernet. Columbino ac suillo plagis quoque arborum medentur. Si mala punica acida nascantur [c] ablaqueatis radicibus fimum suillum adhibent: eo anno vinolenta, proximo dulcia futura. Alii urina hominis aqua mista riganda censent quater anno, singulis amphoris: aut cacumina spargi vino lasere diluto. Si findantur in arbore, pediculum intorqueri. Ficis utique amurcam affundi. Cæteris arboribus ægris fæcem vini ac lupinum [4] circa radices earum seri. Aqua quoque lupini decocti circunfusa, pomis prodest. Fici, cum [d] Vulcanalibus [5] tonuit, cadunt. Remedium est, ut ante stipula hordeacea areæ [6] stringantur. Cerasos præcoces facit, cogitque maturescere calx admota radicibus. Et hæc [7] ante omnia poma intervelli melius est, ut quæ relicta [8] sunt, grandescant.

1 vere. Putatione, plagæ ad vitalia sint omnes, & quacunque supervacua enodent. Sim. &c. *Dal.*
2 Similis stercoris rat. sed eo gaudentibus cavendum. *Ex Theoph. & Columella.*
3 decernit. *M.*
4 circum. *M.* aut lup. circum. *Cb.*
5 tonuerit. *M.*
6 sternantur. *V.*
7 autem. *M.* inter. *V.*
8 sint. *Cb.*

CAP.

a *Vitis tantum, &c.*] Theophrast. cap. 5. lib. 2. histor. *Dalec.*

b *Ac ne raduntur quidem, &c.*] Legend. *Ac ne eradicantur quidem nisi vere. Putatione, plaga ad vitalia omnia sunt quæcunque non supervacua.* Vide *Salmas.* pag. 585. a.

c *Ablaqueatis radicibus, &c.*] Columell. c. 10. lib. 5. *Dalec.*

d *Vulcanalibus tonuit.*] Vulcanalia Augusto celabrantur: quo tempore fiebat tertia satio. Columella cap. 3. lib. 11. *Idem.*

a *Morsis*

CAP. XXVIII.

De diversis medicamentis arborum contra venenata animalia, & contra formicas, & contra noxia animalia.

QUædam pœna emendantur, aut [a] morſu excitantur, ut palmæ & lentiſci. Salſis enim aquis aluntur. Salis vim [1] & cinis, ſed leniorem, habet: ideo ficis aſperguntur [2] ruta, ne fiant verminoſæ, neve radices putreſcant. Quin & vitium radicibus aquam ſalſam jubent affundi, ſi ſint lacrymoſæ; ſi vero fructus [3] earum decidant, cinerem aceto aſpergi ipſaſque illini, aut ſandaracha, ſi putreſcat uva. Si vero fertiles non ſunt, aceto acri ſubacto cinere rigari atque oblini. Quod ſi fructum non maturent, prius inareſcentem, præciſarum ad radices plagam, fibraſque aceto acri & urina vetuſta madefacere, atque eo luto obruere, [4] ſæpe fodere. Olearum, ſi parum promiſere fructus, nudatas radices hiberno frigori opponunt, eaque caſtigatione proficiunt. Omnia hæc annua cœli ratione conſtant: & aliquando ſerius poſcuntur, aliquando celerius. [b] Necnon ignis [5] aliquid prodeſt, ut harundini. Ambuſta nanque denſior mitiorque ſurgit. [c] Cato & medicamenta quædam componit, menſuræ quoque diſtinctione, ad majorum arborum radices amphoram, ad minorum urnam amurcæ, & aquæ portionem æquam, ablaqueatis prius radicibus paulatim affundi jubens. In olea hoc amplius, ſtramentis antea circumpoſitis: item fico. [d] Hujus præcipue veterem terram adaggerari

1 cineres, ſed len. habent. *M.*

2 rutaque, ne. *M.* & *Ch. lego*, rutæque, ne, &c. *Theophr.*

3 earum dec. cin. ac. conſpergi. *Ch.*

4 & ſæpe. *Dal.*

5 aliquibus. *V.*

a *Morſu excitantur.*] Ἀνάδηξιν vocat Theophr. cap. 23. lib. 3. cauſ. eamque fieri tradit urina, ſtercore, & coriariorum purgamentis, ramentis, ſordibus, τῇ σκυλοδεψικῇ. *Dalec.*

b *Nec non ignis, &c.*] Theophraſt. cap. 12. lib. 4. hiſt. *Idem.*

c *Cato.*] Cap. 93. *Idem.*

d *Hujus præcipue veterem terram adaggerari radicibus.*] Scribo *vere*, non *veterem*: ex Catone ipſo, cujus verba ſunt, cap. 94. *Fici ut groſſos teneant, facito omnia quæ modo olea & hoc amplius: cum ver apparet, terram adaggerato bene. Si ita*

gerari radicibus: ita futurum, ut non decidant grossi, majorque fœcunditas nec scabra proveniat.
1 ne convolvulus. *Cb.* Simili modo, [a] [1] ne convolvulus fiat in vinea, amurcæ congios duos [2] decoctos in crassitudinem mellis,
2 decoqui. *Cb.* [b] rursusque cum bituminis tertia parte, & sulphuris quarta sub dio coqui, quoniam exardescat sub tecto. Hoc vites circa capita ac sub brachiis ungi: ita non fore convolvulum. Quidam contenti sunt fumo hujus misturæ suffire vineas secundo flatu, continuo triduo. [c] Plerique non minus auxilii &
3 adjumenti. *V.* [3] alimenti arbitrantur in urina, quam Cato in amurca, addita modo aquæ pari portione, quoniam per se noceat. [d] Alii volvocem appellant animal prærodens pubescentes uvas: quod ne accidat, falces, cum sint exacutæ, fibrina pelle detergent, atque ita putant: aut sanguine ursino liniri volunt post putationem easdem. Sunt arborum pestes & formicæ. Has abigunt, rubrica ac pice liquida perunctis caudicibus: nec non & pisce suspenso juxta in unum locum congregant: aut lupino trito cum oleo
4 has &, *in M. d.* radices linunt. Multi & [4] has & talpas amurca ne-
5 uricas. *Cb. & mox,* contra urucas, &c. cant: contraque [5] erucas, & mala ne putrescant, lacertæ viridis velle tangi cacumina jubent. [e] Privatim

tim

ita feceris & grossi non cadent & fici scabra non fient, & multo feraciores erunt. Scriptum item exemplar, *vere*, palam præfert, non *veterem*. Pint.

a *Ne convolvulus, &c.*] Cato cap. 95. Græcis ἰψ. *Dalec.*

b *Rursus cum bituminis tertia parte & sulfuris quarta sub dio coqui, quoniam exardescat sub tecto.*] Scribo *tertiarium*, non *tertia parte*: & *quartarium*, non *quarta*: & *excandescat*, non *exardescat*. Cato c. 94. *Postea sumito bituminis tertiarium & sulfuris quartarium. Conterito in mortario per se utrumque, postea infriato minutissime in amurcam caldam, & simul rudicula misceto, & denuo coquito sub dio. nam si in tecto coquas, cum bitumen & sulfur additum est, excandescat.* Pint.

c *Plerique non minus auxilii.*] Theophrast. cap. 23. lib. 3. caus. *Dalec.*

d *Alii volvocem, &c.*] Colum. cap. 15. lib. De arboribus *volucrem* appellat. *Idem.*

e *Privatim autem contra erucas ambiri arbores singulas.*] Legendum reor *areas* non *arbores* ex Columella lib. 11. *Sed & Democritus*, inquit, *in eo libro qui Græce inscribitur* περὶ ἀντιπαθῶν *affirmat has ipsas bestiolas necari, si mulier quæ in menstruis est, solutis crinibus & nudo pede unamquamque aream ter circumeat. Post hoc enim decidere omnes vermiculos & ita emori.* Et in carmine de hortorum cultura idem Columella:

At si nulla valet medicina repellere pestem:

Dardania

tim autem contra erucas ambiri arbores ſingulas à muliere incitati [1] menſis nudis pedibus recincta. Item ne quod animal paſtu malefico decerpat frondem, fimo boum diluto aſpergi folia, quoties imber interveniat, quoniam [2] ita abluatur virus medicaminis, mira quædam excogitante ſolertia humana. Quippe cum averti carmine grandines credant [3] plerique: [a] cujus verba inſerere non equidem ſerio auſim, quanquam à [b] Catone prodita, contra luxata membra [4] jungenda harundinum fiſſuræ. [c] Idem arbores religioſas lucoſque ſuccidi permiſit, [d] ſacrificio prius facto: [e] cujus [5] rei rationem quoque eodem volumine tradidit.

1 ventris. *M.* incitatis menſibus. *V.*

2 obluatur ita. *Ch.*

3 plerique. Verba inſ. *Dal.*

4 jungendo har. fiſſuram. *Dal.*

5 rei notionem, rationemque. *M.* cujus rationemque. *Ch.*

Dardaniæ veniunt artes nudataque plantas
Fœmina, quæ juſtis tum demum operata juventa
Legibus, obſcœno manat pudibunda cruore:
Sed reſoluta ſinus, reſoluto mœſta capillo,
Ter circum areolas & ſepem ducitur horti,
Quæ cum luſtravit gradiens, mirabile viſu,
Non aliter quam decuſſa pluit arbore nimbus,
Vel teretis mali, vel tecta cortice glandis,
Volvitur ad terram diſtorto corpore campe.
Pintian.

a *Cujus verba inſerere non equidem auſim, quanquam à Catone prodita.*] In antiquo exemplari *proditis* legitur non *prodita*, quæ locutio apud alios rara, apud hunc auctorem frequens eſt. *Idem.*

b *Catone prodita.*] Cap. 160. *Dal.*

c *Idem arbores religioſas, &c.*] Capite 139. *Idem.*

d *Sacrificio prius facto.*] Legendum eſt: *ſacrificio prius facto, cujus rationem precationemque eodem volumine tradidit.* Vide *Salmaſ.* pag. 585. a.

e *Cujus rei rationem notionemque.*] Antiquum exemplar *recreationem* habet, non *notionem*. Forte ſcribendum *deprecationem*, ex Catone capite 138. & paulo ante, *Contra luxata membra jungenda arundinum fiſſura.* In eodem, *contra luxata membra & jungenda.* Item *fiſſuræ* legere mallem quam *fiſſura*. Pint.

C. PLINII SECUNDI NATURALIS HISTORIÆ

LIBER XVIII.

PROOEMIUM.

Quod antiquis maximum ſtudium agricultura fuit, & de hortorum ſingulari diligentia.

CAP. I.



SEQUITUR natura frugum hortorumque ac florum, quæque alia præter arbores aut frutices benigna tellure [1] proveniunt, vel per ſe tantum herbarum immenſa contemplatione, ſi quis æſtimet varietatem, numerum, flores, odores, coloreſque & ſuccos, [2] ac vires earum, quas ſalutis aut voluptatis hominum gratia gignit. Qua in parte primum omnium patrocinari terræ, & adeſſe cunctorum parenti juvat, quanquam [a] inter initia operis defenſæ. [b] Quoniam tamen ipſa materia [3] intus accendit ad reputationem ejuſdem parientis [4] & noxia, noſtris eam criminibus urgemus, [5] culpamque noſtram illi imputamus. [c] Genuit venena: ſed quis invênit illa

1 proveniunt. Vel per ſe tan. her. im. contemplatio eſt, ſi quis. *M.*

2 aut. *Ch.*

3 intus accidat. *M.* accedit intus. *Ch.*

4 & noxia, *in M. d.*

5 noſtramque culpam. *Ch.*

a *Inter initia operis defenſæ.*] Supra cap. 65. lib. 2. *Dalec.*

b *Quoniam tamen ipſa, &c.*] Senſus eſt: Quoniam tamen vel ipſa materia noxia nos intus accendit ad reputationem ipſius parientis, id eſt, naturæ, noſtro vitio contemplationis materia abutentes, naturæ culpam noſtri ſceleris imputamus. *Conſt.* Ego vero, Quoniam ipſa materia [nempe illorum, quæ terra gignuntur.] intus nos accendit [animo conceptis odiis, & tacitis nos inflammat, & exagitat] ad reputationem ejuſdem parientis, & noxia, [ad accuſandam naturam, ſive terram, quod venena genuerit.] &c. Fortaſſis & melius *imputationem*, quam *reputationem* legemus. *Idem.*

c *Genuit venena, ſed quis invenit illa præter hominem?*] Elegantius ſcripta lectio,

illa præter hominem? Cavere ac refugere alitibus ferisque satis est. Atque cum arbore exacuant limentque cornua elephanti, & [1] saxo rhinocerotes, & utroque [a] apri dentium sicas, sciantque ad nocendum se præparare animalia: [2] quod tamen eorum tela sua, excepto homine, venenis tingit? Nos & [b] sagittas ungimus, ac ferro ipsi nocentius aliquid damus. Nos & flumina inficimus, & rerum naturæ elementa. Ipsum quoque quo vivitur, aërem in perniciem vertimus. Neque est ut putemus ignorari ea ab [3] animalibus, quæ quidem quæ præpararent contra serpentium dimicationem, quæ post prælium ad medendum excogitarent, indicavimus. Nec ab ullo præter hominem, veneno pugnatur alieno. Fateamur ergo culpam, ne iis quidem, quæ nascuntur, contenti: etenim [4] complura eorum genera humana manu fiunt. [5] Quid? non & [6] homines quidem ut venena nascuntur? Atra seu serpentium lingua [7] vibrat, [c] tabesque animi [8] contrectata adurit culpantium omnia, ac [d] dirarum alitum modo tenebris quoque [9] suis & ipsarum noctium quieti invidentium gemitu (quæ sola vox eorum est) ut inauspicatarum animantium vice obvii quoque vetent agere, aut prodesse vitæ. Nec ullum aliud [10] abominati spiritus præmium novere, quam odisse omnia. Verum & in hoc eadem naturæ majestas, tanto plures bonos genuit [11] ac frugi, quanto fertilior in iis quæ juvant aluntque, quorum æstimatione & gaudio nos quoque, relictis [12] æstuationi,

1 & duri saxo, rhi. & uri, rhinoc. *Turn.*

2 quodlibet tamen eorum nocet, excepto homine tela sua venenis tingi. *M.*

3 animalibus. Quæ præpararint, & *mox*, excogitarint. *Lege*, præparent, *moxque*, excogitent, &c. E Veter. animalibus. Quæ præp. con. ser. dimicationes, quæ post. *Ch.*

4 quando. *Ch.*

5 Quid? & hominis. *M.*

6 homines quidam ad ven. *Vet.*

7 vibratur, tabumque. *Vet.*

8 contracta. *Ch.*

9 suis, in *M. alt. d.*

10 abominandi. *Quidam.*

11 ut fruges. *M.*

12 exustioni. *M. & Ch.*

ctio, *ecquis invenit illa præter hominem?* Pintian.

a *Apri dentium sicas.*] Dentes acutissimos, gladiis similes, exertos. Seneca cap. 1. lib. 1. De ira:

Spumant apris ora, & dentes acuuntur attritu.

Dalec.

b *Sagittas ungimus.*] In Scytharum mos est. *Dalec.* *Tingimus* non *ungimus* præfert vetus scripta lectio. *Pint.*

c *Tabesque animi.*] Livor, invidia, malitia, maledicentia & obtrectatio. *Dalec.*

d *Dirarum alitum modo.*] Virg. *Ignavus bubo, dirum mortalibus omen.* Noctiluges apud Festum vocat Lucilius. *Idem.*

 a *Sed*

1 verbis pergamus. M. rubis pergemus. Vet.

tioni ſuæ iſtis hominum [1] turbis, pergemus excolere vitam: eoque conſtantius, quo operæ nobis major, quam famæ, gratia expetitur. Quippe ſermo circa rura eſt, agreſteſque uſus, [a] ſed quibus vita honoſque apud priſcos maximus fuerit.

CAP. II. *Quæ corona prima Romæ.*

2 adpellavit. Inter illos Acca Larentia nutrice ſua genitos. Turn. & Cb.

3 eis. Turn.

4 Finitus, & ex. et. capt. comitatus. M.

5 antehac. Dal.

[b] ARvorum ſacerdotes Romulus in primis inſtituit, ſeque duodecimum fratrem [2] appellavit inter illos, ab Acca Laurentia nutrice ſua, ſpicea corona, [c] quæ vitta alba colligaretur, in ſacerdotio [3] ei pro religioſiſſimo inſigni data, quæ prima apud Rom. fuit corona: honoſque is non niſi vita [4] finitur, & exules etiam captoſque comitatur. Bina tunc jugera Pop. Rom. ſatis erant, nullique majorem modum attribuit: quo ſervos paulo [5] ante principis Neronis, contemptis hujus ſpatii viridariis piſcinas juvat habere majores: gratumque, ſi non aliquem & culinas. [d] Numa inſtituit Deos fruge colere, & mola ſalſa ſupplicare, atque (ut auctor eſt Hemina) far torrere, quoniam toſtum cibo ſalubrius eſſet. Id uno modo conſecutum ſtatuendo non eſſe purum ad rem divinam, niſi toſtum. Is & [e] Fornacalia inſtituit farris torrendi ferias, & æque

a *Sed quibus vita honoſque.*] Quoniam frugibus tantum, non conquiſitis epularum deliciis, alerentur. *Dalec.*

b *Arvorum ſacerdotes.*] Gellius c. 7. *Sed Sabinus*, inquit, *Maſurius in primo Memorabilium Accam Laurentiam Romuli nutricem fuiſſe dicit. Ea*, inquit, *mulier ex duodecim filiis maribus unum morte amiſit. In illius locum Romulus Accæ Laurentiæ ſeſe filium dedit, ſeque & cæteros ejus filios fratres Arvales appellavit. Ex eo tempore collegium manſit fratrum Arvalium numero duodecim, cujus ſacerdotii inſigne eſt ſpicea corona & alba infula.* Vide & hujus rei hiſtoriam apud Lilium Gyraldum. *Arvales ſacerdotes*, inquit Cujacius cap. 34. lib. 10. & cap. 5. lib. 11. Obſervat. *οἱ περὶ ὅρων δικασταὶ terminorum ſacrorum & finium jurgiis terminandis præerant, & interveniebant.* Idem.

c *Quæ vitta alba colligaretur.*] Vide quod notatum eſt infra ad cap. 3. lib. 21. & Alex. ab Alex. cap. 26. lib. 1. *Idem.*

d *Numa inſtituit Deos fruge colere.*] Græci, hordei primitiis, liboque, & placentis ex hordeo ſale conſperſo, unde κριθολόγοι dicti. *Idem.*

e *Fornacalia.*] Ad duodecimum Kal. Martias. De his Ovidius:

Curio legitimis nunc Fornacalia verbis
Maximus indicit, nec ſtata ſacra facit, &c.

Qui Fornacalibus non erant feriati, Quirinalibus

æque religiosas [a] terminis agrorum. Hos enim Deos tunc maxime noverant: [b] [1] Sejamque à serendo, Segestam à segetibus appellabant: quarum simulachra in Circo videmus. [c] Tertiam ex iis nominare sub tecto religio est. [d] Ac ne degustabant quidem novas fruges aut vina, antequam sacerdotes primitias libassent.

[1] Seriamque. *M.*

CAP.

tinalibus expiabantur, quæ ideo stultorum festa vocaverunt. Alex. ab Alex. cap. 12. lib. 3. Vide Festum in Populare. *Dalec.*

a *Terminis agrorum.*] Terminalia, mense Februario. Ara Deo Termino statuebatur à dominis utrimque: ligna concisa foco imponebantur: igni fruges canistro inspergebantur: puella favos porrigebat, alii & vinum. Numæ lege nullum animal immolabatur ex Plutarcho & Halicar. Ovid. 2. Fastorum agnam & porcam sacrificari tradit. Horat. *Vel agna festis cæsa Terminalibus.* Prudentius, Terminum cingi fasciis solitum, & rogari pulmone gallinæ scribit. *Gyraldus.* Vetus lex, *Qui Terminum exarassit, ipsus & boveis sacrei sunto.* De ejus sacro, & quibus ex rebus fieret, prolixe Alex. ab Alex. cap. 22. lib. 2.

b *Sejamque à serendo.*] Segetibus, quamdiu sub terra sunt, Seja proposita est: enatis, Segesta: quamdiu super terram sunt, collectis & conditis Tutilina. In vetustis exemplaribus hic legitur *Seriam.* Macrobius vocat *Saiam* & *Segestam Segetiam.* Tertullianus *Sessiam.* *Si quis Salutem, Semoniam, Satam, Segetiam, Tutilinam nominasset*, inquit Macrobius, *ei observandæ feriæ fuerunt.* Tertullianus, *Delphinas Neptuno vovunt columnæ, Sessias à sementationibus, Messias à messibus, Tutilinas à tutelis fructuum sustinent.* Infra cap. 22. lib. 36. Fortunæ, quam Sejam appellant, meminit Plinius. *Idem.*

c *Tertiam ex iis, &c.*] Quidam hic τ̃ ὀμνύειν intelligunt, quem, ut ait Plutarchus, ὑπὸ στέγην οὐκ ὀμνύουσιν. Pithœus *Tertium* legit, & ad Terminum refert, nominareque ad sacra pertinere arbitrantur, ut apud Horat. *male ominatis, Parcite verbis*, id est, irreligiose contra fas & morem sacrorum pronuntiatis. Quidam legendum censent, *Terminum ex* XII. *nominari sub tecto religio est.* Nam de Termino multa duodecim tabulis cauta fuisse cuivis notum, in quas etiam fortassis credibile fuerit, translatam veterem Numæ sanctionem, ut Termino non nisi sub divo sacrificaretur, quod nefas putaret Terminum intra tectum consistere. Hæc ad me D. Reginaldus, vir singularis doctrinæ. Eadem & religio fuit jurandi Dium Fidium, ut ex Catone tradit Nonius. Juraturi enim in compluvium prodibant. Apud eundem Varro De lib. educ. *Itaque domi rituis nostri qui per Dium Fidium jurare vult, prodire solet in publicum.* Fortunam Calvam quoque sub tecto nominare religiosum fuisse tradidit Alex. ab Alex. c. 13. lib. 1. Hanc fortassis Plinius innuit. Tutilinam, cujus paulo ante ex Macrobio & Tertulliano meminimus, eam esse, quam sub tecto nominare religio fuit, vult Turneb. cap. 36. lib. 20. Adversariorum. *Idem.*

d *Ac ne degustabant, &c.*] Fuit & Ambarvale sacrum, quo maturis frugibus cum lacte, vino, favo libatum fuisset, porca gravida, aut vitula immolabatur, velut & Cereri porca præcidanea, priusquam seges meteretur. Alex. ab Alex. cap. 12. lib. 3. Vide Scalig. in Festum, voce An termini. *Idem.*

CAP. III.

De jugere, & actu, & legibus circa pecora, & quoties, & quibus temporibus fuit summa vilitas annonæ, & qui agricultura illustres.

[a] JUgerum vocabatur, quod uno jugo boum [1] in die exarari posset. Actus in quo boves agerentur, [2] cum aratur, uno impetu justo. Hic erat cxx. pedum: duplicatusque in longitudinem jugerum faciebat. Dona amplissima Imperatorum ac fortium civium, quam tum quis uno die plurimum circumaravisset. Item [b] quartarii farris, aut heminæ, conferente populo. Cognomina etiam prima inde, [c] Pilumni, qui pilum pistrinis invenerat: Pisonis, à pisendo. Jam Fabiorum, [3] Lentulorum, Ciceronum, ut [4] quisque aliquod optime genus sereret. [d] Juniorum familiæ Bubulcum [5] nominaverunt, qui bubus optime utebatur. Quin & in sacris nihil religiosius [6] confarrationis vinculo erat; [e] Novæque nuptæ farreum præferebant. Agrum male

1 uno die. *ex Var.*
2 cum aratro *M. Turn. & Ch.*
3 Lentinorum. *Ch.*
4 quisquis. *M.*
5 nominarunt. *Ch.*
6 confarrectationis. *Ch. leg.* confarreationis.

a *Jugerum vocabatur.*] Agros, & in agris jugera, perticis olim metati sunt Itali. Propert.

Abstulerat miseras pertica tristes opes.

Barbari vero apud Herod. funibus, quos Romani, *Arvipendia* nominarunt, id est, ut Glossarion vetus exponit, *γεωμετρικὰς σχοίνους*: & inde Gallis *Arpen*, jugerum; *πλέθρον*, quasi Arvipennium, *n* pro *d*, ut apud Plautum in Milite, *dispennite*, pro *dispendite*. Cato in Diris:

Pertica, quæ nostros metata est impia agellos.

Scalig. Varro cap. 10. lib. 1. Columella cap. 1. lib. 5. *Dal.* Legendum hoc in loco, *Jugum*, recte mones ex Varr. de re rust. lib. 1. cap. 10. vir restituendis bonis auctoribus singulari natus fato Fulv. Ursin.

b *Quartarii farris.*] Hæc vocabantur *Adorea dona*, quorum paulo post meminit hoc ipso capite, & cap. 8. ejusdem libri. *Dalec.*

c *Pilumni.*] Pilumnum Deum Varro nominat, ac Pitumnum. Vide Politian. cap. 89. Miscellan. & Lilium Gyraldum. Vide & Sigonium lib. De nominibus Roman. Rhodig. cap. 6. lib. 24. Alex. ab Alex. cap. 9. lib. 1. *Idem.*

d *Juniorum familiæ Bubulcum nominaverunt qui bubus optime utebatur.*] Scribendum arbitror, *Juniorum familiæ à bubulco nomen invenit, qui bubus optime utebatur.* Pint.

e *Novæque nuptæ farreum, &c.*] Festo & Boëthio matrimonia contrahebantur farreo libo adhibito, Plin. prælato. Itaque farreum hic libum plures ejusmodi exponunt. Servatur mos ille præferendi libum ante prodeuntes sponsas etiamnum apud rusticos Lugdunenses. Fortasse *farreum* hic fictilis est sartago, in qua far torrebatur, τὸ φρύγετρον. Julius Pollux,

Σόλων

male colere, Censorium probrum judicabatur. Atque (ut refert Cato) quem virum [1] bonum colonum dixissent, amplissime laudasse [2] existimabant. Hinc & locupletes dicebant, loci, hoc est, agri plenos. Pecunia ipsa à pecore appellabatur. Etiam nunc in tabulis [3] Censoriis pascua dicuntur omnia, ex quibus populus reditus habet, quia diu hoc solum vectigal fuerat. [a] Mulctatio quoque non nisi ovium boumque impendio dicebatur: non omittenda priscarum legum benevolentia. Cautum quippe est, [4] ne bovem, priusquam ovem, nominaret, qui indiceret mulctam. Ludos boum causa celebrantes, bubetios vocabant. Servius rex, ovium boumque effigie [5] primus æs signavit. Frugem quidem aratro quæsitam furtim noctu pavisse, ac secuisse, puberi [b] XII. tabulis [6] capitale erat: suspensumque Cereri necari jubebant gravius quam in homicidio convictum: impubem [c] Prætoris arbitratu verberari, [d] [7] noxamve duplionemve decerni. [e] Jam distinctio

1 boumque col. *Ch.*
2 Existimabantur. *M. & Ch.*
3 Censoris. *Ch.*
4 ne quis bovem. *Ch.*
5 primum. *Ch.*
6 capital erat sacratumque, &c. *Lipsius.* Legitur & , capital, *in Ch.*
7 noxiam. *M.* noxiamve. *Ch.* noxiamve duplione decerni. *Revardus.* noxæve duplionem decerni. *Lipsius.*

Σόλων δὲ τοὺς νόμφας ἰέναι ἐπὶ τ̃ ζεύγη, ἐπιλαβούσας φρύγετρον φέρειν σημεῖον. Tiberius multa de confarreatis parentibus & confarreandi modo differit. Dionysius sacras illas nuptias tradit, quod illis tantum Flamines uterentur. Idem & Boëthius in Topicis, uxorem tribus modis haberi solitam scribens, farre sive confarreatione, quæ peculiaris erat Pontificibus: coemptione, quo solo modo dicebatur materfamilias; & usu. *Farre conveniebatur in manum certis verbis, præsentibus decem testibus, solemni sacrificio facto, & adhibito pane farreo,* inquit Ulpianus. Vide Rhodig. cap. 27. lib. 28. Alex. ab Alex. cap. 5. lib. 2. Ræyardum cap. 12. & 16. lib. 4. Varior. & apertius cap. 21. in lib. XII. tabul. Sigonium c. 9. lib. 1. De antiq. jure civ. Roman. *Dalec.*

a *Mulctatio quoque, &c.*] Maxima mulcta non plus 30. bobus, & duabus ovibus fuit: minima, ove una. Bos centum assibus æstimabatur: ovis decem. Romani reges, homicidii convictos ariete mulctabant, qui supplicando diis immolaretur, unde dicta *supplicia.* Alex. ab Alex. c. 53. Vide quod notatum est infra in cap. 1. lib. 33. Vide & Budæum 5. de Asse. *Idem.*

b XII. *tabulis capitale erat.*] Verba XII. tabularum adscripta sunt infra cap. 2. lib. 28. *Idem.*

c *Prætoris arbitratu verberari.*] Prætorem accipe Consulem, Decemvirorum seculo nomen id in Consulibus fuit, nondum creatis Prætoribus. Apud Nonium Varro *Prætores* inquit dictos, quod populo præeant, ut *Consules,* quod Senatum consulant. *Idem.*

d *Noxamve duplionemve decerni.*] Si verberum pœnam effugeret, commissam noxiam duplo sarciret, quam quanti à bonis viris æstimatum fuisset damnum. *Idem.*

e *Jam distinctio, &c.*] Livius l. 1. in tribuum distinctione non nihil dissentit à Varrone, Festo, Asconio, Plutarcho.

ſtinctio honoſque civitatis ipſius non aliunde erat. [a] Ruſticæ tribus laudatiſſimæ eorum, qui rura haberent. Urbanæ vero, in quas transferri [1] ignominiæ eſſet, deſidiæ probro. Itaque quatuor ſolæ erant à partibus urbis, [2] in queis habitabant, Suburrana, Palatina, Collina, Exquilina. [b] Nundinis urbem [3] reviſitabant, & ideo comitia nundinis haberi non licebat, [c] ne plebs ruſtica avocaretur. [d] Quies ſomnuſque in ſtramentis erat. Gloriam denique ipſam à farris honore [e] adoream appellabant. Equidem [4] etiam verba priſcæ ſignificationis admiror. Ita enim eſt in commentariis Pontificum: [f] Augurio canario agendo dies conſtituantur, priuſquam frumenta vaginis exeant, & antequam in vaginas perveniant. Ergo iis moribus non modo ſufficiebant fruges, nulla provinciarum paſcente Italiam, verum etiam annonæ vilitas incredibilis erat. Manius Marcius Ædilis plebis primum frumentum populo [5] in modios aſſibus donavit. [g] Minutius,

1 ignominia. M. & Cb.

2 In quibus. Cb.

3 reviſebant, & ideo comitia non niſi nund. Vet.

4 ipſa etiam. Cb.

5 in medio paſſibus donavit. Cb.

De earum cognomine & origine prolixe Alex. ab Alex. c. 17. lib. 1. Vide & Turn. cap. 17. lib. 30. *Dalec.*

a *Ruſtica tribus, &c.*] Columella in Præfatione. *Idem.*

b *Nundinis urbem, &c.*] Seculis prioribus nundinæ frequentiores, ac tertio quoque die mercatus frequens. Alex. ab Alexand. c. 11. l. 3. *Idem.*

c *Ne plebs ruſtica avocaretur.*] Ne à legibus accipiendis, quæ trinundino dabantur, plebs avocaretur: ne interpellarentur nundinatores, ut ruſticis in urbem euntibus componere tranſigereque lites commode liceret De Comitiis Centuriatis, Curiatis, Calatis, Tributis, longam narrationem vide apud Alex. ab Alexand. cap. 3. 4. *Idem.*

d *Quies ſomnuſque in ſtramentis erat.*] Lucretius:

Et frutices inter condebant ſquallida membra,
Circum ſe foliis, & frondibus involventes. Idem.

e *Adoream appellabant.*] Ador, far: vel ab adurendo, vel ab edendo. In Gloſſario veteri, ἄδορ. νίκη: adorioſus ἔνδοξος. Sic laus vocata eſt, poſtquam victoria parta, militi præmium frumentum fuit. Plaut. in Amphitr.

Qui multa præda, atque adorea affecit populares ſuos.

Idem.

f *Augurio canario.*] Augurium canarium, ſacrum, quod è ruffa cane fiebat, placendo caniculæ ſideri, quod frugibus inimiciſſimum eſt. σκυλακισμὸν Græci & κυνοφόντιν vocant. Plut. Vide Lilium Gyraldum lib. 17.

Pro cane ſidereo canis hic imponitur aræ;
Et, quare fiat, nil niſi nomen habet.

Idem.

g *Minutius Augurinus.*] In denarii vetuſti altera parte columna ſculpta eſt, cum duabus ſpicis ad baſim, ſtatua in faſtigio, imagine hinc prope columnam Augurini lituum in manu tenentis, illinc

tius Augurinus, qui Sp. Melium coarguerat, farris pretium in trinis nundinis ad aſſem redegit undecimus plebei Tribunus: qua de cauſa ſtatua ei extra portam Trigeminam, à populo ſtipe collata ſtatuta eſt. [1] Trebius in Ædilitate aſſibus populo [2] frumentum præſtitit. Quam ob cauſſam & ei ſtatuæ in Capitolio ac Palatio dicatæ ſunt. Ipſe ſupremo die populi humeris portatus in rogum eſt. [3] Verum quo anno Mater Deum advecta Romam eſt, majorem ea [4] æſtate, quam antecedentibus annis x. [5] factam eſſe tradunt. M. Varro auctor eſt, cum L. Metellus in triumpho plurimos duxit elephantos, aſſibus ſingulis farris modios fuiſſe, item vini congios, ficique ſiccæ pondo xxx. olei pondo x. carnis pondo xii. Nec è latifundiis ſingulorum contingebat arcentium vicinos. [a] Quippe etiam lege Stolonis Licinii incluſo modo D. jugerum, & ipſo ſua lege damnato cum ſubſtituta filii perſona amplius poſſideret. Luxuriantis jam Reipublicæ fuit iſta menſura. [b] Manii quidem Curii poſt triumphos immenſumque terrarum adjectum imperio nota concio eſt, perniciosum intelligi civem, cui ſeptem jugera non eſſent ſatis. Hæc autem menſura plebei poſt exactos reges aſſignata eſt. Quænam ergo tantæ ubertatis cauſa erat? [c] Ipſorum tunc manibus Imperatorum colebantur agri (ut fas eſt credere) gaudente terra vomere laureato & trium-

1 Trejus. *Cb.*
2 frum. in medios præſt. *Vet.*
3 Quo verum. *Cb.*
4 æſtate meſſem quam *Turn.*
5 facta eſſet. *M.*

linc Spur. Melii pedem imponentis orbi, cum his literis, T. MINUCI. C. F. AUGURINI. In alius denarii averſa parte expreſſa eſt eadem columna, cum dimidiato corpore leonum duorum, & ſpicis duabus ad baſim, ſtatua in ſummo, imagine prope columnam hinc tenentis lituum, illinc panes utraque manu tegentis. Livius lib. 4. ſcribit, Minutium extra portam Trigemiam aurato bove donatum fuiſſe. *Dalec.*

a *Quippe etiam lege Stolonis.*] Columella cap. 3. lib. 1. Livius lib. 7. Decad. 1. Varro cap. 2. lib. 1. Valer. cap. 6. lib. 8. *Idem.*

b *Manii quidem Curii.*] Valer. Max. cap. 3. lib. 4. *Idem.*

c *Ipſorum tunc manibus, &c.*] Seneca Epiſt. 87. de Scipione Africano: *In hoc agello ille Carthaginis horror, cui Roma debet, quod tantum ſemel capta eſt, abluebat corpus laboribus ruſticis feſſum. Exercebat enim opere ſe terramque, ut mos fuit priſcis, ſubigebat.* Idem.

a *Serra-*

triumphali aratore: sive illi eadem cura semina tractabant, qua bella, eademque diligentia arva disponebant, qua castra: sive honestis manibus omnia lætius proveniunt, quoniam & curiosius fiunt. Serentem invenerunt dati honores [a] [1] Serranum, [2] unde cognomen. Aranti quatuor sua jugera in Vaticano, quæ prata Quintia appellantur, Cincinnato Viator attulit Dictaturam, & quidem, ut [b] traditur, [3] nudo, plenoque pulveris etiamnum ore. Cui [c] Viator, Vela corpus, inquit, ut [4] proferam Senatus populique Romani mandata. Tales tum etiam [d] Viatores erant: quod ipsum nomen inditum est subinde & ex agris Senatum ducesque [5] accersentibus. At nunc eadem illa [e] vincti pedes, [f] damnatæ manus, * [6] inscripti vultus exercent: non

1 Serranum. *Val. Max.*
2 unde ei & cogn. *Ch.*
3 nodo manus pleno, quæ nuncia morum. *Turn.*
4 perferam. *Ch.*
5 arcescentibus. *Ch.*
6 inscriptique. *Ch.*

a *Serranum.*] C. Atilius is fuit ab aratro accersitus ad consulatum, qui collega Cn. Cornelio pugnavit cum Pœnis, & de iis triumphavit. Cicero pro Roscio, in Catone, Valer. Max. lib. 4. cap. 4. Apulejus in Apologia. Servius nulla historiæ fide Dictatorem fuisse tradit. Virgil.

---- & te sulco Serrane serentem.

Sertor dictus qui per sationem natus, auctore Probo. *Idem.*

b *Traditur, nudo, &c.*] *Traditur nodo manus pleno, qua nuntia morum.* Turneb. cap. 18. 30. *nodo manus*, manus comprehensione, quonam is manu stivam aratri tum tenebat. Arantem enim viator invenit, Persius:

--- sulcoque terens dentalia Quinti,
Quem trepida ante boves dictaturam induit uxor,
Et tua aratra domum lictor tulit.

Cicer. & Valer. locis citatis. *Idem.*

c *Viator, Vela corpus, inquit, ut proferam Senatus populique mandata.*] In optimo Chiflet. est *perferam.* Nec dubito, quin rectius. Neque enim perlata sunt, priusquam audita & pronuntiata: & pronuntiando traduntur, quod quid aliud, quam perferuntur. Similiter apud Juvenalem Sat. 6. vers 390. *dictataque verba Pertulit*, genere loquendi Satiram admodum decenti in precibus præsertim parum probatis à sacerdote præeunte *ad deos scilicet secundum consuetudinem*, ut habet Vetus Scholiastes. Non ergo *proferam.* Gronovius.

d *Viatores erant.*] De illorum officio & ministerio Alex. ab Alexand. cap. 27. lib. 1. *Dalec.*

e *Vincti pedes.*] Vinctos olim compeditos, alligatos, deligatos vocaverunt. Apulejus Apolog. 1. *Quindecim liberi homines populum faciunt, totidem servi familiam, totidem vincti ergastulum.* Hoc genus servorum, qui ruri in compedibus agerent, Plautus in Mostellaria lepide *genus ferratile* vocat. Servos autem ruris *instrumenta vocalia* Jurisconsulti esse ajunt, ut plaustra *muta*, boves *semivocalia*. Idem.

f *Damnatæ manus.*] Sic eos servos appellat, quos lib. & cap. 3. Columella, *de lapide noxios*, fures percussores: qui virginem constuprassent, vitiosos, gravis criminis reos, noxæ deditos, venireque ad lapidem ideo jussos: nam præcone in lapide stante, & precium faciente, venibant servi probi, malique. Plaut. in Bacchidibus. *O stulte, stulte, nescis nunc vendi te atque in eo ipso adstas lapide, ubi præco prædicat.* Græci vocabant πρατῆρος λίθον. Pollux, Plutarchus in Solone.

non [1] tamen surda tellure, quæ parens appellatur, colique dicitur & ipsa: honore [2] his assumpto, [a] ut non invita ea, [3] & indigne ferente, credatur id fieri. Sed nos miramur [b] ergastulorum non eadem molumenta esse, quæ [4] fuerint Imperatorum. Igitur de cultura agri præcipere principale fuit etiam apud exteros. Siquidem & reges fecere, [c] Hiero, Philo-

1 non tam. *Turn. & Ch.*
2 hinc. *M.* ab his sumpto. *Ch.*
3 & indignante. *Ch.*
4 fuerunt. *M.*

lone. τράπεζαν vero, in quam conscendebant, qui vendebantur, Aristoph. Brod. cap. 5. lib. 6. Alex. ab Alexand. cap. 16. lib. 3. Idem auctor cap. 20. l. 3. omnia pœnarum genera recenset, quibus nequam servos, maleficos, flagitiosos olim ulcisci solebant, & apud diversas gentes varia servorum nomina: & 25. ejusdem lib. servorum conditionem à Rhodigino descriptam explicat. *Dalec.*

* *Inscripti vultus exercent.*] Stigmatiæ, vel Stigmatici, mancipia ob insigne aliquod flagitium inustis signis notata, præcipue literis, quamobrem *literata* etiam vocaverunt, quomodo, & equos nunc κοππατίας, nunc *Samphoras* à notis K. & Σ. Rhodig. c. 31. lib. 7. Atheniensibus captivis imaginem equi Syracusanos cauterio impressisse notum est: Athenienses vero Samiorum fronti candente ferro inscripsisse noctuam: quamobrem & Samium notatum servum dici idem Rhodig. censet, cap. 11. 11. & cap. 27. 15. Samios Atheniensium captivis noctuam inussisse, & Athenienses Samiis Samaenam, quod navigii genus est, docet Brod. cap. 24. 4. Alex. ab Alexand. cap. 18. 5. Plutarchus auctor est Thracas in ultionem Orphei suas uxores notare solitos. Valer. Max. *Servus ab eo vinculorum pœna coërcitus, inexpugnabilique literarum nota per summam oris contumeliam inustus.* Phocylides, στίγματα μὴ γράψῃς ἐπονειδίζων θεράποντα. Pithœus cap. 9. 2. Ejusmodi servos *stigmaticos* Cicer. 2. offic. *cicatrice stigmosos:* Plinius junior lib. 5. Epist. *literatos* Plautus appellat. *Alexander Phereus cum infinito amore Thebes uxoris teneretur, ad eam ex epulis in cubiculum veniens, barbarum compunctum notis Threicis, stricto gladio jubebat anteire.* Valer. Max. cap. 15. 9. *Idem.*

a *Ut non invita ea & indigne ferente credatur id fieri. Sed nos miramur ergastulorum non eadem emolumenta esse quæ fuerunt imperatorum.*] Legendum puto cum majore litera & cum interrogatione, *Et non invita ea & indigne ferente credatur id fieri. Et nos miramur, &c.* Pint.

b *Ergastulorum non eadem, &c.*] Sic μεσοτυρμικῶς servos, qui in villarum ergastulis, id est, cellis subterraneis obscuris custodiebantur, ut & posthac capite sexto. Vide Brissonium cap. 9. lib. 2. *Dalec.*

c *Hiero Philometor, Attalus.*] Æstimandum sintne duo auctores *Philometor & Attalus*, an unus tantum. Nam Plinius hic duos accipere videtur, ut apparet etiam ex Indice præsentis libri, ubi tam in exemplari scripto, quam in impressis sic habetur: *Externis, Hesiodo, Theophrasto, Aristotele, Democrito, Hierone rege, Philometore rege, Attalo rege.* Videtur etiam Columella hujus esse opinionis lib. 1. cap. 1. *Siculi quoque*, inquit, *non mediocri cura negocium istud prosecuti sunt. Hieron. & Epicharmus discipulus, Philometor & Attalus.* At M. Varro lib. 1. capite item 1. unum tantum intelligit Philometorem Attalum his verbis: *Hi sunt quos habere in consilio poteris, cum quid consulere voles: Hiero Siculus, & Attalus Philometor.* A Varrone autem magis sto. nam Attalus rex Asiæ, studiosus rei rusticæ, amicus populi Romani, quem post mortem reliquit heredem, Philometor cognominatus est, ob pietatem puto erga matrem, ut colligitur ex Strabone l. 13. & Trogo Pompejo lib. 36. *Pint.*

[1] Philometor, Attalus, Archelaus: & duces Xenophon, & Pœnus etiam Mago: cui quidem tantum honorem Senatus noster habuit Carthagine capta, ut cum regulis Africæ bibliothecas donaret, unius ejus duodetriginta volumina censeret in Latinam linguam transferenda, cum jam M. Cato præcepta condidisset: peritisque linguæ Punicæ dandum negotium, in quo præcessit omneis vir clarissimæ familiæ D. [2] Syllanus. Sapientes vero complures, quos sequentes prætexuimus in hoc volumine, non ingrate nominando M. Varrone, [a] [3] qui octogesimum primum vitæ annum agens, de ea re prodendum putavit.

1 Philometor, Attalus *sine distin.* *Turn.*

2 Syllanus sapientiæ compositissimæ, quos sequeremur, &c. *Vet.* Silanus. Sapientiæ vero composuissent, (*leg.* compositissimæ) quos sequimur, prætex. hoc in vol. non in grege. *Legit* & in grege, *Turn.*

3 qui septuagesimum. *M.*

CAP. IV. *Ratio de agricultura.*

Apud Romanos multo serior vitium cultura esse cœpit. Primoque, ut necesse erat, arva tantum coluere. Quorum [4] nobis ratio nunc tractabitur non vulgari modo, verum, ut adhuc fecimus & vetustis & postea inventis omni cura perquisitis, causaque rerum & ratione simul [5] eruta. Dicemus & sidera, siderumque ipsorum terrestria signa dabimus indubitata. Quandoquidem qui adhuc ea diligentius tractavere, quibusvis [6] oratoribus potius, quam agricolis scripsisse possunt videri. Ac primum omnium oraculis majore ex parte agemus, quæ non in alio vitæ genere plura certiorave sunt. Cur enim non videantur oracula, [b] à certissimo [7] die maxime-

4 nobis. *Cb.*

5 erudita. *M.*

6 *oratoribus* in V. C. d.

7 deo. *Lips.*

a *Qui octogesimum primum vitæ annum agens, &c*] *Octogesimum* tantum, non *octogesimum primum*, Varro ipse de se prodit in ipso statim operis ingressu, *Cogitans*, inquit, *esse properandum, quod, ut dicitur, si est homo bulla, eo magis senex. Annus enim octogesimus admonet me ut sarcinulas colligam antequam proficiscar è vita.* Pint.

b *A certissimo die maximeque veridico, &c.*] Scribendum *deo* non *die*, deum enim appellat usum, quemadmodum & Menander καιρὸν, hoc est, oportunitatem, seu occasionem deum appellat, auctore Pallada primo Epigrammatum tomo. Notum & Posidippi epigramma in Occasionem & Pœnitentiam, quod Latine vertit Ausonius poëta, in quo Occasio

maximeque veridico uſu profecta? Principium autem à Catone ſumemus.

CAP. V.

Laus agricolarum, & quæ obſervanda in agro parando.

FOrtiſſimi viri & milites ſtrenuiſſimi [a] ex agricolis gignuntur, minimeque male cogitantes. Prædium ne cupide emas. In re ruſtica operæ ne parcas, in agro emendo minime. Quod male emptum eſt, ſemper pœnitet. Agrum paraturos ante omnia intueri oportet [1] aquarum vim, & vicinum. Singula magnas interpretationes habent, nec dubias. [b] Cato in conterminis hoc amplius æſtimari jubet, quo pacto niteant. [2] In bona eſt, inquit, regione bene nitere. [c] Attilius Regulus, ille Punico bello bis Conſul, ajebat, neque fœcundiſſimis locis inſalubrem agrum parandum, neque effœtis ſaluberrimum. Salubritas loci non ſemper incolarum colore detegitur, quoniam aſſueti etiam in peſtilentibus durant. Præterea ſunt quædam partibus anni ſalubria: nihil autem ſalutare eſt, niſi quod toto anno [3] ſalubre. Malus eſt ager, cum quo dominus luctatur. [d] Cato inter prima ſpectari jubet, [4] ut ſolum ſua virtute [5] valeat, qua dictum eſt poſitione. Ut operariorum copia prope ſit, oppidumque validum: ut navigiorum evectus vel itinerum: Ut bene ædificatus & cultus, in quo falli pleroſque video. Segnitiem enim prioris domini pro emptore eſſe arbitrantur. Nihil eſt damnoſius deſerto agro. Itaque [e] Cato, De bono domino melius

1 aquam, viam. *Turn.*

2 in bona enim (*sc. & M.*) reg. be. nitent. *Turn.* In bono eſt, inquit, religione bene nitenti. *Ch.*

3 ſalubre eſt. *Ch.*

4 non. *V.* Lego, *num.*

5 alat. *M.*

ſio deam ſe appellat:

Sum Dea quæ raro & paucis occaſio nota. Pint.

a *Ex agricolis gignuntur.*] Cato cap. 1. & 2. Vegetius lib. 1. De militum delectu vide & Alex. ab Alexand. cap. 20. lib. 1. *Dalec.*

b *Cato.*] Cap. 1. *Idem.*

c *Attilius Regulus.*] Columel. c. 4. lib. 1. & Varro cap. & lib. eod. *Idem.*

d *Cato.*] Cap. 1. *Idem.*

e *Cato.*] Cap. eod. *Idem.*

a *Si*

melius emi, nec temere contemnendam alienam disciplinam: agroque, ut homini, quamvis quæstuosus sit, si tamen & sumptuosus, non multum superesse. Ille in agro quæstuosissimam [1] indicat vitem, non frustra, quoniam ante omnia de impensæ ratione cavit. Proxime hortos riguos: nec id falso, si sub oppido [2] sint. Et prata, antiqui parata dixere. Idemque Cato interrogatus, quis esset certissimus quæstus, respondit, [a] si bene [3] pascas. Quis proximus? [4] Si mediocriter pascas. Summa omnium in hoc spectando fuit, ut fructus is maxime probaretur, qui quam minimo impendio constaturus esset. Hoc ex locorum occasione aliter alibi decernitur. [b] Eodemque pertinet, quod agricolam vendacem esse oportere dixit. [c] Fundum in adolescentia conserendum sine cunctatione, ædificandum non nisi consito agro. [d] Tunc quoque cunctanter: optimumque [5] est (ut vulgo dixere) aliena insania frui, sed ita, ut villarum tutela non sit oneri. Eum tamen qui bene habitet, sæpius ventitare in agrum, [e] frontemque domini plus prodesse quam occipitium, non mentiuntur.

1 judicat. M.
2 sint: mox salictum: ab hoc olivetum: & deinde prata, quæ antiqui. *Ex Catone.*
3 pascat. *V.*
4 Si arat bene. *V.*
5 esse. *Dal.*

CAP. VI.

De villarum positione, & præcepta antiquorum de agro colendo.

MOdus hic probatur, ut [f] neque fundus villam quærat, neque villa fundum. Non ut fecerunt

a *Si bene pascas.*] Vide hunc locum expositum à Turnebo lib. 6. Adverſ. c. 23. *Dalec.*

b *Eodemque pertinet.*] Cato cap. 3. *Idem.*

c *Fundum in adolescentia, &c.*] Idem ibid. *Idem.*

d *Tunc quoque cunctanter: optimumque est, ut vulgo dixere, aliena insania frui, sed ita ut villarum tutela non sit oneri.*] In ordine verborum peccatum est, ut reor, scribendumque: *Tunc quoque cunctanter, & ita ut villarum tutela non sit oneri. Optimumque est, ut vulgo dixere, aliena insania frui. Eum tamen qui bene habitet.* Pint.

e *Frontemque domini plus prodesse, quam occipitium non mentiuntur.*] Eadem sententia diversis tamen verbis apud Catonem cap. 4. *Frons occipitio prior est.* Quapropter hic forte melius legeretur, *Frontemque domini priorem esse quam occipitium non mentiuntur.* Idem.

f *Neque fundus villam quærat.*] Cato cap. 3.

[1] fecerunt juxta diversis eadem ætate exemplis L. Lucullus & Q. Scævola, cum villa Scævolæ [2] fundus careret, villa Luculli agro. Quo in genere [a] Censoria castigatio erat [b] minus arare, quam verrere. Nec hoc sine arte quadam est. Novissimus villam in Misenensi posuit C. Marius septies Consul, sed peritia castrametandi, sicut comparatos ei cæteros etiam [c] Syla Felix cæcos fuisse diceret. Convenit [d] nec juxta paludes ponendam esse, neque adverso amne. Quanquam [e] Homerus omnino è flumine semper antelucanas auras insalubres verissime tradidit. Spectare in [3] æstuosis locis Septentriones debet, Meridiem in frigidis. In temperatis exortum æquinoctialem. [f] Agri ipsius bonitas, quibus argumentis [4] judicanda sit, quanquam de terræ optimo genere disserentes abunde dixisse possumus videri, etiamnum tamen traditas notas subsignabimus, [g] Catonis maxime verbis: Ebulum,

1 fecerit, *Cb.*

2 fructus non caperet, (non caret. *Cb. male*) villam Luculli ager. *Cb. Turn.*

3 æstivosis. *Cb.*

4 indicanda sit. *Cb.*

cap. 3. Varro cap. 11. lib. 1. Columella cap. 4. lib. 1. *Dalec.*

a *Censoria castigatio erat.*] Nam, quod Cicero libro De legibus ait, Censorum officia hæc fuerunt: *Populi ævitates, suboles, familiasque censento, cælibes esse prohibento.* De hac re vide Lipsium cap. 1. 1. Varro, *Censoria nota reprehensus senator, senatu amovebatur: equiti facinoroso equus adimebatur: plebejus in Ceritum tabulas referebatur, nempe ærarius fiebat, & comitiis suffragioque privabatur.* De Censorum creatione, & munere prolixe differit Alex. ab Alex. cap. 13. Vectigalia, & portoria nova statuere, vetera exigenda mandare, publicanis & conductoribus locare, quantum cuique conferendum æris esset, jubere, censorum munus etiam fuit, ut Athenis τῶν ἀποδεκτῶν. *Idem.*

b *Minus arare quam verrere.*] Scribe *vertere* non *verrere*, ut in fine capitis, *Juncosus ager verti pala debet.* Pint.

c *Sylla Felix cæcos fuisse diceret.*] Cæcos ideo, quod cum Marius novissimus in Misenensi villam ædificaret, tamen commodissimo eam situ posuit, quem alii præoccupare neglexissent ob imperitiam eligendi. Id testimonium eo gravius fuit, quia ab inimico prolatum. *Gelen.*

d *Nec juxta paludes.*] Vitruvius c. 8. lib. 6. *Dalec.*

e *Homerus.*] Frigidas quidem esse scribit Odyss. ε. αὔρη δ' ἐκ ποταμοῦ ψυχρὴ πνέει ἠῶθι πρό. Idem Plutarch. ἐν τοῖς περὶ τοῦ πρώτου ψυχροῦ. Thucyd. lib. 2. Herod. in Euterpe, Arist. problem. 23. sect. 3. *Idem.*

f *Agri ipsius bonitas.*] Columel. c. 3. lib. 1. Theophrast. cap. 5. lib. 2. causs. *Idem.*

g *Catonis maxime verbis.*] Aut ego fallor, aut fefellit Plinium memoria in citando auctore. Catonem enim citat, cum Columellam debuisset, cujus verba sunt lib. 2. cap. 2. *Sed citra hoc experimentum multa sunt quæ & dulcem terram & frumentis habilem significent, ut juncus, ut calamus, gramen & trifolium, ebulum, rubi, pruni silvestres, & alia complura.* Pint.

Ebulum, vel prunus ſilveſtris, vel rubus, [a] bulbus minutus, trifolium, [b] herba pratenſis, quercus, ſilveſtris pyrus, maluſque, frumentarii ſoli notæ. Item nigra terra, & cinerei coloris. Omnis creta coquit, niſi permacra: [1] ſabulum etiam, niſi id pertenue eſt: & multo campeſtribus magis, quam clivoſis, reſpondent eadem. Modum agri in primis ſervandum antiqui putavere. Quippe ita cenſebant, Satius eſſe minus ſerere, & melius arare. Qua in ſententia & [c] Virgilium fuiſſe video. Verumque confitentibus latifundia perdidere Italiam: jam vero & provincias. Sex domi ſemiſſem Africæ poſſidebant, cum interfecit eos Nero princeps: non [2] fraudando magnitudine hac quoque ſua Cn. Pompejo, qui nunquam agrum mercatus eſt conterminum: Agro empto domum vendendam, inclementer, atque non ex utilitate publici ſtatus Mago cenſuit, hoc exordio præcepta pandere ingreſſus, ut tamen appareat aſſiduitatem deſideratam ab eo. [d] Dehinc peritia villicorum in cura habenda eſt: multaque de iis Cato præcepit. Nobis ſatis ſit dixiſſe, quam proximum domino [3] cordi eſſe debere, & tamen ſibimetipſi non videri. Coli [4] rura [e] ergaſtulis peſſimum eſt, & quicquid agitur à deſperantibus. Temerarium videatur unam vocem antiquorum poſuiſſe, [f] & fortaſſis incredibile penitus [5] exiſtimetur: Nihil minus expedire, quam agrum

1 Sabulumque, niſi id etiam pert. *Ch.*

2 Fraudabo, &c. Pompejum. *V.*

3 corde eſſe debeat. *Turn.*

4 rura ab ergaſt. *Ch.*

5 æſtimetur. *Ch.*

a *Bulbus minutus.*] Bulbus ſilveſtris, vel Bulbine hujus ſcriptoris. Pro Hyacintho pinxit Matthiolus. *Dalec.*

b *Herba pratenſis.*] Lotus vel Medica: nam hæ in pinguiſſimis agris proveniunt. Gramen Colum. numerat cap. 2. lib. 2. itemque juncum & calamum: Ut fortaſſis eas plantas herbam pratenſem vocet Cato. *Idem.*

c *Virgilium.*]
---- laudato ingentia rura,
Exiguum colito. Idem.

d *Dehinc peritia villicorum.*] Cato cap. 5. Columella cap. 7. 8. 9. lib. 1. *Idem.*

e *Ergaſtulis peſſimum eſt.*] Servis compeditis, nervo, catena vinctis. Supra cap. 3. *Idem.*

f *Et fortaſſis incredibile penitus exiſtimetur.*] Lego, *fortaſſis incredibile ut penitus exiſtimetur*, ex vetere exemplari. *Idem.*

agrum optime colere. [a] [1] L. Tarius Rufus infima natalium humilitate, Consulatum militari industria meritus, antiquæ alias parsimoniæ, circiter milies H-S. liberalitate Divi Augusti congestum, usque ad [2] detrectationem hæredis exhausit, agros in Piceno coëmendo, colendoque in gloriam. Internecionem ergo famemque censemus? Imo hercule [3] judico, modum rerum omnium utilissimum. Bene colere necessarium est, optime damnosum, præterquam sobole [4] sua, colonove pascendis. [b] Alioqui domino aliquas messes colligere non expedit, si computetur impendium operæ. Nec temere olivam: nec quasdam terras diligenter colere, [c] sicut in Sicilia tradunt. Itaque decipi advenas. Quonam igitur modo utilissime colentur agri? ex oraculo scilicet, malis bonis. Sed defendi æquum est abavos, qui præceptis suis prospexere vitæ. [5] Nam cum dicerent malis, intelligere voluere vilissimos. Summum providentiæ illorum fuit, ut quam minimum esset impendii. Præcipiebant enim ista, qui [6] triumphali denas argenti libras in supellectile crimini dabant: qui mortuo villico relinquere victorias, & reverti in sua rura postulabant: [d] quorum [7] prædia colenda suscipiebat [8] respublica exercitusque ducebant, Senatu illis villicante. Inde illa reliqua oracula: Nequam agricolam esse, quisquis emeret, quod præstare ei fundus posset. Malum patrem familias, quisquis interdiu faceret, quod noctu posset, nisi in tempestate cœli. Pejorem,

1 L. Tatius. V.

2 detractionem. Ch.

3 judicem rerum. Ch.

4 suo colono pascendum. Turn. suo colono aut pascendis. Alioqui colente dom. Ch.

5 Namque cum. Ch.

6 triumphali viro denas.

7 hæredia. Turn. hærendia. Ch.

8 respublica: qui exerc. ducebant Sen.

a *L. Tarius Rufus.*] Ejus in condemnando parricida filio mitiorem sententiam lege apud Senecam cap. 15. lib. de clementia. *Dalec.*

b *Alioquin domino aliquas messes colligere non expedit.*] Deest verbum *colente* ex vetere exemplari: *Alioquin colente domino aliquas, &c.* Pint.

c *Sicut in Sicilia tradunt.*] Supra cap. 4. lib. 17. Theophrast. cap. 6. lib. 8. hist. & cap. 25. lib. 3. caus. *Dalec.*

d *Quorum prædia colenda, &c.*] Insigne hujus exemplum habes apud Valer. Max. c. 4. l. 4. de M. Attilio Regulo. *Idem.*

rem, qui profeſtis diebus ageret, [a] quod feriatis deberet. Peſſimum, qui ſereno die ſub tecto potius operaretur, quam in agro. Nequeo mihi temperare, quo minus unum exemplum antiquitatis afferam, ex quo intelligi poſſit, apud populum etiam de culturis agendi [1] morem fuiſſe, [2] qualiter defendi ſoliti ſint illi viri. C. Furius [3] Creſinus è ſervitute liberatus, cum in parvo admodum agello largiores multo fructus perciperet, quam ex ampliſſimis vicinitas, in invidia magna erat, ſeu fruges alienas pelliceret veneficiis. Quamobrem à Sp. Albino curuli die dicta, metuens damnationem, cum in ſuffragium tribus oporteret ire, inſtrumentum ruſticum omne in forum attulit, & adduxit filiam validam, atque (ut ait Piſo) bene curatam ac veſtitam, ferramenta egregie facta, graves ligones, vomeres ponderoſos, boves ſaturos. Poſtea dixit: Veneficia mea, Quirites, hæc ſunt: nec poſſum vobis oſtendere aut in forum adducere lucubrationes meas vigiliaſque & ſudores. Omnium ſententiis [4] abſolutus. Itaque eſt profecto, opera, non impenſa, cultura conſtat. Et ideo majores fertiliſſimum in agro oculum domini eſſe dixerunt. Reliqua præcepta reddentur ſuis locis, quæ propria generum ſingulorum erunt. Interim communia, quæ ſuccurrunt, non omittemus. Et in primis Catonis humaniſſimum [5] & utiliſſimum, Id agendum, ut diligant vicini. [6] Cauſas reddit ille, [7] quas exiſtimamus nulli eſſe dubias. Inter prima idem cavet, [b] ne familiæ malæ ſint. Nihil ſero faciendum in agricultura omnes cenſent, iterumque ſuo quæque tempore facienda. Ex tertio præcepto, prætermiſſa

1 modum. *Cb. in emend.*
2 qualiterque. *M.* & *Cb.*
3 Creſinius. *Turn.* Creſimus. *Cb.*
4 abſolutus itaque eſt. Profecto. *M.*
5 utiliſſimumque, &c. ſe vicini. *Cb.*
6 Reddit ille cauſas. *M.*
7 nos. *Cb.*

a *Quod feriatis deberet.*] Quæ feriis poſſent fieri. Vide Catonem c.2. *Dalec.*

b *Ne familiæ malæ ſint.*] Caſtigo, *ne familia male ſit*, ex Catone capite quinto, *Familia male ne ſit provideat: ne algeat, ne eſuriat.* Pint.

termissa frustra revocari. [a] De terra cariosa [b] execratio Catonis abunde indicata est. Quanquam [1] prædicere non cessat is. Quicquid per asellum fieri potest, vilissime constat. [c] Filix biennio moritur, si frondem agere non patiaris. Id efficacissime contingit, germinantis ramis baculo decussis. [d] Succus enim ex ipsa defluens, necat radices. Ajunt & circa solstitium avulsas non renasci, nec [e] harundine sectas, aut exaratas vomeri harundine imposita. Similiter & harundinem exarari filice vomeri imposita præcipiunt. [f] Juncosus ager verti pala debet, [2] at in saxoso bidentibus. [g] Fruteta igni optime tolluntur. Humidiorem agrum [3] fossis concidi atque siccari, utilissimum est: [h] fossas autem cretosis locis apertas relinqui: in solutiore terra sepibus firmari, [4] ne procidant, [5] aut [i] supinis lateribus procumbere: [6] quasdam occæcari, [7] & in alias dirigi [8] majores patentioresque: si sit occasio, silice vel glarea sterni. [k] Ora autem earum binis utrinque lapidibus [9] statuminari, & alio superintegi. Silvæ extirpandæ rationem Democritus prodidit, lupini flore in succo cicutæ uno die macerato, sparsisque radicibus.

1 prædicare. *V.*
2 at saxosus bid. *Dal.* ante infractus biden. *Ch. in emend.*
3 fossione. *M.*
4 in reprocibus, aut sup. *Turn.* divis in precib. aut. *Ch.*
5 aut supinæ lat. procumbant.
6 quasdam obserari, & in alias dirigi. Majores potentioresque. *V.*
7 & minores in alias dir. majores pat. *Alii.*
8 majores patentesque: & si sit. *Ex Colum.* majores potentioresque: & si sit. *Ch.*
9 statuminari. *Ch. sed in emend.* intus muniri, &c.

CAP.

a *De terra, &c.*] Eam Lugdunenses agricolæ vocant *Terre pouilleuse*, quasi pedicularem: quoniam dum palis & ligonibus colitur, intimis venis velut quandam cariem putrium lignorum ostendit, pediculorum lendiumque sordibus, ac colluviei similem. *Dalec.*

b *Execratio Catonis.*] Catonis c. 5. verba hæc sunt: *Terram cariosam caveto ne ares, neve plostrum, neve pecus impellas. Si ita non caveris, quo impuleris, triennii fructum amittes.* Idem.

c *Filix biennio moritur.*] Colum. c. 2. lib. 2. *Idem.*

d *Succus enim ex ipsa defluens.*] Moritur & injecto stercore, & si greges incubent. Theophr. c. 8. lib. 8. hist. *Idem.*

e *Harundine sectas.*] Vide infra c. 11. lib. 24. *Idem.*

f *Juncosus ager verti pala debet.*] Colum. loco citato. *Idem.*

g *Fruteta igni optime tolluntur.*] Οὐλήμωσαντε. Idem ibid. *Idem.*

h *Fossas autem cretosis.*] Colum. c. 2. l. 2. & Theophr. c. 7. lib. 5. caus. *Idem.*

i *Supinis lateribus.*] Extrorsum inclinatis, sub. utilissimum procumbere. Quid si legatur, *aut supinis lateribus* [imbricibus solum] *similes procumbere:* nempe ut declini situ, & ad solum coarctato, imbricatos lateres figura imitentur. Turneb c. 18. lib. 30. legit, *firmari: in reprocibus aut supinis lateribus procumbere*, id est, asperis, contragosis, clivosis. *Idem.*

k *Ora, &c.*] Principium ac exitum fossæ. Columella. *Idem.*

CAP. VII. [a] *De frugum generibus, & natura.*

ET quoniam præparatus est ager, natura nunc indicabitur frugum. Sunt autem duo prima earum genera, Frumenta, ut triticum, hordeum: & [b] legumina, ut faba, cicer. Differentia vero notior quam ut indicari [1] deceat. Frumenti ipsius totidem genera per tempora [2] satu divisa. Hiberna, quæ [c] circa Vergiliarum occasum sata terra per hiemem nutriuntur, ut triticum, far, hordeum. Æstiva, [3] quæ æstate [d] ante Vergiliarum exortum seruntur, ut [e] milium, panicum, sesama, horminum, irio, Italiæ duntaxat ritu. Alioquin in Græcia & Asia omnia [4] Vergiliarum occasu seruntur. Quædam autem utroque tempore in Italia. Ex his quædam & tertio, veris scilicet. Aliqui verna, milium, panicum, lentem, cicer, [f] alicam appellant. [g] [5] Sementiva autem, triticum, hordeum, fabam, napum, rapam. Et in tritici genere pars aliqua pabuli est quadrupedum casu sati, [h] ut farrago: & in leguminibus, ut vicia. At commune quadrupedum hominumque usui, lupinum. [i] Legumina omnia

1 debeat. *Dal.*
2 fatus. *Vet.*
3 quæ ante æstatem Vergil. exortu.
4 à Vergil. occas. *V.*
5 Sementica. *V.*

a *De frugum generibus.*] Theoph. c. 1. & 4. lib. 8. hist. & c. 8. lib. 4. Causs. Colum. c. 6. & 9. lib. 2. *Dalec.*

b *Legumina.*] Quibusdam *Legaria*, à legendo, quod vellantur manu, non subsecentur falce: sic Græcis χέδροπα, quasi χειρόδροπα. Nicander:

Χειροδρόποι δ' ἵνα φῶτις ἄτερ δρεπάνοιο λέγοιεν)

Ὄσπρια χέδροπα. *Scalig.*

c *Circa Vergiliarum, &c.*] Novembri. *Idem.*

d *Ante Vergiliarum, &c.*] Majo. Aliter hæc sementis tempora Theoph. distinguit cap. 1. lib. 8. hist. *Idem.*

e *Milium.*] Virgil. Georg. 1.

Vere fabis satio est: tunc te quoque, Medica, putres
Accipiunt sulci: & milio venit annua cura.

Vide Senecam Epist. 87. *Idem.*

f *Alicam.*] Frumentum, è quo fit alica: nempe Siliginem. Quidam legunt *Arincam*, quidam *Alicastrum* ex Colum. c. 8. lib. 2. *Idem.*

g *Sementiva autem triticum, &c.*] *Sementiva* dicuntur quæ Græci πρωϊσπορα vocant, quæ satione hiberna seminantur; ut τὰ ὀψίσπορα sunt, quæ verno tempore seruntur. *Salmas.* pag. 733. a. *Sementiva autem.*] Sementiva interpretor, quæ primo & potissimo sementis tempore, nempe circa Vergiliarum occasum, quod ἄροτον, id est sementem, ut ait Theoph. cap. 1. histor. ἀνθρωπομαστικῶς Græcia vocavit, terræ mandantur. *Dalec.*

h *Ut farrago.*] Columella c. 11. lib. 2. *Idem.*

i *Legumina omnia singulas habent radices*

omnia singulas habent radices, [a] præter fabam, easque surculosas, [1] quia non in multa dividuntur: altissimas autem cicer. [b] Frumenta multis radicantur [2] fibris sine ramis. [c] Erumpit à primo satu hordeum die septimo: [d] [3] legumina quarto, vel cum tardissime, septimo: faba à xv. [4] ad xx. legumina in Ægypto tertio die. Ex hordeo alterum caput grani in radicem exit, alterum in [5] herbam, quæ & prior floret. Radicem crassior pars grani fundit, tenuior florem. [e] Cæteris seminibus eadem pars, & radicem & [f] florem. Frumenta hieme in herba sunt, [g] verno tempore [6] fastigiantur in stipulam, quæ sunt hiberni generis: at milium & panicum in culmum geniculatum & concavum, sesama vero [h] in ferulaceum. Omnium [7] satorum fructus, aut spicis

1 quæ etiamnum in multas. *Theophrast.*
2 Fibris, ideoque sine ramis. *Ex Theophr.*
3 legumen.
4 aut. *V.*
5 herbam quæ superior & tenuior grani pars, folium: quæ crassior & inferior radicem fundit. *Ex Theophrast.*
6 spicantur. *Ch.*
7 sativorum *Ch.*

***radices præter fabam, easque surculosas, quia non in multa dividuntur. Altissimas autem cicer.*]** Locus ex lib. 8. c. 2. Theophrasti de historia plantarum tralatus, cujus hæc sunt verba: *Legumina omnia singulas habent radices, easdemque lignosas, & ramulis prætenuibus modo capillamentorum fibratas. Omnium ut ita dixerim altissimam cicer agit.* Et mox paulo: *Etenim legumina radice singulari subnixa, multos superne ramos, ex caulibus gerunt, fabis tantum exceptis.* Ex quibus Theophrasti verbis manifeste apparet Pliniana verba tum depravata esse, tum ordine non legitimo locata. Legendum igitur ad hunc modum videtur: *Legumina omnia singulas habent radices, easque surculosas, quæ in ramulos dividuntur. Altissimas autem cicer præter fabam.* Cæterum verba hic aliquot desiderantur ad integritatem sententiæ. aut certe hæc *multos ex caulibus ramos gerunt*, aut similia. tum sequatur, *præter fabam.* ita Plinius ad suum Theophrastum quam proxime accedet. *Pintian.*

a *Præter fabam.*] Ea cum se aperit nascendi gratia, nauscire dicitur Festo, quod navi forma tum sit similis. *Dalec.*

b *Frumenta multis, &c.*] *Frumenta,* inquit, Theophrastus, *prætenuibus ac multis radicibus nituntur: ideoque surculos non mittunt: legumina vero & ὀρθοστελῆ, ramosa, quia lignosa eorum radix.* Idem.

c *Erumpit à primo satu.*] Theophrastus cap. 1. lib. 8. histor. *Idem.*

d *Legumina quarto, vel cum tardissime septimo.*] Scribo, *vel cum tardissime quinto* ex Varrone libro 1. capite 45. & Theophrasto lib. 8. capite 1. *Pint.* Legit etiam *quinto* Fulv. Ursin. ad Varr. p. 52.

e *Cæteris seminibus eadem pars & radicem & florem.*] Scribendum reor, *Cæterum leguminibus eadem pars, &c.* Theophrast. lib. 8. cap. 2. *At faba cæteraque legumina non eodem modo mittere consueverunt, sed eadem ex parte radicem fundunt & caulem.* Pint.

f *Florem*] Caulem & spicam. Festus *Florifertum* dictum vult, quod flores, nimirum spicæ, ferrentur ad sacrarium. *Dalec.*

g *Verno tempore fastigiantur.*] Scribo *fastigantur*, non *fastigiantur*, ut sæpe admonui. sic enim semper in scriptis codicibus legitur, nec aliter à doctis enunciatur. *Pint.*

h *In ferulaceum.*] Ut & Erysimum. Theoph. *Dalec.*

 a *Præ*

cis continetur, ut tritici, hordei, muniturque vallo ariſtarum [1] quadruplici: aut includitur ſiliquis, ut leguminum: aut vaſculis, ut ſeſamæ, ac papaveris. Milium [2] ac panicum tantum [a 3] pro indiviſo, & parvis avibus [4] expoſita ſunt. Indefenſa quippe [b 5] membranis continentur. [c] Panicum à paniculis dictum, cacumine languide nutante, paulatim extenuato culmo pene in ſurculum, prædenſis acervatur granis, cum longiſſima pedali [d 6] obba. Milii comæ granum complexæ [7] fimbriato capillo curvantur. [8] Sunt & panico genera: [9] Mammoſo è pano parvis [10] racemato paniculis, & cacumine gemino. Quin & colore [11] diſtinguuntur, candido, nigro, ruffo, etiam purpureo. Panis multifarie & è milio fit, è panico [12] rarius. [e] Sed nullum frumentum ponderoſius eſt, aut quod coquendo magis creſcat: [f] LX. [13] enim pondo panis è modio [14] reducunt, modiumque pultis ex tribus ſextariis madidis. [g] Milium intra hos decem annos ex India in Italiam invectum eſt, nigrum colore, amplum grano, harundineum culmo. Adoleſcit ad pedes altitudine ſeptem prægrandibus culmis: lobas

1 quadrifido. V. quadripedi Alii Vet.
2 &. Ch.
3 producta, diviſa, & parvis. V.
4 expoſitum eſt Ch.
5 membrana, tunica. Theophr.
6 obſa. M. cum longa pedali p[r]o ba. Turn qui & loba legi poſſe credit Vide Ann.
7 librato.
8 Sunt & pan. mammoſa genera è pano. Turn. & Ch.
9 Mammoſum eſt pano. V.
10 racemata. Ch. & Turn.
11 diſtinguitur. Ch.
12 rarus. Ch.
13 enim, in M. d.
14 redeunt, modiiſque pultis. Alii.

a *Pro indiviſo.*] Conſtant. legit, *tantum pro indiviſo:* exponitque, *ſine diviſione, in commune, communiter.* Quo genere loquendi uſus eſt Cato c. 127. *Dalec.*

b *Membranis*] Membrana, ἐν ὑμέσι. Theoph. cap 18 lib. 1. hiſt. *Idem*

c *Panicum à paniculis dictum.*] Πάνικη, τῆλις, καιεν, φόβη. Theoph καλαμώδης ἀπόφυσις. Inde Panicula. *Scalig.*

d *Obba.*] Legendum hic & omnibus locis aliis, *Phoba.* Eſt autem φόβη, ut ait Theophraſtus cap. 3. lib. 8. hiſtor. ἐν τοῖς κεγχρώδεσιν ἀπόφυσις καλαμώδης, coma, ſive jubatus culmus. Ac quemadmodum χέδροπα omnia ferunt λοβὸν, id eſt ſiliquam, ſic omnia miliacei generis τὴν φόβην, id eſt, jubam. *Dalec.*

e *Sed nullum frumentum ponderoſius.*] Nam Plinius milium quoque frumenti genus facit, ut ex quo tum panem ruſtica plebs conficeret, cum hodie in pulte ſit ejus uſus, in panificio raro. *Gelen.*

f LX. *enim pondo panis è medio reducunt.*] Scribendum reor non *reducunt*, ſed *reddit*, ut infra hoc capite: *quod fere quaternis libris plus reddit panis quam aliud far.* Pint.

g *Milium, &c.*] *Prægrandibus culmis jubas vocat.* ſic legend. Antea præceſſit de *Panico*, ubi lege: *cum longiſſima pedali offa.* nihil aliud eſt *panus* quam *longa offa.* Heſych. πολύπους. Vide *Salmaſ.* p. 127. a, b.

a *Terni*

[1] lobas vocant: omnium frugum fertilissimum. Ex uno grano [a] terni sextarii gignuntur. Seri debet in humidis. Frumenta quædam [2] in tertio geniculo spicam incipiunt concipere, quædam in quarto, sed etiamnum occultam. Genicula autem sunt tritico quaterna, farri sena, hordeo [3] octona. Sed non ante supra dictum geniculorum numerum conceptus est spicæ: [b] qui ut spem sui fecit, quatuor aut quinque tardissime diebus florere incipiunt: [4] totidemque aut paulo pluribus deflorescunt. [c] Hordea vero cum tardissime septem. [d] Varro [5] quater novenis diebus fruges [e] absolvi tradit, & mense nono meti. [f] Fabæ in folia exeunt, ac deinde [6] caulem emittunt, [g] [7] nullis distinctum internodiis. Reliqua legumina surculosa sunt. Ex his ramosa, cicer, ervum, lens. Quorundam caules sparguntur in terram, si non habeant adminiculum, ut pisorum. Quod si non habuere, deteriora fiunt. [h] Leguminum [8] unicaulis faba sola, unus & lupinis: cæteris ramosus

1 phobas. *Scalig. ex Theoph.*
2 in genu tertio. *M.* in tertio genu. *Cb.*
3 octona: & non ante. *V.*
4 totidem florescunt, qui ad summum expendunt, septimo ajunt deflorescere. *Theophr.*
5 quadragenis quinis. *Ursin. ad Varr. p.* 45.
6 caules. *Cb.*
7 multis. *Dal.*
8 recticaulis. *Theophrast.*

a *Terni sextarii.*] Id est, sex libræ. *Dalec.*

b *Qui ut spem sui fecit.*] Scribo *quæ*, non *qui*, ut referat spicam. Theophrastus lib. 8. cap 2. *Mox folliculo absoluta quarto aut quinto die florere tam tritici quam hordei incipit.* Pint.

c *Hordea vero, &c.*] De tritico & hordeo id Theophrast. *Dalec.*

d *Varro quater novenis diebus fruges absolvi tradit.*] Scribo *quinquies novenis diebus*, hoc est 45. dieb. Varro lib. 1. c. 33. *Quarto intervallo inter solstitium & caniculam plerique messem faciunt, quo frumentum dicitur* XV. *diebus esse in vaginis*, XV. *florere*, XV. *exarescere.* vel lege, *Varro ter quindenis diebus, &c.* Pint.

e *Absolvi tradit.*] Ex quo florere cœperunt. *Dalec.*

f *Fabæ in folia exeunt, ac deinde caulem emittunt nullis distinctum internodiis.*] Videtur supervacaneum esse verbum *nullis.* Nam Theophrastus lib. 8. cap 3. contradicit his verbis: *Item caulis alius geniculatus atque inanis, ut faba.* Pint.

g *Nullis distinctum internodiis.*] Si exortum ramulorum spectes, ea tantum parte, qua prodeunt, geniculum revera conspicitur, id quod ait Theophrastus: si vero nodum vocamus articulum, qui omni ex parte caulem ambit, & internodia separat, in fabæ caule nullus est. Itaque quamvis geniculatus is sit, nullis tamen internodiis distinguitur. Quidam legunt, *multis distinctum.* Dalec.

h *Leguminum unicaulis faba sola: unus & lupinis: cæteris ramosus prætenui surculo.*] Cum sit non exigua differentia inter ramosum & surculosum; (ut monstrant verba, quæ statim ante præcesserunt: dixit enim, *Reliqua legumina surculosa sunt. Ex his ramosa cicer, ervum, lens.*) qua ratione consistet hæc sententia? *Cæteris ramosus prætenui surculo.* videntur enim verba inter se pugnare. Nimirum inverti debent, ut arbitror, dictiones, legendumque, *unus & lupinis prætenui surculo, cæteris ramosus.* Pint. Theophrast. c. 2. lib. 8. hist. *Dal.*

ramosus prætenui surculo: omnibus vero fistulosus. [1] Folium quædam ab radice mittunt, quædam à cacumine. [a] Frumentum [2] & hordeum [3] utrunque & quicquid in stipula est, in cacumine unum folium habet. Sed hordeo scabra sunt, cæteris lævia. Multiplicia contra fabæ, ciceri, piso. Frumentis folium [4] harundinaceum, fabæ rotundum, & magnæ leguminum parti. Longiora erviliæ & [5] piso. Faseolis venosa, [b] sesamæ & [6] irioni sanguinea. Cadunt folia lupino tantum, & papaveri. [c] Legumina diutius florent, [7] & ex his ervum ac cicer, sed diutissime faba XL. diebus. Non autem singuli scapi tandiu, quoniam alio desinente alius incipit: nec tota seges, sicut frumenti, pariter. Siliquantur vero omnia diversis diebus, & ab ima primum parte, paulatim flore subeunte. [d] Frumenta, cum defloruere, crassescunt, maturanturque cum plurimum diebus [8] quadraginta: item faba: paucissimis cicer. Id enim à semente diebus XL. perficitur. Milium, & panicum, & sesama, & omnia æstiva, XL. diebus maturantur [9] à flore, magna terræ cœlique differentia. In Ægypto enim hordeum sexto à satu mense, frumenta septimo metuntur. In Hellade [10] hordeum. In Peloponneso octavo, & frumenta etiamnum tardius. Grana in stipula crinito textu spicantur. In faba leguminibusque, alternis lateribus siliquantur. Fortiora [11] ad hiemes

1 Fol. & radicem quædam mittunt ab eadem parte. *Alii & Theophr. mox*, quædam à cacumine folium mittunt, &c. *Alii vero*, folium à gravi cacumine triticum.

2 & hordeum. Utrumque vero & quic.

3 vitiaque. *M.*

4 harundineum. *Ch.*

5 lathyro. *Theophr.* circerculæ. *Gaz.*

6 erysimo. *Dal.*

7 & magis er. *Theophr.*

8 quadr. perficiantur. *M.*

9 à flore. Magna. *M.*

10 vij. hordeum. *Ch.*

11 contra hi. fr. *Ch.*

a *Frumentum & hordeum, &c.*] Frumentum & hordeum enascitur, ternaque prodit, (ἀναφύλλῳ) unico folio: pisum, faba, cicer, multis. *Theoph.* Mirum, auctorem de radice frumentaceorum & leguminum nihil prodere. Quod autem ait, *hordeum utrunque*, intellige distichon & polystichon: vel nudum, quod γυμνόκριθον vocant, & gluma sua vestitum. *Dalec.*

b *Sesama & irioni sanguinea.*] Nusquam, quod sciam, Theophr. horum folia rubere, sed pinguia esse & amara scripsit. Irionis quidem est sanguineus caulis, sed non folium. *Idem.*

c *Legumina diutius florent.*] Idem c. 2. lib. 8. hist. *Idem.*

d *Frumenta, &c.*] Pleraque omnia hæc quæ sequuntur, ex Theoph. c. 3. & 4. lib. 8. histor. *Idem.*

a Tunica

hiemes frumenta, legumina in cibo. [a] Tunicæ frumento plures. [b] Hordeum maxime nudum, & [1] arinca, fed præcipue avena. Calamus [c] altior frumento, quam hordeo. Arifta mordacior hordeo. In area exteruntur triticum & filigo, & hordeum. Sic & feruntur pura, qualiter [2] moliuntur, quia tofta non funt. E diverfo far, milium, panicum purgari, nifi tofta, non poffunt. Itaque hæc [d] cum fuis folliculis feruntur cruda. Et far in vaginulis fuis fervant ad fatus, atque non torrent. Leviffimum ex his hordeum, raro excedit xv. libras, & faba xxII. Ponderofius far, magifque etiamnum triticum. [e] Far in Ægypto ex olyra conficitur. [f] Tertium genus fpicæ hoc ibi eft. [g] Galliæ quoque fuum genus farris dedere: quod illic [3] brance vocant, apud nos [4] fandalum, nitidiffimi grani. [5] Et alia differentia eft, quod fere quaternis libris plus reddit panis, quam far aliud. Populum Romanum farre tantum è frumento CCC. annis ufum, [h] Verrius tradi-

1 alica. V. *Id eft*, zea, olyra *Theophraft.*

2 molun-tur. *M. Turn.*

3 bracum. *Turn. & Ch.*

4 fcanda-lum. *Turn.* fandalam. *M.* fcada-lam. *Ch.*

5 Eft & alia. *Ch.*

a *Tunicæ frumento plures. Hordeum maxime nudum & alica, fed præcipue avena.*] Ex Theophrafto, unde hic locus acceptus eft, manifeftum fit, præpoftero ordine legenda effe verba hæc: *Tunicæ frumento plures & alica, fed præcipue avena. Hordeum maxime nudum.* Theophrafti verba funt lib. 8. cap. 4. *Ad hæc triticum tunicis contegitur multis, ordeum nudum confiftit. Id enim omnium maxime caret tegumento. Tipha quoque & filigo & omnia hujufmodi multiplici folliculo includuntur, ac omnium, ut ita loquar, maxime avenam natura operuit.* Porro illud nofcendum, in Græcis Theophrafti exemplaribus non *avenam* fcriptum effe, ut Theodorus vertit, fed *crocum.* Pint.

b *Hordeum maxime, &c.*] Præfertim Gymnocrithon. Tipha, olyra (*Arincam* pro utraque vertit Plinius) & omnia id genus multis folliculis leguntur (πολυλόβα:) fed uno verbo inter reliqua plurimis querna. Theophraftus. *Dalec.*

c *Altior.*] Lævior, denfior, lentior, frangi contumacior. Theophr. *Idem.*

d *Cum fuis folliculis, &c.*] Inde Perfio Satyr 5. *fcabiofum far* vocatur. *Idem.*

e *Far in, &c.*] Cibus & triticea ptifana: molitum & deglubitum granum, ad pultes & hominum cibum idoneum, qualis ex farris grano decorticato in Italia vulgo paratur, vocaturque *Farro.* Idem.

f *Tertium genus.*] Præter verum far & triticum. *Idem.*

g *Galliæ quoque fuum, &c.*] Ex olyra, five filigine, ut & Ægyptus. Ea vero Siligo Gallica, è qua Brance, five Sandalum, Crimni genus fiebat, Arinca fortaffis eft, memorata cap. 8. hujus libri. Arincam autem olyram effe auctor fcribit infra cap. 25. lib. 22. Brancen Galliæ ruftici hodie *Blanche* vocant. Allobroges *Biancheen.* Sandalum quoque inter Italos, præfertim Hetrufcos, veteris appellationis veftigia retinet, *Scandella.* Idem.

h *Verrius tradidit.*] *Varro* non *Verrius* vetus codex præfert. *Tint.*

1 tradit. Ch.

[1] tradidit. Tritici genera plura, quæ fecere gentes. Italico nullum equidem comparaverim candore ac pondere, quo maxime difcernitur: montanis modo comparetur Italiæ agris externum, [a] in quo principatum tenuit Bœotia, deinde Sicilia, [b] mox Africa. Tertium pondus erat Thracio Syrioque, [2] deinde Ægyptio, [c] athletarum cum decreto, quorum capacitas jumentis fimilis, quem diximus ordinem fecerat: [d] Græcia & Ponticum laudavit, quod in Italiam non pervenit. Ex omni eadem genere grani prætulit [3] dracontiam, ftrangiam & Selenufium, argumento craffiffimi calami: ita pingui folo hæc genera affignabat. Leviffimum & maxime inane, feu tenuiffimi calami, in humidis feri jubebat, quoniam multo egeret alimento. Hæ fuere fententiæ Alexandro Magno regnante, cum clariffima fuit Græcia, atque in toto terrarum orbe potentiffima: ita tamen, ut ante mortem ejus annis fere CXLV. Sophocles Poëta in fabula Triptolemo frumentum Italicum ante cuncta laudaverit, ad verbum tranflata fententia,

2 deinde & Æg. Ch.

3 canchrydiam, ftlengyn, & Alexandreum. Theophr. dracontion, & iftelepant, & felinufium. Ch.

4 carere. Ch.

Et fortunatam Italiam frumento [4] *canere candido.*

Quæ laus peculiaris hodieque Italico eft. Quo magis admiror, pofteros Græcorum nullam mentionem hujus feciffe frumenti. Nunc ex his generibus, quæ [5] Romam invehuntur, leviffimum eft Gallicum, atque è Cherfonefo advectum: quippe non exce-

5 Romæ. Ch.

a *In quo principatum, &c.*] Theophrafto ex iis, quæ in Græciam convehebantur, graviffimum Siculum fuit: eo tamen gravius Bœoticum, vel eo argumento, quod athletæ cum vix in Bœotia tres femifextarios confumerent, Athenis plus quam quinque efitabant. cap. 4. 8. Hiftor. *Dalec.*

b *Mox Africa.*] Libycum vocat Theophraftus, & in fpica brevi manere, calamumque tenuem emittere fcribit. Idem auctor Thracium, Syrium, Alexandrinum memorat, nulla facta vel bonitatis mentione, vel ponderis. *Idem.*

c *Athletarum cum decreto.*] Ii cum Bœotici ternos femifextarios vix confumerent, Athenis facile quinos abfumebant. *Idem.*

d *Græcia & Ponticum laudavit.*] Ponticum Theophrafto leviffimum & duriffimum eft cap. 4. lib. 8. hift. & c. 10. lib. 4. cauff. *Idem.*

a Siculi

excedunt in modium vicenas libras, [1] si quis granum ipsum ponderet. Adjicit Sardum selibras, Alexandrinum & trientes: hoc & [a] Siculi pondus. Bœoticum totam libram addit: Africum & dodrantes. In transpadana Italia scio vicenas quinas libras farris modios pendere: circa Clusium & [2] senas. [3] Lex certa naturæ, ut in quocunque genere pani militari tertia portio [b] ad grani pondus accedat: sicut optimum frumentum esse, quod in [4] subactu congium aquæ capiat. Quibusdam generibus per se pondus, sicut Balearico: [5] modo tritici panis pondo [6] xxx. reddit. [7] Quibusdam in binis mistis, ut Cyprio & Alexandrino, xx. prope libras non excedentibus. Cyprium fuscum est, panemque nigrum facit: itaque miscetur Alexandrinum candidum, redduntque xxv. pondo: Thebaicum [8] libras adjicit. Marina aqua subigi, quod plerique maritimis in locis faciunt, [c] occasione lucrandi salis, [9] inutilissimum. Non alia de causa opportuniora morbis corpora existunt. [d] [10] Galliæ & Hispaniæ frumento in potum resoluto, quibus diximus generibus, spuma ita concreta pro fermento utuntur. Qua de causa levior illis, quam cæteris, panis [11] est. Differentia est & calami. Crassior quippe melioris est generis. Plurimis tunicis Thracium triticum vestitur, ob nimia frigora illi plagæ exquisitum. Eadem causa [12] & [e] trimestria invenit,

1 siliquæ granum ipsum pondere. *Turn.* siceli pondere. *V.*

2 Senas. *Dal.*

3 Lex naturæ certe est. *M.*

4 subactum cong. *Ch.*

5 quod modio. *Vet.*

6 xxxv. *Ch.*

7 Quibus binis mixtis. *Dal.* sub. *pondus est.*

8 libram. *Ch.*

9 vilissimum. *V. & Ch.*

10 Gallia & Hispania. *M.*

11 est, *in M. d. & Ch.*

12 & trimestre. *Dal.*

a *Siculi pondus.*] Vide Budæum l. 4. de Asse. *Dalec.*

b *Ad grani pondus accedat.*] Aqua cum sale & fermento permista *Idem.*

c *Occasione lucrandi vilissimum*] Sic alii legunt. Ego vero legendum puto, non *vilissimum*, sed *inutilissimum*. Nam & codex antiquus *utilissimum* habet: cui dictioni si adjungas præpositionem *in*, quæ paulo ante præcedit, parum ibi necessariam, locus erit recte castigatus. Confirmat hanc correctionem Plinius ipse lib. 23. cap 1 his verbis: *Inprimis igitur vinum marina aqua factum inutile est stomacho, nervis, vesicæ.* Pint.

d *Galliæ & Hispaniæ.*] Zythum & Curmi intelligit. *Dalec.*

e *Trimestria invenit.*] Trimestria multa, & ubique levia, parum fœcunda, cum exoriuntur unicalama, & prorsus infirma. Theoph. *Idem.*

a *Unicala-*

nit, detinentibus terras nivibus, quod tertio fere à ſatu menſe & in reliquo orbe metitur. Totis hoc Alpibus notum, & hiemalibus provinciis nullum hoc frumento lætius. [a]Unicalamum præterea, nec [1]uſquam capax: ſeriturque non niſi tenui terra. [b]Eſt & bimeſtre [2] circa Thracium ſinum, quod quadrageſimo die, quam ſatum eſt, matureſcit: mirumque, nulli frumento plus eſſe ponderis, & furfuribus carere. Utitur eo & Sicilia & Achaja, [3]montoſis utraque partibus. Eubœa quoque circa Caryſtum. In tantum fallitur [c] Columella, qui ne [4] trimeſtris quidem proprium genus exiſtimaverit eſſe, cum ſit [d] antiquiſſimum. Græci [e][5] trimenon vocant. Tradunt in Bactris grana tantæ magnitudinis fieri, [f] ut ſingula [6] ſpicas noſtras æquent. Primum ex omnibus frumentis ſeritur hordeum. Dabimus & dies [7] ſerendi cuique generi, natura ſingulorum expoſita. [g]Hordeum Indis ſativum & ſilveſtre,

1 uſquam non capax. *Dal.*
2 in Eubœa. *Th.* circa Thraciam Ænum. *Turn.* circa Thraciæ fenum. *Ch.* & in emend. ſinem.
3 montuoſis. *Ch.*
4 trimeſtri. *Ch.*
5 ſetanion. *M.* & *Ch.* ſicanion. *Turn.*
6 olivæ nucleos. *Theoph.*
7 ſerendo. *Ch.*

a *Vnicalamum præterea, nec uſquam capax.*] Addendum puto verbum *ponderis*, indiligentia librarii, ni fallor, omiſſum, ut ſit, *nec uſquam capax ponderis*, ex Theophraſto lib. 8. cap. 4. his verbis: *Tria vero permulta & ubique habentur. Levia hæc & parum fœcunda & unicalama ſunt, atque in totum infirma.* Pint.

b *Eſt & bimeſtre circa Thracium ſinum.*] In ſcripto exemplari, non *Thracium ſinum*, ſed *Thracia fanum* habetur, ut ſcribendum putem *Thraciæ Ænum.* Ænus enim celebris eſt urbs Thraciæ. Porro Theophraſtus, unde Plinius hæc hauſit, non in Æno, ſed in Eubœa, naſci hoc genus tritici tradit, quod XL. die quam ſatum, matureſcat. Ejus verba ſunt lib. 8. cap. 4. *Quibus & trimeſtrium genus annumerari par eſt, & bimeſtrium, & ſi quid intra pauciores dies valeat conſummari: & in Eubœa genus quoddam intra quadraginta dies craſſari perficique poſſe affirmant: idemque firmum eſſe ac ponderoſum, nec modo trimeſtris leve, quam ob rem famulis id præberi inquiunt, etenim nec multum in hoc furfures eſſe volunt.* Quibus ex verbis liquet deeſſe in Plinio conjunctionem *&*, *eſt & bimeſtre & circa Thraciæ Ænon, quod quadrageſimo die quam ſatum eſt, matureſcit.* Expendendum igitur an in Theophr. tam Græco quam Latino ſcribendum ſit non *Eubœa* ſed *Æno*, ut Plinius & Theophraſtus conſentiant. *Idem.*

c *Columella.*] Cap. 9. lib. 2. *Dalec.*

d *Antiquiſſima.*] Theoph. cap. 4. lib. 8. Hiſt. *Idem.*

e *Trimenon vocant.*] Hippocrates σητάνειον, quaſi τηζάνειον, τῆτες enim, ἐν τῷδε τῷ ἔτει ἐσπαρμένον, quod hoc ipſo anno, id eſt vere ſatum eſt. *Idem.*

f *Ut ſingula ſpicas noſtras æquent.*] Scribendum reor, *ut ſingula olivæ nucleos æquent*, ex Theophraſto lib. 8. c. 4. *Nam & Aſia*, inquit, *ultra Bactra quodam in loco adeo grande frumentum fieri tradunt, ut nucleos olivæ ſua æquiparent magnitudine grana ſingula.* Pint.

g *Hordeum Indis ſativum.*] Theoph. cap. 5. lib. 4. Cauſſ. Strabo lib. 15. hordeum id ſilveſtre Boſmoron vocat. *Dalec.*

a Ex

ſilveſtre, ex quo panis apud eos præcipuus. [1] Italica maxime quidam oryza gaudent, [a] ex qua ptiſanam conficiunt, quam reliqui mortales ex hordeo. Oryzæ [2] quidem folia carnoſa, porro ſimilia, ſed latiora: altitudo cubitalis, flos purpureus, radix [3] gemmeæ rotunditatis. Antiquiſſimum in cibis [b] hordeum, ſicut Athenienſium ritu Menandro auctore apparet, & [c] gladiatorum cognomine, qui hordearii vocabantur. [d] Polentam quoque Græci non aliunde præferunt. [e] Pluribus fit hæc modis. Græci perfuſum aqua hordeum ſiccant nocte una ac poſtero die frigunt, [4] deinde molis frangunt. Sunt qui vehementius toſtum rurſus exigua aqua aſpergant,

1 Oryza quidem maxime ut Itali gaudent, ex qua, &c. *gaudent*, ſub. *Indi*. Dal. *In vulg. vero lectione*, Italici. *Vet & Ch.* Italia max. quid. ory. gaudet. *Alii Vet.*

2 quidem, *in M. d.*

3 geminæ. *Ch. fortaſſis*, genuinæ.

4 dein. *M.*

a *Ex qua ptiſanam, &c.*] Ptiſſana oryzæ ea eſt, quæ in omnibus locis venalis proſtat, & *Ris* dicitur. *Dalec.*

b *Hordeum.*] Κριθὴ ἀπὸ τῆ διακεκρίσθαι vocatum, quod eo reperto, & in uſum recepto, glandibus ſpretis, à brutis homines diſtincti ſint. Hordeum ſiccatum, frixum, mola fractum, Græci κάχρυν & καχρύδιον vocant. Rhodig. cap. 1. lib. 2. *Idem.*

c *Gladiatorum cognomine.*] Athletarum, hiſtrionum, comœdorum nomine continentur gladiatores, arenarii, mirmillones, ſecutores, retiarii, pugiles, pancratiaſtæ, xyſtici, thymelici, pantomimi, palæſtritæ. Alex. ab Alexandro cap. 9. 3. Varro Samnites recenſet inter gladiatores, qui cum ſcutis & pinnata galea pugnabant, ſic nimirum dictos, ut cenſent Livius & Athenæus, quod à Samnitibus didicerint τὴν τῶ θυρεῶ χρῆσιν. Nuſquam porro legitur Athenis, ubi Menander vixit, atque adeo nec in Peloponneſo tota, nec in Hellade gladiatorum ſpectacula edita fuiſſe: quamobrem legendum hic quidam divinant, *& piſtorum cognomine*. Galenus libris κτ' τόπον ſcripſit quidem Pergami, quæ fuit ejus patria, gladiatores à Pontificibus exhibitos, qui percuſſi vulneratique fuiſſent, traditos ſibi, ut curaret: ſed id longe à Menandri ſæculo. Chifflerius legendum putat *Caligatorum*, id eſt, gregariorum militum, quod illis, ſi quid peccaſſent, ignominiæ cauſſa, pro tritico daretur hordeum. Feſto *hordearium æs*, quod equiti Romano dabatur, pro hordeo, ſubaudi *emendo*, quo equum aleret. Fuerunt & gladiatores Equites, Galeno tertio κατὰ τόπον, ἱππεῖς, Lipſio in Saturnalibus Andabatæ. Illis etiam ex publico dabatur hordeum, quo nutrirent equum, unde fortaſſis dicti ſunt *hordearii*, quamvis Plinius de hominum cibatu videatur magis loqui quam jumentorum. Ea tamen petulanti voce, de dominis dictum eſt, quod equis conveniebat. Quid ſi legas, *& equitum cognomine, qui hordearii vocabantur*. Fuerunt enim Romæ Equites gladiatoribus antiquiores, & ſtatim ab initiis conditæ Romæ Troſſuli. *Idem.*

d *Polentam.*] Τὰ ἄλφιτα, alii τὴν μάζαν. *Idem.*

e *Pluribus fit hæc modis.*] Curioſam illam hordei præparandi rationem ex Pherecrate recitat Euſtathius his verbis: τὰς κριθὰς δεῖ πτίσσειν, tundere, pinſere: φρύγειν, torrere: ἀποβράττειν, in cerniculo cribrare, aut corbe: ἀνεῖν, aqua rurſum aſpergere: ἀλέσαι, molere, μάξαι, manu ſubigere: παραθεῖναι, edendam apponere. Vide infra cap. 25. lib. 22. *Idem.*

a *Viren-*

gant, [1] ſiccentque prius, quam molant. Alii vero [a] virentibus ſpicis decuſſum hordeum recens [b] purgant, madidumque in pila tundunt, atque in corbibus [2] eluunt, ac ſiccatum ſole rurſus tundunt, & purgatum molunt. Quocunque autem genere [3] præparato, vicenis hordei libris, ternas ſeminis lini, & coriandri [4] ſelibras, ſaliſque [5] acetabulo, torrentes ante omnia miſcent in mola. Qui diutius volunt ſervare, cum polline ac furfuribus ſuis condunt novis fictilibus. Italia ſine perfuſione toſtum in ſubtilem [6] formam molit, iiſdem additis, atque etiam milio. Panem ex hordeo antiquis uſitatum vita damnavit, [7] quadrupedumque [8] tradidit refectibus. [c] Ptiſanæ inde uſus validiſſimus ſaluberrimuſque tantopere probatur. Unum laudibus ejus volumen dicavit Hippocrates [9] è clariſſimis medicinæ ſcientia. Ptiſanæ bonitas præcipua Uticenſi. In Ægypto vero [10] ea eſt, quæ fit ex hordeo, [d] cui ſunt bini anguli. In Bætica & Africa genus, ex quo fiat, hordei, [e] glabrum appellat [11] Turannius. Idem olyram & oryzam eandem eſſe exiſtimat. Ptiſanæ conficiendæ vulgata ratio eſt. Simili modo ex tritici ſemine [f] [12] tragum fit, in Campania duntaxat & Ægypto. [g] Amylum vero ex omni tritico

1 & ſiccent. *Ch.*
2 dividunt. *M.*
3 præparata. *Vet.* ſub. *polenta.*
4 ſelibram. *Ch.*
5 acetabulum, torrentes ante, omnia, &c. *Vet.*
6 farinam. *Vet. Turn. & Ch.*
7 quadrupedumque fere cibus eſt. Cum ptiſ. &c. probetur. *Ch.*
8 trad. hordeum ref. *Vet.*
9 clariſſimus. *Vet.*
10 ea, *in M. d.*
11 Turranius. *Ch.*
12 tragos. *Dioſc.*

a *Virentibus, &c.*] Nam ita melior polenta fit, ultimo hoc capite. *Dalecampius.*

b *Purgant.*] A pulvere, lapillis, & id genus reliquis ſordibus. *Idem.*

c *Ptiſana inde.*] Πτισάνην Athenæus lib. 10. dictam vult ἀπὸ τοῦ πτίσσειν καὶ ἀνεῖν, à tundendo & madefaciendo. De ptiſſana idem auctor hunc gryphum recitat: κριθῆς ἀφλοιν ὀρχεῖζας χυλὸν πῖε, Hordei decorticati & tuſi cremorem bibe. *Idem.*

d *Cui ſunt bini anguli.*] Ex hordeo diſticho, cui ſunt bini ordines, ut mox loquetur, & verſus. *Idem.*

e *Glabrum.*] Γυμνόκριθον Græci. *Idem.*

f *Tragum.*] Tragos nunc fruges eſt, Halicæ ſimilis Dioſcoridi: vulgo *Blé Turquet:* nunc olyræ Ptiſſana Galeno lib de Alimentis: nunc zeæ Ptiſſana, id eſt, Halica Galeno comment. librorum de ratione victus in acutis. *Ptiſſanam,* inquit, *recte præferunt frumentaceis eduliis, pani, chondro & zea, ex qua fit Tragos.* Hic Tragos Ptiſſana eſt triticea. Caſſianus in Geoponicis c. 13. 3. Tragum conficit ex Alexandrino frumento & olyra. *Idem.*

g *Amylum.*] Dioſc. cap. 93. lib. 2. *Idem.*

a *Sed*

tico ac siligine, [a] sed optimum è trimestri. Inventio ejus Chio insulæ debetur: & hodie laudatissimum [1] inde est appellatum ab eo, quod sine mola fiat. [b] Proximum è trimestri quodam minime ponderoso tritico. Madescit dulci aqua [2] ligneis vasis, ita ut integatur, quinquies in die mutata. Melius si & noctu, ita ut misceatur pariter emollitum, prius quam acescat. [c] Linteo aut sportis siccatum tegulæ infunditur illitæ fermento, atque ita in sole densatur. Post Chium maxime laudatur Creticum, mox Ægyptium. Probatur autem [3] levitate ac lævore, atque ut recens sit, jam [d] & Catoni [4] dictum. Apud nos hordei farina & ad medendum utuntur. Mirumque, in usu jumentorum ignibus durato, ac postea molito, offisque humana manu demissis in alvum, majores vires, torosque corporis fieri. Spicæ quædam [e] binos ordines habent, [f] quædam plures usque ad senos. Grano ipsi [5] aliquot differentiæ, longius, [6] leviusque, aut brevius, [7] aut rotundius, candidius, nigrius, [8] vel cui purpura est. [g] Ultimo ad polentam, [9] contra tempestates candi-

1 id est. *Ch. & in emend.* idem; app. &c.
2 in lign. vas. ita ut integatur. *Ch. & in emend.* intingatur.
3 lævore & levitate. *Ch.*
4 dictum apud nos. Hordei. *M.*
5 aliquid. *M.*
6 majusque. *Ex Theophr.*
7 ac. *Ex Theophr.*
8 Cui purpura est, optimum ad polentam. Contra, &c. *Dal.*
9 & con. temp major firmitas. *Ex Th. firmum vocat* πολύχοιλον, *quod polenta multum reddit.*

a *Sed optimum, &c.*] Alii putant id ad siliginem referendum, alii ad triticum. *Dalec.*

b *Proximum è trimestri quodam minime ponderoso tritico.*] Scribo, *proximum trimestri quod è minime ponderoso tritico;* ex Scripta lectione, ut sit sensus, primas tribui amylo, quod fit ex trimestri. Dixit enim paulo ante, *Amylum vero ex omni tritico ac siligine, sed optimum ex trimestri. Secundas vero à trimestri tribui amylo, quod fiat è tritico minime ponderoso.* Ita ut misceatur pariter emollitum priusquam acescat. *Pint.*

c *Linteo aut sportis siccatum tegula infunditur illita fermento.*] Scribendum diversa distinctione & lectione, *ita ut misceatur pariter. Emollitum priusquam acescat, linteoque aut sportis siccatum, tegula infunditur.* Nec *siccatum* videtur legendum, sed *colatum*, ex Dioscoride lib. 2. ex cujus verbis apparet locum hunc ambustum esse, complura in eo desiderari verba. *Idem.*

d *Et Catoni dictum. Apud nos, &c.*] Significat autem Amylum, tametsi rem exoticam, tamen jam tum ætate Catonis Romæ fuisse notum. *Gelen.*

e *Binos ordines habent.*] Distichi hordei. Theophrast cap. 4. lib. 8. histor. de hoc paulo ante. *Dalec.*

f *Quædam, &c.*] Polystichi. Cantherium Columella vocat cap. 9. lib. 2. *Idem.*

g *Ultimo ad polentam & contra tempestates candido maxima infirmitas.*] Lego, *ultimo ad polentam, & contra tempestates quam candido major firmitas.* Theophrastus lib. 8. cap. 4. *Et hordeorum ipsorum aliud rotundius minusque, aliud oblongius majusque atque in spica rarius. Item aliud candidum, aliud accedens ad pur-*

candido maxima infirmitas. Hordeum frugum omnium mollissimum est: seri non vult, nisi in sicca & soluta terra, ac nisi læta. [a] Palea ex optimis: stramento vero nullum comparatur. Hordeum ex omni frumento minime calamitosum, quia [1] tollitur antequam triticum occupet rubigo. Itaque sapientes agricolæ triticum cibariis tantum serunt. [b] Hordeum [2] sarculo seri dicunt, propterea celerrime redit, [3] fertilissimumque, quod [c] in Hispaniæ Carthagine Aprili mense collectum est, hoc seritur eodem mense in Celtiberia: eodemque [4] anno bis nascitur. Rapitur omne à prima statim maturitate festinantius, quam cætera. Fragili enim stipula & tenuissima palea granum continetur. Meliorem etiam polentam fieri tradunt, si non [5] excocta maturitate tollatur.

1 ante tollitur, quam. *Cb.*

2 facculo. *Cb. sic & Turn. vel*, fecuio: *mentrum apte*: ducunt, propt. quod celer. reddit. *M*

3 fertile est quod. *Vet. & Cb.*

4 a nobis. *Cb. & in emend.* nobis.

5 exacta. *Turn.*

CAP. VIII.

Non omnia frumenti genera ubique nasci, & de reliquis in Oriente generibus.

6 nec. *Cb.*

FRumenti genera non eadem ubique: [6] neque ubi eadem sunt, iisdem nominibus. Vulgatissima [d] far, quod [e] adoreum veteres appellavere, siligo, triticum,

puram, quod & farinam reddere copiosius creditur, & contra hiemem & flatus, & in totum contra cæli mutationes, candido validius esse videtur Pint.

a *Palea ex optimis.*] Palea ex tritico suavior, quam ex hordeo, quia mollior, & magis succulenta. Theophrast. cap 4. lib 8. hist. *Dalec*

b *Hordeum.*] *Hordeum sarculo*, legit Turnebus c. 24. lib. 1 Adverf. quod non cibariis, ut triticum, sed loculis feratur, & foris vendatur. Alii legunt *seculo*, quia φιλόζωον. id est, alendis pascendisque animalibus gratum. Columel. c. 9 lib. 2. hordeum altero sulco seminari tradit. Ex illo auctore videtur hæc linea transcripta. *Sarculo*, interpretor, terra levissime mota & tantum suspensa, ut fit sarriendo. *Idem.*

c *In Hispania Carthagine.*] Ea est Carthaginiensium colonia, ab aliquibus nova; ab aliis *Spartaria* cognominata. *Gelen.*

d *Far.*] Hæc peritiores sic distinguunt, Triticum mutica spica est: Adoreum sive Far, aristata, apud Verrium in voce Restibilis. Tritici genera tria Columellæ, Robus, ponderosioris, ac nitidioris grani: Siligo hiberna, sive Sementiva: & Siligo trimestris. Farris autem quatuor genera: Clusinum grano nitido & candido: Venuculum rutilum; Venuculum candidum, utrunque ponderosius Clusino: & omnia hæc tria hiberna: Adoreum trimestre, sive Alicastrum *Dalec.*

e *Adoreum.*] Adde & hæc, si libet, hic

triticum. Hæc plurimis terris communia. [a] Arinca Galliarum propria, copiosa & Italiæ est. [1] Ægypto autem ac Syriæ, Ciliciæque & Asiæ, ac Græciæ peculiares zea, olyra, tiphe. Ægyptus [b] similaginem conficit [2] è tritico suo, nequaquam Italiæ parem. Qui zea utuntur, non habent far. Est & hæc Italiæ in Campania maxime, semenque appellatur. Hoc habet nomen res præclara, ut mox docebimus: propter quam [c] Homerus ζείδωρος ἄρουρα dixit: non ut aliqui arbitrantur, quoniam vitam donaret. Amylum quoque ex ea fit, [d] priore crassius. Hæc sola [3] differentia est. Ex omni genere durissimum far, & contra hiemes firmissimum. Patitur frigidissimos locos, & minus subactos vel [4] æstuosos, sitientesque. Primus antiquis Latio cibus, magno argumento [e] in adoreæ donis, sicuti diximus. [f] Pulte autem, non pane, vixisse longo tempore Romanos manifestum, quoniam inde & pul-

1 In Æg. Ch.

2 è, in Ch. d.

3 differentia. Duriss. Dal.

4 æstuosos. M. & Ch.

hic quæ supra diximus ad cap. 3. hujus libri, de adorea. Adoream veteres appellarunt omnes fructus, omnem proventum ex agris. Sulpitius apud Varronem: *plebei rura largiuntur, adoream*. Plaut. in Amphit.

Qui præda, atque agro, adoreaque affecit populares suos.

Ex eodem Varrone Nonius, Adoreum dictum ab eo putat: quod cibi ora, id est, principium sit far: dixerat autem paulo ante Far adoreum esse. *Dalec.*

a *Arinca Galliarum.*] Olyra Homeri sequenti altero ab hoc capite: Olyra Gallica infra c. 25. lib. 22. *Idem.*

b *Similaginem.*] Sive Similam κρίμνον, vulgo *Simoule*, Ptissanæ genus, Semidalium Græcorum. *Idem.*

c *Homerus.*] Iliad. β. τίκτε δὲ ζείδωρος ἄρουρα, alma tellus: alii, quod ait Plinius, exponunt βιοδώρου καὶ φερέσβιον. Nonnus in Dionysiacis τὸ ὕδωρ appellavit ζείδωρον, aquam vivificam. Sic Venerem & Empedocles vocavit. Plutarchus in Amatorio. Johannes Grammaticus terram sic dictam putavit παρὰ τὸ ζεῖαν, καὶ θερμαίνεσθαι ὑπὸ τοῦ ἡλίου. Rhod. c. 18. lib. 15. *Idem.*

d *Priore crassius.*] Quod ex tritico fit & siligine, sed optimum ex trimestri. supra cap. 7. hujus libri. *Idem.*

e *In adoreæ donis.*] Quartariis aut heminis farris. supra c. 3. hujus libri. *Idem.*

f *Pulte autem, non pane.*] Vide Val. Max. cap. de Instit. antiq. lib. 3. Fiebat autem puls ex æquis partibus farinæ, frumenti, & fabarum aut hordei. Alex. ab Alex. cap. 11. 3. *Pultiphagos* ideo Romanos Plaut. vocat in Mostell.

Non enim hæc pultiphagus opifex opera fecit barbarus.

Idem in Prologo Pœnuli:

Carchedonius vocatur hæc Comœdia:
Latine, Plauti pultiphagonidis Patruus.

Pultem Varro vel à Græco πόλτος ducit, vel à sono quem edit cum aqua ferventi insipitur, id est, inspergitur, ut apud Pomponium in Atellana:

Facite ut ignis fervat, ligna insipite, far concidite.

& [1] pulmentaria hodieque dicuntur. Et Ennius antiquissimus vates obsidionis famem exprimens, offam eripuisse plorantibus liberis patres commemorat. Et hodie sacra prisca atque natalium [b] [1] pulte fitilla conficiuntur: videturque tam puls ignota Græciæ fuisse, quam Italiæ polenta. Tritici semine avidius nullum est, nec quod plus alimenti trahat. Siliginem proprie dixerim tritici [2] delicias: candor est, & sine virtute, & sine pondere, conveniens humidis tractibus, quales Italiæ sunt & Galliæ comatæ. Sed & trans Alpes in Allobrogum tantum [c] [3] Meminorumque agro pertinax: in cæteris ibi partibus biennio in triticum transit. Remedium, ut gravissima quæque grana ejus serantur.

1 pulte fritilla. *M.* firtilla. *Cb.*

2 delicias candore, sed sine. *M.* del. candore, &c. *ut in vulg.* *Cb. in emend.* candore, virtute, pondere conven

3 Nerviorum *M* Morinorum. *V.* Arvernorum. *Alii V.* Remorum. *Turn.* Meminorum, *ut hic.* *Supra c. 4. lib. 3.* Memorumque. *Cb.*

CAP.

Cum ita sonat, bilbire amphoram Nævius dixit: παφλάζειν. Eupolis apud Athenæum, λοπὰς παφλάζει βαρβάρῳ χαλήματι. *Scalig.* Juvenal. Sat. 11.

— *pultes,*
Coram aliis dictem puero, sed in aure placentas Martialis:
Imbue plebeias Clusinis pultibus ollas,
Vt satur in vacuis dulcia vina bibas.

Juvenal. Sat. 14.

----- *sed magnis fratribus horum*
A scrobe, vel sulco redeuntibus altera cœna
Amplior, & grandes fumabant pultibus ollæ.

Apud Plaut. locis supra citatis Scaliger, vir, ob acumen ingenii perspicacissimi, non sine honore laudandus, *Pultiphagum* & *Pultiphagonidem* Pœnum interpretatur. Pultis enim avidissimam eam gentem fuisse argumento est puls Pœnica, cujus conficiendæ rationem Cato docet cap. 85 Quod vero pertinet ad Martial. distichon, Mustum missum in ollas imbutas farris pulte veluti conditur, ad bonitatem proficit, & ideo commendatur. Theoph. certe lib. de Odorib. scribit, demissis in dolia farris offis vinum domari, mollescere, & cum saporis gratia mitescere. Turneb. cap. 28. lib. 25. *Dalec.*

2 *Pulmentaria, &c.*] Quæ paupercula olim pulmentaria conficiebant, Pulmentariæ, Mictyrides vocabantur. Lucil. lib. 20. Satyr. *Pulmentaria utentibus, aut aliquod genus herbas, & jus Menarum, bene se habet, Mictyris, hoc est meri.* Etymon hujus vocis ἀπὸ τῆς μιγνύειν fortassis ducitur. *Idem.*

b *Pulte fitilla.*] Erit, ὁ αἰθὴρ, nempe σπίχυος τὸ ἄκρον: Galeno τὸ τῆς κελίθης ὀξὺ, acus. Inde αἰθάρα, vel αἰθήρα, puls fritilla. *Scalig.* Quidam à frigendo dictam volunt, ut sit fritilla puls, ea quæ paratur à farina fricta. Apud Fabium Pictorem *olla fritilis*, in qua sal torreatur. Nonius in Sal. *Dal.*

c *Meminorumque.*] Sequanorum: alii, Avernorum. In Sequanorum agro Siligo certe frequentissima est, quam ab incolis *Blé Blanc* appellari diximus: apud Allobrogas *Blanchem* ob candorem, vel quasi Brancen: supra cap. 7. hujus libri. *Idem.*

CAP. IX. *De pistoriis, & molitura, & farina.*

E[a] Siligine lautissimus panis, [1] pistrinarumque opera laudatissima. Præcellit in Italia, si Campana Pisis natæ misceatur. Russior illa, at Pisana candidior, [2] ponderosior vero [b] cretacea. Justum est è grano Campanæ, quam vocant castratam, è modio redire sextarios quatuor siliginis, [3] vel è gregali sine castratura sextarios quinque, præterea floris [4] semodium. Et cibarii, quod secundarium vocant, sextarios quatuor: furfuris sextarios totidem. E Pisana autem siliginis sextarios quinque, cætera paria sunt. Clusina, Aretinaque etiamnum sextarios siliginis [5] assumunt: in reliquis pares. [6] Si vero pollinem facere libeat XVI. pondo panis redeunt, & cibarii tria, furfurumque semodius. Molæ discrimine hoc constat. Nam quæ sicca moluntur, plus farinæ reddunt: quæ salsa aqua sparsa, candidiorem medullam: verum plus retinent in furfure. Farinam à farre dictam nomine ipso apparet. Siligineæ farinæ modius [c] Gallicæ XXII. libras panis reddit, Italicæ duabus tribusve amplius in artopticio pane. Nam furnaceis binas adjiciunt libras in quocunque genere.

1 pistorumque opera lautissima. *Vet.*

2 ponderosiorque cretas. *Dal.*

3 ut è greg *Vet.*

4 semod. & cib *vel*, Et in cibarium panem, quem secundarium vocant, farinæ sextarios quat. *Idem.*

5 adsciscunt. *M.* adsciunt. *Ch.*

6 Si vero panem fac. lib. XVI. primarii panis. *Dal.*

CAP. X.

De similagine, siligine, & aliis generibus, & de pistura.

[d] Similago [7] ex tritico fit laudatissima. Ex Africo justum est è modiis redire semodios, & pollinis sextarios quinque. Ita autem [e] appellant in

7 è. *Ch.*

a *Siligine, &c.*] Siligine, frumento: vel etiamnum, si libet, castrata farina. *Dalec.*

b *Cretacea.*] Vel quæ in agro cretoso nata est, vel cui creta Campana admixta est candoris conciliandi gratia, sicut in alica fiebat. De qua confectura infra cap. 11. hujus libri. *Idem.*

c *Gallica.*] E Gallica siligine, quam arincam & brancem vocant. *Idem*

d *Similago ex, &c.*] Σεμίδαλις Græce, vulgo *Simoule.* Idem.

e *Appellant in tritico, &c.*] Non meminit Plinius superiori capite, de siligine

in tritico, quod florem in siligine. [a] Hoc ærariæ officinæ chartariæque utuntur. Præterea secundarii sextarios quatuor, furfurumque tantundem. Panes vero è modio similaginis CXXII. è floris modio CXVII. Pretium huic annona media in modios farinæ XL. asses, similagini castratæ octonis assibus amplius, siligini castratæ duplum. Est & alia [1] distinctio. Similago L. pollin autem XVII. pondo panis reddere visa, [b] tritici XXX. cum triente, & secundarii panis quinas selibras, totidem cibarii, & furfurum sextarios sex. Siligo nunquam maturescit pariter, nec ulla segetum minus dilationem patitur, propter teneritatem, [2] iis quæ maturuere, protinus granum dimittentibus. Sed minus, quam cætera frumenta, in stipula periclitatur, quoniam semper rectam habet spicam: nec rorem continet, qui rubiginem faciat. Et [3] arinca dulcissimus panis, ipsa spissior, quam far, & [4] major spica, eadem & ponderosior. Raro modius grani non XVI. libras implet. Exteritur in Græcia difficulter: ob id jumentis dari ab [c] Homero dicta. Hæc enim est, quam olyram vocat. Eadem in Ægypto facilis fertilisque. [d] Far sine arista est: [5] item siligo, excepta quæ Laconica appellatur. Adjiciuntur his [6] genera, bromos, siligo [e] [7] exceptitia, & tragos, externa omnia ab Oriente invecta oryzæ similia. Tiphe

1 distinctio, semel tempore L. Pauli nata, pondo panis reddere visa. XVIII.; Tertia, XIX. cum triente. *Turn. & Ch.* Quidam vero, Similago tritici XVII. pondo panis reddere visa, pollin autem XXX. cum triente, & secundarii pan.
2 spicis, quæ. *Vet.*
3 Africa. *Ch.*
4 majore. *Vet.*
5 Item siligo exceptitia, quæ, &c. bromos, siligo & tragos. *expuncta voce exceptitia ultimi membri.* Dal.
6 generibus. *Dal.*
7 excepta. *Turn. & Ch.*

ne pollen se dixisse. Vide Budæum 5. de Asse. *Dalec.*

a *Hoc ærariæ officinæ, &c.*] Quæ farina cum argilla mixta operum suorum formas effingunt. *Idem.*

b *Tritici.*] Similago, sub. nam ex aliis frugibus, farre & siligine fieri ostendit, quod ait capitis principio, ex tritico fieri laudatissimam. *Idem.*

c *Homero.*] Iliad. ε.

—— πὰρ δέ σφιν ἑκάστῳ δίζυγες ἵπποι
Ἑστᾶσι, κρῖ λευκὸν ἐρεπτόμενοι, καὶ ὀλύρας.

Andromache tamen Iliados θ. equis Hectoris triticum offert non olyram. *Idem.*

d *Far sine arista est.*] In Ægypto, non alibi. In Italia triticum muticum est, far aristas habet. *Idem.*

e *Exceptitia.*] *Exceptitiam* vocat à reliquo genere siliginis exceptam, id est, sejunctam, & separatam, ideo quod aristis careat. Aliæ namque siliginis species illa dempta aristis spicam horridam gerunt. *Idem.*

a *Oryza.*]

phe [1] & ipsa ejusdem generis, ex qua fit in nostro orbe [a] [2] oryza. Apud Græcos est [3] zea. Traduntque eam ac tiphen, cum sint degeneres, redire ad frumentum, si pistæ serantur, nec protinus, sed tertio anno. Tritico nihil est fertilius: hoc ei natura tribuit, quoniam eo maxime [4] alat hominem: utpote cum è modio si sit aptum solum, quale [b] in Byzacio Africæ campo, centeni quinquageni modii reddantur. Misit ex eo loco Divo Augusto [c] procurator ejus ex uno grano (vix credibile dictu) [5] quadringenta [6] paucis minus [7] germina, extantque de ea re epistolæ. Misit & Neroni similiter [8] CCCXL. stipulas ex uno grano. Cum centesimo quidem & [d] Leontini Siciliæ campi fundunt, aliique & tota [9] Bætica, & in primis [e] Ægyptus. Fertilissima tritici genera, ramosum, aut quod [10] centigranum vocant. Inventus est jam & scapus unus centum fabis onustus. Æstiva frumenta diximus, sesamam, milium, panicum. [f] Sesama ab Indis venit: ex ea & oleum [11] faciunt: color ejus candidus. Huic simile est in Asia Græciaque erysimum: idemque

1 & ipsa ejusdem est gen. *Ch.*
2 olyra. *Dal.*
3 & ixia. *Ch.*
4 alebat. *Ch.*
5 xl. *M. vetustiss.* quadringenta. *Alterum.*
6 paucissimis. *Ch.*
7 grana. *Dal*
8 cccl x. *M & Ch.*
9 Bœotia. *Turn ex M. & Theoph.*
10 centigranium. *Ch*
11 conficiunt. *M.*

a *Oryza.*] Ptisana oryzæ similis. *Dalec.*

b *In Byzacio Africæ, &c.*] Ob eam Africæ fertilitatem imperatores Romani, qui ei provinciæ præfuerant, aut in ea res gesserant, Africam signabant capite obvoluto pelle elephanti capiti detracta cum promuscide, adjecta spica & subdito aratro, cum cultro. Ursinus 38. *Idem.*

c *Procurator ejus ex.*] Procurator Cæsaris, Dioni lib 17. ὁ τὰ αὐτοκράτορος χρήματα διοικῶν, ex equestri origine deligebatur, quod Tacitus in vita Agricolæ monstrat. Ejus officium fuit vectigalia colligere: fisci jura tueri, eaque persequi judicio, cum privatis æquo, in provinciis. Idem munus fuit in urbe Præfecti ærarii. Fuit & procurator rei privatæ, sive patrimonii imperatoris. De quo Capitolinus in Macrino, Brissonius cap. 18. 19. 20. 3. *Idem.*

d *Leontini Siciliæ campi.*] Ea soli fertilitas Siculos ad omne deliciarum genus sic effudit, ut omnibus voluptatum generibus præter modum addicti forent ac dissoluti. Hinc Platoni *Sicula mensa*, ut & *Italica*, & *Thessala*, lautissimæ & maxime opiparæ, quemadmodum & *Asiana*. Macrob. 7. Saturnal. Modum eum servat, qui sui potens est, & in mensa Sicula, vel Asiana. Brod. c. 33. lib. 5. *Idem.*

e *Ægyptus.*] Inde proverbium: *Harenas Libyæ non curat Ægyptus.* Antiphilus,

Καρποῖς οὐ σταδίοισι ἐρίζομεν, οὐδὲ γὰρ αὖλαξ
Αἰγύπτου Λιβύης ψάμμον ἐπιστρέφεται.

Rhod. c. 11 29. *Idem*

f *Sesama.*] Theophrast. cap. 5. & lib. 8. histor. *Idem.*

que erat nisi pinguius esset, quod apud nos vocant [a] [1] irionem, medicaminibus annumerandum potius, quam frugibus. [b] Ejusdem naturæ & horminum, à Græcis dictum, sed cymino simile, seritur cum sesama: [2] hoc & irione [c] nullum animal vescitur virentibus. Pistura non omnium facilis: quippe [3] & Hetruria spicam farris tosti [4] pisente pilo præferrato, [d] fistula serrata, & [5] stella [e] intus denticulata, ut nisi intenti pisant, concidantur grana, ferroque frangantur. Major pars Italiæ [f] ruido utitur pilo, rotis etiam quas aqua verset obiter, & molat. De ipsa ratione [6] pisendi Magonis [7] proponetur sententia: Triticum ante perfundi aqua multa jubet, [g] postea evalli, deinde sole siccatum pilo repeti. Simili modo hordeum. Hujus sextarios XX. spargi duobus sextariis aquæ. Lentem [8] torrere prius, deinde cum furfuribus leviter [9] pisi. Aut addito in sextarios XX. lateris crudi frusto & harenæ semodio. Erviliam iisdem modis, quibus lentem; Sesamam in calida maceratam ex-

1 trinon. *M.* trionum. *Turn.*
2 hæc. *Dal. sub.* sesama.
3 &, *in M. d. & Cb.*
4 pinsit. *Vet.*
5 stela. *Quidam, id est, columnula, sive columella.* ut si interriti pinsant (in-triti pinsant. *Cb.*) concid. gr. ferrumque frangatur. *Turn. & Cb.* etiam & mola, quas aqua verset obiter. De ipsa.
6 pinsendi.
7 proponemus sententiam. *Cb.*
8 torreri. *Vet.*
9 pinsi. *Dal.*

a *Irionem.*] Plinius hoc non satis distinguit. Irio Latinorum, Græcorum est Erysimum fruges, pingui grano, ut sesamæ, Theophrasto: Erysimum vero herba, planta, quam à Gallis Velarum dici scribit cap. ult. lib. 22. Unde etiam hic *Irionem* non *Trionum* legendum esse, contra Turnebi opinionem, qui ex manuscripto id & Theoph. libro de odoribus probare contendit, manifestum est. Idem enim cum sesamo esse, nusquam Theoph. scripsit, sed sesamæ similem esse & pinguiusculum cap. 7. lib. 8. hist. *Dalec.*

b *Ejusdem naturæ.*] Theoph. cap. 1. & 7. lib. 8. hist. *Idem.*

c *Nullum animal, &c.*] Theophrastus id quidem vulgo narrari tradit, sed sibi non constare. *Idem.*

d *Fistula ferrata.*] Cato c. 10. in instrumento rustico fistulam ferrariam memorat & pilum ferrarium, quod adnotavit Turnebus c. 22. lib. 7. Advers. *Idem.*

e *Intus*] In mortario, in pila. *Idem.*

f *Ruido.*] Ferrum non habente, aspero, impolito. *Panis ruidus* Plauto, crustosus, non satis coctus. Vide apud Apulejum lib. 9. Asini elegantem descriptionem pistrini, & servorum, atque adeo jumentorum pistoriorum. *Idem.*

g *Postea evalli, deinde, &c.*] Sic paulo post iterum eodem verbo utitur Plinius. *Et ipsa autem,* inquit, *quæ evalluntur, variam pisturarum rationem habent.* Acus vocatur, cum per se pinsitur spica. *Evalli* frumentum intelligo, dum repurgatur modo, non etiam frangitur. Id Basilienses molitores vernacula sua lingua, *Renien* dicunt: quomodo alii vocent, nescio. *Gelen.* *Postea evalli.*] *Evalli*, vel, ut alii legunt, *evallari*, vallo suo ejici, ac excludi, deglubi, gluma corticeque suo spoliari. *Dal.*

exporrigi: deinde confricari, [1]frigidæ immergi, ut paleæ fluctuent, iterumque exporrigi in sole super lintea. Quod nisi festinato peragatur, lurido colore mucescere. [a]Et ipsa autem, quæ evalluntur, variam [2]pisturarum rationem habent. [b]Acus vocatur, cum [c]per se [3]pisitur spica tantum [d]aurificum ad usus. Si vero in area teritur cum stipula, palea [4]ut majore in terrarum parte [5]ad pabula jumentorum. Milii, & panici, & sesamæ purgamenta, [e]appludam vocant, [6]alibi aliis nominibus. Milio Campania præcipue gaudet, pultemque candidam ex eo facit. Fit & panis prædulcis. Sarmatarum quoque gentes hac maxime pulte aluntur, & cruda etiam farina, [f]equino lacte vel sanguine [7]è cruris venis admisto. Æthiopes non aliam frugem, quam milii hordeique, novere. Panico [8]Galliæ quædam, præcipue Aquitania utitur. Sed & circumpa-

1 & frigida. Ch.
2 pristinarum. Ch.
3 pinsitur. Dal.
4 ut in majore ter. Turn. & majore in. M. palea, in majo. ter. par. est ad pabulum. jum. Ch.
5 pabulo. Vet.
6 & alibi. Ch.
7 è in Ch. d.
8 & Gall. M. & Galliæ quidam. Ch.

a *Et ipsa autem quæ evalluntur.*] Quædam exemplaria *evaluantur* agnoscunt non *evalluntur*. scribendum videtur *evannantur*, hoc est, vannis purgantur. M. Varro lib. 1. cap. 52. *Ita fit ut quod levissimum est in eo, atque appellatur acus, evannetur, foras extra aream, ac frumentum quod est ponderosum purum veniat ad corbem.* suffragatur & Nonius Marcellus. Nihilominus diligentiore locus hic censura indiget. Nam videri potest aliud esse *evalli*, aliud *evannari*. Evalluntur enim frumenta cum spirante vento purgantur in area: *vallis* enim aut ventilabris eodem Varrone teste, cum ventus spirat, frumentum subjactatur à terra purgaturque: *vannis* autem, cum aura omnis silet. Columella libro 2. capite 21. *Ipsa autem spica melius fustibus tunduntur vannisque expurgantur*, & mox paulum: *At si compluribus diebus undique silebit aura, vannis expurgentur, ne post nimiam ventorum segnitiem vasta tempestas irritum faciat totius anni laborem.* Discordare itaque videntur M. Varro & Columella. *Pint.*

b *Acus.*] Inde *far. acerosum* Lucilio lib. 20. Satyr.

Vivere quæ Gallam, ac rugas conducere ventris,
Farre aceroso, oleo decumano, pane coëgit
Cumano.

Aurum non acere, sed palea citissime ardescere auctor scribit c. 3. l. 33. *Dal.*

c *Per se.*] A calamo, stipula, stramento decisa, & separata. Acus continet glumam, aristam, & spicæ scapum. *Idem.*

d *Aurificum.*] Infra c. 3. lib. 33. *Præterea*, inquit, de auro loquens, *mirum, pruna violentissima igni indomitum, palea citissime ardescere.* Idem.

e *Appludam vocant.*] Sic & tritici furfures Plautus vocavit in Astraba. Gellius cap. 7. lib. 11. *Idem.*

f *Equino lacte vel sanguine.*] Virgil.
Et lac concretum cum sanguine potat equino.
Martialis:
Venit & epoto Sarmata pastus equo.
Sidonius: *Aut ad Caucasigenas Alanos, aut ad equimulgos Gelonos.* Brod. c. 31. 5. *Idem.*

cumpadana Italia addita faba, sine qua nihil conficiunt. Ponticæ gentes nullum panico præferunt cibum. [1] Cætero æstiva frumenta riguis magis etiam, quam imbribus gaudent. Milium & panicum aquis minime, cum in folia exeunt. Vetant ea inter vites arboresve frugiferas seri, terram [2] emacrari hoc satu existimantes.

1 Cætera. *M. & Ch.*

2 emaciari horum satu. *V.* emactari. *Turn. id est, veluti enicari. Legit &,* emactari. *Ch in emend. vero,* emacerari.

CAP. XI.

De fermentis: & panis faciendi ratio, & genera, & quando primum pistores Romæ: & de cribris, & alica.

MIlii præcipuus [a] ad fermenta usus, [3] è musto subacti in annuum tempus. Simile fit ex tritici ipsius furfuribus [b] minutis & optimis, [c] è musto albo triduo [4] maturato subactis, ac sole siccatis. Inde pastillos in pane faciendo dilutos, [d] cum [5] similagine seminis fervefaciunt, atque ita farinæ miscent, sic optimum panem fieri arbitrantes. Græci in binos semodios farinæ satis esse [6] besses fermenti constituere. Et hæc quidem genera vindemiis tantum fiunt. Quo libeat vero tempore, ex aqua hordeoque bilibres offæ ferventi foco, vel fictili patina torrentur cinere & carbone, usque dum rubeant. Postea operiuntur in vasis donec acescant: hinc fermentum diluitur. Cum fieret autem panis hordea-

3 è. *Ch.*

4 macerato. *Turn. & Ch.*

5 semilaginis hemiuis. *Turn.*

6 bessem. *Ch.*

a *Ad fermenta usus*] Perlepide Plautus in Casina, de muliere, quæ ira & indignatione exardescebat:

Nunc in fermento tota est, ita turget mihi.

Stal. *Ædepol ego illam mediam diruptam velim.*

Sufflatum militem eadem significatione ait in Bacchidibus:

Par. *Sufflatus ille huc veniet.* Pist. *diruptum velim.*

Dalec.

b *Minutis & optimis.*] Lego, & opimis, à farina nondum omnino secretis, & ea velut adhuc pinguibus. Idem.

c *E musto albo triduo maturato subactis ac sole siccatis.*] Vetus exemplar non maturato legit, sed macerato ut legendum putem, *e musto albo triduo maceratis, subactis, ac sole siccatis.* Pint

d *Cum similagine seminis.*] Ejus frumenti, è quo panis conficitur, vel zeæ, quam semen peculiari nomine vocant. Supra c. 8. proximo, & mox eod. hoc capite. *Dalec.*

a *Ervilia*

hordeaceus, [a] [1] erviliæ aut cicerculæ farina ei præfermentabatur: [2] justumque erat, duæ libræ in quinque semodios. Nunc fermentum fit ex ipsa farina, quæ subigitur prius quam addatur sal, ad pultis modum decocta & relicta donec acescat. Vulgo vero nec suffervefaciunt, sed tantum pridie asservata materia utuntur. Palamque [3] natura est acore fermentari, sicut & validiora esse corpora, quæ fermentato pane aluntur: quippe cum apud veteres ponderosissimo cuique tritico, præcipua salubritas perhibita sit. [b] Panis ipsius varia genera persequi supervacuum videtur: alias ab obsoniis [4] appellati, ut ostrearii: alias à deliciis, ut artolagani: alias à festinatione, ut speustici: nec non [c] à coquendi ratione, ut furnacei, vel artoptitii, aut in clibanis cocti: non pridem etiam è Parthis [5] invecto, quem aquaticum vocant, quoniam aqua trahitur, [6] tenuem & spongiosa inanitate, alii Parthicum. Summa laus siliginis bonitate & cribri tenuitate constat. Quidam [7] & ovis aut lacte subigunt. [d] Butyro vero gentes etiam pacatæ, ad operis pistorii genera trans-

1 ervi aut cic. far. ipse frumentabatur. *M. Ch. & Turn.* cicer admixtione fermentabatur. *V.* ipse ferment. *Alii Vet.*

2 justum erat. *M.*

3 naturam est (est naturam. *Ch.*) ac ferm. sicut evalidiora. *Turn. & Ch.*

4 appellari. *Ch.*

5 invectus. *Ch.*

6 à tenui. *Turn* ad ten. & spongiosam inanitatem. *Ch.*

7 ex ovis. *Ch.*

a *Ervilia aut cicercula farina ei præfermentabatur.*] Hoc est, erviliæ aut cicerculæ farina fermentum ei præparabatur. *Gelen.*

b *Panis ipsius varia genera.*] Athenæo Messapii πανίαν πλησμονὴν vocaverunt: πάνια πλήσμια, & πανὸν ἄρτον. Olim *panus*, glomus Festo, in sacris crustulum. Græcis πολύπη, qualia memorat Clemens Alexandrinus in Protreptico, σησαμοῦς, πυραμίδα, πόπανα, πολυόμφαλα. *Scaliger.*

c *A coquendi ratione.*] Coquitur nunc in cribano, sive clibano, vulgo *tartiere*, unde cribanites, vel clibanites, Latinis sub testu: nunc in furno, τῷ ἰπνῷ, unde furnaceus, ἰπνίτης, qui & πνιγίτης. Diphilo apud Athen. Clibanus furnaculus est ferreus, æneusve, aut testaceus, in quo pruna subjecta, vel superne congesta panificium coquitur. Artopta Varroni apud Nonium. Cocula, testa sub qua in foco calfacto panis coquitur, cinere & prunis superjectis. Cineritium, τεφρίτην, eum panem quidam vocant. Est & panis escharites, craticulæ similis, vulgo *escaiete en gaufre*, & obelias, veluti τοῖς ὀβελοῖς, veruculis virgatus, vulgo *oblies*, quorum Plinius non meminit. Sub Cocula coctum panem auctor Moreti describit his duobus versibus:

Infert inde foco (Scybale mundaverat aptum
Ante locum) testisque tegens superaggerat igneis.

Alii, *testa*, vel *testuque*. Dalec.

d *Butyro vero, &c*] Olei, &c, ut ait Cato, unguinis loco. *Idem.*

a *Tracta.*]

transeunte cura. Durat sua Piceno in panis inventione gratia, ex alicæ materia. [1] Eum novem diebus macerant: decimo ad speciem [a] tractæ subigunt uvæ passæ succo: postea in furnis, ollis inditum, quæ rumpantur ibi, torrent. Neque est ex eo cibus, nisi madefacto: quod fit [2] lacte maxime mulso. [b] Pistores Romæ non [3] fuerunt ad Persicum usque bellum, annis ab urbe condita super DLXXX. [c] Ipsi panem faciebant Quirites: [d] mulierumque [4] id opus erat, sicut etiam nunc in plurimis gentium. [e] [5] Artoptam Plautus appellat in fabula, quam Aulula-riam scripsit: magna ob id [6] concertatione eruditorum, an is versus Poëtæ sit illius: certumque fit, A. Ateii Capitonis [7] sententia, tostum panem lautioribus coquere solitos: pistoresque tantum eos, qui far pinsebant, nominatos. Nec cocos vero habebant in servitiis, eosque ex macello conducebant. Cribrorum genera [8] Galli è setis equorum invenere,

1 eo novem diebus macerato. *Turn.* eam (*sub.* materiam) nodi. macerant uvæ passæ succo: decimo ad speciem tractæ subigunt: postea in furnis, ollis inditam, quæ rump. igni, torrent, &c. *In Ch. vero*, cum novem, &c. macerato dec. ad sp. tr. subacto, &c.

2 lacte maxime, aut mulso. *Vet.*

3 fuere. *Ch.*

4 id opus maxime erat. *Ch.*

5 Artoptasiam. *Ch.* 6 cum certatione. *Ch.* 7 sententia coquos tum panem. *Turn.* tostum pan. *Ch.* 8 Galliæ setis equor. inven. Hispaniæ lino. *Ch.*

a *Tractæ.*] Placentæ pars ima, & veluti fundamentum, *solum* dicitur, Græcis τὸ κατάπυγον: quæ vero solo imponuntur, vel è farina, vel ex alia quavis materia ficta, *tracta* vocant: τρακτεύειν, massam pinsendo & subigendo manibus agitare, & trahere, ut ea tractatione melius fermentetur, ac concorporetur rerum miscellanea varietas. *Dalec.*

b *Pistores Romæ.*] Pistor à pinsendo. Pinsere ἀπὸ τοῦ πτίσσειν, eliso, *t*, ut in πτέρνη, perna: πτερὸς Æolice, *penna.* Idem.

c *Ipsi panem faciebant, &c.*] Haud multis annis post imperium conditum. Alex. ab Alex. c. 11. lib. 3. *Idem.*

d *Mulierumque id opus erat.*] Pistrices ejusmodi fœminas vocabant. Lucilius apud Festum:

Pistricem validam, si nummi suppeditabunt,

Addas empleuron, mamphulas quas sciat omnes.

Mamphula, panis Syriacus lautissimus. Varro ἐν ταφῇ Μενίππου. *Nec pistorem ullum nossent, nisi eum qui in pistrino pinseret farinam.* Idem lib. 1. de vita P. R. *Nec pistoru nomen erat, nisi ejus qui ruri far pinsebat, nominati ab eo quod pinseret.* Nonius. *Idem.*

e *Artoptam Plautus, &c.*] Locus Plauti citatus a Plinio est in Aulularia.

Ego hinc artoptam ex proximo utendam puto

Quidam ineptissime panificam mulierem *Artoptam* exponunt. *Artopta* vas fuit, in quo panis tostus, sive Artopticus coquebatur. Hoc autem vas cum in Quiritium ædibus esset, argumentum est ipsos sibi panem coxisse. Panis certe à ratione diversa coquendi, tria genera fuerunt Athenæo, furnaceus, clibanites sive testaceus, artopticus. *Idem.*

a Nec

re, Hispani è lino [1] excussoria & pollinaria, Ægyptus è papyro atque junco. Sed [2] inter prima dicatur & alicæ ratio, præstantissimæ saluberrimæque: [3] quæ palma frugum indubitanter Italiam contingit. Fit sine dubio & in Ægypto, sed admodum spernenda. In Italia vero pluribus locis, sicut Veronensi Pisanoque agro, in Campania tamen laudatissima. Campus est subjacens montibus nimbosis totis quidem XL. M. pass. planitie. [4] Terra ejus (ut protinus soli natura dicatur) pulverea summa, inferior bibula, & pumicis vice fistulans: montium quoque culpa in bonum cedit. Crebros enim imbres percolat atque transmittit: [a] [5] nec dilui aut madere voluit propter [6] facilitatem culturæ. [7] Eadem acceptum humorem nullis fontibus reddit, sed [8] temperat, & concoquens intra se [9] vice succi continet. Seritur toto anno, panico semel, bis farre. Et tamen [10] vêre segetes, quæ interquievere, fundunt rosam odoratiorem sativa: adeo terra non cessat parere. Unde vulgo dictum, Plus apud Campanos unguenti, quam apud cæteros olei fieri. Quantum autem universas terras [b] [11] campus Campanus antecedit, tantum ipsum pars ejus, [c] [12] quæ Laboriæ vocantur, quem [d] Phlegræum Græci appellant. [e] Finiuntur Laboriæ via ab utroque latere Consu-

1 excussoria pollinaria. *Dal.*
2 inter hæc pr. *D.*
3 quam palmam fr. ind. Italia cont. *Turn.* quæ palmæ fr. ind. Italiæ contigit. *Vet.* quæ pal. fr. indubitata Italiæ contigit. *Ch.*
4 Gratia terræ ejus. *Vet.* Terra ejus provinciæ. *Alii Turn.*
5 nec dilui madore vult.
6 felicitatem. *Ch.*
7 Eadem igitur accep. *Vet.*
8 temperare concoq. *Ch.*
9 vice fussi. *Turn. & Ch.*
10 vere, cum segetes interquievere, fundit. *Vet.*
11 circumcampanus.
12 quæ Leboriæ. *V. & bis & mox.*

a *Nec dilui aut madere, &c.*] Nec opus aqua habet, qua diluatur, ut facilior culturæ sit, cum bibula, pulverea, fistulosa, colono pareat, & aratro. *Dalec.*

b *Campus Campanus.*] Stellatem vocat Livius lib. 9. *Idem.*

c *Quæ Laboriæ vocantur.*] Quoniam Capuam Romani bis evertissent, ad vitandam ejus nominis invidiam, Campani Leborinos, vocari se maluerunt. Falluntur qui putant *Laborias* dictas, quod in eo agro colendo cum fructu labor impendatur. *Idem.*

d *Phlegræum.*] Phlegræum vocant ἀπὸ τοῦ φλέγειν, quod toto illo tractu passim ignis emicet, scaturiant calidi fontes, sulphur conficiatur, tanquam accenso sub terris sulphure deflagret ea regio: illic pugnasse cum gigantibus Herculem narrant, gente fera, & in peregrinos sævissima, ac inter præliandum tonuisse crebro, jactaque de cœlo fulmina, unde fabulæ occasio. Alii id gestum ad Pallenen Thraciæ, quæ & Phlegra vocata est, malunt. Rhod. cap. 38. 30. *Idem*

e *Finiuntur Laboriæ via.*] Vetustissima Capuanorum monumenta agrum Laborinum à Capua usque Aversam protendi

Consulari, quæ à Puteolis, & quæ à Cumis Capuam ducit. [a] Alica fit è zea, quam semen appellavimus. Tunditur granum ejus in pila lignea: [b] [1] nam lapidis duritia conteritur. [2] Nobilius, ut notum est, pilo vinctorum pœnali opera. Primori inest pyxis ferrea: excussis inde tunicis, iterum iisdem armamentis nudata conciditur medulla. Ita fiunt alicæ tria genera, [c] minimum ac secundarium: [d] grandissimum vero aphæremα appellant. Nondum habent candorem suum quo præcellunt, jam tamen Alexandrinæ præferuntur. Postea (mirum dictu) admiscetur creta, quæ transit in corpus, coloremque & teneritatem affert. Invenitur hæc inter Puteolos & Neapolim in colle Leucogæo appellato. Extatque Divi Augusti decretum, quo [3] annua vicena millia Neapolitanis pro eo numerari jussit è fisco suo, coloniam deducens Capuam. [e] Adjecitque causam [4] afferendi, quoniam negassent Campani alicam confici sine eo metallo posse. In eodem reperitur & sulphur: emicantque fontes [5] Oraxi oculorum claritati, & vulnerum medicinæ, dentiumque firmitati. Alica adulterina fit maxime quidem è zea, quæ in Africa degenerat. Latiores ejus spicæ, nigrioresque, & [6] brevi stipula. [7] Pisunt cum harena, & sic quoque difficulter deterunt utriculos, [f] fitque dimidia [8] nudi mensura. Posteaque gypsi pars quarta inspargitur, atque ut cohæsit, farinario

1 Ne lap. dur. conterat. *Ch.*
2 Nobilior. *Vet.* sub. alica.
3 anno ad vicena. *M. V.* annua ducena. *Ch.*
4 offerendi. *Alii* prætendi.
5 Araxi. *Turn.* & *Ch.*
6 brevis. *Dal.*
7 pinsunt. *Dal.*
8 modii. *Vet.* nudæ, *Alii sub.* alicæ. Alii, *nudi grani intelligunt.*

tendi scribunt. Ejus pars est ager, quem incolæ vocant, *le Mazzonirosso*. Dalec.

a *Alica fit è zea.*] Supra c. 8. hujus libri, & infra, c. 25. lib. 22. *Idem.*

b *Nam lapidis duritia conteritur.*] *Vel lapidis duritia*, in Vet. exemplari, & verbum *Conteritur* cum majore litera scriptum, initium præstat sequentibus: & pro verbo quod sequitur, *nobilius*, *mobili* præfert antiquum exemplar. *Pint.*

c *Minimum ac secundarium.*] Quod præstantissimum. *Dalec.*

d *Grandissimum vero, &c.*] Cassius c. 7. lib. 3. *Idem.*

e *Adjecitque causam afferendi.*] Si verbum *afferendi* Plinianum est, quod dubito, magis est ut legatur *auferendi*. Pint.

f *Fitque dimidia nudi mensura.*] Dimidio major, quam si prorsus nudarum esset. *Dalec.*

2 *Farinario,*

[a] farinario cribro subcernunt. Quæ in eo remansit, exceptitia appellatur, & grandissima est. Rursus quæ [1] transit arctiore cernitur, & secundaria vocatur. Item cribraria, quæ simili modo in tertio remansit cribro angustissimo, & tantum harenas transmittente. Alia ratio ubique adulterandi. Ex tritico candidissima & grandissima eligunt grana, ac semicocta in ollis, postea arefaciunt Sole [2] ad initium, rursusque leviter aspersa molis frangunt. Ex zea pulchrius, quam ex tritico, [b] [3] fit granum, quamvis id alicæ vitium sit. Candorem autem ei pro creta lactis incocti mistura confert.

1 transiit. *Dal.*

2 ad indicium *V.* ad initum. *Ch.*

3 fit granatum. *M.* & *Vit. Turn.* tragum.

CAP. XII. [c] *De leguminibus.*

SEquitur natura leguminum, inter quæ maximus [d] honos fabæ: quippe ex qua tentatus sit etiam panis. [e] Lomentum appellatur [4] farina ea, aggravaturque pondus illa [5] ex omni legumine. [6] Jam vero & pabulo venalis. Fabæ multiplex usus omnium quadrupedum generi, præcipue homini. [f] Frumento etiam miscetur apud plerasque gentes, & maxime panico solida, [7] ac delicatius fracta. [g] Quin & prisco ritu [8] fabacia suæ religionis Diis in

4 far. ejus (*sic* & *Ch.*) aggr. tritici pond *Dal.*

5 & *Turn.* & *Ch.*

6 jumentorum. *Dal.*

7 aut del. *Dal.*

8 fabata sua. *Turn.* & *Ch.*

a *Farinario, &c.*] Lepide Plautus in Pseud. in lentos & tardius ambulantes:

Nam iste quidem gradus succretus est cribro pollinario,
Nisi cum pedicu condidicistis sic eggrassari gradu. Dalec.

b *Fit granum.*] Graneæ triticeæ confectionem docet Cato cap. 86. Sic autem vocat ptisanam triticeam, pultemve ex ea paratam. *Idem.*

c *De leguminibus.*] Theoph. cap. 6. & 7. l. 8. hist. Columel. c. 7. l. 2. *Idem.*

d *Honos fabæ.*] Vide infra, lib. 22. c. 25. & Theoph. c. 18. lib. 2 causs. & Columel. c. 10. lib. 2. & Cassium c. 33. lib. 2. *Idem.*

e *Lomentum.*] Vide quæ adnotata sunt infra lib. 22. ad c. 25. medium, verbis illis, *Lomento quoque, &c.* Idem

f *Frumento etiam miscetur.*] Etiam hodie Alpini Allobroges miscere solent. *Idem.*

g *Quin & prisco ritu, &c.*] Carnæ Deæ, Jani uxori, quæ vitalibus humanis præesse credebatur, in Cœlio monte, fabaria pulte & larido, quoniam iis rebus vis corporis maxime conservatur, à P. Rom. Calendis Juniis (quas *fabarias* vocabant) sacrificabatur. Sunt autem eo tempore fabæ adultæ, & ideo adhibebantur. Sacrum id primus instituit Junius Brutus Tarquinio pulso. Macrob. c. 12. lib. 1. Satur. Nonius in dictione Macto. Rhod. cap. 8. 9. Alex. ab Alex. 22. 2. *Idem.*

a In

[a] in sacro est, prævalens pulmentari cibo, & hebetare sensus existimata, insomnia quoque facere.
1 Pythagoricæ sententiæ. Go. Ob hæc [b] [1] Pythagorica sententia damnata: ut alii tradidere, quoniam mortuorum animæ sint in ea. Qua de causa [c] parentando utique assumitur. Varro & ob hæc Flaminem ea non vesci tradit, & quoniam in flore ejus literæ lugubres reperiantur: in eadem peculiaris religio. Nanque fabam utique [d] è frugibus referre mos est auspicii causa, quæ ideo
2 referina. M. & Turn. & Gb. refrina. Scal. [2] refrina appellatur. Et auctionibus eam [3] adhiberi lucrosum putant. Sola certe frugum etiam exesa
3 adhibere eam. Gb. repletur crescente Luna. Aqua marina, aliave salsa non percoquitur. Seritur ante Vergiliarum occasum leguminum prima, ut antecedat hiemem. [e] Virgilius eam per ver seri jubet, circumpadanæ
4 mavult. Vit. Italiæ ritu. Sed major pars [4] malunt fabalia maturæ sa-

a *In sacro est.*] Cato cap. 134. in sacro porcæ præcidaneæ far, triticum, hordeum, fabam, semen rapicium adhibet. In Vinalibus pollucebantur suffimenta ex faba, milioque molito, & mulso consperso. *Dalec.*

b *Pythagorica sententia.*] Fabæ nomine à Pythagora quidam intellectum *ovum* putant, quod in eo sit ἡ τῶν ζώων κύησις, animalium fœtura, ac inde dictum κύαμον. Par scelus Pythagoras esse dicebat ἐσθίειν κυάμους κεφαλάς τε τοκήων. Rhod. 17. 27. Gellius c. 11. 4. Cato 134. *Idem.*

c *Parentando utique.*] In Lemuribus, quæ Majo per trinoctium fiebant, fabam nigram lotis manibus pedibusque nudis, per ora versantes, ære tinniente, post terga rejiciebant. Lemures domo se ejicere clamantes, & ut abirent novies orantes, expiari sic Manes arbitrati. In parentalibus faba vescebantur: in pervigiliis cicere: pro ferali cœna nudo silici sepulchrorum offam ex lente imponebant cum inferias solverent. Alex. ab Alex. 12. 2. Non licebat Flamini Diali fabam aut tangere, aut nominare, quia in ejus flore apparent lugubres literæ. *Festus.* Idem.

d *E frugibus referre, &c.*] Cum severant segetes, quoniam inauspicatum erat domo exportasse ut non amplius redituras, sementi statim facta, auspicii caussa fabam statim domum referebant pro frugibus: quod perinde erat, ac si domum eas retulissent: sic ominantes domum reversuras, nec in agro semper mansuras: Inde fabam *referinam* vocabant. Turn. cap. 25. lib. 13. Advers. qui & hic *referiva* reponit. Quod si admittimus, legendum potius *referinam* quam *referivam* putat Constantinus. Ælius quidem cum dubitat apud Festum, an à refringendo vocabulum hoc trahatur, *refrina* videtur legisse. Sed recte Festus *refriva* quasi *referiva*, & *refertitia*, ut conditivus, condititius. Vide Scalig. in eum locum. *Idem.*

e *Virgilius.*] Georg. lib. 1. *Vere fabis satio.* Seneca Epist. 87. *An eo tempore* (vêre) *ista ponenda sint, & an utriusque* (fabæ & medicæ) *verna sit satio, hinc æstimes licet. Junius mensis est, quo tibi scribo, jam proclivis in Julium. Eodem die vidi fabam metentes & fabam serentes.* Idem.

a Nec

ræ ſationis, quam trimeſtrem [1] fructum ejus. Nanque ſiliquæ cauléſque [2] gratiſſimo ſunt pabulo pecori. Aquas in flore maxime concupiſcit: cum vero dèfloruit, exiguas deſiderat. Solum, in quo ſata eſt, lætificat ſtercoris vice. Ideo circa Macedoniam, Theſſaliamque, cum florere [3] incepit, vertunt arva. Naſcitur & ſua ſponte pleriſque in locis, ſicut Septentrionalis Oceani inſulis, quas ob id noſtri Fabarias appellant. Item in Mauritania ſilveſtris paſſim, ſed prædura, & quæ percoqui non poſſit. Naſcitur & in Ægypto ſpinoſo caule: qua de cauſa crocodili oculis timentes refugiunt. Longitudo ſcapo quatuor cubitorum eſt, ampliſſima craſſitudo: [a] [4] nec genicula habet molli calamo. [b] Simile caput papaveri, colore roſeo. In eo fabæ non ſupra tricenas: folia ampla: fructus ipſe amarus [5] & odore: ſed radix perquam [6] lauta incolarum cibis, [c] cruda, & omnino decocta, [7] harundinum radicibus ſimilis. Naſcitur & in Syria, Ciliciaque & in Torone Chalcidis lacu. [8] Ex leguminibus autem Novembri ſeruntur [9] lens, & in Græcia piſum. Lens amat ſolum tenue magis, quam pingue, cœlum utique ſiccum. Duo genera ejus [10] in Ægypto, alterum rotundius nigriuſque, alterum ſua figura. Undè vario uſu tranſlatum eſt in lenticulas nomen. Invenio apud auctores, [d] æquanimitatem fieri veſcentibus ea. Piſum in apricis ſeri debet, frigorum impatientiſſimum. Ideo in Italia,

& in

1 *fructum.* Ejus utique ſiliqua cauliſque. *Dal.*
2 gratiſſimi ſunt pabuli. *M.*
3 cœpit. *Ch.*
4 intogenicula eſſet molli calamo ſimilis: Cap. pap *Ch.* ampl. craſſitudo digiti, in genicula abeſſent, molli calamo ſimilis Caput papaveris, &c. *Turn.*
5 & inodorus. *Dal.*
6 lata. *Turn.*
7 harundinis radice craſſiſſima craſſior. *Theoph.*
8 Ex leg. aut vomere ſer. lens & piſum. *Alii.* Ex leg. Novembr. ſer. &c. *Turn.* Ex leg. autumno vere ſer. *Ch.*
9 lens in Græcia & piſum. *Vet.*
10 in, d. in *M.*

a *Nec genicula habet molli calamo.*] *Octona genicula habent, ſed molli calamo,* in codice antiquo. *Pint.*

b *Simile caput papaveri, &c.*] Caput ſimile veſparum rotundo favo: flos duplo major quam papaveris, colore omnino roſeo. Theophr. In medio cujuſque fabæ amarum quidpiam & viride eſt; contortum, è quo faba ſata caulis prodit, laudatum Dioſcoridi, Galeno, Celſo ad oculorum & aurium dolores; non autem faba tota amara. *Dalec.*

c *Cruda & omnino decocta.*] In Codice antiquo, *cruda & omni modo cocta.* Pintian.

d *Æquanimitatem fieri veſcentibus ea.*] Hinc Rhod. cap. 22. 23. *lentos* dictos vult patientes, *lenes*, minime iracundos, quamvis & pigros, incurioſos, ſegnes, ſic etiam vocent. *Dalec.*

& in austeriore cœlo non nisi verno tempore, terra facili ac soluta. Ciceris natura est gigni cum [a] salsilagine: ideo solum urit. Nec nisi madefactum pridie, seri debet. [b] Differentiæ plures, magnitudine, figura, colore, sapore. Est enim arietino capiti simile, unde ita [1] appellatur, album nigrumque. [2] Est & columbinum, quod alii Venerium vocant, candidum, rotundum, leve, arietino minus, quod religio pervigiliis adhibet. [c] Est & cicercula minuti ciceris, [3] inæqualis, angulosi, veluti pisum. Dulcissimum autem id, [d] quod ervo simillimum: firmiusque quod nigrum & rufum, quam quod album. [e] Siliquæ rotundæ ciceri, cæteris leguminum longæ, & ad figuram seminis latæ: piso [4] cylindraceæ. Faseolorum cum ipsis [5] manduntur granis. Serere eos qua velis terra licet ab Idibus Octobris in Calend. Novemb. Legumina, cum maturescere [6] cœperint, rapienda sunt, quoniam cito exiliunt, latentque cum decidêre, sicut & [7] lupinum.

1 appellatur: est & album. *Vet.*
2 est & orobinum, quod al. Ven. vocant, & cand. *Dal.* appellant, *Ch.*
3 inæquales angulos habens. *M.*
4 cylindratæ. *Ch.*
5 manducant. *D.* mandunt. *Ch.*
6 cœperunt. *Ch.*
7 *Lege*, lupinum. Ad alia transeamus, quamquam prius de rapis, &c.

CAP.

a *Salsilagine.*] Nitrosam naturam vocant medici: τῇ ἁλμῇ Theophrast. c. 6. lib. 8. Hist. *Dalec.*

b *Differentiæ plures.*] Plinius hoc inconsiderate. Cicerum tria genera. Arietinum, nigrum, Hetruriæ frequentissimum: in quo genere nullum candidum est: orobiæon, columbinum Plinio. malim orobinum aut ervinum, colore, non magnitudine orobi, sicut urinarum ὀροβοειδῆ ὑπόστασιν dixit Hippocrates, in cujus specie nullum album est: tertium ἀνὰ μέσον, colore inter nigrum & orobiæon medio. Præter hæc omnia & album dulcissimum, inquit Theophrast. ἐπὶ πᾶσι: quæ voces Plinium fefellerunt, putantem significari, in omnibus generibus album reperiri, cum significent potius, præter omnia genera memorata candida inveniri. Orobiæon Columella cap. 10. lib. 2. *Puniceum* vocat, non, ut vulgo legitur, *Punicum.* Idem.

c *Est & cicercula.*] Inepte Plinius deceptus nominis Latini similitudine cicerculam, λαθύρεις, ciceribus adnumeravit. *Idem.*

d *Quod ervo simillimum.*] Ὀρόβιαιον & ὀροβιαῖον Græci vocant. Hoc Ciceris genus Galen. lib. 6. Simpl. & reliqui medici, acre, calidum, & amarum esse tradunt: sed arietinum cæteris διαφορητικώτερον εἶναι. *Idem.*

e *Siliquæ rotundæ ciceri, &c.*] *Siliquæ rotundæ ciceri, cæteris leguminum longæ, & ad figuram seminis latæ: piso Cylindratæ: passiolorum cum ipsis manduntur granis. Passiolus λοβός.* Vide *Salmas.* pag. 1029. a, b.

a *De*

CAP. XIII. *De rapis, & napis Amiterninis.*

QUanquam prius [a] de rapis dixiſſe conveniat: in tranſcurſu ea attigere noſtri, paulo diligentius Græci, & ipſi tamen inter hortenſia: ſi juſtus ordo fiat, à frumento protinus aut certe faba [1] dicendis, quando alii uſus præſtantior ab his non eſt. Ante omnia nanque cunctis animalibus naſcuntur, nec in noviſſimis ſatiant ruris alitum quoque genera, magiſque ſi decoquantur aqua. Quadrupedes & fronde eorum gaudent. Et homini non [2] minor [b] rapaciorum ſuis horis gratia, quam cymarum: [3] flaccidorum quoque, & in horreis enecatorum, vel major quam virentium. Ipſa vero durant & in ſua terra ſervata: & poſtea paſſa, pene ad alium proventum, famemque ſentiri prohibent. A vino atque meſſe tertius hic Tranſpadanis fructus. Terram non moroſe eligit, pene ubi nihil aliud ſeri poſſit. Nebulis & pruinis ac frigore [4] ultro aluntur amplitudine admirabili. Vidi XL. libras excedentia. In cibis quidem noſtris pluribus modis commendantur: durantque ad alia, [c] ſinapis acrimonia domita, etiam coloribus picta præter ſuum ſex aliis, purpureo quoque: [d] neque aliud in cibis tingi decet. [e] Genera eorum Græci duo prima fecere, maſculum fœmininumque, & ea ſerendi modo ex eodem ſemine. Denſiore enim ſatu maſculeſcere, item in terra difficili. Semen præſtantius, quo ſubtilius.

1 dicenda, quan. aliis uſus præſt. quam his. *Dal.* quan. aliorum uſ. præ. quam horum, &c. *Alii.* quando alius uſ. præſt. his non eſt. *Ch.*

2 minor eſt raparum ſuis. *Ch.*

3 flavidorum. *Turn.* non admodum opportune. Sic tamen Ch.

4 ultro, in *Vet.d.* & *M.*

a *De rapis.*] Rapa Varroni 4. de ling. Latina, quaſi *ruapa*, quod è terra ruantur. Veriſimilius etymon à Græco ῥάφυς, Athenæo lib, 9. *Dalec.*

b *Rapaciorum.*] Rapiciorum, ſub. caliculorum: de quibus Cato cap. 35. ut à lana lanicium, ſic à rapa rapicium. Alii raporum folia exponunt. Aſparagos raporum mandi etiam ſcripſit Dioſcorides. *Idem.*

c *Sinapis acrimonia domita.*] De conditura illorum vide Columellam c. 54. lib. 12. Muria condiri tradit Dioſcorides. *Idem.*

d *Neque aliud in cibis tingi decet.*] Legendum reor *pingi* non *tingi*, quia præceſſit paulo ante, *etiam coloribus picta.* Pintian.

e *Genera eorum, &c.*] Theoph. c. 4. lib. 8. hiſtor. *Dalec.*

Species vero omnium tres. Aut enim [a] in latitudinem [1] fundi, aut in rotunditatem globari. [b] Tertiam speciem silvestrem appellavere, in longitudinem radice procurrente, raphani similitudine, & folio anguloso scabroque, succo acri: qui circa messem exceptus oculos [2] purget, medeaturque caligini admisto lacte mulierum. Frigore dulciora fieri existimantur & [c] grandiora: tepore [d] in folia exeunt. Palma in Nursino agro nascentibus. Taxatio in libras sestertii singuli, & in penuria bini. Proxima in Algido natis. [e] Napi vero Amiternini, quorum eadem fere natura, gaudent æque frigidis. Seruntur & ante Calend. Martias in jugero sextarii quatuor. Diligentiores quinto sulco napum seri jubent, rapa quarto, [3] utrumque stercorato. Rapa lætiora [4] fieri, si cum palea seminentur. Serere nudum volunt, precantem sibi & vicinis serere se. [f] Satus utrique generi justus, [g] inter duorum numinum dies festos, [h] Neptuni atque Vulcani. Feruntque

1 funditur, aut in rot. globatur. *Vet.*

2 purgat, medeturque. *M.*

3 utroque. *Vet.*

4 fiant. *Vet.*

a *In latitudinem.*] Tale rapi genus, cujus radix oblonga, radiculam nostram imitatur. Itali hodie colunt in hortis. *Dalec.*

b *Tertiam speciem silvestrem appellavere, in longitudinem radice procurrente, raphani similitudine, & folio anguloso scabroque, succo acri, qui circa messem exceptus, oculos purget, medeaturque caligini admixto lacte mulierum.*] Lapsus hic est Plinii nostri haud dubius, sed memoriæ, ob idque venia dignus: nam quod Theophrastus lib. 7. cap. 6. & Dioscorides lib. 2. tribuunt lactucæ silvestri, Plinius rapo silvestri tribuit. Erroris causa fuit, quod de utroque Theophrastus pariter disserit: à quo frequenter in hac plantarum commentatione mutuo accipit Plinius. Ejus verba sunt: *Rapa vel radice longa & modo raphani brevique caule consistit. Lactuca folio brevior quam sativa est, idque consummatum aculeatur & caule modo breviore perficitur. Succum acrem ac medicatum habet: nascitur inter arva: liquatur per messem tritici, & purgare aquam intercutem dicitur, & caliginem arcere ab oculis & argemam auferre cum lacte mulieris.* Pintian.

c *Grandiora.*] In radicem alimentum verti. Theoph. *Dalec.*

d *In folia exeunt.*] In caulem. Theoph. *Idem.*

e *Napi, &c.*] Columella cap. 10. lib. 2. *Idem.*

f *Satus utrique generi justus.*] In locis riguis Columella seri jubet à solstitio: siccis vero ultima parte mensis Augusti, vel prima Septembris. *Idem.*

g *Inter duorum numinum dies festos.*] Scribendum reor *intra* non *inter*; sequitur enim non multo post, *intra prædictum temporis spatium.* Pint.

h *Neptuni atque Vulcani.*] Februarius mensis Neptuno sacer, September Vulcano. Vulcanalia quidem sub Augusti finem celebrari solita volunt. *Dalecampius.*

runtque subtili observatione, [a] quota Luna præcedente hieme nix prima ceciderit, si [b] totidem [1] luminum die intra prædictum temporis spatium serantur, mire provenire. Seruntur & vere in calidis atque humidis.

[1] luminis diebus. *Vet.*

CAP. XIV. [c] *De lupino.*

[d] LUpino est usus proximus, cum sit [e] & homini, & quadrupedum generi [2] ungulas habenti, communis. Remedium ejus, [f] ne metentes fugiat exiliendo, ut ab imbre tollatur. [g] Nec ullius, [3] quæ seruntur, natura assensu terræ mirabilior est. Primum omnium cum Sole quotidie circumagitur, horasque agricolis etiam nubilo demonstrat. Ter præterea floret: [h] terram amat, terraque operiri non vult. Et unum hoc seritur [4] non arato. Quærit maxime sabulosa, & sicca, atque [i] etiam harenosa. Coli utique non vult. Tellurem adeo amat, ut quamvis frutectoso [5] solo conjectum inter folia vepresque, ad terram tamen radice perveniat. Pinguescere

[2] fissas ung. *Dal.*

[3] quod seritur. *D.*

[4] non arata, si fuerit max. sab. *Turn.*

[5] solo coactum. *M.* loco jactum. *Turn.*

a *Quota luna procedente hieme.*] Sic legunt alii: sed sincerior & veræ propior lectio *præcedente*, quam *procedente.* nam saturus plantam, præterita observat potius quam futura, quæ sunt auctore Isocrate incerta. *Pint.*

b *Totidem luminum die.*] *Numinum* lego, non *luminum.* nam statim ante dixit, *intra duorum numinum dies festos.* Idem.

c *De lupino.*] Theoph. cap. ult. lib. 8. hist. Colum. cap. 10. lib. 2. *Dalec.*

d *Lupino est usus proximus, &c.*] Leg. *Lupinorum usus promiscue cum sit & homini & quadrupedum generi ungulas habenti communis, remedium ejus ne metentes, &c.* Salmas. pag. 460. b.

e *Et homini.*] Præsertim Cynicis olim, de quibus Horatius, *quid distent æra lupinis.* Legumen enim id in pera semper gestare solebant. unde Aristoteles, *οὐκ ἀκούεις τοῦ Κράτητος, οὐκ οἶδας,* *φησὶν, πήρα δυοῖν μὲν ἡλίκην ἔχει, θερμῶν τε χοῖνιξ.* Turneb. cap. 29. lib. 25. *Dalec.*

f *Ne metentes fugiat, &c.*] Theoph. c. 10. lib. 9. hist. Servius, *Nonnulli proprie calamos lupinorum alas dici putant, ut Ælius: ala ex lupino, surculi sine foliis. Cato in Originibus, Ala ex lupino. Memini tamen Varronem de lingua Latina, alam culmum faba dicere.* Hæc Servius. *Idem.*

g *Nec ullius, quæ seruntur, natura assensu terra mirabilior est.*] Duo illa verba *assensu terra*, opinor non esse legitima. *Pint.*

h *Terram amat, &c.*] Theophr. c. 10. l. 9. & c. 12. lib. 1. *Dalec.*

i *Etiam harenosa.*] Infra, c. 17. ultimo hujus libri: *In solo autem rubricoso, vel pullo, vel harenoso, si non sit aquosum, lupinum serendum.* Idem.

guescere hoc satu arva vineasque diximus. Itaque adeo non eget fimo, ut optimi vicem repræsentet. Nihilque aliud nullo impendio constat, ut quod ne serendi quidem gratia opus sit afferre. [a] Protinus seritur ex arvo: ac ne spargi quidem postulat decidens sponte. Primumque omnium seritur, novissimum tollitur: utrunque Septembri fere mense, quia si non antecessit hiemem, frigoribus obnoxium est. Impune præterea jacet, vel derelictum etiam, si non protinus secuti obruant imbres, ab omnibus animalibus amaritudine sua tutum. Plerunque tamen levi sulco integunt. Ex densiore terra rubricam maxime amat. Ad hanc alendam post tertium florem verti debet, in sabulo post secundum. Cretosa tantum limosaque odit, & in iis non provenit. Maceratum calida aqua homini quoque in cibo est. Nam bovem unum modii singuli satiant, validumque præstant: [1] quando etiam impositum puerorum ventribus, pro remedio est. Condi in fumo maxime convenit, quoniam in humido vermiculi umbilicum ejus in sterilitatem castrant. Si depastum sit in fronde, inarari protinus solum opus est.

1 quin- etiam. *vel*, atque etiam. *Dal.*

CAP. XV. [b] *De vicia, & ervo.*

ET vicia pinguescunt arva, nec ipsa agricolis operosa: uno sulco sata, non sarritur, non stercoratur, nec aliud quam deoccatur. Sationis ejus tria tempora: Circa occasum Arcturi, ut Decembri mense pascat, tunc optime seritur in semen. Æque nanque fert depasta. Secunda satio mense Januario

a *Protinus seritur ex arvo.*] Scribo *area* non *arvo.* Theophrastus lib. VIII. cap. ultimo, *Lupinum*, inquit, *licet robustissimum sit, tamen nisi protinus ab area terra mandaveris, male proveniet, quemadmodum dictum est.* Et Columella l. 11. c. X. *sparguntur statim ex area.* Pint.

b *De vicia, & ervo.*] Columella c. 11. lib 2. &. c. 2. lib. 11. Palladius lib. 2. *Dalec.*

a *Et*

Januario est: novissima Martio, tum ad frondem utilissima. Siccitatem ex omnibus, quæ seruntur, maxime amat: non aspernatur etiam umbrosa. Ex semine ejus, si lecta matura est, palea cæteris præfertur. Vitibus præripit succum: languescuntque, si in [1] arbusto seratur. Nec ervi operosa cura est. Hoc amplius, quam vicia, runcatur, [a] & ipsum medicaminis vim obtinens. Quippe per ervum Divum Augustum curatum, epistolis ipsius memoria extat. Sufficiunt singulis boum jugis modii quini sati. Martio mense satum, [b] noxium esse bubus ajunt, item autumno gravedinosum: innoxium autem fieri primo vere satum.

1 arbustis. M.

CAP. XVI.

De fœno Græco, & farragine, & de ocymo, & medica, & cytiso.

ET [c] silicia, hoc est fœnum Græcum, [d] scarificatione seritur, non altiore quatuor digitorum sulco: quantoque pejus tractatur, tanto provenit melius. [2] Rarum dictu, esse aliquid cui prosit negligentia. Id autem quod secale, [3] atque [e] farrago appellatur, occari tantum desiderat. Secale Taurini sub Alpibus asiam vocant, [f] [4] deterrimum, & tantum ad arcendam famem [5] utile: fœcunda, sed gracili [6] stipula, nigritia triste, sed pondere præcipuum. Admiscetur huic far, ut mitiget amaritudinem ejus: & tamen sic quoque ingratissi-

2 Mirum.
3 ac. M.
4 aterrimum. Vet.
5 utile, in Ch. d.
6 fistula. Vet.

a *Et ipsum medicaminis vim, &c.*] Vide infra cap. 25. lib. 22. Ervi medicinas, inde de ervo quædam, & deinceps. *Dalec.*

b *Noxium esse bubus.*] Pabulo suo eos reddere cerebrosos Columella tradit, cap. 11. lib. 2. id est, gravedinosos. *Idem.*

c *Silicia.*] Siliqua Columellæ cap. 11. lib. 2. *Idem.*

d *Scarificatione seritur.*] Terra leviter scalpta. *Idem.*

e *Farrago.*] Γράσις & κράσις Græcis. *Idem.*

f *Deterrimum & tantum ad arcendam famem utile.*] *Teterrimum* non *deterrimum*, rectius credo, ut protinus sequentia indicant. *Pint.*

gratissimum ventri est. Nascitur qualicunque solo cum centesimo grano: ipsumque pro lætamine est. [a] Farrago ex recrementis farris prædensa seritur, admista aliquando & vicia. Eadem in Africa fit ex hordeo. Omnia hæc pabularia: degeneransque ex leguminibus quæ vocatur [1] cracca: in tantum columbis grata, ut pastas ea, negent fugitivas illius loci fieri. Apud antiquos erat pabuli genus, [b] quod [2] Cato ocymum vocat, quo [3] sistebant alvum bubus. [c] Id erat è pabulis, segete viridi desecta, antequam [4] gelaret. Sura [5] Manlius id aliter interpretatur, & tradit fabæ modios decem, viciæ duos, tantundem [6] erviliæ in jugero autumno misceri & seri solitum. Melius & [d] avena Græca, cui non cadit semen, admista. Hoc [e] vocitatum ocymum, boumque

1 arachos. *Theophr. & Diosc.* cracca. *Ch.*
2 ocynum. *Turn. & hic & mox, &* Ch.
3 ciebant, *ex Varrone, vel* citabant.
4 genaret aut geniculato, aut siliquaret. *Fulv. Ursin. super Var. de re rust. p.45.*
5 Manilius. *Turn. & Ch.*
6 erviliæ autumno miscere, & in jugerum serere solitos *V. Legitur* & solitos, *in M.*

a *Farrago.*] Columel. lib. 2. cap. 11. & Varro lib. 1. cap. 31. *Dalec.*

b *Quod Cato ocymum vocat, quo sistebant alvum bubus.*] Legendum reor *ciebant* non *sistebant*, ut patebit ex M. Varronis verbis quæ paulo post inseram. *Pint. Cato.*] Cap. 54. *Dalec.*

c *Id erat è pabulis segete viridi desecta antequam gelaret.*] Antiquum exemplar, *Id erat è pabuli segete viridi desectum antequam gelaret.* verissima lectione. sunt enim desumpta verba ex M. Varrone lib. 1. cap. 31. *Hoc amplius*, inquit, *dictum ocymum, quod citat alvum bubus, & ideo iis datur ut purgentur. Id est è pabuli segete viridi sectum antequam generat siliquas.* Ex quibus Varronis verbis liquet, verba quæ statim sequuntur, *Antequam gelaret*, vitiata esse, legendumque, *antequam siliquaret.* Pint. *Id erat è pabulis, segete viridi, &c.*] *Id erat è fabali segete viridi desecta antequam gignat siliquas.* Ex Varrone ad verbum c. 31. lib. 1. Rei Rust. ocymum Græcis dictum, vel quod crescat & desecetur celeriter, vel quod alvum citet pecudibus. Latinis, farrago, quasi *ferrago*, quod ferro præpropere demetatur, vel à farre, quod far in eum usum principio satum sit. Est autem pabulum quadrupedum, præsertim equorum, mulorum, boum, vere collectum è segete viridi præcisa: Monspessulanis *Ferrage.* Fiebat olim à fabali segete sola. Quidam, ut Manlius scripsit, addiderunt viciam & erviliam, utriusque partem quintam: quidam avenam Græcam. Varro miscet hordeum, viciam, & alia legumina. Monspessuli tritici, avenæ, hordei, & siliginis, quam *Paumole* vocant, purgamenta mixta seruntur: cum seges in tantum adolevit, ut propemodum caulis tenellus articulis incipiat distingui, pecus alligata fune, & ad statutum palum vel arborem revincta, immittitur quod depascat, ea medicina toto anno, ut credunt, valitura, & à morbis tuta immunisque futura. *Dalec.*

d *Avena Græca.*] Non silvestri, quam sterilem Virgilius appellavit. Avena Græca bromos: avena cui semen cadit, ægilops. *Idem.*

e *Vocitatum ocymum.*] Apud Nonium in Cogere. Varro, Virgula divina, pancarpinion vocat:

Sed pancarpinio ocymo subacto,
Libamenta legens caduca veris.

Sic autem vocatum fuit, quod ex quovis frugis, ac leguminis genere feratur. *Idem.*

a *Medica*

que causa seri solitum. Varro appellatum à celeritate proveniendi, è Græco quod [1] ὠκὺς dicunt. [a] Medica externa etiam [2] Græciæ, ut à Medis advecta per bella Persarum, quæ Darius intulit: sed vel in primis dicenda. Tanta dos ejus est, [b 3] cum uno satu amplius quam tricenis annis duret. Similis est trifolio, [4] caule-foliisque geniculata: [5] quicquid in caule assurgit, [c] folia contrahuntur. [d] Unum de ea & cytiso volumen Amphilochus fecit [6] confusim. Solum, in quo seratur, elapidatum purgatumque [e] subigitur autumno: [7] mox aratum & [8] occatum integitur crate iterum [9] & tertium, quinis diebus interpositis, & fimo addito. Poscit autem siccum succosumque, vel riguum. Ita præparato seritur [f] mense Majo, [g] alias pruinis obnoxia. Opus est densitate seminis omnia occupari, internascentesque herbas excludi. Id præstant in jugera modia vicena. [10] Cavendum ne aduratur, terraque protinus [11] integi debet. Si sit humidum solum herbosumve, vincitur, & desciscit in pratum. Ideo protinus

1 ὠκέως. *Turn.* & *Ch.*
2 Græc est, ut. *Ch.*
3 cum ex uno. *Ch.*
4 postea caule, fol. *Ch.* & *Turn.*
5 ea cum in caulem ass. in folio contrahitur. *Vet.*
6 confusim. *Al.* *Turn.* & *Ch.*
7 *Lego ex Colum.* Martio tertiatum & occatum integitur.
8 occultum. *Ch.*
9 ac. *Ch.*
10 vindemia dura terra protinus, &c. *Alii*, Monendum ne adu. *Turn.*
11 integri. *Turn.*

a *Medica externa etiam, &c.*] Theoph. c. 8. lib. 8. histor. Colum. cap. 12. l. 2. *Dalec.*

b *Cum uno satu amplius quam tricenis annis duret.*] Scribo *denis* non *tricenis*. Columella lib. 2. cap. 11. *Sed ex his quæ placet eximia est herba Medica. Quod semel seritur, x. annis durat.* confirmat id Palladius lib 5. titulo 1. Item commodius legitur, *ut quæ uno satu*, quam *ut cum uno satu*. Pint.

c *Folia contrahuntur.*] Id porro est, quod ait Dioscor. cum recens prodit, pratensi trifolio similem esse: cum assurgit, foliis angustioribus fieri. *Dal.*

d *Unum de ea & cytiso volumen Amphilochus fecit confusim.*] Verbum *fecit* desideratur in vetusto exemplari. quare in locum sequentis dictionis *confusim*, substituendum reor *composuit*. Pint.

e *Subigitur autumno.*] Proscinditur circa Cal. Octobr. Columell. *Dalec.*

f *Mense Majo.*] Mense ultimo Aprili. Columella. *Idem.*

g *Alias pruinis obnoxia. Opus est densitate seminis omnia occupari, internascentesque herbas excludi. Id præstant in jugera modia vicena. Cavendum ne aduratur, terraque protinus integi debet. Si sit humidum solum herbosumve, vincitur & desciscit in pratum. Ideo protinus altitudine unciali herbis omnibus liberanda est.*] Confusa & permixta omnia, ac velut de industria ad evertendum Plinium sic posita. scribo, *Acias pruinis obnoxia. Cavendumque ne aduratur, terraque protinus integi debet altitudine unciali, internascentesque herbas excludi. Opus est densitate seminis omnia occupari. Id præstant in jugera modia vicena. Si sit humidum solum herbosumve, evincitur & desciscit in pratum. Ideo protinus herbis omnibus liberanda est.* Ex Columella lib. 2. c. 31. *Pintian.*

protinus altitudine unciali herbis omnibus liberanda eſt, manu potius, quam ſarculo. Secatur incipiens florere, & quoties refloruit. Id ſexies evenit per annos, cum minimum, quater. In ſemen matureſcere prohibenda eſt, quia pabulum utilius eſt uſque ad trimatum. [a] Verno ſeri debet, liberarique cæteris herbis: ad trimatum, martis ad ſolum radi. Ita reliquæ herbæ intereunt ſine ipſius damno, propter altitudinem radicum. Si evicerint herbæ, [b] remedium unicum [1] eſt aratio, ſæpius vertendo, donec omnes aliæ radices intereant. Dari non ad ſatietatem debet, ne deplere ſanguinem neceſſe ſit. Et viridis utilior eſt. Areſcit ſurculoſe, ac poſtremo in pulverem inutilem extenuatur. De cytiſo, cui & ipſi principatus datur in pabulis, affatim diximus inter frutices. Et nunc frugum omnium natura peragenda eſt: cujus in parte de [2] vitiis quoque dicatur.

1 inaratio. *Ch. Leg.* in aratro.

2 morbis. *Ch.*

CAP. XVII.

De vitiis frugum, [c] & remediis, quid in quoque terræ genere debeat ſeri.

PRimum omnium [d] frumenti vitium [e] avena eſt: [f] & hordeum in eam degenerat: ſicut ipſa frumenti

a *Verno ſeri debet.*] Nullo modo videtur legi poſſe *ſeri*: nam dictum ante eſt ſeri menſe Majo, qui æſtatis menſis eſt, non veris. quapropter *ſarriri*. legendum eſſe arbitror, non *ſeri*. Pint.

b *Remedium unicum eſt aratio ſæpius vertendo donec, &c.*] Scribo; *Remedium unicum eſt aratro vertere, donec, &c.* ex antiquo exemplari. *Idem.*

c *Et remediis.*] Theoph. c. 10. lib. 8. hiſt. & 27. lib. 3. Cauſ. *Dal.*

d *Frumenti, &c.*] Præſertim Zeæ. *Idem.*

e *Avena.*] Αἰγίλωψ Theoph. Avena calamina eſt tibia. Martialis: *Dum tua multorum vincat avena tubam.* Virg. *Silveſtrem tenui Muſam meditaris avena.* Avena, culmus, ſtipula. Virg. *Exſpectata ſeges vanis eluſit avenis.* Avena herba ſegetes necans. Virgil. *Infælix lolium, & ſteriles dominantur avenæ.* Symmachus: *Nec rubigo ſegetibus obfuit, nec avena fruges necavit: ſacrilegio annus exaruit.* Turn. cap. 3. 17. & 29. 19. & 19. 30. *Idem.*

f *Et hordeum in eam, &c.*] Nuſquam id Theoph. ſed c. 1. lib. 4. Cauſ. triticum & hordeum ſola in lolium degenerare ſcribit. *Idem.*

a *Pulte*

menti fit instar: quippe cum Germaniæ populi serant eam, neque alia [a] pulte vivant. Soli maxime cœlique humore hoc evenit vitium. Sequentem causam habet imbecillitas seminis, [1] cum diutius retentum est terra, prius quam erumpat. Eadem est ratio, si cariosum fuit cum sereretur. Prima autem statim eruptione agnoscitur: ex quo apparet in radice esse causam. Est & aliud ex vicino avenæ vitium, cum amplitudine inchoata granum, sed nondum matura, prius quam [2] roboretur corpus, afflatu noxio [3] cassum & inane in spica evanescit quodam [4] abortivo. Venti autem tribus temporibus nocent frumento & hordeo: in flore, aut protinus cum defloruere, vel [b] maturescere incipientibus. Tum enim [c] exinaniunt grana: prioribus causis nasci prohibent. Nocet & Sol creber è nube. Nascuntur & vermiculi in radice, cum sementem [d] imbribus secutis, [5] incluserit repentinus calor humorem. Gignuntur & in grano, cum spicæ [6] pluviis calor infervescit. Est & [7] cantharis dictus scarabæus parvus, [e] frumenta erodens. Omnia ea animalia cum cibo deficiunt. Oleum, pix, adeps, contraria seminibus, cavendumque ne contacta eis serantur. [f] Imber in herba utilis tantum: florentibus

1 si Ch. di. retenti terra. M.

2 roboret. Ch.

3 cascum. Turn.

4 abortu. Vet. Ch. evan. partu quodam abortivo. Dal.

5 inclusit. Ch.

6 pluvius. Turn. in pluviis. M.

7 cantharidis scarabæus. Turn. & Ch.

a *Pulte vivant.*] Eam hodie pultem quotidiano usu frequentissimam Germani vocant *Abremout*. Dalec.

b *Maturescere incipientibus.*] Augescente fructu, *συνεχῶν καὶ ἰσχυρῶν πνευμάτων*: cum magna & diuturna flatuum vis fuerit. Theoph. *Idem.*

c *Exinaniunt.*] *Ξηραίνουσι καὶ ἀφαναίνουσι*, siccant & arefaciunt, Theoph. qui & solem ex nube vocat ἐκνεφίαν. *Idem.*

d *Imbribus secutis.*] Theoph. c. 27. 3. caus. cum post sementem Auster crebro spiraverit. Rationem, quam hic Plinius reddit, Theophrastus affert, cur in ervilia, cicercula & piso vermes nascantur, ὅταν, inquit, ὑγρανθῶσι, καὶ θερμημερίας γένωνται) *Idem.*

e *Frumenta erodens.*] Theoph. quidem cap. 10. lib 8 histor. in ervo phalangium, in tritico nasci cantharidem scribit, sed nusquam à cantharide triticum rodi. *Idem.*

f *Imber in herba utilis tantum, florentibus autem frumento & hordeo nocet.*] In quibusdam antiquioris impressionis codicibus: *imber in herba utilis quarto. florentibus, &c.* lego, *imber in herba utilis: quando florent autem, frumenta & hordeo nocet*, ex antiquo exemplari. *Pintian.*

a *Rubes.*]

bus autem frumento & hordeo nocet, leguminibus innocuus, præterquam ciceri. Maturescentia frumenta imbre læduntur, & hordeum magis. Nascitur & herba alba, panico similis, occupans arva, pecori quoque mortifera. Nam lolium & tribulos, & carduos, lappasque, non magis quam [a] rubos, inter frugum morbos potius, quam inter ipsius terræ pestes numeraverim. [b] Cæleste frugum vinearumque malum, nullo minus noxium est rubigo. Frequentissima hæc in roscido tractu, convallibusque, ac perflatum non habentibus. E diverso carent ea ventosa & excelsa. Inter vitia segetum & [c] luxuria est, cum [1] onerata fertilitate procumbunt. Commune autem omnium satorum vitium [d] [2] urica, etiam ciceris, cum salsilaginem ejus abluendo imber dulcius id facit. Est herba, quæ cicer enecat & ervum, circumligando se: vocatur [e] orobanche: Triticum simili modo [f] æra: Hordeum festuca, quæ vocatur ægilops: Lentem [3] herba [g] securidaca, quam Græci

1 oneratæ. *Vet.*

2 eruca. *Turn.* urica. *Ch.*

3 herba securiclata. *Turn. & Ch.*

a *Rubos.*] Spinas, sentes, quibus terra occupatur, horrescit, squallet, & stat. His pestibus addit Festus, Scandulacam, volvuli genus, frugibus inimicum, quod eas hederæ modo implicando necat: quidam orobanchen interpretantur. Idem Festus senticeta ea Vespices appellari dixit, quoniam spicatæ sunt, id est, aculeis munitæ & armatæ. *Dalec.*

b *Cæleste frugum vinearumque.*] Theophrastus cap. 10. lib. 8. hist. & cap. 27. lib. 3. caus. *Idem.*

c *Luxuria*] Φυλλομανία. Theoph. cap. 7. lib. 8. histor. insana foliorum luxuria. *Idem.*

d *Urica.*] Σφακελισμὸς, Theophrasto. Quidam *eruca*. Cicer. ὑπὸ τῶν καμπῶν κατεσθίεται scribit ille c. 10. lib. 8. histor. Idem tamen cap. 6. nulla τῶν καμπῶν facta mentione, σφακελίζεται ait. Locus ex cap. 10. hic est: τῶν δὲ σπερμάτων νοσήματα τὰ μὲν κοινὰ πάντων ἐστίν, οἷον ἐρυσίβη, τὰ δ' ἴδια τινῶν οἷον σφακελισμὸς τῶν ἐρεβίνθων καὶ τὸ ὑπὸ καμπῶν ἐσθίεσθαι, καὶ ὑπὸ ψυλλῶν θηρίων, &c. *Idem.*

e *Orobanche.*] Orobanches circumplexu necari cicer, & ervum tradit Plin. auctoritate Theophrasti nixus cap. 22. lib. 5. Caus. Alia orobanche est Dioscor. ut ejus descriptio monstrat. Hic tamen ex Theophr. loco supra citato, contra quam multi putant, censendum est, lolium amplexu suo triticum minime necare, sed quod, ut idem diserte ait, simul cum eo proveniat. Vide c. 8. lib. 8. hist. *Idem.*

f *Æra.*] Theophrastus cap. 22. lib. 5. caus. Lolium non complexu triticum necat, sed ut ait idem auctor, quia simul provenit. *Idem.*

g *Securidaca.*] Theophr. cap & lib. 8. histor. Securidaca aphacam necat, non lentem. Pro ἀφάκην, Plinius legit φακόν. In lente nascitur aracus, durus & scaber,

Græci à ſimilitudine pelecinon vocant. Et hæ quidem complexu necant. Circa Philippos [a] [1]ateramnon nominant in pingui ſolo herbam, qua faba necatur: teramnon, qua in macro, cum udam quidam ventus afflavit. Æræ granum minimum eſt in cortice aculeato. Cum eſt in pane, celerrime vertigines facit: ajuntque in Aſia & Græcia balneatores, cum velint turbam pellere, carbonibus id ſemen injicere. Naſcitur & phalangion in ervo, beſtiola aranei generis, ſi hiems aquoſa ſit. Limaces naſcuntur in vicia: & aliquando è terra cochleæ minutæ, mirum in modum erodentes eam. Et morbi quidem feri hi ſunt. [b] Remedia eorum, quæcunque pertinent ad herbas, in ſarculo, & cum ſemen jactatur cinere. Quæ vero in ſemine & circa radicem conſiſtunt, præcedente cura caventur. [2] Vina ante ſemine perfuſa, minus ægrotare exiſtimant. [c] Virgilius nitro & amurca perfundi jubet fabam: [d] [3]ſic etiam grandeſcere promittit. Quidam vero, ſi triduo ante ſatum urina & aqua maceretur, [e] præcipue adoleſcere putant. Ter quidem [4] ſarritam modium

1 ateramnum. Ch.

2 vino ante ſemina perſ. Al. & Ch.

3 ſic eam. Ch. in emend.

4 ſartum. Turn. ſatam. Ch.

& ſcaber, ejus peſtis, itemque aparine. *Dalec.*

a *Ateramnon.*] Τεράμονα & ἀτεράμονα legumina dicuntur, præſertim faba & lens. Theophraſt. c. 13. & 14. l. 4. cauſ. coquibilia & coctu difficilia, qualis eſt faba circa Philippos. Unde Plinius, aut ejus libertus auctorum Græcorum exſcriptor, ex iis duabus vocibus herbarum nomina tam pueriliter ac ridicule ſomniaverit, cogitare non poſſum. *Idem.*

b *Remedia eorum.*] Columella cap. 9. lib. 2. *Idem.*

c *Virgilius nitro & amurca perfundi jubet fabam.*] Virgilii verſus ſunt primo Georgicôn:

Semina vidi equidem multos medicare ſerentes,
Et nitro primum & nigra perfundere amurca;
Grandior ut fœtus ſiliquis fallacibus eſſet.

Ubi videtur ſummus Poëta univerſaliter præcipere de ſeminibus omnium leguminum, non tantum fabæ: ſicque intelligit Servius grammaticus. Sed falli Servium, Plinium vero recte ad fabam Virgilianam carmen aſtringere, oſtendit Columella lib. 2. capite 10. his verbis: *Priſcis ruſticis, nec minus Virgilio prius amurca vel nitro macerari eam, & ita ſeri placuit. Nos quoque ſic medicatam comperimus, cum ad maturitatem perducta ſit, minus ea curgulatione infeſtari.* Pintian.

d *Sic etiam grandeſcere promittit.*] Vetus exemplar *promittens* non *promittit.* Idem.

e *Præcipue adoleſcere putant.*] *Præcipuius* forma comparativa, & quidem notanda, in eodem. *Idem.*

a In

modium [1] fractæ è modio solidæ reddere. Reliqua semina cupressi foliis tusis si misceantur, non esse vermiculis obnoxia, nec si interlunio serantur. Multi ad milii remedia, rubetam noctu arvo circumferri jubent, prius quam sarriatur, defodique in medio inclusam vase fictili: ita nec passerem, nec [2] vermem nocere: sed eruendam prius quam metatur, alioqui amarum fieri. Quin & armo talpæ contacta semina uberiora esse. Democritus succo herbæ, quæ appellatur aizoon, [a] in tegulis nascens [3] tabulisve, Latine vero sedum aut digitellum, medicata seri jubet omnia semina. [b] Vulgo vero, si [4] dulcedo noceat, & vermes radicibus inhæreant, remedium est, amurca pura, ac sine sale spargere, [c] deinde sarrire: si in articulum seges ire cœperit, runcare, ne herbæ vincant. Pestem à milio atque panico sturnorum passerumve agmina, scio abigi [d] herba, cujus nomen ignotum est, in quatuor angulis segetis defossa: mirum dictu, ut omnino nulla avis intret. Mures abiguntur cinere mustelæ, vel felis diluto, & semine sparso vel decoctarum aqua. Sed redolet virus animalium eorum etiam in pane. Ob id felle bubulo semina attingi utilius putant. Rubigo quidem, maxima segetum pestis, lauri ramis in arvo defixis, transit in [5] earum folia [6] ex arvis. Luxuria segetum castigatur dente pecoris in herba duntaxat: & depastæ quidem, vel [7] sæpius, nullam in spica injuriam sentiunt. [8] Retonsarum etiam semel omnino certum

1 fresæ. *Alii.*
2 vermes. *Ch.*
3 stabulisve. *Alii. Nihil muto.* caballis hæsum. *Turn.* tabulis æsum. *Alii & Ch. nullo sensu. fortassis*, tabulisve excisis.
4 uredo. *Ch.*
5 ea. *M. & Ch. Lege* eorum.
6 ex herbis. *V.*
7 suibus. *M.*
8 Recusarum. *Ch.*

a *In tegulis nascens tabulisve.*] Domicilium tabulatum Romanis antiquissimum fuisse Verrius auctor est. *Dalec.* *In tegulis nascens tabulisve.*] Non minus recte legeretur, *tubulisve*. Pint.

b *Vulgo vero si dulcedo noceat.*] Scribendum arbitror, *Vulgo vero si sedum non sit*. Idem.

c *Deinde sarrire: si in articulum seges ire cœperit, runcare ne herba vincant,*] Hæc verba videntur mihi non pertinere ad præsentem locum; nec enim aut præcedentibus aut sequentibus bene cohærent. *Idem.*

d *Herba.*] Ejus rursum meminit infra cap. 3. lib. 2. *Dalec.*

a *Inane.*]

tum est, granum longius fieri, sed [a] inane [1] cassumque, ac satum non nasci. Babylone tamen bis secant, [2] tertio depascunt: alioquin folia tantum fierent. Sic quoque cum quinquagesimo fœnore messes reddit [3] exilitas soli: verum diligentioribus, cum centesimo [4] quinquagesimo. [b] Neque est cura difficilis, quam diutissime [5] aqua rigandi, ut præpinguis & densa ubertas diluatur. Limum autem non invehunt Euphrates Tigrisque, sicut in Ægypto Nilus. Nec terra ipsa herbas gignit. Ubertatis tamen tantæ sunt, ut sequente anno sponte restibilis fiat seges, impressis vestigio seminibus: quæ tanta soli differentia admonet terræ genera in fruges describere. Igitur [c] Catonis hæc sententia est: [d] in agro crasso & læto frumentum seri. [e] [6] Si vero nebulosus sit idem, raphanum: milium, panicum in frigido & aquoso prius serendum, postea in calido. In solo autem rubricoso, vel pullo, vel harenoso, si non sit aquosum, lupinum. [f] In creta & rubrica, [7] & aquosiore agro [g] adoreum. In sicco & non herboso, nec umbroso, triticum. In solo valido fabam. Viciam vero quam minime in aquoso herbidoque. Siliginem & triticum in loco aperto editoque, qui sole quam diutissime torreatur. [h] Lentem in frutectoso & rubricoso, qui non sit herbi-

1 casumque. *Turn. & Ch.*

2 tertium. *Ch.*

3 felicitas. *Budæus ex Theophr.* fertilitas. *V.*

4 quintodecimo. *Ch.*

5 aquari gaudent. *V.*

6 Si vero nebulosus sit idem, raphanum, milium, panicum. In frigido & aquoso & prius serendum, postea in calido. *Sic alii, & Ch.*

7 & uligine. *Cato.*

a *Inane.*] Camatian id vocant. Theophrast. *Dalec.*

b *Neque est cura difficilis.*] Culturæ modus, inquit Theophr. ut quam diutissime restagnet, & maneat aqua, ejusque mora multus limus fiat, &c. ὥστε πηλὸν (non ὕλην) ποιήσῃ πολλύν. *Idem.*

c *Catonis, &c.*] Cap. 34. & cap. 6. *Idem.*

d *In agro crasso.*] Agrum sine arboribus, crassum & lætum, frumentarium esse. *Idem.*

e *Si vero nebulosus sit. Idem raphanum, milium, panicum.*] Adde verbum *rapa*, ex Catone cap. 6. *Idem rapa, raphanos, milium, panicum.* Pint.

f *In creta & rubrica.*] Vide supra cap. 14. *Dalec.*

g *Adoreum.*] Far, frumentum. Hæc quæ antea c. 6. edixerat, c. 34. Cato repetit. *Idem.*

h *Lentem in frutectoso & rubricoso.*] Scriptum exemplar & reliqui codices impressi, non *frutectoso* legunt, sed *frutecto.* scribo *rudeto.* Cato c. 35. *Lentim in rudeto & rubricoso, qui herbosus non siet, serito.* Pint.

herbidus. [a] Hordeum in novali, & in arvo, [b] quod restibile possit fieri: trimestre, ubi sementem maturam facere non [1] possit, & cujus crassitudo sit restibilis. Subtilis & illa sententia; Serenda ea in tenuiore terra, quæ non multo indigent [2] succo, ut [3] cytisus & [4] cicer, exceptis leguminibus quæ velluntur è terra, non subsecantur. Unde & legumina appellata, quia ita leguntur. In pingui autem, quæ [5] cibi sunt majoris, ut olus, triticum, siligo, linum. Sic ergo tenue solum hordeo dabitur: minus enim alimenti radix poscit: [c] levior terra densiorque tritico. In loco [6] humili far adoreum, potius quam triticum, seretur, temperato & triticum & hordeum. Colles robustius, sed minus, reddunt triticum. Far & siligo, [7] & cretosum & uliginosum solum sortiuntur.

1 possis. *Cato.*

2 suctu. *Ch in emend.* sumptu.

3 cytisum. *Dal.*

4 cicere excepto legumina. *Fulv. Ursin. super Varr. de re rust. pag. 39.*

5 cibi. *Ch. in emend.* curæ.

6 humido. *Ursin. not. ad Varr. de re rust. p. 26.*

7 & cretoso & uliginoso solo feruntur. *Ch. in emend.*

CAP. XVIII.

De prodigiis frugum, & arandi disciplina, & vomerum generibus.

ET [d] frugibus ostentum semel (quod equidem invenerim) accidit, P. Ælio, Cn. Cornelio Coss. quo anno superatus est Annibal. In arboribus enim tum nata produntur frumenta. Et quoniam de [8] frugum terræque generibus abunde diximus, nunc de arandi ratione dicemus, ante omnia Ægypti facilitate commemorata. [e] Nilus ibi coloni vice fungens, [f] evagari incipit, ut diximus, à solsti-

8 Et in frug. *M.*

a *Hordeum in, &c.*] Plutarchus libro de Causis naturalibus proverbium rusticorum memorat, *σῖτον ἐν πηλῷ, κριθὴν δ' ἐν κόνει*. In luto triticum, hordeum in pulvere, id est, levi ac solubili terra. *Dalec.*

b *Quod restibile.*] Continuo biennio seri possit farrea spica, id est aristata, quod ne fiat, excipiunt qui locant prædia. *Verrius.*

c *Levior terra densiorque tritico.*] Scribendum puto *latior*, non *levior*, ut paulo ante dixit ex Catone seri. Nam *levior* & *densior* videntur inter se repugnare. *Pintian.*

d *Frugibus ostentum, &c.*] Hujus meminit & Livius. *Dalec.*

e *Nilus ibi, &c.*] Hæc omnia ex Herodoto lib. 2. *Idem.*

f *Evagari incipit, ut diximus; à solstitio,*

solstitio [1] aut nova Luna, ac primo lente, deinde vehementius, quamdiu in Leone sol est. Mox pigrescit in Virginem transgresso, atque in Libra residet. Si duodecim cubita non [2] excessit, fames certa est. Nec minus, si XVI. exuperavit. Tanto enim tardius decedit, quanto abundantius crevit, & sementem arcet. Vulgo credebatur, ab ejus decessu serere solitos, mox sues impellere vestigiis semina deprimentes in madido solo: & credo antiquitus factitatum. Nunc quoque non multo [3] graviora opera: sed tamen inarari certum est [4] abjecta prius semina in limo [5] digressi amnis, hoc est, Novembri mense incipiente, postea pauci runcant, quod [a] botanismon vocant. Reliqua pars non nisi cum falce arva visit paulo ante Calendas Aprilis. Peragitur autem messis Majo, stipula nunquam cubitali. Quippe sabulum subest granumque limo tantum continetur. Excellentius Thebaidis [6] regioni frumentum, quoniam palustris Ægyptus. Similis ratio, sed felicitas major [7] Babyloni ac Seleuciæ, Euphrate atque Tigri restagnantibus, quoniam rigandi modus ibi manu temperatur. Syria quoque tenui sulco arat, cum multifariam in Italia octoni boves ad singulos vomeres anhelent. In omni quidem parte culturæ, sed in hac quidem maxime valet oraculum illud, Quid [8] quæque regio patiatur. Vomerum plura genera: [b] Culter vocatur, prædensam, prius quam proscindatur, terram secans, futurisque sulcis vestigia præscribens incisuris,

1 & nova. V.

2 Excesserit. M.

3 graviore. M.

4 abjecto prius semine. V.

5 degressi. Ch.

6 regionibus. M regionis. Alii.

7 Babyloniæ Seleuciæ. V.

8 quæ regio patiatur. G.

stitio, aut nova luna.] Particula *aut* superfluere videtur ex Plinio ipso lib. 5. cap. 9. *Incipit*, inquit, *crescere luna nova quæcunque post solstitium est.* Pintianus.

a *Botanismon.*] Βοτανίζειν dixit etiam Theophrast. ὑποτίλλουσι τὴν βοτάνην. Rustici Lugdunenses, *herbéer*. Victor. cap. 8. 36. *Dalec.*

b *Culter vocatur, prædensam, &c.*] Addit antiquum exemplar dictionem *infelix*: *Culter vocatur infelix*: ut forte scribi possit, *Culter vocatur in silicem*, vel, *Culter vocatur difficilem, prædensam, &c.* quia subdit paulo post, *Tertium in solo facili.* Pint.

ris, quas resupinus in arando mordeat vomer. Alterum genus est vulgare, [1] rostrati vectis. Tertium in solo facili, nec toto porrectum dentali, sed exigua cuspide in rostro. Latior hæc quarto generi, [a] sed [2] exacutior in mucronem fastigiata, [3] eodemque gladio scindens solum & acie laterum radices herbarum secans: id non pridem inventum in Rhætia: Galliæ duas addiderunt [4] tali rotulas, quod genus vocant [b] planarati. Cuspis effigiem palæ habet. Serunt ita [5] non nisi culta terra, & fere nova. Latitudo vomeris cæspites versat. Semen protinus injiciunt, cratesque dentatas supertrahunt. Nec sarrienda sunt hoc modo sata: sed [6] porcellis binis ternisque sic arant. Uno boum jugo [7] censeri anno [8] facilis soli quadragena jugera, difficilis tricena, justum est.

1 rostratum, uti vectis. *Ch.* facili, vomere toto non porrecto dentali.
2 acutior. *Alii & Ch.*
3 eademque (*sub.* cuspis)
4 tali, *in V. d.* stivæ rot. q. g. v. planaratrum. *Alii*, quod nempe in planis & pinguib. eo potissimum; utantur plaumorati. *Turn. & Ch.*
5 non culta terra, sed vere nova. *Dal.*
6 protelis. *M. Turn. & Ch.*
7 conferi arvo. *Dal.*
8 facili. *Ch.*
9 reservandum. *Ch.*

CAP. XIX.

De temporibus arandi, & junctione boum.

IN arando magnopere [9] servandum est Catonis oraculum: Quid est primum? Agrum bene colere. Quid secundum? Bene arare. Quid tertium? Stercorare. Sulco vario ne ares. Tempestive ares. Tepidioribus locis [c] à bruma proscindi arva oportet. Frigidioribus ab æquinoctio verno. Et maturius sicca regione, quam humida. Maturius densa terra, quam soluta, pingui, quam macra. Ubi siccæ & graves æstates, terra cretosa aut gracilis, utilius inter solstitium & autumni æquinoctium aratur. Ubi leves æstus, frequentes imbres, pingue herbo-

a *Sed exacutior mucronem fastigiata.*] Dele verbum *sed*, & scribe *fastigata*, ut millies jam dictum est. *Pint.*

b *Planarati*] Gallicum vocabulum integrum & incorruptum est *pflugradt*: quod alii in *plumarat*, alii in *planarat* detorserunt. *Glareanus in Comment. Cæsar.* Dalec.

c *A bruma proscindi.*] Theophr. c. 35. lib. 3. Caus. Cato c. 34. Colum. c. 2. lib. 3. capite 4. libro 2. Virgilius 1. Georgic. *Idem.*

herboſumque ſolum, ibi [1] melius caloribus. Altum & grave ſolum etiam hieme moveri placet: tenue valde & aridum, paulo ante [2] ſationis tempus. Sunt & hic ſuæ leges: Lutoſam terram ne tangito. Vi omni arato: prius quam [3] ares, proſcindito. Hoc utilitatem habet, quod inverſo cæſpite herbarum radices necantur. Quidam utique ab æquinoctio verno proſcindi volunt. Quod vere ſemel aratum eſt, à temporis argumento [a] vervactum vocatur. [b] Hoc in novali, [4] atque requieto, neceſſarium eſt. Novale eſt, quod alternis annis ſeritur. [c] Araturos boves quam arctiſſime jungi oportet, ut capitibus ſublatis arent: ſic minime colla contundunt. Si inter arbores viteſque aretur, fiſcellis [5] capiſtrari, ne germinum tenera præcerpant. [d][6] Securiculam inſitivam pendere, qua intercidantur radices. Hoc melius, quam convelli aratro, [e] boveſque luctari. In arando [f] verſum peragi, [7] nec [g] ſtriare in actu ſæpius.

1 mediis. M. 2 ſationum. Ch. 3 aras. Ch. 4 æque. Ch. 5 capiſtrantur. Ch. 6 Sericulam. Ch. 7 nec ſtrigare in actu ſpiritus. M. & Pelliſſerius. Ch.

a *Vervactum.*] *Rudis terra* Varroni c. 44. 1. quæ jam diu culta non eſt: *Reſtibilis*, quæ quotannis obſita fuerit: vervactum in exemplaribus Columellæ manuſcriptis *veteretum*, quæ requieſcit interdum. *Dalec.*

b *Hoc in novali atque requieto neceſſarium.*] Duo illa verba *atque requieto*, deſiderantur in ſcripto codice. *Pint.* *Hoc in novali atque requieto neceſſarium.*] Leg. *Hoc in novali aque neceſſarium.* Hinc *Vervactum* & *Novale* pro eodem. Vide *Salmaſ.* p. 732. a.

c *Araturos boves, &c.*] Colum. c. 2. lib. 2. Varro c. 19. & 20. lib. 1. *Dal.*

d *Securiculam, &c.*] Falculam ruſtariam Cato vocat, qua ruri ſecantur rubi per agrum ſerpentes. Turn. c. 26. lib. 13. *Inſitivam* hic quidam exponunt, urvo aut clavo inſertam, ut ex eo pendeat. Quidam legunt *inciſitivam* ab incidendo, ſive, ut ait, intercidendo. *Dal.* Pintianus legit *in ſtiva*.

e *Boveſque luctari.*] Græci ἀμπρεύειν id dicunt, nempe maximo niſu trahere, ἀπὸ τοῦ ἄμπρου, fune quo boves trahunt, vel ligno jugali, cui collum inferunt. Vide Rhodig. cap. 18. lib. 26. *Dalec.*

f *Verſum peragi.*] Verſus peragitur, cum ſulco ad finem perducto, iterum eo reditur, unde arationis principium eſt ſuſceptum, qua ratione, metaphoricas Varro dixit ſolſtitium eſſe, cum ſol ad verſum proxime ſtat: & Pauſanias βουστροφηδὸν γράφειν dixit eo modo ſcribere, contra quam nobis mos ſit. *Idem.*

g *Striare.*] Scalig. ἐν τῇ τῶν κιόνων ῥαβδώσει, nempe virgata & canaliculata cælatura, ſtriaturaque, depreſſus canaliculus στρὶξ dicitur: *ſtria* vero quod eminulum ac protuberans, inſtar virgæ à ſummo ad minimum dirigitur. Inde Apuleio *ſtriata frons*, rugoſa, caperata, rugis exarata. *Striare*, ſive ſtrigare, Græcis eſt ῥυμοτομεῖν, nempe lineis rectis per longitudinem διακρίνειν, ῥυμοτομεῖν στενωπιδόν. Joſepho, ῥυμοτομεῖν καὶ διαμετρεῖν φιλοτέχνως Ἀλεξάνδρειαν.

ſæpius. Juſtum eſt proſcindi [a] ſulco dodrantali jugerum uno die, iterari ſeſquijugerum, ſi ſit facilitas ſoli, ſi minus, proſcindi ſemiſſem, iterari aſſem, quando & animalium labori natura leges ſtatuit. Omne arvum rectis ſulcis, mox & obliquis ſubigi debet. In collibus tranſverſo tantum monte aratur, ſed modo in ſuperiora, modo in inferiora, [1] roſtrante vomere. Tantumque eſt laboris homini, ut etiam boum vice fungatur. Certe ſine hoc animali montanæ gentes ſarculis arant. Arator, niſi incurvus, prævaricatur. Inde tranſlatum hoc crimen in forum. Ibi itaque caveatur, ubi inventum eſt. Purget vomerem ſubinde ſtimulus cuſpidatus [b] [2] rulla. Scamna inter duos ſulcos cruda ne relinquantur, glebæ ne exultent. [c] Male aratur arvum, quod ſatis frugibus occandum eſt. Id demum recte ſubactum erit, ubi non intelligetur utro vomer ierit. In uſu eſt, & collicias interponere, ſi ita locus poſcat, ampliore ſulco, quæ in foſſas aquam [3] deducant.

1 reptante. *V.*

2 rallo. *M. Ch. Turn.* ralla. *Alii.* rulla. *Alii.*

3 educant. *M. & Ch.*

CAP. XX.

De occando, & quodam arationis genere, & de iteratione & reſectione.

ARatione per tranſverſum iterata, [d] occatio ſequitur, ubi res poſcit, crate vel raſtro, & ſato

ξάνδρειαν. Diodor. Vide Scalig. Append. Virgil. *Dalec.*

a *Sulco dodrantali.*] *Sulcus* Varroni de re ruſt. qua aratrum vomere lacunam fecit in ſtriam, quod inter duos terræ elatæ eſt. *Porca*, quod in ea ſeges frumentum porrigit, vel à porcendo, id eſt, prohibendo apud Nonium, quia ultra ſe jaci ſemen prohibet. *Idem.*

b *Rulla.*] An *rallo*, id eſt, rallo præfixus? Rallum, ferramentum, quo raditur vomer & inhærente terra liberatur, atque purgatur, nomen habet à radendo. Legi poteſt & *ralla*, quam vetus lexicon ξυστῆρα exponit. *Turneb.*

c *Male aratur, &c.*] Veterum Romanorum id dictum fuiſſe, Columella ſcribit. *Dalec.*

d *Occatio.*] Occare Verrio ab occædendo, quod grandeis glebas cædant & comminuant, quod etiam Varroni l. 1. de re ruſt. ſcriptum eſt. Ciceroni vero in Catone majore, & Sereno apud Nonium, ab occæcando, quod jactas ſataſque fruges occulat, abdat, tegat, & quaſi occæcet. Prius etymon ſecutus Gaza in

[a] & ſato ſemine iteratio. [b] Hæc quoque ubi conſuetudo patitur, [c] crate dentata, vel tabula aratro adnexa, quod vocant lirare, [1] operientes ſemina: unde primum appellata deliratio eſt. Quarto ſeri ſulco Virgilius exiſtimatur voluiſſe, cum dixit optimam eſſe ſegetem, quæ bis ſolem, bis frigora ſenſiſſet. Spiſſius ſolum, ſicut plerunque in Italia, quinto ſulco ſeri melius eſt, in Thuſcis vero nono. At fabam & viciam non proſciſſo ſerere ſine damno, compendium operæ eſt. Non omittemus unam etiamnum arandi rationem, in tranſpadana Italia bellorum injuria excogitatam. Sallaſſi cum ſubjectos Alpibus depopularentur agros, panicum miliumque jam exereſcens tentavere. Poſtquam reſpuebat natura, inararunt. At illæ meſſes [2] duplicatæ docuere, quod nunc vocant artrare, id eſt aratrare, ut credo tunc dictum. Hoc fit vel incipiente culmo, [3] cum jam is bina ternave emiſerit folia. Nec recens ſubtrahemus exemplum, in Treverico agro tertio ante hunc annum compertum. Nam cum hieme prægelida captæ ſegetes eſſent, reſeverunt, [4] reſarrientes campos menſe Martio, uberrimaſque meſſes habuerunt. Nunc reliqua cultura tradetur per genera frugum.

1 operiente. *Alii.ſub.* crate, vel tabula. *Lege*, operiente ſemina, quod lirare vocant, &c. *Vide Varr. cap.* 29.

2 multiplicatæ (*ſic & Ch.*) docet quod nunc voc. aritare. *M.*

3 vel cum. *V.*

4 & ſcient, *Ch.*

CAP. XXI. *De cultura terræ.*

Siliginem, far, triticum, ſemen, hordeum occato, ſarrito, runcato, quibus dictum erit diebus.

22 in vertendo Ciceronis Catone βωλοκοπίαν appellavit. Plaut. in Captiveis:

Sartor ſatorque ſcelerum, & meſſor maxime.

B. Non occatorem prius audebas dicere,

Nam ſemper occant priuſquam ſarriunt ruſtici.

Victorius cap. 24. 2. Scalig. in Feſtum *occare* dictum putat ab occa, id eſt, raſtro. *Dalec.*

a *Et ſato ſemine iteratio.*] Leg. *& ſato ſemine tertiatio.* Vide *Salmaſ.* pag. 729. b.

b *Hac quoque ubi conſuetudo patitur.*] Scribendum puto, *Occa quoque ubi, &c.* Pint.

c *Crate dentata.*] Vetus lectio non *dentata*, ſed *contenta* præfert; ut ſcribendum forte ſit *contexta.* Verba autem quæ mox paulo ſequuntur, *operientes ſemina*, adventitia arbitramur. *Idem.*

a *Soli*

bus. Singulæ operæ cuique generi in jugero sufficient. Sarculatio induratam hiberno rigore [a] soli tristitiam laxat temporibus vernis, novosque soles admittit. Qui sarriet, caveat ne frumenti radices suffodiat. Triticum, hordeum, semen, fabam bis sarrire melius. Runcatio, cum seges in articulo est, evulsis inutilibus herbis, frugum [1] radicem vindicat, segetemque discernit à cæspite. [b] Leguminum cicer eadem, quæ far, desiderat. Faba runcari non gestit, quoniam evincit herbas: lupinum [2] runcatur tantum. Milium, [3] panicum occatur & sarritur, non iteratur, non runcatur: [c] [4] silicia & faseoli occantur tantum. Sunt genera terræ, quarum ubertas pectinari segetem in herba cogat. Cratis & hoc genus, dentatæ stylis ferreis. [5] Eadem nihilominus & depascuntur. Quæ depasta sunt, sarculo iterum excitari necessarium. At in Bactris, Africa, [6] Cyrene, omnia hæc supervacua [7] fecit indulgentia cœli, & à semente non nisi [8] nonis mensibus in aream redeunt: quia siccitas coërcet herbas, fruges [d] nocturno tactas rore nutriens. Virgilius alternis cessare arva suadet, [9] & hoc, si patiantur ruris spatia, utilissimum procul dubio est. Quod si neget conditio, far serendum, unde & lupinum, aut vicia, aut faba sublata sint, & quæ terram faciant lætiorem. In primisque & hoc notandum, quædam propter alia seri obiter: sed parum provenire priori diximus volumine, ne eadem sæpius dicantur: plurimum enim refert soli cujusque ratio.

1 radices. *Ch.*
2 non occatur. *M.* vocatur. *Ch.* *in emend.* occatur.
3 & panic. *M.* & *Ch.*
4 siliqua. *Dal.* *M* *est,* dolichus.
5 Eademque. *Ch.*
6 Cyrenis. *Ch.*
7 terris fecit. *M.*
8 nonis, *in Ch. d.*
9 & hoc, *in M. d.*

CAP.

a *Soli tristitiam laxat temporibus vernis.*] *Teporibus* verior lectio, quam *temporibus*: præcessit enim, *hiberno rigore.* Pint.

b *Leguminum cicer eadem quæ far desiderat.*] *Faba*, non *far*, vetus exemplar. *Idem.*

c *Silicia.*] Pro *silicia*, quod & c. 24. habetur, scribe *silicula* vel *siliela.* Gr. βούκερας. Salmas. pag. 244. a.

d *Nocturno tactas rore nutriens.*] Non *tactas* in vet. exemp. sed *tectum* habetur, ut scribendum putem *tantum*, Pint.

a *Tacape.*]

CAP. XXII.

De summa fertilitate, & bifera vite, & aquarum differentia.

CIvitas Africæ in mediis harenis, petentibus Syrteis Leptinque [1] magnam, vocatur [a] Tacape, felici super omne miraculum riguo solo: ternis fere mill. passuum in omnem partem fons abundat, largus quidem, [2] sed certis horarum spatiis dispensatur inter incolas. Palmæ ibi prægrandi subditur olea, huic ficus, [a] fico Punica, illi vitis: sub vite seritur frumentum, mox legumen, deinde olus, omnia eodem anno: omniaque aliena umbra aluntur. Quaterna cubita ejus soli in quadratum, nec ut à porrectis metiantur digitis, sed in pugnum contractis, quaternis denariis venundantur. Super omnia est, [3] biferam vitem bis anno vindemiare. Et nisi multiplici partu exinaniatur ubertas, [4] pereunt luxuria singuli fructus. Nunc vero toto anno metitur aliquid. Constatque fertilitati non [5] occurrere homines. [b] Aquarum quoque differentia magna riguis est. In Narbonensi provincia nobilis fons, Orge nomine est: in eo herbæ nascuntur in tantum expetitæ bubus, [c] ut mersis capitibus totis eas quærant. Sed illas in aqua nascentes certum est, non nisi imbribus ali. Ergo suam quisque terram aquamque noverit.

1 magna. *Ch.*

2 sed & cer. hor. spat. dispensatur. *Ch.*

3 bifera vite. *Ch.*

4 pereat luxuria fructus. *M.*

5 præcurrere. *V.*

CAP.

a *Tacape.*] Supra lib. 16. cap. 27. vites etiam triferas esse docens. *Hoc autem,* inquit, *evenit perpetuo in Tacapensi Africa agro, de quo plura alias: ea est soli fertilitas.* Dalec.

b *Aquarum quoque differentia magna riguis est. In Narbonensi provincia nobilis fons, Orge nomine est.*] Scribo, *Aquarum quoque differentia magna riguis. Est in Narbonensi provincia nobilis fons, Orge nomine.* Nam verbum *est* in fine positum non legitur in antiquo exemplari. *Pint.* *Aquarum quoque differentia magna riguis est.*] Fundit is fluvium, quem Sulgam Strabo vocat, incolæ etiamnum *Sorgua.* Dalec.

c *Ut mersis capitibus.*] In Ligeri amne, qua per Vellaunios fluit, passim hoc idem boves faciunt, & in Sebusianorum piscinis. *Idem.*

CAP. XXIII.

De qualitate terræ & stercoratione.

SI fuerit illa terra, quam appellavimus teneram, poterit [1] sublato hordeo milium seri, [a] eo condito [2] raphanus: his [3] sublatis hordeum vel triticum, sicut in Campania: satisque talis terra aratur, cum seritur. Alius ordo: ut ubi adoreum fuerit, cesset quatuor mensibus hibernis, & vernam fabam recipiat, [4] aut ante hiemalem ne cesset. [5] Nec non minus pinguis alternari [6] potest ita, si frumento sublato legumen tertio seratur. Gracilior & in annum tertium cesset. Frumentum [7] quidam seri vetant, nisi in ea quæ proximo anno quieverit. Maximam hujus loci partem stercorationis obtinet ratio, de qua & priori diximus volumine. Hoc tantum [8] unum in confesso est, nisi stercorato seri non oportere, quanquam & hic leges sunt propriæ. Milium, panicum, rapa, napus, nisi in stercorato non [9] serantur. Non stercorato frumentum potius quam hordeum serito. Item in novalibus, tametsi in illis fabam seri volunt, eandem ubicunque quam recentissime stercorato solo. Autumno aliquid saturus, Septembri mense fimum [10] inaret post imbrem. Utique si verno erit saturus, per hiemem fimum disponat. Justum est vehes octodecim jugero tribui: dispergere autem prius quam [11] arescat, aut [12] jactato semine. [b] Si hæc omissa sit stercoratio, sequens

1 sublecto. Ch
2 rapa. M.
3 sublectis. Cb.
4 ut an. hi. non cesset. Nimis pinguis. M.
5 Nec non in Ch. d.
6 potest. Ita sit ut fr. sublecto. Ch.
7 sed quidem. Cb.
8 enim. Cb.
9 feritur. Cb.
10 inarguet. Co.
11 ares. Cb.
12 jacto. V. & Cb.

a *Eo condito raphanus.*] Leg. *Eo condito rapa: his sublatis hordeum rursus vel triticum sicut in Campania.* Vide Salmas. 732. b. Sequentia sic legenda: *& vernam fabam recipiat, ut ante hiemalem ne cesset.* Hiemalis faba, quæ hiberna satione terræ mandabatur circa Vergiliarum occasum, ut reliqua sementiva. *Salmas.* pag. 733. a.

b *Si hæc omissa sit stercoratio, sequens est prius quam serat ante pulverem.*] Scribendum conjicio, *Si hæc omissa sit stercoratio, sequens est prius quam sarriat jactus pulveris.* Ducunt me in hanc correctionem verba Columellæ l. 2. c. 6. *Si tamen*, inquit, *aliqua causa tempestivam stercorationem facere prohibuerit, secunda ratio est, antequam sarrias, more seminantis ex aviariis pulverem stercoris per segetem spargere: si is non erit, caprinum manu jacere,*

ſequens eſt, prius quam ſerat, [1] ante pulverem. [a] Quod ut hanc quoque curam determinemus, [b] juſtum eſt ſingulas vehes fimi denario ire, in ſingulas pecudes minores, in majores denas: niſi contingat hoc, male ſubſtraviſſe pecori colonum [2] appareat. Sunt qui optime ſtercorari putent, ſub dio [3] retibus incluſa pecorum manſione. Ager ſi [4] non ſtercoratur, alget: ſi nimium ſtercoratus eſt, aduritur: ſatiuſque eſt id ſæpe, quam ſupra modum facere. Quo calidius ſolum eſt, eo minus addi ſtercoris, ratio eſt.

1 ante pluerit. Sed ut. *Alii.*

2 appareti *Dal.*

3 cratibus. *Vet.* quanquam & retibus id fit.

4 ſi non fuerit ſtercoratus. *Ch.*

CAP. XXIV.

De bonitate ſeminum, & diſciplina ſeminandi, & quantum ex quoque genere frumenti, in jugero ſerendum, & temporibus ſerendi.

[c] SEmen optimum anniculum, bimum deterius, trimum peſſimum, ultra ſterile: & in uno omnium definita genere ratio eſt. Quod in ima [5] area ſubſedit, ad ſemen reſervandum eſt. Id enim optimum, quoniam graviſſimum: neque alio modo utilius [6] diſcernitur. Quæ ſpica per intervalla ſemina habebit, abjicietur. Optimum granum quod rubet, [7] & dentibus fractum, eundem habet colorem: deterius, cui plus intus albi eſt. Certum terras alias [d] plus ſeminis recipere, alias minus. [e] Religioſum-

5 aream. *M.*

6 diſpergitur. *M.*

7 & dein. *M.*

jacere, atque ita terram ſarculis permiſcere. Ea res latas ſegetes reddit. Confirmat hoc ipſum Palladius lib. 10. tit. 1. Sed omnino verba hic aliquot deſiderari videntur, ut Plinio cum utroque auctore conveniat. *Pint.*

a *Quod.*] *Quod* hoc loco, *ſed*, Cœlius ad Ciceronem, *Quod non dubito, quin te quoque hæc deliberatio ſit perturbatura.* Aldus in Cæſarem.

b *Juſtum eſt ſingulas vehes fimi denario ire in ſingulas pecudes minores, in majores denas.*] Lego non *denario*, ſed *die triceno.* Columella lib. 2. cap. 15. *Parum autem diligentes exiſtimo eſſe agricolas, apud quos minores ſingulæ pecudes tricenis diebus, minus quam ſingulas, itemque majores denas vehes ſtercoris efficiunt.* Pint.

c *Semen optimum anniculum.*] Theoph. c. 11. lib. 8. hiſt. *Dal.*

d *Plus ſeminis recipere.*] Idem cap. 6. lib. eod. Columel. c. 13. lib. 2. *Idem.*

e *Religioſumque inde primum colonis augurium.*] Scribendum reor, *Religioſumque id & peſſimum colonis augurium.* Theophraſtus lib. 8. cap. 6. *Quanquam dici*

giosumque inde primum colonis augurium, cum avidius accipiat, esurire creditur, & comesse semen. Sationem locis humidis celerius fieri ratio est, ne semen imbre putrescat. Siccis serius, ut pluviæ sequantur: ne diu jacens atque non concipiens; evanescat. Itemque festinata satione densum spargi semen, quia tarde concipiat: Serotina rarum, quia densitate nimia necetur. Artis quoque cujusdam est, [a] æqualiter spargere. Manus utique congruere debet cum gradu, semperque cum dextro pede. Fit quoque quorundam occulta ratione, quod [1] sors genialis atque fœcunda est. Non transferendum est ex frigidis locis semen in calida, neque ex præcocibus in serotina: idque in contrarium præcepere quidam falsa diligentia. [b] Serere [2] in jugero temperati soli justum est tritici aut siliginis modios v, farris aut seminis (quod frumenti genus ita appellamus) x, hordei vi. Fabæ quintam partem amplius quam tritici, viciæ xii, ciceris & cicerculæ & pisi iii, lupini x, lentis iii: sed hanc cum fimo arido seri volunt, ervi vi, siliciæ vi, faseolorum iiii, pabuli xx, milii, panici sextarios [3] quatuor. Pingui solo plus, gracili minus. Est & alia distinctio: [c] In denso, aut cretoso, aut uliginoso

1 fors. Ch.

2 in jugera temperato solo. Ch.

3 sex. V.

dici soleat alias plus, alias minus eandem recipere segetem, infaustoque augurio capiant cum plus receperit. Terram enim esurire atque esitare protinus semen existimant. Addit autem exemplar antiquum verbum *videtur*; *Religiosum id videtur, & pessimum, &c.* Pint.

a *Æqualiter spargere.*] Ut in terram æquali copia cadant, & tempore, tam curiosa in hoc veterum diligentia, ut quæ in projectu vel cornua boum ferirent (κερασβόλα vocabant) existimarent ἄφορα, ἀτελῆ, dura, ἀτεράμονα, & minime bonæ frugis. Theoph. Plutarchus, Rhodig. cap. 1. 30. qua ratione & Plato κερασβόλον hominem appellavit horridum, agrestem, inconditum. Hac æqualitate cavent & ἐπισπορίαν, malum ingens, cum in exceptum jam terræ semen, alterum injicitur. *Dalec.*

b *Serere in jugero temperati.*] Varro c. 44 lib. 1. Columel. ibid. *Idem.*

c *In denso aut cretoso aut uliginoso solo tritici aut siliginis modios sex.*] Scribo *modios quinque.* Columella lib. 2. cap. 9. *Siliginis autem vel tritici, si mediocriter cretosus aut uliginosus ager est, etiam plus, quam ut prius jam dixi, quinque modiis ad sationem opus est. At si siccus & resolutus locus est, idemque vel pinguis vel exilis est, quatuor.* Idem error corrigendus paulo post. *Pint.*

noſo ſolo, tritici aut ſiliginis modios ſex: [a] in ſoluta terra nuda, & ſicca, & læta, quatuor. [1] Macies enim ſoli major, niſi rarum culmum habeat, ſpicam minutam facit & inanem. Pinguia arva [2] ex una ſeminis radice fruticem numeroſum fundunt, denſamque ſegetem è raro ſemine emittunt. Ergo inter quatuor & ſex modios pro natura ſoli, alii quinque non minus ſeri, pluresve præcipiunt: item in conſito, aut clivoſo, [3] ut in macro. Huc pertinet oraculum illud magnopere cuſtodiendum, [b] Segetem ne defruges. Adjecit [4] iis Accius in Praxidico, ut ſereretur, cum Luna eſſet in Ariete, Geminis, Leone, Libra, Aquario. Zoroaſtres Sole duodecim partes Scorpionis tranſgreſſo, cum Luna eſſet in Tauro. Sequitur huc dilata & maxima indigens cura de tempore fruges ſerendi quæſtio, magnaque ex parte ratione ſiderum connexa. Quamobrem ſententias omnium in primis ad id pertinentes exponemus. Heſiodus, qui [5] princeps omnium de agricultura præcepit, unum tempus ſerendi tradidit à Vergiliarum occaſu. Scribebat enim in Bœotia Helladis, ubi ita ſeri diximus. Inter diligentiſſimos convenit, ut in alitum quadrupedumque genitura, eſſe quoſdam ad conceptum impetus & terræ: Hos Græci ita definiunt, cum ſit calida & humida. Virgilius triticum & far à Vergiliarum occaſu ſeri jubet, hordeum inter æquinoctium autumni & brumam: viciam vero, faſeolos & lentem, Boote occidente: Quo fit, ut horum ſiderum aliorumque [c] exortus & occaſus [6] digerendi ſint

1 Macrum enim ſolum niſi rarum. *Ch.*

2 ex uno ſemine frut. *Ch.*

3 aut in. *Dal.*

4 iis Actius. *V.* his Artius. *Ch.*

5 primus hominum. *Ch. in emend.*

6 dirigendi. *Ch.*

a *In ſoluta terra & nuda & ſicca & læta.*] Duo illa verba, *& nuda*, non ſunt in vetere exemplari. *Pint.*

b *Segetem ne defruges.*] Cato cap. 5. Ubi & Fulv. Urſ. varias affert lectiones, præſentique conſimilem ex Columel. *Dalec.*

c *Exortus eſt occaſus, &c.*] Hieme ſicca & ſuda, vere pluvio & humido fœcundam ſegetem eſſe monſtrat hoc carmen veteris Poëtæ apud Feſtum:

Hiberno pulvere, verno luto, grandia farra Camille metes.

Expreſſit & Virgilius illam ſententiam his

ſint in ſuos dies. Sunt qui & ante Vergiliarum occaſum ſeri jubeant, duntaxat in arida terra, calidiſque provinciis: [a] Cuſtodiri enim ſemen corrumpente humore, & à proximo imbre uno die erumpere. Alii ſtatim ab occaſu Vergiliarum ſequi imbres, à ſeptimo fere die. Aliqui in frigidis ab æquinoctio autumni: in calidis ſerius, ne ante hiemem luxurient. [b] Inter omnes autem convenit circa brumam ſerendum non eſſe, magno argumento: quoniam [1] hiberna ſemina, cum ante brumam [2] nata ſint, ſeptimo die erumpant: ſi poſt brumam, vix quadrageſimo. Sunt qui properent atque ita pronuncient, feſtinatam ſementem ſæpe decipere, ſerotinam ſemper. E contrario alii, vel vere potius ſerendum, quam [3] male in autumno. Atque ubi fuerit neceſſe, [c] inter Favonium & vernum æquinoctium. Quidam omiſſa [4] cœleſti cura, ut inutili, temporibus definiunt. Vere linum & avenam, & papaver: atque uti nunc [5] etiam tranſpadani ſervant, uſque [d] in Quinquatrus: fabam, ſiligine

Novem-

1 Abundare hanc dictionem autumat Ful. Urſin. ad Varr. pag. 46.
2 ſata ſunt. M.
3 malo autumno. Ch.
4 cœl. ſubtilitate, temp. ſerunt. Ch.
5 etiam, & in Ch. d.

his verſibus:

---- hiberno latiſſima pulvere farra,
Lætus ager, nullo tantum ſe Mœſia cultu
Jactat, & ipſa ſuas mirantur Gargara meſſes.

Cato: *Agro ſicco per ſementim, læto per ver.* Plutarch. in Quæſt. nat. Διὰ τί λέγεται, σῖτον ἐν πηλῷ φυτεύετε, τὴν ἢ κριθὴν ἐν κόνει; Ratio eſt, quod πυροφόρος χώρα πίων καὶ βαθεῖα, κριθοφόρος δὲ μᾶλλον λεπτόγεως. Camillus, παῖς ἀμφιθαλὴς, puer patrimus matrimuſque. *Dalec.*

a *Cuſtodiri enim ſemen corrumpente humore, & à proximo imbre uno die erumpere.*] Scribo, *cuſtodiri enim ſemen incorruptum ut horreo, & à proximo imbre, &c.* Columella lib. 2. cap. 8. *Sed ſi quod evenit, nonnunquam ſeri ſunt imbres, quamvis ſitienti ſolo recte ſemen committitur: idque etiam in quibuſdam provinciis ubi ſtatus cœli talis eſt, uſurpatur. Nam quod ſicco ſolo ingeſtum & inoccatum eſt, perinde ac ſi repoſitum in horreo non corrumpitur: atque ubi venit imber, multorum dierum ſementis uno die ſurgit.* Pintian.

b *Inter omnes autem convenit circa brumam ſerendum non eſſe.*] Legendum videtur alterutro modo, aut, *citra brumam ſerendum eſſe* aut *ultra brumam ſerendum non eſſe.* M. Varro lib. 1. cap. 34. *Poſt brumam niſi qua neceſſaria cauſa coëgerit non ſerere: quod tantum interſit ut ante brumam ſata quadrageſimo die vix exeant.* Idem.

c *Inter Favonium.*] Spirare is incipit circa 7. aut 8. Februarii. Lugdunenſes vocant *le vent fueillet*, quod arborum folia eliciat. *Dalec.*

d *In Quinquatrus.*] Celebrantur in honorem Minervæ per quinque dies eæ feriæ, XV. Calend. April. Poſtremus dies Tubiluſtrium vocabatur. *Idem.*

a *Miſceri*

[1] Novembri mense: far Septembri extremo usque in Idus Octobris. Alii post hunc diem in Calendas Novembris. Ita his nulla naturæ cura est: illis nimia, & ideo cæca subtilitas: cum res inter rusticos geratur, literarumque expertes, non modo siderum. [2] Et confitendum est, cœlo maxime constare ea: quippe Virgilio jubente prædisci ventos ante omnia ac siderum [3] mores, [4] neque aliter, quam navigantibus, servari. Spes ardua & immensa, [a] misceri posse cœlestem divinitatem imperitiæ: sed [5] tentanda tam grandi vitæ emolumento. [6] Prius tamen sideralis difficultas, quam sensere etiam periti, subjicienda contemplationi est: [7] quod deinde lætior mens discedat à cœlo, & [8] facta sentiat, quæ futura prænosci non possint.

1 Novembre. Cb.
2 sed conf. V.
3 moras. V.
4 non aliter. V.
5 contemplanda tamen. M.
6 Plus. M.
7 quo. M. & Cb.
8 fœta. Cb.

CAP. XXV.

[b] *Digestio siderum in noctes & dies.*

PRimum omnium dierum ipsorum anni, solisque motus prope inexplicabilis ratio est. Ad CCCLXV. adjiciunt etiamnum [9] intercalarios diei noctisque quadrantes. Ita fit, ut tradi non possint certa siderum tempora. Accedit confessa rerum obscuritas, nunc præcurrente, nec paucis diebus, tempestatum [10] significatu, [c] quod prochimazin Græci vo-

9 interscalarios. M.
10 significatione. M.

a *Misceri posse cœlestem divinitatem imperitiæ.*] Addendum verbum *rusticæ*, ex codice scripto, *imperitiæ rusticæ*. Pintian.

b *Digestio siderum in.*] Columel. c. 2. lib. 11. *Dalec.*

c *Quod* προχειμάζειν *Græci vocant: nunc post veniente, quod* ἐπιχειμάζειν: & *plerunque alias citius, alias tardius cœli effectu ad terram deciduo, vulgo serenitate reddita confectum sidus audimus.*] Non aliter *confectum sidus* dici solebat, quam ubi tempestas, quæ sideris erat effectus, deciderat, ac desævierat, &c. ἐπιχειμάζειν vocat cum tempestatis significatio, post sidus venit. *Salmasius* pagina 425. b. *Quod prochimazin Græci vocant.*] Προχειμάζειν Festus dicit *præsiderare*, cum maturius & ante sideris tempus hiberna tempestas præcurrit: ἐπιχειμάζειν, cum post venit. Itaque cum à sideribus oriri videantur tempestates, ubi hæ præteriere & sua cœlo reddita est serenitas, confectum sidus dicitur. Turneb. cap. 10. lib. 3. Advers. *confectum sidus* & auctor posthac dicit cap. 28. cum Solstitium peractum est, & supra c. 41. lib. 2. *Dalec.*

a Inter-

ci vocant: nunc postveniente, quod ephichimazin: & plerunque alias citius, alias tardius cœli effectu ad terram deciduo: [1] unde vulgo serenitate reddita, confectum sidus audimus. Præterea cum omnia hæc statis sideribus cœloque affixis constent, [a] interveniunt [2] motu stellarum grandines, imbres, & ipsi non levi effectu, ut docuimus, turbantque conceptæ spei ordinem. Idque ne nobis tantum putemus accidere, & reliqua fallit animalia sagaciora circa hoc, ut quo vita eorum constet: æstivasque alites præposteri aut præproperi rigores necant, hibernas æstus. Ideo Virgilius errantium quoque siderum rationem ediscendam præcipit, admonens observandum frigidæ Saturni stellæ transitum. Sunt qui certissimum veris indicium arbitrentur ob infirmitatem animalis, papilionis proventum. Id eo ipso anno, cum commentaremur hæc, notatum est, [b] proventum eorum ter repetito frigore extinctum, advenasque volucres ad VI. Calendas Februarii [3] spem veris attulisse, mox sævissima hieme conflictatas. Res anceps primum omnium à cœlo peti legem, deinde eam argumentis esse quærendam. Super omnia est mundi [4] convexitatis, terrarumque globi differentia, eodem sidere alio tempore aliis aperiente se gentibus: quo fit ut causa ejus non iisdem diebus ubique valeat. Addidere difficultatem & auctores diversis in locis observando, mox etiam in iisdem diversa prodendo. Tres autem

1 unde, in M. d.

2 motus stel. grandinum, imbrium. M.

3 speciem. V.

4 convexitas. M.

a *Interveniunt motu stellarum grandines.*] Lege, *Interveniunt motus stellarum, grandinum, imbrium, & ipsi non levi effectu.* interveniunt motus stellarum, qui & ipsi non levem effectum habent grandinum & imbrium: nam licet siderum motus majore effectu sint, non levi tamen & ipsi sunt stellarum motus, in excitandis imbribus & grandinibus. *Salmas.* pag. 426. 2.

b *Proventum eorum ter repetito frigore extinctum.*] Elegantius & magis ex consuetudine Pliniana casu auferendi, *proventu eorum ter repetito frigore extincto*, & verba quæ paulo ante præcedunt, *Ob infirmitatem animalis*, non esse Pliniana existimo, sed expositionem super verbum *extincto*. Pint.

autem fuere ſectæ, [a] Chaldæa, Ægyptia, Græca. His addidit apud nos quartam Cæſar Dictator, annos ad Solis curſum redigens ſingulos, Soſigene perito ſcientiæ ejus adhibito. Et ea ipſa ratio poſtea comperto errore correcta eſt: ita ut XII. annis continuis [b] non intercalaretur, quia [1] cœperat ſidera annus morari, qui prius antecedebat. Et Soſigenes ipſe trinis commentationibus, quanquam diligentior [2] eſſet cæteris, non ceſſavit tamen addubitare, ipſe ſemet corrigendo. Auctores prodidere ea, quos prætexuimus volumini huic, raro ullius ſententia cum alio congruente. Minus hoc in reliquis mirum, quos diverſi [3] excuſaverint tractus. Eorum qui in eadem regione diſſedere, unam diſcordiam ponemus exempli gratia: Occaſum matutinum Vergiliarum Heſiodus (nam hujus quoque nomine extat Aſtrologia) tradidit fieri, cum æquinoctium autumni conficeretur: Thales vigeſimoquinto die ab æquinoctio: Anaximander vigeſimo nono: Euctemon XLVIII. Nos ſequemur obſervationem Cæſaris: [c] maximeque hæc erit Italiæ ratio. Dicemus tamen & aliorum placita: quoniam non unius terræ, ſed totius naturæ interpretes ſumus, non auctoribus poſitis (id enim verboſum eſt) ſed regionibus: [4] ut legentes tantum meminerint, brevitatis gratia, cum Attica nominata fuerit, ſimul intelligere Cycladas inſulas: cum Macedonia, Magneſiam, Thraciam: cum Ægyptus, Phœnicen, Cyprum, Ciliciam: cum Bœotia, Locridem, Phocidem, & finitimos ſemper tractus:

1 cœperant ſidera annum. V.

2 eſſet d. in Vet.

3 excuſaverunt. M

4 ut d. in Vet.

a *Chaldæa, Ægyptia, Græca.*] Vitruv. cap. 7. lib. 9. Cicero lib. 1. de divinat. *Dalec.*

b *Non intercalaretur.*] De hac obſervatione vide Alex. ab Alex. cap. 23. lib. 5. *Idem.*

c *Maximeque hæc erit Italiæ ratio, dicemus tamen & aliorum placita. Id quoniam non unius, &c.*] Dele conjunctionem *que*, & pronomen *id*, ex Vet. lectione. *Pint.*

2 Nota

tractus: cum Hellespontus, [1] Cherronesum, & continentia usque Atho montem: cum Ionia, Asiam, & insulas Asiæ: cum Peloponnesus, Achaiam, & ad [2] Hesperum jacentes terras. Chaldæi Assyriam & Babyloniam demonstrabunt. Africam, [3] Hispanias, Gallias sileri non erit mirum. Nemo enim observavit in iis, qui siderum proderet exortus. Non tamen difficili ratione dignoscentur in illis quoque terris digestione circulorum, quam in sexto volumine fecimus: [4] qua cognatio cœli, non gentium modo, verum urbium quoque singularum intelligitur, [a] nota ex his terris, quas nominavimus, sumpta convexitate circuli, pertinentis ad quas quisque quæret terras, & ad earum siderum exortus, per omnium circulorum pares umbras. Indicandum & illud, tempestates ipsas [b] ardores suos habere quadrinis annis: & easdem non magna differentia reverti ratione Solis: octonis vero augeri easdem, centesima revolvente se Luna. Omnis autem ratio observata est tribus modis, exortu siderum occasuque, & ipsorum temporum [c] cardinibus. Exortus occasusque binis modis intelliguntur. Aut enim adventu Solis occultantur [d] stellæ & conspici desinunt, aut ejusdem abscessu proferunt se. [e] Emersum hoc melius, quam exortum consuetudo dixisset: & illud occultationem potius, quam occasum. [f] Alio modo, [5] quo die incipiunt apparere vel desinunt, oriente Sole, aut occi-

1 Chersonesum. M.

2 vesperam. M.

3 Hispaniam. M.

4 quoniam cognitio. M.

5 cum die. Pint.

a *Nota ex his terris quas nominavimus, sumpta convexitate circuli pertinentis ad quas quisque quæret terras, & ad earum siderum exortus.*] Scribo, *Ergo ex his terris, quas nominavimus, sumpta convexitate circuli pertinentis ad quas quisque quæret terras, iidem erunt siderum exortus,* ex eadem. *Pint.*

b *Ardores suos habere quadrinis annis.*] Legendum reor *cardines*, non *ardores*, ut paulo post: *Cardo temporum quadripartita anni distinctione constat.* Idem.

c *Cardinibus.*] Solstitiis & æquinoctiis. *Dalec.*

d *Stellæ.*] Quæ illius exortum præcesserant. Occasus hic est Heliacus. *Idem.*

e *Emersum.*] Hic est ortus Heliacus. *Idem.*

f *Alio modo.*] Exortus & occasus dicuntur cosmici Astrologis. *Idem.*

a *Diebus*

occidente, matutini vespertinive cognominati, prout [1] alterutris eorum mane, vel crepusculo contingit. Dodrantes horarum cum minimum, intervalla ea desiderant ante Solis ortum, vel post occasum, ut aspici possint. Præterea bis quædam exoriuntur & occidunt. Omnisque sermo de his est stellis, quas adhærere cœlo diximus. Cardo temporum quadripartita anni distinctione constat, per incrementa lucis. Augetur hæc à bruma, & æquatur noctibus verno æquinoctio diebus XC. horis tribus. Deinde superat noctes ad solstitium [a] diebus XCIII. horis duodecim, usque ad æquinoctium autumni. Et tum æquata die [b] procedit ex eo ad brumam diebus LXXXIX. horis tribus. Horæ nunc in omni accessione [c] æquinoctiales, non cujuscunque diei significantur: omnesque eæ differentiæ fiunt in octavis partibus signorum. Bruma Capricorni, ad [2] VIII. Calendas Januarii fere: æquinoctium vernum, Arietis: solstitium, Cancri: alterumque æquinoctium, Libræ: qui & ipsi dies raro non aliquos tempestatum significatus habent. Rursus hi cardines singulis etiamnum [d] articulis temporum dividuntur, per media omnes dierum spatia. Quoniam inter solstitium & æquinoctium autumni, [e] Fidiculæ occasus autumnum inchoat

[1] alterniter. M.

[2] XVIII. Dal.

a *Diebus 93. horis 12. usque ad æquinoctium autumni. Et tum æquata die.*] Scribe, *diebus 92. horis 12. Deinde diminuitur usque ad æquinoctium autumni diebus 91. horis 12. Et tum æquata, &c.* tum ex Plinio ipso hoc præsenti libro infra, numerante ab æquinoctio verno ad solstitium dies 91. & à solstitio ad æquinoctium autumnale 92. tum ex ratione calculi id deposcente. *Pint.*

b *Procedit ex eo ad brumam diebus 89. horis 3.*] Scribendum 92. non 89. alioqui non efficitur debita summa dierum anni 365. & horarum 7. astipulante etiam mox Plinio ipso. *Idem.*

c *Æquinoctiales.*] Duodecim, in quas diem prisci Romani diviserunt, quod ut Gal. scribit lib. de peccatorum cujusque cognitione, numerus ille sit commodissimus, quia dimidium contineat, duplum, quartum, sextum, duodecimum, quæ nullus alius, usque ad vigesimum quartum. Quamobrem in herciscunda hæreditate, ponderibus & mensuris, potius quam alius quivis usurpatus est. Magius cap. 15. 5. *Dal.*

d *Articulis temporum.*] Intervallis & sectionibus temporum. Varro à cap. 27. ad 37. lib. 1. *Idem.*

e *Fidiculæ occasus autumnum inchoat die 45.*]

2. Voss.

inchoat die quadragesimo quinto. At ab æquinoctio eo ad brumam, [a] Vergiliarum matutinus occasus hiemem die XLIII. Inter brumam & æquinoctium die XLV. flatus Favonii vernum tempus. [b] Ab æquinoctio verno initium æstatis die quadragesimo octavo. Vergiliarum [1] exortus matutinus. Nos incipiemus à sementibus frumenti, hoc est, Vergiliarum occasu matutino. Nec deinde parvorum siderum mentione concidenda ratio est, & difficultas rerum augenda, cum [c] sidus vehemens Orionis iisdem diebus [d] longo decedat spatio. [e] Sementibus [f] tempora plerique præsumunt, & ab undecimo die autumnalis æquinoctii fruges serunt, [g] adveniente Coronæ exortu, continuis diebus certo prope imbrium promisso. Xenophon antequam Deus signum dederit. Hoc [2] Cicero, Novembris imbre fieri interpretatus est, cum sit vera ratio non prius serendi, quam folia cœperint decidere. Hoc

1 exortu matutino.

2 Cicero NR. Cb. id est, noster. *Latinus, non externus. Sic c.6. l.19.* Varro noster.

die 45.] Verior lectio quorumdam exemplarium 46. Nam à solstitio ad æquinoctium autumni dies sunt 92. & statim ante dixit: *Rursus hi cardines singulis etiamnum articulis temporum dividuntur per media omnes dierum spatia.* Pint.

a *Vergiliarum matutinus occasus hiemem die 43.*] Lego 44. ex ipso Plinio lib. 2. 27. *Post id æquinoctium diebus fere quatuor & quadraginta Vergiliarum occasus hiemem inchoat.* Repetit hoc ipsum libro præsenti, infra. *Idem.*

b *Ab æquinoctio, &c.*] Legend. *Ab æquinoctio verno initium æstatis die quadragesimo octavo Vergiliarum exortu matutino.* Vide Salmas. p. 742. b. *Ab æquinoctio verno æstatis die 48. Vergiliarum exortus matutinus.*] Scribo *die 46.* non 48. Nam æquinoctium vernum Plinio in sequentibus est, 8. Calendas Aprilis, hoc est 25. die Martii, exortus autem Vergiliarum matutinus est 6. Idus Majas, hoc est 10. die Maji. Sunt ergo à 25. die Martii ad 10. diem Maji dies 46. Præterea ab æquinoctio verno ad solstitium dies sunt 92. quorum pars dimidia sunt 46. & ostendit paulo ante, cardines anni singulis etiamnum articulis temporum dividi per media omnes dierum spatia. *Pint.*

c *Sidus vehemens Orionis.*] Musæo θρασὺς ὠρίων, Homero ὄβριμος ὠρίωνος. Sic porro vocaverunt Poëtæ, quod Pleionem matrem Pleiadum eum persequi tradant, ut vim afferat. De Vergiliis vide cap. 41. lib. 2. *Dalec.*

d *Longo decedat spatio.*] *Decidat* non *decedat* in antiquo exemplari, hoc est, occidat. *Pint.*

e *Sementibus tempora.*] Leg. *Sementis tempora plerique præsumunt, &c. Xenophon antequam Deus signum dederit. Hoc Cicero noster imbre fieri interpretatus est, &c.* Salmas. 734. a.

f *Tempora plerique præsumunt.*] Varro cap. 34. lib. 1. Columel. cap. 2. lib. 11. *Dalec.*

g *Adveniente Coronæ exortu.*] Brevius in antiquo exemplari, *à Corona exortu.* Pintian.

a *Hoc*

[a] Hoc ipſo Vergiliarum occaſu fieri putant. [b] Aliqui ad III. Idus Novembris, ut diximus, ſervant: quoniam id ſidus etiam veſtis [1] inſtitoris eſt, & eſt in cœlo notatu facillimum. Ergo ex occaſu ejus de hieme augurantur, [c] quibus eſt cura inſidiandi negotiatoris [2] avaritia. Nubilo occaſu pluvioſam hiemem denuntiat: ſtatimque augent lucernarum pretia: ſereno aſperam, [3] & reliquarum veſtium accendunt. Sed ille indocilis [4] cœli agricola, hoc ſignum habeat inter ſuos vepres, humumque ſuam aſpiciens, cum folia viderit decidua. Sic indicatur anni temperies, alibi tardius, alibi maturius. Ita enim ſentitur, ut cœli locique [5] afficit natura: idque in hac ratione præcellit, quod eadem & in mundo publica eſt, & unicuique loco peculiaris. Miretur hoc, qui non meminerit ipſo brumali die pulegium [6] in carnariis florere: adeo nihil occultum eſſe natura voluit. Et ſerendi igitur hoc dedit ſignum. Hæc eſt vera interpretatio, argumentum naturæ ſecum afferens. Quippe [7] ſic terram peti ſuadet, promittitque quandam ſtercoris vicem, & [8] contra rigores terram flatuſque operiri à ſe nunciat, & monet feſtinare. Varro in fabæ utique ſatu hanc obſervationem cuſtodiri præcepit. Alii plena Luna ſerendam. Lentem vero à vigeſimo quinto ad trigeſimum. Viciam quoque iiſdem Lunæ diebus. Ita demum ſine limacibus fore. Quidam

1 inſtitutor. *M.* inſtitor. *V.*
2 avaritiæ. *V.*
3 & tum rel. *Dal.*
4 cœli d. in *V.*
5 efficit. *M.*
6 è coronariis. *V.* *Theoph. c.* 8. 1. *Cauſ. legitur tamen*, in carnariis, *c.* 6. *lib.* 19. *ſub finem.* & , ſuſpenſa in tectis, *c.* 41. *l.* 2.
7 ſic terra ſe peti.
8 con.rig. flat. operiri ſe. *M.*

a *Hoc ipſo Vergiliarum occaſu fieri putant. Aliqui ad tertium Idus Novembris, ut diximus, ſervant, quoniam id ſidus etiam veſtis inſtitoris eſt.*] Scribo, *Hoc ipſo Vergiliarum occaſu fieri putant aliqui, ad tertium Idus Novembris ut diximus. Servantque id ſidus etiam veſtis inſtitores*, ex eodem codice. Legere tamen mallem *hoc ipſum*, quam *hoc ipſo*, & *obſervant* potius, quam *ſervant*. Pint.

b *Aliqui ad* III. *Idus Novembris.*] Leg. *Aliqui ante diem tertium Idus*, &c. Sed quinam illi aliqui? Vide *Sal.* 736. 2. Sequentia lege: *Quoniam id ſidus veſtis inſtitor eſt.* quare hoc ſidus *veſtis inſtitorem* appellet, in ſequentibus explicat. Et in præcedentibus lege: *At ab æquinoctio ad brumam Vergiliarum matutinus occaſus die quadrageſimo quarto.* Vide *Salmaſ.* ibid. pag. 736. 2.

c *Quibus eſt cura inſidiandi negociatorum avaritia.*] Scribendum reor *negotiatoribus* non *negotiatoris*: & verbum *avaritia* falſo adjectum puto. *Pint.*

dam pabuli causa sic seri jubent, seminis autem vere. Est & alia manifestior ratio, mirabiliore naturæ providentia, in qua Ciceronis sententiam ipsius verbis subsignabimus,

[a] *Jam vero semper viridis, semperque gravata*
Lentiscus, triplici solita est grandescere fœtu:
Ter fruges fundens, tria tempora monstrat arandi.

Ex his unum hoc erit idem & lino ac papaveri serendo. Cato de papavere ita tradit. Virgas & sarmenta, quæ tibi [1] in satione superant, in segete comburito. Ubi eas combusseris, ibi papaver serito silvestre, quod in miro usu est melle decoctum ad faucium remedia. Visque somnifera etiam sativo. Et hactenus de hiberna semente.

1 incisioni supererunt. *M.*

CAP. XXVI.

Replicatio totius culturæ, & quid quoque mense in agro fieri oporteat.

VErum ut pariter omnis culturæ quoddam breviarium peragatur, eodem tempore convenit & arbores stercorare, accumulare item vineas: sufficit in jugerum opera: & ubi patietur loci ratio, arbusta ac vineas putare, seminariis solum bipalio præparare, incilia aperire, aquam de agro pellere, torcular

a *Jam vero semper viridis.*] Constant. in Geoponicis libro 11. ἡ δὲ σχῖνος τρεῖς καρποὺς φέρει, καὶ εἰ μὲν ὁ πρῶτος καρπὸς καλὸς γένηται, τὸν πρῶτον ἄροτον καλῶς καρποφορεῖν σημαίνει, ὁμοίως δὲ ἐπὶ τῶν ἄλλων. Aratus:

---- ἠδὲ μέλαιναι σχῖνοι ἀπείρητοι,
Τριπλόα δὲ σχῖνος κυΐει· τρισσαὶ δέ γε αὖξαι
Γίνονται καρποῖο, φέρει δέ τε σήματ' ἑκάστη.
Ἑξείης ἀρότῳ, καὶ γὰρ ἀροτήσιον ὥρην
Τριπλόα μείρονται μέσσην καὶ ἐπ' ἀμφότερ' ἄκρας:

Idem & de scilla, quam etiam ut Lentiscum σχῖνον vocant, prodidit Theophr. cap. 12. 7. hist. quod & rursum confirmat Aratus his verbis:

Ὅσσα δ' ἐπὶ σχίνῳ ἀροτὴρ ἐπιδέρκεται καρπῷ,
Τόσσα καὶ ἐν σκίλλῃς τεκμαίρεται ἄνθει λευκῷ.
Lentisci in fructu quod servat rusticus, albo
In flore & scilla servandum existimat idem. Dalec.

a *Bubu*

torcular [1] levare & recondere. A Calendis Novembris gallinis ova ſupponere nolito, donec bruma conficiatur. In eum diem ternadena ſubjicito æſtate tota, hieme pauciora, non tamen infra novena. Democritus talem futuram hiemem arbitratur, qualis fuerit brumæ dies, & circa eum terni: item ſolſtitio æſtatem. Circa brumam [2] pleriſque bis ſeptem halcyonum fœtura ventorum quiete [3] mollius cœlum: ſed & in his & in aliis omnibus ex eventu ſignificationum intelligi ſidera debebunt, non ad dies utique præfinitos expectari tempeſtatum vadimonia. Per brumam vitem ne colito. Vina tum defœcari, vel etiam diffundi Hyginus ſuadet, à confecta ea ſeptimo die, utique ſi ſeptima Luna competat. Ceraſa circa brumam ſeri. [a] Bubus glandem tunc aſpergi convenit in juga ſingula modios. Largior valetudinem infeſtat, & quocunque tempore detur, ſi minus XXX. diebus continuis data ſit, narrant verna ſcabie pœnitere. Materiei cædendæ tempus hoc dedimus. Reliqua opera nocturna maxime vigilia conſtant, cum ſint noctes tanto ampliores. Qualos, crates, fiſcinas texere: [b] faces incidere: ridicas præparare interdiu XXX. palos LX. in lucubratione veſpertina ridicas V. palos X. totidem antelucana. A bruma in Favonium [4] Cæſari nobilia ſidera ſignificant, tertio Calend. Januarii matutino Canis occidens. Quo die Atticæ & finitimis regionibus Aquila veſperi occidere traditur. Pridie Nonas Januarii Cæſari Delphinus matutino exoritur, & poſtero die Fidicula, quo Ægypto Sagitta veſperi occidit. Item ad VI. Idus Januarii ejuſdem Delphini veſpertino occaſu

1 lavare. M.

2 plerumque. V.

3 mollit. Vet. molliunt. M. ſub. dies 14.

4 Cæſar. nob. ſid. ſignificat. M.

a *Bubus glandem tunc.*] Cato cap. 54. Columel. cap. 2. lib. 11. in Octobri. *Dalec.*

b *Faces incidere.*] Et, ut ait Virgilius, inſpicare, id eſt, in ſpicæ modum fingere. *Idem.*

occasu continui dies hiemant [1] Italiæ, & cum Sol in Aquarium sentiatur transire, quod fere XVI. Calendas Februarii evenit: VIII. Calendas [a] stella regia appellata Tuberoni in pectore Leonis occidit matutino. Et pridie Nonas Februarias Fidicula vesperi. Hujus temporis novissimis diebus, ubicunque patietur cœli ratio, terram ad rosarum & vineæ satum vertere bipalio oportet. Jugero operæ LX. sufficiunt. Fossas purgare, aut novas facere. Antelucanis ferramenta acuere, manubria aptare, dolia quassa sarcire, ipsorumque [2] laminas scabendo purgare, aut novas facere. A Favonio [b] in æquinoctium vernum Cæsari significat XVII. Calendas Martii triduum [3] varie. Et VIII. Calendas [c] hirundinis visu, & postero die [d] Arcturi exortu vespertino. Item tertio Nonas Martii Cæsar [e] Cancri exortu id fieri observavit. Major pars auctorum Vindemiatoris emersu VIII. Idus Aquilonii piscis [4] exortu, & postero die [f] Orionis. In Attica [5] Milvium apparere observatur. Cæsar & Idus Martias ferales sibi annotavit Scorpionis occasu: XV. vero Calendas Aprilis Italiæ Milvum ostendi, duodecimo Calendas Equum occidere matutino. Hoc intervallum temporis [g] vegetissimum agricolis, maximeque operosum est, in quo præcipue falluntur. Neque enim eo die vocantur ad munia, quo Favonius flare debeat, sed quo cœperit. Hoc acri

1 Italiæ, cum sol in Aqu. sentitur transf. *Dal.*

2 lamas. *M.*

3 varium. *V.*

4 exortus. *Dal.*

5 Milvum. *Dal.*

a *Stella regia.*] Claram stellam Columella vocat, & occidere VI. Calend. Februarias tradit. *Dalec.*

b *In æquinoctium.*] Varro cap. 29. lib. 1. *Idem.*

c *Hirundinis visu.*] Ab hirundinis visu & Chelidoniam & Ornithiam olim Favonium vocaverunt. Supra cap. 47. lib. 2. *Idem.*

d *Arcturi exortu.*] Columel. oritur IX. Calend. Mart. *Idem.*

e *Cancri exortu id fieri.*] Variam tempestatem, nunc Africo flante, nunc Austro, nunc ventis Septentrionalibus, nunc Favonio. Columel. *Idem.*

f *Orionis.*] Sidus id Plautus in Amphitruone *Jugulam* vocat, quod ut ait Festus, cæteris fit amplior nucis juglandis magnitudine. Locus Plauti citatur cap. 8. lib. 2. *Idem.*

g *Vegetissimum agricolis.*] Opportunissimum, tempestivissimum ad obeunda ruris opera, [illegible]. *Idem.*

2 Non

acri intentione ſervandum eſt. Hoc illo menſe ſignum Deus habet, obſervatione minime fallaci aut dubia, ſi quis attendat. Unde autem ſpiret [1] iis ventus, quaque parte veniat, diximus ſecundo volumine, & dicemus mox paulo operoſius. Interim ab eo die (quiſquis ille fuerit) quo flare cœperit [a] non utique VI. Idus Februarii, [b] ſed ſive ante, quando prævernat, ſive poſt, quando hiemat: poſt eam diem, inquam, innumera ruſticos cura diſtringat, & prima quæque peragantur, quæ differri nequeunt. Trimeſtria ſerantur. Vites putentur, qua diximus, ratione. Oleæ curentur. Poma ſerantur inſeranturque. Vineæ paſtinentur. Semina digerantur, inſtaurentur alia. Harundines, ſalices, geniſtæ ſerantur cædanturque. [c] Serantur vero ulmi, populi, platani, uti dictum eſt. Tum & ſegetes convenit purgare, ſarrire hibernas fruges, maximeque far. Lex certa in eo, cum quatuor fibrarum eſſe cœperit. [d] Faba vero non antequam trium foliorum. Tunc quoque levi ſarculo purgare verius, quam fodere. Florentem utique XV. primis diebus non attingere. Hordeum niſi [2] ſicco ne ſerito. Putationem æquinoctio peractam habeto. Vineæ jugerum quaternæ operæ putant alligantque: in arbuſto ſingulæ operæ arbores XV. Eodem hoc

1 is ventus. *Alii.*

2 ſiccum ne ſarrito. *M.*

a *Non utique ſexto Idus Februarii.*] Legendum videtur VII. *Idus*, non VI. ex M. Varrone lib. I. cap. 23. & Columella lib. II. cap. 2. quorum traditionem videtur refellere. *Pint.*

b *Sed ſive ante quando prævernat, ſive poſt quando hiemat.*] *Quando prævernat*, id eſt, quando præmature ver incipit. *Quando hiemat*, hoc eſt, quando hiems nondum deſæviit. In priore verbo elegans eſt compoſitio: poſterius ex Græco χειμάζειν tranſlatum eſt. *Gelen.*

c *Serantur vero ulmi, populi, platani, uti dictum eſt.*] Lego *fraxini* non *platani*, tum quia ſuperius lib. 17. cap. 11. de populo, ulmo, fraxino diſſeruit; quem locum videtur hic demonſtrare, cum dicit, *Uti dictum eſt*, tum quia patet evidenter deſumptum ex Columella hunc locum lib. 11. cap. 2. *Populos*, inquit, *& ſalices & fraxinos prius quam frondeſcant, plantaſque ulmorum tunc ponere utile.* Porro verbum *vero* ſuperfluit ex codice antiquo. *Pint.*

d *Faba vero non antequam trium foliorum.*] Scribo, *faba vero non antequam quattuor digitorum*, ex Columella l. 11. cap. 2. his verbis: *Sed & faba eandem curam exigit, ſi jam coliculus ejus in quattuor digitos altitudinis creverit.* Idem.

hoc tempore hortorum rosariorumque cura est, quæ separatim [1] proximis voluminibus dicetur: eodem & topiariorum. Tunc optime scrobes fiunt. Terra in futurum proscinditur, Virgilio maxime auctore, ut glebas Sol coquat. Utilior sententia, quæ non nisi temperatum solum in medio vêre arari jubet: quoniam in pingui statim sulcos occupant herbæ, gracili insecuti æstus [2] exiccant: tum nanque succum venturis seminibus auferunt. Talia autumno melius arari certum est. Cato verna opera sic definit: [a] scrobes fieri, seminaria propagari in locis crassis & humidis: ulmos, ficos, poma, [3] oleas, [b] prata stercorari Luna sitiente: quæ rigua non erunt, ab afflatu Favonii defendi, purgari herbas, malas radicitus erui, [c] ficus interpurgari, seminaria [4] fieri, & vetera sarciri. [d] Hæc antequam vinea florere incipiat. [5] Itemque pyro florente arare incipiat macra harenosaque. [e] Postea utique gravissima & aquosissima: [6] ita postremo arato. Ergo hæc aratio has habebit notas, lentisci primum fructum ostendentis, ac pyri florentis. Erit & tertia [7] in bulborum satu scillæ. Item in coronamentorum narcissi; nanque & [f] hæc ter florent, primoque flore

1 proximo volumine. V.

2 exiccant, certumque succum futuris. V. exic. ideoque succum. Alii. V.

3 oleas feri, prata ster. Cato.

4 nova fieri. Ex Catone.

5 Ideinque. M. Itaque. V.

6 ista. V.

7 *Lege*, in coronamentorum satu, narcissi: item in bulborum scillæ. Namque & hæc ter florent, prim. &c. ostendit. *Ex Th. & Arato.*

a *Scrobes fieri, seminaria propagari.*] Vitiatissimus locus, & omissis non paucis verbis mutilatus. Monstrat hoc Cato ipse capite 40. *Per ver*, inquit, *hæc fieri oportet: sulcos & scrobes fieri: seminariis vitiariisque locum verti, vites propagari: in locis crassis & humectis ulmos, ficos, poma, oleas seri oportet.* Ex quibus verbis liquet paulo infra post verbum *oleas* addendam esse vocem *seri*. Pint.

b *Prata stercorari luna sitiente.*] *Silente* non *sitiente*, Cato ipse cap. L. *Idem.*

c *Ficus interpurgari.*] Scribe, *interputari.* Cato cap. L. *ficos interputato.* Eodem verbo usus est Varro lib. 1. cap. 30. *Oleam seri interputarique oportet.* Idem.

d *Hæc antequam vinea florere incipiat.*] Lege, *Hoc antequam vineam fodere incipias.* Cato cap. 50. *Seminaria facito & vetera resarcito. Hoc facito antequam vineam fodere incipias.* Idem.

e *Postea utique gravissima & aquosissima, ita postremo arato.*] Scribo *uti quaque*, non *utique*: & *crassissima* non *gravissima*. Cato eodem cap. 50. *Verno arare incipito & locā primum arato quæ siccissima erunt: & quæ crassissima & aquosissima erunt, ea postremum arato, dum ne prius obdurescant.* Idem.

f *Hæc ter florent.*] Lentiscum & Narcissum ter florere, nec verum est, nec aliquis scribit. Lentiscum autem constat, trino veluti conatu, quem concepit, fructum maturare & perficere. Id quod ostendit arandi tria tempora. *Dalec.*

a *Suenia*

flore primam arationem ostendunt, medio secundam, tertio novissimam, quando inter sese alia aliis notas præbent. Ac non in novissimis cavetur, ne fabis florentibus attingatur edera. Id enim noxium & exitiale ei est tempus. Quædam vero & suas habent notas, sicuti ficus. Cum folia pauca in cacumine acetabuli modo [1] germinent, tunc maxime serendas ficus. Æquinoctium vernum ad VIII. Calend. Aprilis peragi videtur. Ab eo ad Vergiliarum exortum matutinum, Cæsari significant. Calend. Aprilis III. Nonas Aprilis in Attica Vergiliæ vespere occultantur. Eædem postridie in Bœotia. Cæsari autem & Chaldæis Nonis, Ægypto Orion & gladius ejus incipiunt abscondi, Cæsari sexto Idus significatur imber Libræ occasu: decimoquarto Calend. Maji Ægypto [a] Suculæ occidunt vesperi, sidus vehemens, & terra marique turbidum, decimosexto Atticæ, XV. Cæsari, continuoque triduo significat. Assyriæ autem XII. Calend. hoc est vulgo appellatum sidus [b] Palilicium, quoniam XI. Calend. Maji urbis Romæ natalis, quo fere serenitas redditur, claritatem observationi dedit, nimborum argumento [c] Hyadas appellantibus Græcis has stellas. [d] Quod nostri à similitudine cognominis Græci propter sues impositum arbitrantes, imperitia appellavere Suculas. Cæsari ad

1 germinant, tunc max. serendæ fic. Dal.

a *Suculæ occidunt.*] Columellæ occidere incipiunt prid. Id. Aprilis: absconduntur vero prorsus XIV. Calend. Majas. *Dalec.*

b *Palilicium.*] A Palilicils feriis, quibus pastores Pali pabuli deæ sacrificabant, ut pecudes à morbis ea tueretur. *Idem.*

c *Hyadas.*] Hesiodo νύμφαι ἃς ὑάδας κικλήσκουσι φῦλ' ἀνθρώπων, sunt quinque Phæsole, Coronis, Cleis, Phæa, Eudora, Atlantis filiæ. Proclo vero Didocho septem & diversis nominibus: Stelæno, Sterope, Merope, Electra, Alcyone, Nasa, Taygeta. Vide Rhodig. cap. 16. 16. & supra cap. 39. lib. 2. *Hyadas* dictas putat Rhodig. cap. 6. 29. à forma Y. cujus imagine tauri frontem delineant. Vide cap. 8. lib. 2. *Idem.*

d *Quod nostri à similitudine cognominis.*] Verbum *quod*, puto delendum esse. *Pint.*

ri ad VIII. Calendas notatur dies. VII. Calend. Ægypto Hœdi exoriuntur: VI. Calendas Bœotiæ & Atticæ Canis vesperi occultatur. Fidicula mane oritur: V. Calendas Assyriæ Orion totus abscondi-tur, tertio autem Canis: VI. Nonas Maji Cæsari Suculæ matutino exoriuntur, & VIII. Idus Capella pluvialis. Ægypto autem eodem die Canis vesperi occultatur. Sic fere in VI. Idus Maji, qui est [a] Vergiliarum exortus, decurrunt sidera. In hoc temporis intervallo, XV. diebus primis agricolæ rapienda sunt ea, quibus peragendis ante æquinoctium non suffecerit, dum sciat inde natam exprobrationem fœdam putantium [1] vites per imitationem cantus [2] alitis temporarii, quem cuculum vocant. [b] Dedecus enim habetur, opprobriumque meritum, falcem ab illa volucre in vite deprehendi, ut ob id petulantiæ sales etiam cum [c] primo vêre ludantur. [d] Auspicio tamen detestabiles videntur. Adeo minima quæque in agro naturalibus trahuntur argumentis. Extremo autem hoc tempore panaci miliique satio est. Justum [3] est hoc seri maturato hordeo, atque etiam in eodem arvo. [e] Estque signum illius maturitatis, & horum sationis commu-

1 tum vites per initium cantus. *Dal.*

2 al. temporariæ, quam. V.

3 est, *in M. 4.*

a *Vergiliarum exortus.*] Nonis exoriuntur, sed hoc die totæ apparent. Columel. *Daiec.*

b *Dedecus enim habetur.*] Hoc sumptum est è dicacibus prætereuntium viatorum conviciis, quibus vinitores tanquam serius vitem colentes lacessunt in probrum ignaviæ & desidis otii. Ausonius in Mosella,

---- inde viator
Riparum subjecta terens, huic navita labens
Probra canunt seris cultoribus.

Turneb. cap. 7. lib. 2. Adv. Erasmus proverbio, *Cuculus*. Vide cap. 9. lib. 10. *Idem.*

c *Primo vere ludantur.*] Id est, ineunte, novo Virgil. *πρώτε καὶ νέε ἔαρος*: ut medio, vel adulto, *ἀκμάζοντος, μεσοῦντος*: provecto, senescente, extremo, prono, præcipiti, *παυομένε, λήγοντος, ἀπιόντος, φθίνοντος*. Summam hiemem, mediam brumam Cicero dixit pro lege Manilia. Hadrian. Junius cap. 19. lib. 1. *Idem.*

d *Auspicio tamen detestabiles videntur.*] Puto hæc verba adulterina esse. *Pintian.*

e *Estque signum illius maturitatis & horum sationis commune.*] In eodem; *Signum illius maturitati & horum sationi commune*, cætera desiderantur. *Idem.*

a *Cam*

commune, lucentes veſpere per arva cicindelæ. Ita appellant ruſtici ſtellantes volatus, Græci vero lampyridas incredibili benignitate naturæ.

CAP. XXVII.

Ne agricolæ aſpiciant ſtellas, ſed magis tempora ſerendæ frugis: & ortus occaſuſque ſideris, in quibuſdam herbis, & de ſtellarum ortu & occaſu.

JAM Vergilias in cœlo notabiles caterva fecerat: non tamen his contenta, terreſtres fecit alias, veluti vociferans: Cur cœlum [1] intuearis agricola? Cur ſidera quæras ruſtice? jam te breviore ſomno feſſum premunt noctes? Ecce tibi inter herbas tuas ſpargo [2] peculiares ſtellas, eaſque veſpere & ab opere disjungenti oſtendo: ac ne [3] poſſis præterire, miraculo ſolicito. Videſne ut fulgor igni ſimilis alarum compreſſu [4] tegatur, ſecumque lucem habeat & nocte? Dedi tibi herbas horarum indices: & ut [5] ne ſole quidem oculos tuos à terra avoces, heliotropium ac lupinum circumaguntur cum illo. Cur etiam nunc altius ſpectas, ipſumque cœlum ſcrutaris? Habes ante pedes tuos ecce Vergilias. In certis eæ diebus proveniunt, durantque fœdere ſideris hujúſce: partumque eas illius eſſe certum eſt. Proinde quiſquis æſtivos fructus ante illas ſeverit, ipſe fruſtrabitur ſeſe. Hoc intervallo & apicula procedens fabam florere indicat: fabaque floreſcens eam evocat. Dabitur & aliud finiti frigoris indicium. [a] Cum germinare videris morum, injuriam poſtea frigoris timere nolito. [b] Ergo opera, taleas olivarum ponere, ipſaſque oleas interradere, rigare prata æquinoctii diebus primis. Cum

1 intueris agr. Cur ſid. quæris. *M.*

2 ſpeculares. M.

3 poſſis præt. miraculi ſolicitudo, videſne. M.

4 ſubtegatur. M.

5 ne ſic quidem. M.

a *Cum germinare videris, &c.*] Theophraſt. c. 21. lib. 1. cauſ. *Dalec.*

b *Ergo opera.*] Varro cap. 30. & 31. lib. 1. Cato cap. 40. Columel. cap. 2. lib. 11. *Idem.*

a *Orientis*

Cum herba creverit in festucam, arcere aquas: vineas pampinare. Et huic lex sua, cum pampini quatuor digitos longitudine expleverint. Pampinat una opera jugerum. Segetes [1] iterare. Sarritur vero diebus viginti. Ab æquinoctio sartura nocere & vineæ & segeti æstimatur. Et oves lavandi hoc idem tempus est. A Vergiliarum exortu significant Cæsari postridie Arcturi occasus matutini, [2] tertio Idus Maji Fidiculæ exortus XII. Calendas Junii Capella vesperi occidens & in Attica Canis. XI. Calendas Cæsari [a] Orionis gladius occidere incipit: tertio Nonas Junii Cæsari & Assyriæ Aquila vesperi oritur: octavo Idus Arcturus matutino occidit: Italiæ sexto, & quarto Idus Delphinus vesperi exoritur, decimoseptimo Calendas Julii gladius Orionis oritur, quod Ægypto post quatriduum undecimo Calendas ejusdem Orionis gladius Cæsari occidere incipit. VIII. Calendas Julii vero longissima dies totius anni, & nox brevissima solstitium conficiunt. In hoc temporis intervallo vineæ pampinantur, curaturque ut vinea vetus semel fossa sit, bis novella. Oves tondentur: lupinum stercorandi causa vertitur: terra proscinditur: vicia in pabulum secatur: [b] faba metitur, deinde concutitur.

1 runcare. Sarriuntur. *Vu.*

2 & tert. *V.* quarto. *M.*

Cap. XXVIII.

De pratis & reparatione prati, & cotibus, & falcibus, & descriptio frugum & siderum.

[c] PRata circa Calend. Junii cæduntur, quorum facillima agricolis cura ac minimi impendii, hæc

a *Orionis gladius occidere.*] Paulo antea id fieri dixit XI. Calend. Junii. *Dalec.*

b *Faba metitur, deinde concutitur.*] Legendum ex scripto codice, *cuditur*, non *concutitur*, astipulante etiam Comici proverbio, *In me hac cudetur faba.* Pint.

c *Prata circa, &c.*] Cato cap. 50. & 53. Varro cap. 49. lib. 1. Colum. cap. 17. 18. 19. lib. 11. Palladius cap. 10. Septembris. *Dalec.*

hæc de ſe poſtulat dici. [a] Relinqui debent [1] in læto ſolo vel humido, vel riguo, eaque aqua pluvia rigari via publica. Utiliſſimum ſimul & herbæ arâre, deinde cratire, ſerere florem ex fœnilibus, atque ex præſepibus fœno dilapſum ſpargere, prius quam cratiantur. Nec primo anno rigari, nec paſci ante ſecunda fœniſecia, ne herbæ vellantur, obtrituque hebetentur. Seneſcunt prata, reſtituique debent faba in his ſata, vel rapis vel milio. Mox inſequente anno frumento, rurſuſque in prata tertio relinqui. Præterea quoties ſecta ſint, ſiciliri, hoc eſt quæ fœniſeces prætericrunt, ſecari. Eſt enim in primis inutile, enaſci herbas ſementaturas. Herba optima in prato trifolii, proxima graminis, peſſima [b] mimmuli: [c] ſiliqua etiam dira [2] fœniſecis inviſa [3] & [d] equiſelis eſt, à ſimilitudine equinæ ſetæ. Secandi tempus, cum ſpica defloreſcere [4] cœpit, atque roborari: [5] ſecandum, antequam inareſcat. Cato, fœnum, inquit, ne ſero ſeces, prius quam ſemen maturum ſit, ſecato. Quidam pridie rigant, ubi ſunt rigua. Noctibus roſcidis ſecari melius. Quædam partes [6] Italiæ poſt meſſem ſecant.

1 in riguo ſolo, vel læto, & humido, eaque aqua plu. rig. vel publ.
2 hærendo. *Vet.*
3 & equiſetis. *Vet.*
4 cœperit. M.
5 ſecundum. *Alii.*
6 Italiæ, *in M. d.*

a *Relinqui debent.*] Relinqui dicuntur prata, cum ſolum nec aratur, nec conſeritur, ſed ad herbæ, fœnique proventum ſummittitur. *Dalec.*

b *Mimmuli.*] Quidam *Mimmulum* eſſe volunt, herbam latis, longis, magnis, duris foliis, proceram, naſcentem in paludoſis pratis, quam vix boves comedunt, nedum equi. Ruſtici vocant *der Leches.* Genus ferme id Caricis eſt. Alii legunt *Nummulum*, & herbam eſſe putant, quam à rotunditate foliorum nummis pari etiamnum officinæ *Nummulariam* vocant, tam noxiam pecori, ut ea deguſtata oves ulceratis pulmonibus tabidæ intereant. Herbam & morbum rura vocant *La clavelée.* Idem.

c *Siliqua, &c.*] Vide cap. 13. lib. 26. Joannes Baptiſta Perſii interpres legit ex vetuſto codice, *duram, hærendo*: ac vulgatis ſæculo ſuo exemplaribus adnotavit ſcriptum fuiſſe: *dira ferendis.* Siliquam autem ononin vocat, quoniam ſemen latum fert in exiguis ſiliquis. Eſt autem moleſtiſſima fœniſecibus, quoniam & firmis duriſque ſtipitibus aciem falcis retundit, & rigidis ſpinis ſuis crura vulnerat. Scio tamen à Columella cap. 11. lib. 2. Siliquam vocari *fœnum Græcum.* Siliquam nonnulli ſiliquata omnia vocant, ut viciam, aphacam, quæ paulo laborioſius demetuntur. Colum. cap. 18. lib. 2. inter ea quæ pratis nocent, refert ſtirpes, ſpinas, herbas validioris incrementi, rubos, virgulta, juncos, intyba, ſolſtitiales ſpinas, quas quidam eſſe volunt *les Chauſſetrapes*: alii vero ſpinæ genus, quod provinciales vocant *Aureoles.* Idem.

d *Equiſelis eſt.*] Vide c. 13. l. 26. *Idem.*

ſecant. Fuit hoc quoque majoris impendii apud priores. Creticis tantum [a]tranſmariniſque cotibus notis, nec niſi oleo falcis aciem excitantibus. Igitur cornu propter oleum ad crus ligato fœniſex incedebat. Italia aquarias cotes dedit, limæ [1]vicem imperantes ferro. Sed aquaria [2]protinus viret. Falcium ipſarum duo genera, Italicum brevius: ac vel inter vepres quoque tractabile. Galliarum latifundia majoris compendii, quippe medias cædunt herbas, breviorefque prætereunt. [b][3]Italus fœniſex dextra una manu ſecat. Juſtum eſt una opera jugerum in die deſecari alligarique manipulos mille ducentos [4]quaterna pondo. Sectum verti ad ſolem, nec niſi ſiccum conſtrui oportet: niſi fuerit hoc obſervatum diligenter, exhalare matutino nebulam quandam, metaſque mox ſole accendi, & conflagrare certum eſt. Rurſus rigari deſecta oportet, ut ſecetur autumnale fœnum, quod vocant cordum. Interamnæ in Umbria quater anno ſecantur, etiam non rigua. Ter vero pleriſque in locis, & poſtea in ipſo pabulo non minus emolumenti eſt, quam à fœno. Armentorum id cura, jumentorumque progeneratio [c]ſuum cuique conſilium dabit optimum, maxime quadrigarum quæſtus. Solſtitium peragi in octava parte Cancri, & octavo Calendas Julii diximus. Magnus hic anni cardo, magna res mundi. [d]In hoc uſque à bruma dies creverunt ſex menſibus.

1 vice. M.

2 pr. viget. *Quidam, id eſt, aciem trahit* potius durat. *Alii.*

3 Itali fœniſeces dex. un. ma. ſecant. M.

4 quaternum pondo. *Alii.*

a *Tranſmariniſque cotibus.*] Ad barbaros eas ferre, tanquam illicitas merces prohibet *l Cotem §. illicitarum. ff. public.* Briſſonius c. 4. lib. 4. *Daleci.*

b *Italus fœniſex dextera una manu ſecat.*] Expendendum an *ima* potius quam *una* legi expediat. Nam quia paulo ante dixerat, in Galliæ latifundiis herbas medias ſecari, quod fieri nequit niſi ſublata & celſa manu, ideo ſubdit, *in Italia fœniſeces ima manu ſecant herbas.* Pint.

c *Suum cuique conſilium dabit optimum, maxime quadrigarum quæſtus.*] Scribo *ſuum cuique conſilium dabit, optimo maxime quadrigarum quæſtu.* Nam & antiquum exemplar *optimo* habet, non *optimum.* Idem.

d *In hoc uſque à bruma dies creverunt ſex menſibus. Sol ipſe ad Aquilonem ſcandens ac per ardua enixus.*] Aliter in eodem, *In hoc uſque tempus à bruma creſcunt dies, crevit & ſol ipſe; ac per ardua emenſus, &c.* quæ poſtrema verba vitioſiſſime ſcripta ſic pro tempore corri-

go.

ſibus. Sol ipſe ad Aquilonem ſcandens, ac per ardua eniſus, ab ea meta incipit flecti, & digredi ad Auſtrum; aucturus noctes aliis ſex menſibus, ablaturuſque diei menſuram. Ex hoc deinde rapiendi convehendique fructus alios atque alios tempus, & præparandi ſe contra ſævam feramque hiemem: decebatque hoc diſcrimen indubitatis notis ſignaſſe naturam. Quam ob rem eas manibus ipſis agricolarum ingeſſit, vertique juſſit ipſa die folia, & eſſe confecti ſideris ſignum; nec ſilveſtrium arborum remotarumque, [1] ne in ſaltus devios monteſque eundum eſſet quærentibus ſigna: non rurſus urbanarum, [2] quæque topiario tantum coluntur, quanquam & in his illa viſantur. [a] Vertit oleæ ante pedes ſatæ, vertit tiliæ ad mille uſus petendæ: vertit populi albæ etiam vitibus nuptæ. Adhuc parum eſt, inquit, ulmum vite dotatam habes, & hujus [3] verſam. Pabulo folia ejus ſtringis, vitem deputas. Aſpice, & tenes ſidus. Alia parte cœlum reſpiciunt, quam qua ſpectavere pridie. Salice omnia alligas, humillima arborum, ipſe toto capite altior: & hujus circumagam. Quid te ruſticum quereris? Non ſtat per me, quo minus cœlum intelligas, & cœleſtia ſcias. Dabo [4] & auribus ſignum. Palumbûm utique exaudi gemitus. Tranſiſſe ſolſtitium caveto putes, niſi cum incubantem videris palumbum. A ſolſtitio ad Fidiculæ occaſum [b] ſexto Calendas [5] Junii Cæſari Orion exoritur, zona autem ejus

1 ut. Pint. & M.

2 & quæ. M.

3 veterinorum pabulo verſa folia ſtringis, ſtringens vitem deputas. Aſpice & tenebris ſidus. *Vet.* ſtringens autem. *Alii.*

4 & ex avibus. *V. & M.*

5 Julii. (25. Junii.) *Varro c. 31. 1. Col. c. 2. 11. Hadr. Jun. ex Tabula Cæſaris dictat. c. 32. l. 6.*

go, *Crevit & ſol ipſe ac peractis ſex menſibus.* Cui correctioni videntur favere verba mox paulum ſequentia, *aucturus noctes aliis ſex menſibus.* Pint.

a *Vertit oleæ ante pedes.*] Eleganter hæc Plinius è c. 16. lib. 1. hiſt. Theoph. & c. 26. lib. 2. cauſ. *Dalec.*

b *Sexto Calendas Junii, &c.*] Leg. *Sexto Calendas Julii Cæſari Orion exoritur, Zona autem ejus quarto Nonas, Aſſyriæ: Ægypto vero procyon, &c. hoc eſt minorem canem, ut in aſtris pingitur, ad æſtum magnopere pertinens.* Προκύων Græcis μικρὸς κύων dicitur, *minuſculum canem* vocat Vitruvius. Ergo canicula Plinio qui Græcis προκύων, ſic dictus quod ante canem oriatur, vel quod indicet canis ortum. Vide *Salmaſ.* pag. 429. b. 430. a.

a *Sole*

ejus quarto Nonas Aſſyriæ, Ægypto vero Procyon matutino æſtuoſus: quod ſidus apud Romanos non habet nomen, niſi caniculam hanc velimus intelligi, hoc eſt, minorem canem: ſane ut in aſtris pingitur. Eſt autem magnopere pertinens, ſicut paulo mox docebimus: tertio Nonas Chaldæis Corona occidit matutino, Atticæ Orion totus eo die exoritur. Pridie Idus Julii & Ægyptiis Orion deſinit exoriri: [1] XVI. Calendas Auguſti Aſſyriæ [2] Procyon exoritur. Dein poſtridie, fere ubique confeſſum inter omnes ſidus indicans, quod Canis ortum vocamus, [b] Sole partem primam Leonis ingreſſo. Hoc fit [3] poſt ſolſtitium XXIII. die. Sentiunt id maria & terræ, multæ vero & feræ, ut [b] ſuis locis diximus. Neque eſt minor [c] ei veneratio, quam deſcriptis in Deos ſtellis. Accenditque ſolem, & magnam æſtus obtinet cauſam. XVIII. Calend. Auguſti Ægypto Aquila occidit matutino, Eteſiarumque prodromi flatus incipiunt, quod Cæſar X. Calendas ſentire Italiam exiſtimavit. Aquila Atticæ matutino occidit: [4] III. Calendas regia in pectore Leonis ſtella matutino Cæſari immergitur. VIII. Idus Aug. Arcturus medius occidit: III. Idus Fidicula occaſu ſuo autumnum inchoat, uti is adnotat: ſed [5] ut vera ratio id fieri invenit, ſexto Idus ejuſdem. In hoc temporis intervallo res ſumma vitium agitur, decretorio uvis ſidere illo, quod Caniculam [6] appellavimus. Unde

1 XVII. *Ch.*

2 Cheiron. *Tab. Caſ. Hadr. Jun. quod tamen ſuſpectum eſt.*

3 poſt triduum. *Tab. Caſ.*

4 nono. *Colum.*

5 ut, *in M. d.*

6 vocamus. *M.*

a *Sole partem primam, &c.*] Lege, *Sole partem primam Leonis ingreſſo, poſt ſolſtitium* XXIIJ. *die.* Salmaſ. p. 430. a.

b *Suis locis diximus.*] Cap. 40. lib. 2. & vina in apothecis c. 18. 14. *Dal.*

c *Ei veneratio.*] De ſidere Caniculæ & augurio canario vide multa apud Rhodig. c. 27. 17. Ejus augurii meminit Feſtus. Ceos quotannis ortum Caniculæ diligenter ſervare, conjecturamque capere, ut ſcribit Ponticus Heraclides, ſalubriſne, an peſtilens annus futurus ſit, tradit Cicero lib. 1. de Divinat. Cujus moris initia vide apud Victorium c. 21. 19. explicata ex interprete Apollonii 2. Argonaut. κέω δ' ἔπι νεῶ ἱερῆες ἀντολέων προπάροιθε κυνὸς ῥέζουσι θυηλάς. *Idem.*

a Feruit

Unde [1] carbunculare dicuntur, ut [2] quodam uredinis carbone exustæ. Non comparantur huic malo grandines, procellæ, [3] quæque nunquam annonæ intulere caritatem. Agrorum quippe mala sunt illa. Carbunculus autem regionum late patentium, non difficili remedio, nisi calumniari naturam rerum homines, quam sibi prodesse, mallent. [a] Ferunt Democritum, qui primus intellexit ostenditque cum terris cœli societatem, spernentibus hanc curam ejus opulentissimis civium, [b] prævisa olei caritate ex futuro Vergiliarum ortu, qua diximus ratione, [c] ostendemusque jam plenius, magna [4] tum vilitate propter spem olivæ, coëmisse in toto tractu omne oleum, mirantibus qui paupertatem & quietem doctrinarum ei sciebant in primis cordi esse. Atque ut apparuit causa, & ingens divitiarum cursus, [d] restituisse mercedem anxiæ & avidæ dominorum pœnitentiæ, contentum ita probasse, opes sibi in facili, cum vellet, fore. Hoc postea Sextius è Romanis sapientiæ affectatoribus Athenis fecit eadem ratione. Tanta literarum occasio est. Quas equidem miscebo agrestibus negotiis, quam potero, dilucide atque perspicue. Plerique dixere rorem inustum Sole acri, frugibus rubiginis causam esse, & carbunculi vitibus. Quod ex parte falsum arbitror, omnemque uredinem frigore tantum constare, sole innoxio. Id manifestum

1 carbunculari. *Dal.*
2 quadam carbonis uredine. *Dal.*
3 nec quæque unquam. *M.*
4 tunc. *M.*

a *Ferunt Democritum, qui primus intellexit, &c.*] Thaleti hoc, non Democrito tribuitur, ut Hermolaus probat ex Aristotele & Cicerone: potuissetque etiam citare Diogenem libro primo. *Pintian.*

b *Prævisa olei caritate ex futuro Vergiliarum ortu.*] Puto luxatum esse verborum ordinem, legendumque, *prævisa olei caritate futura ex Vergiliarum ortu.* quanquam verbum *futura* adjectitium puto. *Idem.*

c *Ostendemusque jam plenius.*] Vetus lectio *planius* non *plenius.* quod & rectius: quia sequitur paulo infra, *Quas equidem miscebo agrestibus negociis, quam potero, dilucide atque perspicue.* Idem.

d *Restituisse mercedem anxiæ & avidæ dominorum pœnitentiæ.*] Lego *mercem*, non *mercedem*, ex veteri lectione, & paulo post *Affectatoribus*, non *sectatoribus*, in eadem. & ita sane loqui magis Plinius consuevit. *Idem.*

ſtum fiet attendentibus. Nam primum omnium non hoc evenire, niſi noctibus & ante ſolis ardorem, deprehenditur, totumque lunari ratione conſtat: quoniam talis injuria non fit niſi interlunio, plenave luna, hoc eſt, prævalente: utroque enim habitu plena eſt, ut ſæpius diximus. Sed interlunio omne lumen, quod à ſole [1] accepit, cœlo regerit. Differentia utriuſque habitus magna, [2] ſed manifeſta: nanque interlunio æſtate calidiſſima eſt, hieme gelida. [3] E diverſo in plenilunio æſtate gelidas facit noctes, hieme tepidas. Cauſa evidens, ſed [4] alia redditur à Fabiano, Græciſque auctoribus. Æſtate enim interlunio neceſſe eſt, cum ſole nobis proximo circulo currat, igne ejus cominus recepto candens: eademque interlunio abſit hieme, quando abſcedit & Sol. Item plenilunio æſtivo procul abeat adverſa Soli: hieme autem ad nos per æſtivum circulum accedat. Ergo per ſe roſcida quoties alget, infinitum quantum illo tempore cadentes pruinas congelat. Ante omnia autem duo genera eſſe cœleſtis injuriæ meminiſſe debemus. Unum quod tempeſtates vocamus, in quibus grandines, procellæ, cæteraque ſimilia intelliguntur: quæ cum acciderint, [a] [5] vis major appellatur. Hæc ab horridis ſideribus exeunt, ut ſæpius diximus, veluti Arcturo, Orione, Hœdis. Alia ſunt illa, quæ ſilente cœlo ſereniſque noctibus fiunt, nullo ſentiente, niſi cum facta ſunt. Publica hæc, & magnæ differentiæ à prioribus, aliis rubigi-

1 accipit, cœlo regyrat. *M.*
2 Et. *V.*
3 E contrario. *M.*
4 alia quam. *V.*
5 cum plenilunio, acced. vi majore impelluntur. *Had. Jun.* *Legitur &*, vi majore impelluntur, *in Vet.*

a *Vis major appellatur.*] Vis major in frugibus & terræ fructibus *divina* Ulpiano dicitur *ff. de damno infecto. l. fluminum §. vitium autem.* Eidem calamitoſa tempeſtas *ff. de loc. & cond. l. ex conducto, eodem tit.* Cajus exponit τὴν θεῖαν. De hominibus id loquendi genus uſurpat Cicero pro Plancio, & Seneca libro quarto de benefic. *Vadimonium promittimus, tamen deſeritur: non in omnes datur actio: deferentem vis major excuſat, id eſt, inevitabilis neceſſitas.* Vide lexicon Stephani. Porro calamitoſam grandinem à dæmonibus immitti, ſcribit Theophraſt. cap. 9. lib. 5. Cauſ. *Dalecampius.*

a *Aliis*

rubiginem, aliis uredinem, [a] aliis carbunculum appellantibus, omnibus vero ſterilitatem. De his nunc dicemus, à nullo ante nos prodita, priuſque cauſas reddemus.

CAP. XXIX.

De tempeſtatibus utriuſque temporis, & remediis ſterilitatum.

DUÆ ſunt præter lunarem, pauciſque cœli locis conſtant. Namque Vergiliæ [1] privatim attinent ad fructus, ut quarum exortu æſtas incipiat, occaſu hiems, ſemeſtri ſpatio intra ſe meſſes vindemiaſque & omnium maturitatem complexæ. Eſt præterea in cœlo, qui vocatur lacteus circulus, etiam viſu facilis. Hujus defluvio, velut ex ubere aliquo, ſata cuncta lacteſcunt, duorum ſiderum obſervatione, Aquilæ in Septentrionali parte, & in Auſtrina Caniculæ, cujus mentionem ſuo loco fecimus. Ipſe circulus fertur per Sagittarium atque Geminos, Solis [2] centro bis æquinoctialem circulum ſecans, commiſſuras eorum obtinente hinc Aquila, illinc Canicula. Ideo effectus utriuſque ad omnes frugiferas pertinent terras: quoniam in his tantum locis Solis terræque [b] centra congruunt. Igitur horum ſiderum diebus, ſi purus atque mitis aër genitalem illum lacteumque ſuccum tranſmiſerit in terras, læta adoleſcunt ſata. [3] Si Luna, qua dictum eſt ratione, roſcidum frigus aſperſerit, ad-

miſta

1 primatum tenent. *V. Hadr. Jun. c. 22. l. 6.*

2 centrum infra æquin. *V.* centro vix æquin. *M.*

3 Sin. *Pint.*

a *Aliis carbunculum.*] *Caniculam* legit Turneb. cap. 23. lib. 24 Adverſar. eamque interpretatur ſiderationem & carbunculationem, qua ſata afflantur & ad ſterilitatem caſtrantur, cum Canicula inſana meſſes coquat, æſtuoſoque impetu ſuo omnia torreat. *Dalec.*

b *Centra congruunt.*] Orbis quo ſol vehitur, centrum habet aliud quam terra & ſuæ converſionis ſpatio inæqualiter à terra diſcedit. Solis vero centrum cum terræ centro congruit, quo momento fiunt æquinoctia. Æquinoctiorum enim principia, &, ut ajunt vulgo, puncta, centrum terræ Mathematici vocant, quoniam in his mediam terram æqualiter Sol dividit. *Idem.*

 a *Rubi-*

mista amaritudo, ut in lacte, puerperium necat. Modus in terris hujus injuriæ, quem [1] fecit in quacunque convexitate comitatus utriusque causæ. Et ideo non pariter in toto orbe sentitur, ut nec dies. Aquilam diximus in Italia exoriri ad XIII. Calendas Januarii. Nec patitur ratio naturæ quicquam in satis ante eum diem spei esse certæ. Si vero interlunium incidat, omnes hibernos fructus & præcoces lædi necesse est. Rudis fuit priscorum vita atque sine literis: non minus tamen ingeniosam fuisse in illis observationem apparebit, quam nunc esse rationem. Tria nanque tempora fructibus metuebant, propter quod instituerunt ferias, diesque festos, Rubigalia, Floralia, Vinalia. [a] Rubigalia Numa constituit anno regni sui XI. quæ nunc [2] aguntur ad septimum Calendas Maji, quoniam tunc fere segetes rubigo occupat. Hoc tempus Varro determinat Sole Tauri partem decimam obtinente, [3] sicut tunc ferebat ratio. Sed vera causa est, [b] quod post dies undeviginti ab æquinoctio verno, per id quatriduum, varia gentium observatione in IV. Calendas Maji, Canis occidit, sidus & per se vehemens, & cui præoccidere Caniculam necesse sit. Itaque iidem [c] Floralia quarto Calend. ejusdem instituerunt, urbis anno quingentesimo sextodecimo, ex oraculis Sibyllæ, ut omnia bene deflorescerent. Hunc diem Varro determi-

1 facit. *Dal.*

2 agunt. *Dal.*

3 sic. *V.*

a *Rubigalia.*] Varro cap. 1. lib. 1. agricult. *Dalec.*

b *Quod post dies undeviginti ab æquinoctio verno.*] Scribo *undetriginta*, non *undeviginti*. Nam æquinoctium vernum, ut supra ostensum est capite 36. conficitur 8. Calendas Apriles, hoc est 25. die Martii, à quo transactis 29. diebus occurret tibi 24. dies Aprilis: post quem ad quartum diem Calendas Majas, hoc est ad 28. diem Aprilis, reliqui sunt dies quatuor, quod est Plinii quatriduum. Opinor autem hæc verba alio ordine scribenda esse, hoc pacto: *Quod post dies duodeviginti ab æquinoctio verno in 4. Calendas Majas, id quatriduum varia gentium observatione Canis occidit.* Pintian.

c *Floralia quarto, &c.*] Floralia primus fecit Cajus Servilius, Caji filius, anno DXLV. anno eo magister equitum, dictatore T. Manlio Torquato, deinde ædilis curulis. Livius lib. 27. *Dalecampius.*

a *Vinalia.*]

terminat, Sole Tauri partem quartamdecimam obtinente. Ergo si in hoc quatriduum inciderit plenilunium, fruges,& omnia quæ florebunt, lædi necesse erit. [a] Vinalia priora, quæ ante hos dies sunt IX. Calendas Maji degustandis vinis instituta, nihil ad fructus attinent. Nec quæ adhuc diximus, ad vites oleasque, quoniam earum conceptus exortu Vergiliarum incipit ad VI. Idus Maji, ut docuimus. [b] Aliud hoc quatriduum est, quod neque rore sordere velint: exhorrent enim frigidum sidus Arcturi postridie occidens: & multo minus plenilunium incidere. IV. Nonas Junii iterum Aquila exoritur vesperi decretorio die florentibus oleis vitibusque, si plenilunium in eum incidat. Equidem & solstitium VIII. Calendas Junii simili causa duxerim, & Canis ortum post dies à solstitio XXIII. sed interlunio accidente, quoniam vapore constat culpa, acinique præcoquuntur in callum. Rursus pleni-

a *Vinalia*] Vinalia, dies quo Jovi calpar, id est, vinum novum demptum ex dolio sacrificii causa, offerebant his verbis apud Catonem, *Macte hocce vino inferio esto*, ne reliquum, unde calpar promptum fuerat, sacrum esset, eriperetur que humanis usibus, sed libato calpari religione solveretur. Vocabatur & id Sacrima præsertim cum polluxissent, & adolevissent suffimenta ex faba, & milio molito, sparsa mulso. Vinalia Græcis πιθοίγια, festus dies, inquit Proclus, quo doliis reseratis cum servis & mercenariis vini porum communicabant, precantes ἀβλαβῆ καὶ σωτήριον αὐτοῖς τὴν τοῦ φαρμάκου χρῆσιν, quemadmodum & Romani musto primum gustato dicebant boni omnis gratia, *Vetus novum vinum bibo, veteri novo morbo medeor.* Joannes Grammaticus πιθοίγια in mensem Ληναιῶνα, vel Λημαιῶνα incidere putavit, id est, Januarium. Fiebant vero Athenis undecima die Prostaterii. De his sequentes Hesiodi versus exponunt:

Ἀρχομένου δὲ πίθου, καὶ λήγοντος κορέσασθαι,
Μεσσόθι φείδεσθαι· δειλὴ δ᾽ ἐνὶ πυθμένι φειδώ.

Rhodig. cap. 25. 28. Plutarchus 3. Symp. τοῦ νέου οἴνου Ἀθήνησι μὲν ἑνδεκάτῃ μηνὸς κατάρχονται, πιθοίγια τὴν ἡμέραν καλοῦντες· καὶ πάλαι γε, ὡς ἔοικεν, εὐχόμενοι, τοῦ οἴνου πρὶν ἢ πιεῖν ἀποσπένδοντες, ἀβλαβῆ καὶ σωτήριον αὐτοῖς τοῦ φαρμάκου τὴν χρῆσιν γενέσθαι. Idem lib. 8. ejusdem: γλαῦκας δὲ ζῶον καὶ ἀφανίζεσθαι τοὺς ἐργάτας δεδιότας ὁρῶμεν. *Dal.*

b *Aliud hoc quatriduum est, quod neque rore sordere velint: exhorrent enim frigidum sidus Arcturi, &c*] Vetus codex, *Aliud hoc quatriduum est, quod neque rore sorbi develim, exhaurit enim frigidum sidus Arcturi.* Scribendum forte, *Aliud hoc quatriduum est quo neque rura herbida velim. Exurit enim, &c.* Pintian.

plenilunium nocet ad IV. Nonas Julii, cum Ægypto Canicula exoritur: vel certe XVI. Calendas Augusti cum Italiæ. [a] Item XIII. Calendas Augusti cum Aquila occidit, usque in x. Calendas ejusdem. Extra has causas sunt Vinalia altera, quæ aguntur ad decimumtertium Calendas Septembris. [1]Et Varro à Fidicula incipiente occidere mane, determinat, quod vult initium [b] autumni esse, & hunc diem festum tempestatibus leniendis institutum. Nunc Fidiculam occidere ad VI. Idus Augusti [2] servatur. Intra hæc constat cœlestis sterilitas. [c] Neque negaverim posse eam permutari arbitrio legentium, locorum æstimantium naturas. Sed à nobis rationem demonstratam esse satis est: reliqua observatione cujusque constabunt. Alterutrum quidem fore in causa, hoc est, plenilunium aut interlunium, non erit dubium. [d] Et in hoc mirabilem admirari benignitatem naturæ succurrit: jam primum hanc injuriam omnibus annis accidere non posse, propter statos siderum cursus: nec nisi paucis noctibus anni, idque quando futurum sit, facile nosci. Ac ne per omnes menses timeretur, earum

1 Varro & a. *M.*

2 observatur. *Pint.* ex *V.*

a *Item* 13. *Calendas Augusti cum Aquila occidit.*] Codices Parmensis impressionis, IV. legunt, non XIII. verius; subscribit iis vetus Arati Latinus interpres. Sed magis est ut 3. scribatur ex Columella lib. 11. cap. 2. Quod autem sequitur, *Usque in x. Calendas ejusdem*, scriptus codex aliter habet, *usque in Calendas easdem*, ut supra etiam notavimus. *Pint.*

b *Autumni esse.*] Autumnus ab augendo: unde & Græcis τελεσφόρος ὥρα, & Latinis *autumnitas*, fructuum proventus. Varro in Quinquatribus:

Cape ad hanc caducam Liberi mollem dapem
De fronde Bromiæ autumnitatis nobilem.

Nonius. *Scalig.* Autumnus, quasi Auctumnus, ut fartor, farctor, autor, auctor, sartor, sarctor. *Dalec.*

c *Neque negaverim posse eam permutari arbitrio legentium, locorum æstimantium naturas.*] Depravatissimus locus, imprimis verbum illud *arbitrio* expungendum reor, tanquam falso insertum. Reliqua sic scribo, *Neque negaverim posse ea permutare aigentium locorum æstuantiumque naturam.* nam & antiquum apographon *æstuantium* habet, non *æstimantium.* Pint.

d *Et in hoc mirabilem admirari benignitatem naturæ succurrit.*] Brevior & magis Pliniana ejusdem lectio: *Et in hoc mirari benignitatem naturæ succurrit.* cætera superfluunt. *Idem.*

a *Earum*

[a] earum quoque lege divisum, æstate interlunia præterquam biduo secura esse, hieme plenilunia: nec nisi æstivis brevissimisque noctibus metui, [1] diebus non idem valere. Præterea tam facile intelligi, ut formica minimum animal interlunio quiescat, plenilunio etiam noctibus operetur. Avem parram oriente Sirio, ipso die non apparere, donec occidat. [b] E diverso vireonem prodire ipso die solstitii. Neutrum vero Lunæ statum noxium esse, ne noctibus quidem, nisi serenis, & omni aura quiescente: quoniam neque in nube, neque in flatu cadunt rores: sic quoque non sine remedio. [c] Sarmenta, aut palearum acervos, & evulsas herbas fruticesque, per vineas camposque, cum timebis, incendito: fumus medebitur. Hic è paleis & contra nebulas auxiliatur, ubi nebulæ nocent. Quidam tres cancros vivos cremari jubent in arbustis, ut carbunculi non noceant. Alii siluri carnem [d] leviter uri à vento, ut per totam vineam fumus dispergatur. Varro auctor est, si Fidiculæ occasu, quod est initium autumni, uva picta consecretur inter vites, minus nocere tempestates. Archibius ad Antiochum Syriæ regem scripsit: [e] Si fictili novo obruatur rubeta rana in media segete, non esse noxias tempestates. [f] Opera rustica hujus intervalli, terram iterare, ar-

1 non diebus ita valere. *M.*

a *Earum quoque lege divisum.*] Scribendum reor *horarum* non *earum*: vocat enim *horas* quatuor illa anni tempora vulgo nota, ut alias dictum est. Correctionem hanc comprobant statim sequentia, *Æstate interlunia, hieme plenilunia.* Pint.

b *E diverso vireonem prodire ipso die solstitii.*] Scribo *chlorionem*, non *vireonem*, tum ex eodem exemplari, tum ex ipso Plinio, lib. 10. cap. 29. Aristoteles quoque lib. 9. cap. 22. de natura animalium *chlorionem* vocat. Theodorus *vireonem* vertit, unde nata est occasio depravandi Plinii. *Idem.*

c *Sarmenta.*] Columel. cap. 13. lib. de arboribus. *Dalec.*

d *Leviter uri à vento ut per totam vineam fumus dispergatur.*] Scribendum arbitror alio ordine: *leviter uri, ut à vento per totam vineam fumus dispergatur.* Pincian.

e *Si fictili novo obruatur rubeta rana.*] Ultimum verbum non esse auctoris existimo, sed expositionem præcedentis à lectore insertam. *Idem.*

f *Opera rustica, &c.*] Varro cap. 33. lib. 1. Columel. cap. 2. lib. 11. *Dal.*

re, arbores circunfodere, ubi æstuosa regio poscat, accumulare. Germinantia, nisi in solo luxurioso, fodienda non sunt. Seminaria purgari sarculo. Messem hordeaceam facere. [a] Aream ad messem [b] creta præparare, [c] Catonis sententia amurca [1] temperata, Virgilii operosius. Majore ex parte æquant tantum, & fimo bubulo dilutiore illinunt. Id satis ad pulveris remedium videtur.

1 temperatam. *M.*

CAP. XXX.

De messe, & tritico, & palea, & frumento servando.

MEssis ipsius ratio varia. Galliarum latifundiis [2] valli prægrandes dentibus in margine infestis, [d] duabus rotis per segetem impelluntur, jumento in contrarium juncto: ita direptæ in vallum cadunt spicæ: [e] stipulæ alibi mediæ falce præciduntur, [f] atque [3] inter duas mergites spica distringitur. Alibi ab radice vellunt: [4] quique id faciunt, pro-

2 *Lege ex Palladio, vehiculum prægrande, &c. impellitur, jum. in contr. jun. ita dir. in vehiculum cad. spi.*

3 iterum & defecta mergite. *Ex Varr.*

4 quod qui faciunt. *Vet.*

a *Aream ad messem creta præparare Catonis sententia amurca temperata.*] Scribo *terra*, non *creta*, ex Catone ipso cap. 128. *Aream ubi frumentum teratur sic facito: confodiatur minute terra, amurca bene conspergatur & combibat quam plurimum: comminuito terram, & cylindro aut pavicula coaquato, ubi coaquata erit, nec formicæ molestæ erunt, & cum pluet lutum non erit.* Ex his Catonis verbis conjicio verba Plinii hoc ordine concipienda esse: *Aream ad messem præparare terra amurca temperata, Catonis sententia.* Pint.

b *Creta.*] Quæ formicarum & herbarum inimica est, talparum venenum. Varro. *Dalec.*

c *Catonis, &c.*] Cap. 91. Columel. cap. 20. lib. 2. Varro cap. 51. lib. 1. Palladius c. 1. libri septimi. *Idem.*

d *Duabus rotis per, &c.*] Huic metendi industriæ plurimum lucis affert oratio Palladii magis dilucida & perspicua. *Idem.*

e *Stipulæ alibi media falce.*] Aliter Varro. *Falce*, inquit, *secundum terram succidunt stramentum, & manipulum quemque, ut subsecuerunt, ponunt in terra. Ubi eos fecerunt multos, iterum eos percensent, ac de singulis secant inter spicas & stramentum. Spicas conjiciunt in corbem atque in aream mittunt. Stramenta relinquunt in segete, unde tollantur in acervum.* Idem.

f *Atque inter duas mergites spica distringitur.*] Legendum reor, *Alibi inter duas mergas spica distringitur.* Columella lib. 2. cap. 21. *Sunt autem metendi genera complura. Multi falcibus vericulatis, atque his vel rostratis vel denticulatis, medium culmum secant: multi mergis: alii pectinibus.* De mergis autem Sextus Pompejus: *Mergæ furculæ sunt, quibus acervi frugum fiunt, dictæ à volucribus mergis, quia ut illi se in aqua mergunt dum pisces persequuntur, sic messores eas in frugis demergunt ut elevare possint manipulos.* Pint.

a Pectine

proſcindi ab ſe obiter agrum interpretantur, cum extrahant ſuccum. Differentia hæc, Ubi ſtipula domos contegunt, quam longiſſimam ſervant. Ubi fœni inopia eſt, ſtramento paleam quærunt. Panici culmo non tegunt. Milii culmum fere inurunt. Hordei ſtipulam bubus gratiſſimam ſervant. Panicum & milium ſingillatim [a] pectine manuali legunt Galliæ. Meſſis ipſa alibi [b] tribulis in area, alibi equarum greſſibus exteritur, alibi perticis flagellatur. Triticum, quo ſerius metitur, copioſius invenitur: quo celerius vero, hoc ſpecioſius ac robuſtius. Lex aptiſſima antequam granum indureſcat, & cum [1] jam traxerit colorem. Oraculum vero, biduo celerius meſſem facere potius, quam biduo ſerius. Siliginis & tritici [2] etiam ratio in area horreoque. Far, quia difficulter excutitur, convenit cum palea ſua condi: & ſtipula tantum, & ariſtis liberatur. Palea plures gentium pro fœno utuntur. Melior ea, quæ tenuior minutiorque & pulveri propior: ideo optima è milio, proxima ex hordeo, peſſima ex tritico, præterquam jumentis opere laborantibus. Culmum ſaxoſis locis cum inaruit, baculo frangunt ſubſtratu animalium. Si palea defecit, & culmus teritur. Ratio hæc: maturius deſectus, [3] muria diu reſperſus, dehinc ſiccatus in manipulos convolvitur, atque ita pro fœno bubus datur. Sunt qui accendant in arvo & ſtipulas, magno

1 jam rubicundum traxerit. *Columel.*

2 eadem. *Pint.*

3 muria diu reſpergitur. *Alii.* muria adſperſus. *M.*

a *Pectine manuali ſigillatim legunt Galliæ.*] *Manali* in antiq. Cod. non *manuali*, & alio ordine: *Panicum & milium ſigillatim pectine manali legunt Galliæ.* Pint. *Pectine manuali legunt, &c.*] Mergis & pectine quoſdam ſpicas legere, idque facillimum eſſe in rara ſegete, difficillimum in denſa, Columella ſcribit. *Pectinem manualem* auctor vocat manubrio affixum. Legendi illa ratio eſt, ut pectine ſubdito extans ſpica præſcindatur, quemadmodum fit in tondendo capillo. *Dalec.*

b *Tribulis.*] Tribulum Varroni, tabula ferro, vel lapide aſperata, quam inſidente auriga, vel addito grandi pondere gravatam juncta jumenta trahunt. Traha vero, ſive ploſtellum Phœnicum aſſerum compagem, & tabulatum dentatum cum orbiculis. In ea ſedet auriga, qui agitat trahentia jumenta. *Dal.*

gno [a] Virgilii præconio. Summa autem ejus ratio, ut herbarum ſemen exurant. Ritus diverſitatem magnitudo facit meſſium, & [1] caritas operarum. Connexa eſt ratio frumenti ſervandi. [b] Horrea [2] operoſa tripedali craſſitudine, pariete lateritio, exædificari jubent aliqui. Præterea ſuperne impleri, nec afflatus admittere, aut feneſtras habere ullas. Alii ab exortu tantum æſtivo, aut Septentrione, eaque ſine calce conſtrui, quoniam ſit frumento inimiciſſima. Nam quæ de amurca præceperint, indicavimus. [3] Alibi contra ſuſpendunt granaria lignea columnis, & perflari undique malunt, atque etiam à fundo. Alii omnino pendente tabulato extenuari granum arbitrantur: & ſi tegulis ſubjaceat, conſerveſcere. Multi [4] ventilari quoque vetant. Curculionem enim non deſcendere infra quatuor digitos, nec amplius periclitari. Columella & Favonium ventum conferre frumento præcipit: quod miror equidem, [5] ſicciſſimum alioqui. [c] Sunt qui [6] rubeta rana in limine horrei pede è longioribus ſuſpenſa, invehere jubeant. Nobis referre plurimum tempeſtivitas condendi videbitur. Nam ſi parum toſtum atque robuſtum collectum ſit, aut calidum conditum, [d] inimica innaſci neceſſe eſt: Diuturnitatis cauſæ plures. Aut in ipſius grani corio, cum eſt numeroſius, ut milio, aut ſucci pinguedine, [7] qui pro humore ſufficit tantum, ut ſeſamæ:

1 raritas operariorum. *M.*

2 operoſe & trip. *M. Lego*, & tripedalis craſſitudinis pariete.

3 *Fulv. Urſin. ad Varr. pag.* 59.

4 ventilare. *V.*

5 ſicciſſimo. *V.* ſicciſſimum locum quærenti. *Dal.*

6 rubetam ranam, &c. ſuſpenſam. *M.*

7 qui in tantum pro humore ſufficit.

a *Virgilii præconio.*]
Sæpe etiam ſteriles incendere profuit agros,
Atque levem ſtipulam crepitantibus urere flammis. Dal.

b *Horrea operoſa, &c.*] Columel. c.6. lib.1. Varro cap.57. lib. 1. Vitruvius c.9. lib. 6. *Idem.*

c *Sunt qui rubeta rana.*] Rurſus hic & ubicunque poſt octavum librum adjecta fuerit vox *rana*, perſuaſum habeo ſuperfluere. Neque enim eſt brevitatis Plinianæ, cum abunde in octavo deſcripſerit rubetam, ranam, toties in ſequentibus inculcare; *rubeta rana*, *rubeta rana*, quaſi de induſtria vellet tundere. *Pintian.*

d *Inimica innaſci neceſſe.*] *Vitia innaſci*, non *inimica*, archetypum noſtrum legit: cui ſubſcribit Plinius ipſe in calce hujus capitis, *Sed breviſſima obſervatio quod vitiis carere velis.* Idem.

2 *Abſin-*

ſamæ: aut amaritudine, ut lupino & cicerculæ. In tritico maxime creſcunt animalia, quoniam ſpiſſitate ſua concaleſcit, & furfure craſſo veſtitur. Tenuior hordeo palea, exilis & legumini: ideo non generant. Faba craſſioribus tunicis operitur, ob hoc efferveſcit. Quidam ipſum triticum diuturnitatis gratia aſpergunt amurca, mille modios quadrantali. Alii Chalcidica aut Carica creta, aut etiam [a] abſinthio. Eſt & Olynthi, ac Cerinthi Eubœæ terra, quæ corrumpi non ſinat. Nec fere condita in ſpica læduntur. Utiliſſime tamen ſervantur in ſcrobibus,* quos [b] ſiros vocant, ut in Cappadocia, & in Thracia. In Hiſpania & Africa, ante omnia ut ſicco ſolo fiant, curant: mox ut palea ſubſternatur. Præterea cum ſpica ſua [1] conduntur. Ita [2] frumenta ſi nullus ſpiritus penetret, certum eſt nihil maleficum naſci. Varro auctor eſt, ſic conditum triticum durare annis quinquaginta, milium vero centum. [c] Fabam & legumina in oleariis [3] cadis [d] oblita cinere, longo tempore ſervari. Idem fabam à Pyrrhi regis ætate, in quodam ſpecu Ambraciæ uſque ad piraticum Pompeii Magni bellum duraſſe, annis circiter centum viginti. Ciceri tantum nullæ beſtiolæ in horreis innaſcuntur. Sunt qui [4] urceis cinere ſubſtratis, [5] & illitis acetum habentibus, leguminum acervos ſuperingerant, ita non naſci maleficia credentes. [e] Alii qui in ſalſamenta-

1 condantur. *Pal.*
2 frumentis, &c. innaſci. *V.*
3 cadis oblitis. *Vet.*
4 orcis. *Pint.*
5 & pice illitis. *V.*

a *Abſinthio.*] Coriandrum & conyzam laudat Pallad. *Dalec.*

b *Siros.*] Colum. & Varro locis citatis, nimirum ſpeluncas, vel puteos ſubterraneos Cryptas Vitruvius appellat capite 8. libri 6. *Idem.*

c *Fabam & legumina.*] Theophraſt. cap. 10. lib. 8. hiſt. ad Apolloniam maris Ionii, fabam nullo pacto rodi ſcribit, & ideo quam diutiſſime ſervari. *Idem.*

d *Oblita cinere.*] Illitus è cinere fiebat, cinere in modum gypſi temperato, id eſt, aqua ſpiſſius diluto & commixto. Columel c. 43. l. 12. *Idem.*

e *Alii qui in ſalſamentariis cadis gypſo illinant: alii qui lentem aceto laſerpitiato reſpergant.*] Permuta locum verbi illius *lentem*, ut legas ſic: *Alii qui lentem in ſalſamentariis cadis gypſo illinant: alii qui aceto laſerpitiato reſpergant.* Columella lib. 2 cap. 10. de lente differens: *Tum in ſole ſiccata & radice ſilphii trita cum aceto aſpergatur, defricetur aque.* Ita

mentariis cadis gypso [1] illinant: alii, qui lentem aceto laserpitiato respergant, siccatamque oleo inungant. Sed brevissima observatio, quod vitiis carere velis, interlunio legere. Quare plurimum refert, condere quis malit, an vendere. Crescente enim luna frumenta grandescunt.

1 illinant. Aliqui len. ac. las. respergunt, sicc. ol. inungant. *M.*

CAP. XXXI.

De vindemia, & autumni temporibus.

SEquitur ex divisione temporum autumnus à Fidiculæ occasu ad æquinoctium, ac deinde Vergiliarum occasum, [a] initiumque hiemis. In his intervallis [2] significatur, pridie Idus Augusti Atticæ Equus oriens, vesperi Ægypto & Cæsari Delphinus occidens. XI. Calend. Septembris Cæsari & Assyriæ [b] stella, quæ [3] Vindemiator appellatur, exoriri mane incipit, vindemiæ maturitatem promittens. [c] Ejus argumentum erunt acini colore mutati. Assyriæ V. Calend. & Sagitta occidit, & Etesiæ desinunt. Vindemiator Ægypto Nonis exoritur. Atticæ Arcturus matutino, & Sagitta occidit mane. Quinto Idus Septembr. Cæsari Capella oritur vesperi. Arcturus vero medius pridie Idus, vehementissimo significatu terra marique per dies quinque. Ratio ejus hæc traditur: Si Delphino occidente

2 significant. *M.*

3 Antevindemiator. προτρυγητὴς Ptolem. προτρύγητος & Provindemiator *Vitr.* τρυγητὴς *Hesiod.*

Ita rursus in sole siccata & mox refrigerata condatur; si major est modus, in horreo: si minor, in vasis oleariis salsamentariisque. Quæ repleta cum confestim gypsata sunt, quandocumque in usus prompserimus, integra reperiemus. Pint.

a *Initiumque hiemis in, &c.*] Leg. *Initiumque hiemis. In his intervallis significant pridie Idus Augusti Atticæ equus exoriens, vesperi Ægypto, &c.* Vide Salmas. pag. 734. b.

b *Stella quæ Vindemiator appellatur.*] *Vindemitor*, non *Vindemiator* in V. C. Idem vitium mox paulo corrigendum. *Pintian.*

c *Ejus argumentum erunt acini colore mutati.*] Scribo, *Ejus argumentum erunt vinacea colore mutata.* Columella lib. 11. cap. 2. *Naturalis autem maturitas est, si cum expresseris vinacea, quæ acinis celantur, jam infuscata & nonnulla propemodum nigra fuerint. Nam colorem nulla res vinaceis potest afferre nisi maturitas, præsertim cum ita in media parte acinorum sint, ut & à sole æstuante & à ventis protegantur; humorque ipse non patitur ea præcoqui atque infuscari nisi suapte natura.* Idem.

cidente imbres fuerint, non futuros per Arcturum. Signum orientis ejus sideris servetur hirundinum [1]abitus, nanque deprehensæ intereunt. Decimosexto Calendas Octobris, Ægypto Spica, quam tenet Virgo, exoritur matutino, Etesiæque desinunt. Hoc idem Cæsari XIV. Calend. XIII. Assyriæ significant: & XI. Calendas Cæsari commissura Piscium occidens, ipsumque æquinoctii sidus VIII. Calend. Octobr. Deinde consentiunt (quod est rarum) Philippus, Callippus, Dositheus, Parmeniscus, Conon, Criton, [a] Democritus, Eudoxus, Ion, IV. Calend. Octobr. Capellam matutino exoriri, & III. Calendas Hœdos. Sexto Nonas Octobr. Atticæ Corona exoritur mane. [b] Asiæ & Cæsari V. Calend. Heniochus occidit matutino. Tertio Calendas Cæsari Corona exoriri incipit: & [c] postridie occidunt Hœdi vesperi. VIII. Idus Octobris Cæsari fulgens in Corona stella oritur. [2] Et III. Idus Vergiliæ vesperi. Idibus Corona tota. Sexto Calendas Novembr. Suculæ vesperi exoriuntur. Pridie Calendas Cæsari Arcturus occidit: & Suculæ exoriuntur cum Sole. Quarto Nonas Arcturus occidit vesperi. Quinto Idus Novembris gladius Orionis occidere incipit. Deinde III. Idus Vergiliæ occidunt. In his temporum intervallis opera rustica; [d] napos, raphanos serere, qui-

bus

1 abitu. *Vit.*

2 Et VI. Idus. *Colum.*

a *Democritus, Eudoxus, Ion.*] Postremum auctoris nomen redundat, ex codice antiquo. recte. nam cum cæteri hic citati in Indice & elencho libri memorentur, *Ionem* nequaquam invenies. *Pint.*

b *Asiæ & Cæsari 5. Calendas Heniochus occidit.*] Ex ratione ipsa calculi, etiam si refragentur cuncta exemplaria, legendum est utrobique *Nonas*, non *Calendas*. Sed confirmat id etiam Columella lib. 11. capite 2. *Idem.*

c *Postridie occidunt Hœdi vesperi.*] Scribo *oriuntur*, non *occidunt*. Columella lib. 11. cap. 2. *Pridie Nonas Octobris Hœdi oriuntur vesperi. Octavo Idus Octobres Corona clara stella oritur.* Quæ verba si cum Plinianis conferas, nihil desiderabis. *Idem*

d *Napos, raphanos serere quibus diximus diebus.*] Vetus codex non *napos, raphanos* legit, sed *panaphos*: ut forte scribi possit, *rapa, napos.* nam subdit: *vulgus agreste & rapa post discessum ciconiæ male seri putat.* Idem.

2 *Præce-*

bus diebus diximus. Vulgus agreste & rapa post ciconiæ discessum male seri putat. Nos omnino post Vulcanalia, [1] & [a] præcocia cum panico. A Fidiculæ autem occasu viciam, faseolos, pabulum, [2] hoc silente Luna seri jubent. Et frondis præparandæ tempus hoc est. Unus frondator quatuor frondarias fiscinas complere in die justum habet. Si decrescente Luna præparetur, non putrescit: Aridam colligi non oportet: [b] Vindemiam antiqui nunquam existimavere maturam ante æquinoctium: jam passim rapi cerno. Quamobrem & hujus tempora notis argumentisque signentur. Leges ita se habent: [3] Uvam calidam ne legito, hoc est, in [4] ejus siccitate, ac nisi imber intervenerit. Hanc ne legito rorulentam, hoc est, si ros nocturnus fuerit, [5] nec prius, quam sole discutiatur. Vindemiare incipito, [c] cum ad palmitem pampinus procumbere cœperit, aut cum exempto acino ex densitate [6] intervallum non compleri apparuerit, acinum non augeri. [d] Acino plurimum refert, si contingat crescente Luna [7] vindemiare. [e] Pressura una [f] culeos xx. implere debet. Hic est [g] pes justus.

1 Et matura frumenta. Colum.
2 & hoc fil. V.
3 Uvam calaridam. V.
4 ea. V.
5 non prius. V.
6 intervallo non completo. V.
7 vindemiari. M.

a *Præcocia.*] Matura frumenta. Columella, ut far, adoreum, & opacis locis triticum.

b *Vindemiam antiqui, &c.*] Varro cap. 54. lib. 1. Columella c.18. lib. 12. Cato 23. Palladius cap. 11. Septemb. *Dalec.*

c *Cum ad palmitem, &c.*] Cum vinacea, sive grana acinorum, fusca vel nigra fuerint. Pallad. *Idem.*

d *Acino plurimum refert, si contigat crescente luna vindemiare.*] *Acinos pluris refert, &c.* in vet. cod. *Pint.*

e *Pressura.*] Pressuram vocat, quantum uvarum in superposita cavea pedibus pressarum lacus vinarius accipit. *Dalec.*

f *Culeos.*] Culeus 20. amphoras continet, & urnas 40. Fannius:

Est & bis decies quem conficit amphora nostris
Culleus: hoc nulla est major mensura liquoris.

De mensuris liquidorum vide annotat. Philandri in cap. 9. lib. 6. Vitruvii. *Idem.*

g *Pes justus.*] *Pedem justum* dici arbitror, justam exactamque mensuram liquidorum, quæ omnes alias continet: (est enim culleus omnium vini mensurarum maxima) ad pedis similitudinem, qui justo modo inferiores alias mensuras colligit, nempe uncias, ut alii volunt, duodecim, ut alii, sedecim: non autem brisam, & vinaceorum scapos sive scipiones cum folliculis, quos pedem Columella vocat lib. 12. vulgo *le marc, la grappe, la geine. Idem.*

a *Unum*

ſtus. [1] Ad totidem culeos & lacus XX. jugeribus [a] unum ſufficit torculum. [b] Premunt aliqui ſingulis, utilius binis, licet magna ſit vaſtitas ſingulis. Longitudo in his refert, non craſſitudo. Spatioſa melius premunt: antiqui funibus vittiſque loreis ea detrahebant & vectibus. Intra centum annos inventa Græcanica, mali rugis [2] per cochleas bullantibus, palis affixa arbori ſtella, à palis arcas lapidum attollente ſecum arbore: quod maxime probatur. Intra viginti duos hos annos inventum, parvis prælis, & minori torculari, ædificio breviore, & malo in medio [3] decreto, tympana impoſita vinaceis ſuperne toto pondere urgere, & ſuper præla conſtruere [c] congeriem. Hoc & poma colligendi tempus, & obſervatio, cum aliquod maturitate, non tempeſtate, deciderit: hoc & fæces exprimendi: hoc & defrutum coquendi ſilente Luna noctu: aut ſi interdiu, plena. Cæteris diebus aut ante exortum Lunæ, aut poſt occaſum. Nec de novella vite aut paluſtri, nec niſi è matura uva, nec niſi foliis deſpumandum: quia ſi ligno contingatur vas, aduſtum ac fumoſum fieri putant. Juſtum vindemiæ tempus ab æquinoctio ad Vergiliarum occaſum dies XLIIII. Ab eo die [d] oraculum occurrit, [e] frigidum picari pro nihilo ducentium.

Sed

1 *Lego*, Ad totid. culleos xx. jugeribus unum ſufficit torculum & lacus (*ſub.* unus.) *Dal.*

2 prɶli cochleæ illabentibus pal. aff. arboris ſtella, cum prælo arcas lap. attol. ſurſum arb. *V.*

3 erecto. *V.*

a *Unum ſufficit torculum.*] Vitruvius cap. 9. lib. 6. Cato cap. 12. 13. 18. Columella cap. 6. lib. 1. Varro cap. 54. lib. 1. *Dalec.*

b *Premunt aliqui ſingulis.*] Torculum id Pœnicum eſſe volunt, cujus meminit Varro in Gerontodidaſcalo: *Vineis ubi amplacella, torculare Pœnicum.* Apud Nonium. *Idem.*

c *Congeriem.*] Vel tignorum vel lapidum, quorum gravitas ponderi addat. *Idem.*

d *Oraculum.*] Flexum, tortuoſum, ambiguum, perplexum dictum: quo præcipitur, poſt diem vindemiæ præſtitutum ſerum eſſe vaſa picare, & quæ vindemiæ uſui ſint comparare, cum antea prompta eſſe oporteat, ne moram ferat maturus fructus. Turneb. c. 34. 30. *Idem.*

e *Frigidum, &c.*] Frigido picare pro nihilo duci. Eo ſenſu, inutile eſſe, intempeſtivum & nihili vaſa, dolia fricare, radere, pice linire, ad excipiendum vinum præparare, cum jam cœlum frigidum eſſe incipit, ut Septembri menſe, cum autumnus initi: opus enim id ruſticum faciendum eſt adhuc æſtuoſo cœlo, longe antequam vindemiæ tempus advenerit. *Idem.*

a *Vina*

1 Lege, Sed tamen Calend. Novembr. &c. *Nec satis enim credibile, uvas non collectas in vinea durare posse ad Januarium usque mensem.* 2 Januarii vind. vidi, piscinisque defectu vasorum musta condi, & vina. *V.* 3 segnitia. *Vet.*

[1] Sed jam & Calend. [2] Januarii, defectu vasorum, vindemiantes vidi, piscinisque musta condi, aut [a] vina effundi priora, ut dubia reciperentur. Hoc non tam sæpe proventu nimio evenit, quam [b] [3] sævitia insidiantium caritati civili. Sed æqui patrisfamilias modus est, annona cujusque anni uti. Id peræque etiam lucrosissimum. Reliqua de vinis affatim dicta sunt. Item vindemia facta olivam esse rapiendam, & quæ ad oleum pertinent, quæque ad Vergiliarum occasum agi debent.

CAP. XXXII. [c] *De Lunari ratione.*

HIs, quæ sunt necessaria, adjicientur de Luna, ventisque & præsagiis, ut sit tota sideralis ratio perfecta. Namque [d] Virgilius etiam in numeros Lunæ digerenda quædam putavit, [e] Democriti secutus ostentationem. Nos legum utilitas, quæ in toto opere, in hac quoque movet parte. [f] Omnia quæ cæduntur, carpuntur, conduntur, innocentius decrescente Luna, quam crescente fiunt. [g] Stercus, nisi decrescente Luna, ne tangito.

a *Vina effundi priora.*] Cum apotheca plena est vini veteris, nec condendo musto vasa parata & vacua sunt. Turn. cap. 34. 30. *Dalec.*

b *Sævitia insidiantium caritati civili. Sed æqui patrisfamilias modus est annona cujusque anni uti*] Vetus codex: *sævitia insidiantium caritati civilis æqui. Patris familias modus est annona cujusque anni uti.* scribo, *sævitia insidiantium caritati. Civilis & æqui patrisfamilias modus est annona cujusque anni uti.* Posset etiam legi, *Civilis & æqui patrisfamilias modus est annona cujusque anni utilitate.* ut vilitas respondeat caritati, cui dixit quosdam insidiari. *Pint.*

c *De Lunari ratione.*] Varro cap. 37. lib. 1. *Dalec.*

d *Virgilius etiam in numeros, &c.*]
Ipsa dies alios alio dedit ordine Luna,
Felices operum quintam fuge, &c. 1. Georg. *Idem.*

e *Democriti sequutus ostentationem.*] Mirum est omissam hac in parte à Plinio Hesiodi mentionem, quem sequutum esse Virgilium in digestione quorundam operum in numeros Lunæ, ex primo Georgicon volumine notum est, & confirmat Servius grammaticus. Quare æstimandum hic est, legine debeat non *ostentationem*, sed *& Hesiodi rationem.* Pintian.

f *Omnia quæ cæduntur.*] Theophrast. cap. 1. lib. 5. histor. *Dalec.*

g *Stercus, nisi decrescente*] Hoc nimirum est, quod Germanicus Cæsar suis commentariis scribit in Aratum, augmenta detrimentaque Lunæ non solum terram sentire, sed & lapides, & cerebra, & lætamina, quæ Lunæ crementis ejecta vermiculos pariunt: Denique Lunæ crementis abscissa ligna furfuraceis tinearum terebramentis fistulascere. Hadrian. Jun. c. 20. 6. *Idem.*

a Quo-

gito. Maxime [1] intermenſtrua dimidiaque ſtercorato. Verres, juvencos, arietes, hœdos decreſcente Luna caſtrato. Ova Luna nova ſupponito. Scrobes Luna plena noctu facito. Arborum radices Luna plena operito. Humidis locis interlunio ſerito, & circa interlunium quatriduo. Ventilari quoque frumenta ac legumina, & condi circa extremam Lunam jubent. Seminaria, cum Luna ſupra terram ſit, fieri: Calcari muſta, cum Luna ſub terra. Item materies cædi, quæque alia ſuis locis diximus. Neque facilior eſt obſervatio ac jam dicta à nobis ſecundo volumine: ſed quod intelligere vel ruſtici poſſint, quoties ab occidente Sole cernetur, prioribuſque noctis horis lucebit, creſcens erit, & oculis dimidiata judicabitur: cum vero occidente Sole orietur ex adverſo, ita ut pariter aſpiciantur, tum erit plenilunium. [a] Quoties ab ortu Solis orietur, prioribuſque noctis horis detrahet lumen, & in diurnas extendet, decreſcens erit, iterumque dimidia. In coitu vero (quod interlunium vocant) cum apparere deſierit. Supra terras autem erit, quandiu & Sol, interlunio, & prima tota die: ſecunda, horæ noctis unius [b] dextante ſicilico: ac deinde tertia uſque ad quintamdecimam, multiplicatis horarum iiſdem portionibus: quintadecima tota ſupra terras noctu erit, eademque ſub terris tota die. Decimaſexta ad primæ horæ nocturnæ dextantem ſicilicum ſub terra aget, eaſdemque portiones horarum per ſingulos dies adjiciet uſque ad interlunium. Et quantum primis partibus noctis detraxerit, [2] quod ſub terris agat, tantun-

1 *De Luna intermenſtrua Fulv. Urſin. ad Varr. de re ruſt. lib. 1. cap. 37.*

2 quando ſub terris agit. *M.*

a *Quoties ab ortu ſolis orietur.*] Scribo *occaſu*, non *ortu*, hoc eſt poſt occaſum ſolis. *Pint.*

b *Dextante ſicilico.*] Cap. 14. lib. 2. Jucet dodrantes ſemuncias horarum. 2. *Voſſ.* Dextantem ſicilicum unius horæ. Budæus lib. 1. de Aſſe, decem uncias cum quarta unciæ parte interpretatur. *Dalec.*

tantundem noviſſimis ex die adjiciet ſupra terram. Alternis autem menſibus xxx. implebit numeros, alternis vero detrahet ſingulos. Hæc erit ratio lunaris.

CAP. XXXIII. [a] *De ventorum ratione.*

VEntorum paulo ſcrupuloſior. Obſervato Solis ortu quocunque libeat die, ſtantibus hora diei ſexta, ſic ut ortum eum à ſiniſtro humero habeant, contra mediam faciem Meridies, à vertice Septentrio erit. Qui ita limes per agrum currit, [b] cardo appellatur. Circumagi deinde melius eſt, ut umbram ſuam quiſque cernat: alioqui poſt hominem erit. Ergo permutatis lateribus, ut ortus illius diei à dextro humero fiat, occaſus à ſiniſtro, tunc erit hora ſexta, cum minima umbra contra medium fiet hominem. Per hujus mediam longitudinem duci ſarculo ſulcum: vel cinere lineam, verbi gratia, pedum viginti conveniet: mediamque menſuram, [c] hoc eſt in x. pede, circunſcribi circulo parvo, qui vocetur umbilicus. Quæ pars fuerit à vertice umbræ, hæc erit ventus Septentrionalis. Illo tibi putator arborum plagæ ne ſpectent, neve arbuſta vineæve, niſi in Africa, Cyrenis, Ægypto. Illinc flante ne arato, [d] quæque alia præcipimus. Quæ pars lineæ fuerit à pedibus umbræ, Meridiem ſpectans, hæc ventum Auſtrum dabit, quem à Græcis Notum diximus vocari. Illinc flatu veniente, materiam [1] vineamque agricola ne tractes. Humidus [2] aut æſtuoſus Italiæ eſt. Africæ

1 vinum. *Vet.*
2 & æſt. *Dal.*

a *De ventorum.*] Ariſt. cap. 3. lib. de mundo. Vitruvius. *Dalec.*

b *Cardo, &c.*] *Vitratus* veteribus, auctore Frontino, & *citratus*, quod ultro Septentrionem habeat, & citra Meridiem. *Idem.*

c *Hoc eſt in decimo pede.*] Melior lectio, *hac eſt in decimo pede*: ut ſit ſchema parentheſis. *Pint.*

d *Quæque alia præcipimus.*] Scribendum haud dubie *præcipiemus*, non *præcipimus*. reſervat enim præceptum in caput proximum, ut ex eo conſtabit. *Idem.*

a *Æſtate*

Africæ quidem incendia cum ſerenitate affert. In hunc Italiæ palmites ſpectent, ſed non plagæ arborum vitiumve. Hunc oliveti metator Vergiliarum quatriduo, hunc caveat inſitor calamis, gemmiſque inoculator. De ipſa regionis ejus hora præmonuiſſe conveniet. Frondem media die arborator ne cædito. Cum meridiem adeſſe ſenties paſtor, [a] æſtate contrahente ſe umbra, pecudem à Sole in opaca cogito. Cum æſtate paſces, in Occidentem [1] ſpecta ante meridiem, poſt meridiem in Orientem. Aliter noxium, [b] ſicut hieme & [2] vêre, ſi in rorulentum duceres. Nec contra Septentrionem paveris ſupra dictum. [c] Clodunt ita, lippiuntve ab afflatu, & alvo cita pereunt. [d] Qui fœmi-

1 ſpectent. V.

2 vêre, in rorulentum ducere. Ne con. Dal. ex M.

a *Æſtate contrahente ſe umbra, pecudem à ſole in opaca ducito.*] Aliter vetus codex, *Æſtate contrahente ſe umbra ſolis, pecudes in opaca ducito.* Pintianus.

b *Sicut hieme & vere ſi in rorulentum duceres. Nec contra ſeptentrionem paveris ſupradictum. Clodunt ita, lippiuntve ab afflatu & alvo cita pereunt.*] Morbum hunc lippitudinis ſeu gravedinis & alvi citæ, non flatui ſeptentrionis, ſed rori hiemis veriſque Columella tribuit lib. 7. cap. 3. Quapropter ſuſpicor verba hæc vitioſo ordine ab allucinante librario ſcripta eſſe, diſponendaque & legenda hoc modo; *ſicut hieme & vere ſi in rorulentum duceres, lippiunt enim & alvo cita pereunt. Ne contra ſeptentrionem paveris ſupradictum: clodunt ita ab afflatu.* Columellæ verba ſubtexui: *Hieme & vere matutinis temporibus intra ſepta contineantur, dum dies arvis gelicidia detrahat. Nam pruinoſa his diebus herba pecudi gravedinem creat, ventremque proluit.* Idem.

c *Clodunt.*] Oculos aperire nequeunt. *Dalec.*

d *Qui fœminas concipi voles, in hunc ventum ſpectantes iniri cogito.*] Scribendum, *Qui mares concipi voles, &c.* alioquin committes Plinium cum Columella, & quod gravius eſt, cum Ariſtotele, ex quibus Columella lib. 7. cap. 3. *At ſi res*, inquit, *exigit ut plures mares progenerandi ſint, Ariſtoteles vir calliſſimus rerum naturæ præcepit admiſſuræ tempore obſervare ſiccis diebus halitus ſeptentrionales, ut contra ventum gregem paſcamus, & eum ſpectans admittatur pecus. At ſi fœminæ generandæ ſunt, auſtrinos flatus captare, ut eadem ratione matrices ineantur.* Hæc Columella. Ariſtoteles autem libro de generatione animalium 4. capite 2. ſic diſſerit: *Flatibus item aquilonis magis quam auſtrinis mares gignuntur.* & mox paulo; *Nec non paſtores ajunt intereſſe ad maris ac fœminæ pecoris fœturam, non ſolum ſi ita accidit, ut initus aquilonis auſtrinisve flatibus fiat, ſed etiam ſi cum pecus coit, ſpectat ad aquilonem aut auſtrum.* Probat id quoque auctoritate Didymi Heron Græcus auctor lib. Geoponicon 18. Nec tantum à prædictis ſcriptoribus Plinius diſſentiret, ſed quod eſſet intolerabile, à ſe ipſo, qui capite ſequente mares aquilonis flatibus; fœminas auſtrinis procreari tradit. Sed perſuaſum habeo verba hæc Pliniana non eſſe. Cur enim anticipaſſet hic Plinius quod ſtatim cap. proximo dicturus erat. *Pint.*

fœminas concipi voles, in hunc ventum ſpectantes iniri cogito.

CAP. XXXIV. [a] *De limitatione agrorum.*

DIximus ut in media linea deſignaretur [b] umbilicus. Per hunc medium tranſverſa currat [1] alia. Hæc erit ab exortu æquinoctiali ad occaſum æquinoctialem: & limes qui ita ſecabit agrum, [c] decumanus vocabitur. Ducantur deinde aliæ duæ lineæ in decuſſeis obliquæ, ita ut à Septentrionis dextra lævaque ad Auſtri dextram lævamque deſcendant. Omnes per eundem currant umbilicum, omnes inter ſe pares ſint, omnium intervalla paria. Quæ ratio ſemel in quoque agro ineunda erit: vel ſi ſæpius libeat uti, è ligno facienda, regulis paribus in tympanum exiguum, ſed circinatum adactis. Ratione qua doceo, occurrendum ingeniis quoque imperitorum eſt. Meridiem excuti placet, quoniam ſemper eſt idem: Sol autem quotidie ex alio cœli momento, quam pridie, oritur: ne quis forte ad exortum [2] capiendam putet lineam. Ita cœli exacta parte, quod fuerit lineæ caput Septentrioni proximum à parte exortiva, ſolſtitialem habebit exortum, hoc eſt longiſſimi diei, ventumque Aquilonem, Boream Græcis dictum. In hunc ponito arbores viteſque. Sed hoc flante ne arato: frugem ne ſerito: ſemen ne jacito. Præſtringit enim atque

1 alia talis. Hæc. *M.*

2 capi unicam putet lin. Iſta.

a *De limitatione agrorum.*] Vide Julium Frontinum, & M. Junium Nypſium, Columellam cap. 1. & 2. lib. 5. Varronem cap. 10. lib. 1. *Dalecampius.*

b *Umbilicus.*] Vide γνώμων in lexico Conſt. Hæc machina reſpondere videtur æneo gnomoni (Sextus Pompejus *Gnomam* vocat) in amuſſis medio collocato, quem Vitruvius deſcribit cap. 6 l. 1. Indagatorem umbrarum, σκιαθήρας id inſtrumentum Græci vocant. *Idem.*

c *Decumanus.*] Juriſconſultis limites qui populo iter præbent, alii ſunt decumani, lati pedes 40. Alii cardines, lati pedes 20. Alii Actuarii, lati pedes 12. Alii ſubruncivi, lati pedes 8. Cujacius cap. 2. obſervat. Vide Politianum c. 86. Miſcell. Antiquis *decumanus* dicebatur *dextratus* & *ſiniſtratus*, quod Orientem ad dextram habeat, Occidentem ad ſiniſtram. *Idem.*

a *Prædoctus*

atque [1] percellit hic radices arborum, quas positurus afferes. [a] Prædoctus esto: alia robustis prosunt, alia infantibus. Nec sum oblitus, in hac parte ventum Græcis poni, quem Cæciam vocant. Sed idem Aristoteles, vir immensæ subtilitatis, qui id ipsum fecit, [b] rationem convexitatis mundi reddit, qua contrarius Aquilo Africo flat. Nec tamen eum toto anno in prædictis timet agricola. [c] Mollit sidera æstate media, mutatque nomen, & Etesias vocatur. Ergo cum frigidum senties, caveto, [2] ac quacunque Aquilo prædicitur, tanto perniciosior Septentrio est. In hunc Asiæ, Græciæ, Hispaniæ, maritimæ Italiæ, Campaniæ, Apuliæ arbusta vineæque spectent. Qui mares concipi voles, in hunc pascito, [3] ut sic ineuntem ineat. Ex adverso Aquilonis ab occasu brumali Africus flabit, quem Græci Liba vocant. In hunc à coitu cum se pecus circumegerit, fœminas conceptas esse scito. Tertia à Septentrione linea, quam per latitudinem umbræ duximus & decumanam vocavimus, exortum habebit æquinoctialem, ventumque subsolanum, Græcis [4] Apelioten dictum. In hunc salubribus locis villæ vineæque spectent. Ipse leniter pluvius, tamen est siccior [5] Favonius, ex adverso ejus ab æquinoctiali occasu, Zephyrus Græcis nominatus. In hunc spectare oliveta Cato jussit. Hic ver inchoat, aperitque terras tenui frigore saluber. Hic vites putandi, frugesque curandi, arbores serendi, poma

1 pragelat. *V.*

2 Ad quæcunque. *V.*

3 ut sic in eundem ineat. *Alii.* ut sic matres ineantur. *V.* ut sic mares ineant. *Alii.*

4 Aphelioten. *V.* magis ex etymologia.

5 Favonio. ex. *M.*

a *Prædoctus esto.*] *Prædictus* non *prædoctus*, nec *præmonitus* in veteri codice. Cui lectioni videtur Plinius ipse favere, scribens paulo post; *Ac quacunque aquilo prædicitur*, &c. Pint.

b *Rationem convexitatis mundi reddit, quia contrarius Aquilo Africo flat.*] Legendum arbitror, *qua contrarius hic, non Aquilo Africo flat.* Nam Aristoteles secundo Meteoron illos duntaxat ventos contrarios esse ait, qui ex diametro distent, non eos qui e regione positi se mutuo spectent. Itaque secundum eum non contrarius Cæcias Argestæ, neque Eurus Lybi, sed Cæcias Lybi & Eurus Argestæ. *Idem.*

c *Mollit sidera æstate media.*] Ardorem Caniculæ lenit. Vide cap. 47. lib. 2. *Dalec.*

1 afflatumque nutricium excitabit. *Vet.*

poma inserendi, oleas tractandi jus dabit, [1] afflatuque nutritium exercebit. Quarta à Septentrione linea, eadem Austro ab exortiva parte proxima, brumalem habebit exortum, ventumque Vulturnum, Eurum Græcis dictum, ficciorem & ipsum tepidioremque. In hunc apiaria & vineæ Italiæ, Galliarum spectare debent. Ex adverso Vulturni flabit Corus, ab occasu solstitiali & occidentali latere Septentrionis, Græcis dictus Argestes, ex frigidissimis & ipse sicut omnes qui à Septentrionis parte spirant. Hic & grandines infert, cavendus & ipse non secus ac Septentrio. Vulturnus si à serena cœli parte cœperit flare, non durabit in noctem: at Subsolanus in majorem partem noctis extenditur. Quisquis erit ventus, si fervidus sentietur, pluribus diebus permanebit. [a] Aquilonem prænunciat terra siccescens repente, Austrum humescens rore occulto.

CAP. XXXV. [b] *Prognostica tempestatum.*

2 Atenim. *V.*

[2] ETenim [c] prædicta ventorum ratione, ne sæpius eadem dicantur, transire convenit ad reliqua tempestatum præsagia, quoniam & hoc placuisse Virgilio magnopere video. Siquidem in ipsa messe sæpe concurrere prælia ventorum damnosa imperitis refert. Tradunt eundem Democritum metente fratre ejus Damaso ardentissimo æstu orasse, ut reliquæ segeti parceret, raperetque desecta sub tectum, paucis mox horis sævo imbre vaticinatione approbata. Quinimo & harundinem non

a *Aquilonem prænunciat terra, &c.*] Legit Robertus Stephanus in Dictionario: *Aquilonem pronuntiat terra siccescens, sed rorescens repente Austrum immiscet humescens in rore occulto.* Unde hanc lectionem eruo: *Aquilonem prænuntiat terra siccescens: humore occulto rorescenti, repente Auster imminet.* Dalec.

b *Prognostica tempestatum.*] Virgilius 1. Georg. & Aratus. *Idem.*

c *Etenim prædicta ratione ventorum.*] Scribendum reor, *Et jam prædicta ventorum ratione*, hoc enim ordine verba posita sunt in vetusto codice. *Pint.*

a *Quod*

non nisi impendente pluvia seri jubent, & fruges insecuturo imbre. Quamobrem & hæc breviter attingemus, scrutati maxime pertinentia. Primumque à Sole capiemus præsagia. Purus oriens, atque non fervens, serenum diem nuntiat: at hibernam pallidus grandinem. Si & occidit pridie serenus, & oritur, tanto certior fides serenitatis. Concavus oriens pluvias prædicit: [1]item ventos, cum ante exorientem eum nubes rubescunt: quod [2]si & nigræ rubentibus intervenerint, & pluvias. Cum orientis atque occidentis radii [3] rubent, coire pluvias. Si circa occidentem rubescunt nubes, serenitatem futuræ diei spondent. Si in exortu [4]spargentur partim ad Austrum, partim ad Aquilonem, pura circa eum serenitas sit licet, pluviam tamen ventosque significabunt. Si in ortu aut in occasu contracti cernentur radii, imbrem. Si in occasu ejus [5]pluet, aut radii in se nubem trahent, asperam in proximum diem tempestatem significabunt. Cum oriente radii non illustres eminebunt, quamvis circumdati nube non sint, pluviam portendent. Si ante exortum nubes globabuntur, hiemem asperam denuntiabunt. Si ab ortu repellentur, & ad occasum abibunt, serenitatem. Si nubes Solem circuncludent, quanto minus luminis relinquent, tanto turbidior tempestas erit: si vero etiam duplex orbis fuerit, eo atrocior. [a] Quod si in exortu fiet, ita ut rubescant nubes, maxima ostendetur tempestas. Si non [6]ambibunt, sed incumbent, à quocunque vento fuerint, eum portendent. Si à meridie, & imbrem. Si oriens cingetur orbe, ex qua parte is se aperit, expectetur ventus. Si totus defluxerit æqualiter, serenitatem dabit: Si in exortu longe

1 idem. *M.*

2 si nigræ. *Dal.*

3 videntur coire, pl. *V.*

4 sparguntur. *V.*

5 livent radii aut in se. *V.*

6 abibunt. *M.*

a *Quod si in exortu fiet ita ut rubescant nubes.*] *Quod si in exortu aut occasu fiat, ita ut, &c.* ex vetust. Cod. *Pint.*

longe radios per nubes porriget, & medius erit inanis, pluviam ſignificabit. Si ante ortum radii ſe oſtendent, aquam & ventum. Si circa occidentem candidus circulus erit, noctis [1] levem tempeſtatem. Si nebula, vehementiorem. Si candente Sole, [2] ventum. Si ater circulus fuerit, ex qua regione is ruperit ſe, ventum magnum. Proxima ſint jure Lunæ præſagia. Quartam eam maxime obſervat Ægyptus. Si ſplendens exorta puro nitore [3] fulſit, ſerenitatem: [a] ſi rubicunda, ventos: ſi nigra, pluvias portendere creditur. In quinta cornua ejus obtuſa, pluviam: erecta & infeſta ventos ſemper ſignificant: quarta tamen maxime. Cornu ejus Septentrionale acuminatum atque rigidum, illum præſagit ventum. Inferius Auſtrum: utraque recta, noctem ventoſam. [b] Si [4] quartam orbis rutilus cingit, ventos & imbres præmonebit. Apud Varronem ita eſt: Si quarto die Luna erit [5] directa, magnam tempeſtatem in mari præſagiet, niſi ſi coronam circa ſe habebit, & eam ſinceram: quoniam illo modo non ante plenam Lunam [6] hiematurum oſtendit. Si plenilunio per dimidium pura erit, dies ſerenos ſignificabit: ſi rutila, ventos: nigreſcens, imbres. [7] Si caligo orbis nubem incluſerit, ventos, qua ſe ruperit: ſi gemini orbes cinxerint, majorem tempeſtatem. Et magis, ſi tres erunt aut nigri, [8] aut interrupti atque diſtracti. Naſcens Luna, ſi cornu ſuperiore obatro ſurget, pluvias decreſcens dabit: ſi inferiore, ante plenilunium: ſi in media nigritia illa fuerit, imbrem in pleni-

1 lenem. *M.*

2 ventus fiat, & circulus fue. ex qua reg. is eruperit, vent. magn. *M*

3 fulſerit. *M.*

4 quartæ orbis rutilus, ciebit vent. *M.*

5 recta. *V.*

6 hiemandum. *M.*

7 Si orbem caligo nubis, &c. *Quidam.*

8 aut in *M. d.*

a *Si rubicunda.*] Aratus, λεπτὴ δὴ καὶ δὲ μάλ' ἐρευθὴς πνεύματιν. Virgil.
Ac ſi virgineum ſuffuderit ore ruborem,
Ventus erit, &c. Dalec.

b *Si quartam orbis rutilus.*] Virgilius:
Sin ortu quarto, namque is certiſſimus auctor.
Aratus tertium æque ac quartum ſpectat uſque ad διχόμηνον. Theophr. τετράδας, ὀγδοάδας, καὶ πανσελήνους. Brod. cap. 13. 3. *Idem.*

a *Diſcur-*

plenilunio. Si plena circa ſe habebit orbem, ex qua parte is maxime ſplendebit, ex ea ventum oſtendet. Si in ortu cornua craſſiora fuerint, horridam tempeſtatem. Si ante quartam non apparuerit, vento Favonio flante, hiemalis toto menſe erit. Si decimo ſexto vehementius flammea apparuerit, aſperas tempeſtates præſagiet. Sunt & ipſius Lunæ octo articuli, quoties in angulos Solis incidit, pleriſque inter eos tantum obſervantibus præſagia ejus, hoc eſt, tertia, ſeptima, undecima, decimaquinta, decimanona, vigeſimatertia, vigeſimaſeptima, & interlunium. Tertio loco ſtellarum obſervationem eſſe oportet. [a] Diſcurrere eæ videntur interdum ventique protinus ſequuntur. In quarum parte ita præſagivere. Cœlum cum æqualiter totum erit ſplendidum, [1] articulis temporum, quos propoſuimus, autumnum ſerenum præſagibunt & frigidum. Si ver & æſtas non ſine riguo aliquo tranſierint, autumnum ſerenum & denſum minuſque ventoſum facient. Autumni ſerenitas ventoſam hiemem facit. Cum repente ſtellarum fulgor obſcuratur, [2] & id neque nubilo, neque caligine, pluvia aut graves denuntiantur tempeſtates. Si volitare plures ſtellæ videbuntur, quo ferentur albeſcentes, ventos ex iis partibus [3] nuntiabunt. [4] Aut ſi curſitabunt, certos: ſi id in pluribus partibus fiet, inconſtantes ventos effundent. Si ſtellarum errantium aliquam orbes incluſerint, imbres. Sunt in ſigno Cancri duæ ſtellæ parvæ, Aſelli appellatæ, exiguum inter illas ſpatium obtinente nubecula, quam Præſepia appellant. Hæc cum cœlo ſereno apparere deſierit, atrox hiems ſequitur. Si alteram earum Aquiloniam caligo abſtulit, Auſter

1 articulo temporis, quem. *Dal. A Fidiculæ nempe occaſu ad æquinoctium, quem articulum poſtremum expoſuit initio cap. 31.*

2 utique neque. *V.*

3 nuntiant. *M.*

4 ac ſi circa ſtabunt. *M.* ac ſi circa puræ ſtabunt. *V.*

a *Diſcurrere ea videntur.*] Ariſt. in probl. ſect. 25. *Dalec.*

Auſter ſævit: ſi Auſtrinam, Aquilo. Arquus cum ſunt duplices, pluvias [1] nuntiant. A pluviis ſerenitatem non perinde certam: [2] Circuli novi circa ſidera [3] aliqua, pluviam. Cum æſtate vehementius tonuit quam fulſit, ventos ex ea parte denuntiat: contra ſi minus tonuit, imbrem. Cum ſereno cœlo [4] fulget, pluviæ erunt & tonitrua, & hiemabit. Atrociſſime autem, cum ex omnibus quatuor partibus cœli fulgurabit. Cum ab Aquilone tantum, in poſterum diem aquam portendit. Cum à Septentrione, ventum eum. Cum ab Auſtro vel Coro, aut Favonio nocte ſerena fulguraverit, ventum & imbrem ex iiſdem regionibus demonſtrabit. Tonitrua matutina ventum ſignificant, imbrem meridiana. Nubes cum ſereno [5] cœlo feruntur, à quacunque parte id fiet, expectentur venti: ſi eodem loco globabuntur, [6] appropinquante Sole diſcutientur. Et hoc ſi ab Aquilone fiat, ventos: ſi ab Auſtro imbres, portendent. Sole occidente [7] ſi ex utraque parte ejus cœlum petent, tempeſtatem ſignificabunt. Vehementius atræ ab oriente, in noctem aquam minantur: ab occidente, in poſterum diem. Si nubes, ut vellera lanæ, ſpargentur multæ ab oriente, [a] aquam in triduum præſagient. Cum in cacuminibus montium nubes [8] concident, hiemabit. [b] Si cacumina pura fient, diſſerenabit. Nube gravida candicante, quod vocant tempeſtatem albam, grando imminebit. Cœlo quamvis ſereno, nubecula [9] quamvis parva, ventum procelloſum dabit. Nebulæ è montibus deſcendentes, aut cœlo cadentes [c] vel in vallibus ſedentes, ſere-

nitatem

1 Circulus nubis *V.*
2 nuntiant & pluviis. *V.*
3 aliqui. *V.*
4 fulgurat. *V.*
5 in cœlum. *V.*
6 appropinquanteſque ſoli diſcutiantur, & hoc ab., *M.*
7 ſi ab utr. par. e. cœl petent. *V.*
8 conſident. *M.*
9 quævis parva. *V.*

a *Aquam in triduum præſagient.*] In vet. Cod. non *in triduum*, ſed *in pertriduo.* ut forte ſcribendum ſit, *in poſterum diem*. Pint.

b *Si cacumina pura fient, diſſerenabit.*] *Dies ſerenabitur*, non *diſſerenabit*, in eodem & mox paulum, *flatum*, non *ventum*. Idem.

c *Vel in vallibus ſedentes.*] Verior lectio *ſidentes*, ut illud Ovidianum, *ſubſidere valles.* favet & vetus exemplar. Idem.

a *Fungi.*]

nitatem promittunt. Ab his terreni ignes proxime significant: pallidi nanque murmurantesque tempestatum nuntii sentiuntur: pluviæ [1]etiam, in lucernis [a] fungi. [1 etiam in M. d.] Si flexuose volitet flamma, ventum. Et lumina cum ex sese flammas elidunt, aut vix accenduntur. [b] Item cum in eo pendentes coacervantur scintillæ: vel cum tollentibus ollas [c] carbo adhærescit: [2 in iis. P. sub. luminibus.] aut cum contectus ignis è se favillam discutit, scintillamve emittit: vel cum cinis in foco concrescit, & cum carbo vehementer perlucet. Est & aquarum significatio. [d] Mare [3] si tranquillum in portu à cursu stabit, & murmuraverit intra se, ventum prædicit. [3 si tranquillo portu. M.] Si identidem, & hiemem, & imbrem. [e] [4] Litora ripæque si resonabunt tranquillo, asperam tempestatem: item maris ipsius tranquillo sonitus, spumævæ dispersæ, aut aquæ bullantes. [4 Litoris ripæque ipsius tranquillo sonitus spumæve dispersæ. M.] Pulmones marini in pelago, plurium dierum hiemem portendunt. Sæpe & silentio intumescit, [5] flatuque altius solito jam intra se esse ventos fatetur. [5 fluctu. Pint.] Equidem & montium sonitus, nemorum-

a *Fungi.*] Fungus is fuligo & favilla est, cum fumo egressa, quæ aëris crassitie cohibita, in lucerna residet ac madet, atrique fungi imaginem reddit. Virgilius:

Nec nocturna quidem carpentes pensa puellæ
Nescivere hiemem, testa cum ardente viderent,
Scintillare oleum, & putres concrescere fungos.

Aristoph. ἐν σφηξὶ, οὐκ ἔσθ' ὅπως οὐχ' ἡμερῶν τεττάρων τὸ πλεῖστον ὕδωρ ἀναγκαῖον ἐστι τὸν θεὸν ποιῆσαι, ἔπεισι γ' ἐν τούτοισι λύχνοις. οὗτοι μύκητες φιλεῖ δ' ὅταν ᾖ τοῦτο ποιεῖν ὑετὸν μάλιστα. Victorius c. 14. lib. 18. & 21. lib. 33. Aratus, ἢ λύχνοιο μύκητες ἀγείρωνται περὶ μύξαν. Callimach. εὖτ' ἂν λύχνου δ' αἰρομένου ἄθλα ἔχοντο μύκητες. Theophrast. libello de signis ventorum, pluviæ, &c. καὶ οἱ μύκητες ἐὰν νότια ᾖ, ὕδωρ σημαίνουσι. *Dalec.*

b *Item cum in eo pendentes coacervantur scintillæ.*] In vet. Cod. *Item cum in eone pendentes.* Scribendum forte non *cone*, sed *fune*. Pint.

c *Carbo adhærescit.*] Apud Aratum & Theoph. ollæ impositæ suo tripodi complures scintillæ. *Dalec.*

d *Mare si tranquillum in portu à cursu stabit & murmuraverit intra se.*] Vetus Codex præfert: *Mare si tranquillo in portu cursu stabit. murmuraverit, ut intra se.* Scribendum arbitror, *Mare si tranquillo in portu cursitabit, murmuraverit ut intra se.* Hoc verbo *cursito* non multo ante usus est Plinius. Item exemplaria quædam composita forma *commurmuraverit* habent, non *murmuraverit*. Pint.

e *Litora ripæque si, &c.*] Theophr. ἀκτὴν βοῶσαν, αἰγιαλὸν ἠχοῦντα dixit. *Dalec.*

a *Lanugo,*

morumque mugitus prædicunt : & ſine aura, quæ ſentiatur, folia ludentia. [a] Lanugo populi aut ſpinæ volitans, aquiſque pluma innatans. Atque etiam in campis tempeſtatem venturam præcedens ſuus fragor : cœli quidem murmur, non dubiam habet ſignificationem. Præſagiunt & animalia. [b] Delphini tranquillo mari laſcivientes flatum, ex qua veniunt parte : item ſpargentes aquam turbato, tranquillitatem. [c] Loligo volitans, conchæ adhæreſcentes, echini affigentes ſeſe, aut harena ſaburrantes, tempeſtatis ſigna ſunt. [d] Ranæ quoque ultra ſolitum vocales. [e] Et fulicæ matutino clangore. Item mergi anateſque, pennas roſtro purgantes, ventum. Cæteræque aquaticæ aves concurſantes. Grues in mediterranea [1] feſtinantes. [f] Mergi maria aut ſtagna fugientes, grues ſilentio per ſublime volantes, ſerenitatem : ſic noctua in imbre garrula : [2] at ſereno, tempeſtatem : [g] Corvique ſingultu quo-

1 fugien- tes. V.

2 at ſerena tempeſtate corvi ſingultu. V.

a *Lanugo, &c.*] In Arato, ἤδη καὶ πάπποι λευκῆς γήρειον ἀκάνθης. Spinam albam interpretes exponunt Cinaram. Plinius ſubſtantivum eſſe putavit, non adjectivum, qui populum intellexerit. Avienus ſic vertit :
Jamque ſuper latices florum volitare ſenectam.
Dalec.

b *Delphini tranquillo.*] De hac re vide multa prodita à Rhodigino cap. 6. lib. 8. *Idem.*

c *Loligo volitans.*] Hujus rei cauſam reddit ex Plutarcho idem cap. 28. l. 24. *Idem.*

d *Ranæ.*] Cicero 2. epiſt. ad Atticum, *Equidem etiam pluvias metuo, ſi prognoſtica noſtra vera ſunt. Ranæ enim* ῥητορεύουσι. Aratus ἢ μᾶλλον δειλαὶ γενεαί, ὕδρῳσιν ὄνειαρ Αὐτόθεν ἐξ ὕδατος πατέρες βοόωσι γυρίνων. Mur. Variar. cap. 20. lib. 1. *Idem.*

e *Et fulicæ.*] Η τρύζει ὄρθριον ἐρημαίη ὀλολυγών, Aratus. Theoph. vero, καὶ ἐρῳδιὸς ὄρθριον φθεγγόμενος ὕδωρ ἢ πνεῦμα σημαίνει. Turneb. c. 13. 25. ἐρῳδιὸν Cicero fulicam κέπφον Mergum Virgilius reddit τὴν αἴθυιαν. Idem tamen Theophr. ſcribit, καὶ ὀλολυγὼν ᾄδουσα μόνη ἐν ἀκρωρείαις, χειμέριον. *Idem.*

f *Mergi maria aut ſtagna fugientes.*] In veteri codice, *Mergi, cavia, maria aut ſtagna fugientes.* Lego *ravia* non *cavia* : avis genus, Græce λάρος Ariſtoteli. *Pint.* *Mergi maria.*] Vide Turn. c. 22. lib. 19. Adverſar. *Dalec.*

g *Corvique, &c.*] De corvi præſagio Theophraſti editum exemplar mutilum eſt. Turn. c. 13. 25. ſic legiſſe viſus eſt : κόραξ πολλὰς μεταβάλλων εὐδίας φωνὰς πεντάκις ἢ δὶς φθέγξηται, καὶ ἐπιφρίξησι, καὶ αὐτὸν τινάξῃ, ἂν διαπλῇ, ἀνέμους σημαίνει, ἐὰν δὲ μιμῆται τῇ φωνῇ τοὺς σταλαγμοὺς, καὶ ἐὰν μὴ τὴν εὐδίαν φωνὴν ἴῃ καὶ ἐπιρροιβδῇ, ὕδωρ ἐπιρρει-

quodam latrantes, ſeque concutientes, ſi continuabunt, ventos: ſi vero carptim vocem reſorbebunt, ventoſum imbrem. Graculi ſero à pabulis recedentes, hiemem. Et albæ aves, cum congregabuntur. Et cum terreſtres volucres contra aquam clangores dabunt, perfundentes ſeſe: ſed maxime [a] cornix. Hirundo tam juxta aquam volitans, ut penna ſæpe percutiat. [b] Quæque in arboribus habitant, fugitantes [1] in nidis ſuis. Et anſeres continuo clangore intempeſtivi. [c] Ardea in mediis harenis triſtis. Nec mirum, aquaticas, aut in totum volucres præſagia aëris ſentire. Pecora exultantia, & indecora laſcivia ludentia, eandem ſignificationem habent. [d] Et boves cœlum olfactantes, [e] ſeque lambentes [2] contra pilum. Turpeſque porci [3] alienos ſibi manipulos fœni lacerantes: ſegniterque & contra induſtriam ſuam abſconditæ formicæ, vel concurſantes [f] aut ova progerentes. Item

1 in nidos ſuos. *Vet.*

2 contra pluviam. *M.* citam pluviam. *Vet.*

3 alieno ſubſulta manip. *V.* alieno ſibilo man. *Alii V.*

ἐπιῤῥοιζεῖν. De pennarum ſuſurro & ſtridore exponit. Avienus de voce his verbis:

---- & tenui cum ſtridunt gutture corvi.

Ego vero per onomatopœiam interpretor, vocem intra fauces refluentem, revocatam, & quaſi ſtrangulatam edere, ut corvi ſolent interiori gutture murmurantes. *Dalec.*

a *Cornix.*] De cornice Aratus. In terra prope littus eminens, cum tempeſtas incipit, demiſſo capite cornix ſtat: παρ' ἠϊόνι προὐχούσῃ χείματος ἐρχομένου, χέρσῳ ὑπέκυψε κορώνη. Virgilius:

Et ſola in ſicca ſecum ſpatiatur arena.

Theoph. κορώνη ἐπὶ πέτρας κρωζομένη, (alii, κορυνασσομένη, crocitans) ἣν κῦμα καταλκλύζῃ, ὕδωρ σημαίνει: in ſcopulo, vel ſaxo, quod undæ circumverberant, cornix ſedens, pluviam nuntiat. *Idem.*

b *Quæque in arboribus.*] De Querquedula id Varro in Serrano:

Aut frigidos nimbos aquæ caduciter ruentis,

Præinnuere aquatiles querquedula natantes.

Scalig. apud Nonium. *Idem.*

c *Ardea in mediis.*] Ut Milvus. Varro in Sequiulyſſe: *Lugere volitans milvos viſus, aquam è nubibus tortam indicat fore, ut tegillum ſibi ſumat paſtor.* Nonius. Virg. de Ardea.

---- notaſque paludes

Deſerit, atque altam ſupra volat Ardea nubem.

Idem.

d *Et boves cœlum, &c.*] Ariſt. cap. 21. lib. 6. hiſtor animal. *Idem*

e *Seque lambentes.*] Theophraſtus καὶ τὴν προσθίαν ὁπλὴν λείξας, & anteriorem ungulam pedis lingens: ſententia valde diverſa. *Idem.*

f *Aut ova progerentes.*] Plutarch. De animal. prud. τὰς δὲ τῶν σπερμάτων ἐκθέσεις καὶ διαψύξεις ἐκτὸς ὑετοῦ ποιεῖται σημεῖον ἀέρος. Καὶ κοίλης μύρμηκος ὀχῆς ἐξ ὤεα πάντα θᾶσσον ἀνῳί-

Item [a] vermes terreni erumpentes. Trifolium quoque inhorrescere, & folia contra tempestatem subrigere certum est. Necnon & in conviviis mensisque nostris, vasa quibus esculentum additur, [1] sudorem repositoriis [2] linquentia, diras tempestates prænuntiant.

1 sudorem in repos. V.
2 relinquentia. M.

ἀναλίσκονται, &c. ἢ τινὲς οὐκ ἄνω χωροῦσι, ἀλλὰ κάτω, τοὺς ἀποκειμένους καρποὺς ὅταν εὕρωσι συναγαγόντες αἱ θεωνται. ἢ φοβηθῶσι φθορὰν ἢ σῆψιν ἀναφέρειν. Idem & Theon Arati interpres. Leopardus cap. 26. lib. 7. Virgilius:

Sæpius & tectis penetralibus extulit ova
Angustum formica terens iter.

Politianus:

Progerit ova cavis patiens formica laborum.

Dalec.

a *Vermes terreni.*] Aratus, σκώληκες κεῖνοι τοὺς καλέουσι μελαίνης ἔντερα γαίης. *Idem.*

C. PLI-

C. PLINII SECUNDI
NATURALIS HISTORIÆ
LIBER XIX.

PROOEMIUM.

SIDERUM [1] *quoque tempestatumque ratio, vel imperitis facili, atque indubitato modo* [2] *monstrata est: vereque intelligentibus* [a] *non minus conferunt rura deprehendendo cælo, quam sideralis scientia agro colendo. Proximam multi hortorum curam fecere. Nobis non protinus transire ad ista tempestivum videtur.* [b] *Miramurque quosdam* [3] *scientiæ gratia, eruditionis suæ gloriam ex his petentes tam multa præteriisse, nulla mentione habita tot rerum sponte curave provenientium, præsertim cum plerisque earum pretio usuque vitæ major etiam, quam frugibus, perhibeatur auctoritas. Atque ut à confessis ordiamur utilitatibus, quæque non solum terras omnes, verum etiam maria replevere: seritur ac dici neque inter fruges, neque inter hortensia potest, linum. Sed in qua non occurret vitæ parte, quodve miraculum majus, herbam esse quæ admoveat Ægyptum Italiæ: in tantum, ut Galerius à freto Siciliæ Alexandriam septima die pervenerit, Babilius sexta, ambo præfecti: æstate vero proxima Valerius Marianus* ex

1 quidem. *Pint.*

2 monstrata: verum quia intel. *V.*

3 scientia graves. *V.* scientia gratos. *All V.*

a *Non minus conferunt rura deprehendendo cælo, quam sideralis scientia agro colendo. Proximam multi hortorum curam fecere.*] Error est in suppunctione verborum. Scribo, *non minus conferunt rura deprehendendo cælo, quam sideralis scientia. Agro colendo proximam multi, &c.* Pint.

b *Miramurque quosdam scientiæ gratia eruditionis suæ gloriam ex his petentes.*] Scribendum, *Miramurque quosdam scientiæ gratiam, eruditionisve gloriam, &c.* Idem.

a *Audax*

ex Prætoriis Senatoribus, à Puteolis nono die lenissimo flatu? herbam esse, quæ Gadeis [1] ad Herculis columnas septimo die Ostiam afferat, & citeriorem Hispaniam quarto, provinciam Narbonensem tertio, Africam altero: quod etiam mollissimo flatu contingit C. Flacco legato Vibii Crispi Proconsulis? [a] Audax vita: [2] scelerum plena, aliquid seri, ut ventos procellasque recipiat: & parum esse fluctibus solis vehi. Jam vero nec vela satis esse majora navigiis. [3] Sed quamvis amplitudini antemnarum singulæ arbores sufficiant, super eas tamen addi velorum alia vela, præterquè alia in proris, & alia in puppibus pandi, ac tot modio provocari mortem. Denique tam parvo semine nasci, quod orbem terrarum ultro citroque portet, [b] tam gracili avena, tam non alte à terra tolli: neque id viribus suis necti, sed passum tusumque & in mollitiem lanæ coactum, injuria naturæ, ac summa audacia, & quo pervenire nulla execratio sufficit, contra inventorem dictum suo loco à nobis: cui satis non fuit hominem in terra mori, nisi periret & insepultus. At nos priore libro imbres & flatus cavendos, frugum causa victusque, promonebamus. Ecce seritur hominis manu, metitur ejusdem hominis ingenio, quod ventos in mari optet. Præterea ut sciamus favisse pœnas, nihil gignitur facilius: [4] ut sentia-

1 ac. Pint.

2 sceletumque plena. V.

3 Sed cum vix. Pint.

4 & ut sent. V.

a *Audax vita: scelerum plena, &c.*] Legend. *Audax id, at scelerum plenum aliquid seri ut ventos, procellas ut capiat, nec parum esse & fluctibus solis vehi. jam vero nec vela satis esse majora navigiis, sed, &c. præter quæ in proris alia & alia in puppibus pandi, &c. tam non alte ab tellure tolli: neque id viribus suis niti, sed fractum tusumque & in mollitiam lanæ coactum injuria ac summa audacia eo pervenire. Nulla execratio sufficit contra invictorem dictum suo loco nobis, cui satis non fuit, &c.* Linum inquit, non suis viribus nititur ut orbem terrarum ultro citroque portet, sed eo pervenit injuria sui, & hominum audacia summa. injuria sui, quod frangitur, tunditur, & in mollitiam lanæ cogitur. semper enim injuria fit melius. audacia summa hominum, qui ad tales usus id converterunt. *Illi robur & æs triplex.* Nulla execratio sufficit contra invictorem dictum suo loco nobis. *Salmas.* 260. 261.

b *Tam gracili avena, tam non alte à terra tolli.*] In codice vetusto, *tam gracili avena tam alte à tellure tolli*, & mox paulo *fractum* non *passum*. Pint.

a *Seritur*

ſentiamus nolente id fieri natura: urit agrum, deterioremque etiam [1] *terram facit.*

[1] ipſum. V.

CAP. I.

De lini ſatione, & generibus ejus, & quomodo perficiatur, & de mappis, & lino non ardente, & quando primum in theatris vela.

[a] SEritur ſabuloſis maxime, unoque ſulco: nec magis feſtinat aliud. Vere ſatum æſtate vellitur: & [2] hanc quoque [b] terræ injuriam facit. Ignoſcat tamen aliquis Ægypto ſerenti, ut Arabiæ Indiæque merces importet: itane & Galliæ cenſentur hoc reditu, monteſque [3] mari oppoſitos eſſe [c] non eſt ſatis, & à latere Oceani obſtare ipſum quod vocant [d] inane? Cadurci, Caleti, Ruteni, Bituriges, ultimique hominum exiſtimati Morini, imo vero Galliæ univerſæ [4] vela texunt. Jam quidem & transrhenani hoſtes: nec pulchriorem aliam veſtem eorum fœminæ novere. Qua admonitione ſuccurrit, quod M. Varro tradit, in Serranorum familia gentilitium eſſe, fœminas [5] linea veſte non uti. In Germania autem defoſſi [6] atque ſub terra id opus agunt. Similiter [7] & in Italia [8] ratione alia inter Padum Ticinumque amnes, ubi [e] à Setabi tertia in Europa lino palma: ſecundam enim in vicino Allianis

[2] & magnam quoque. *Alii.* hanc quoque. *Alii eo puncto*, &c.

[3] terris. *Dal.*

[4] telas ex eo texunt. V.

[5] lintea. *Ch.*

[6] &c. *M.*

[7] etiam. *M.*

[8] regione Alliana. *Turn.* in Italiæ ratione aliena.

a *Seritur ſabuloſis maxime.*] Pingui & læto ſolo, humidiore, non ſitiente. Colum. cap. 10. lib. 2. pinguiſſimo loco, & modice humido, Pallad. c. 1. lib. 11. *Dalec.*

b *Terræ injuriam facit.*] Quod tam cito & propere ſuccum terræ eripiat. *Idem.*

c *Non eſt ſatis.*] Niſi & mari navigando linum ferat Gallia. *Idem.*

d *Inane.*] Inane & de mari & de aëre dici, vide apud Turneb. cap. 9. lib. 11. tomi 1. Adverſar. *Idem.*

e *A Setabi.*] Setabis oppidum Hiſpaniæ in edito monte ſitum, laudatiſſimi lini proventu nobile, quamvis Strabo & alii quidam fluvium eſſe dicant. Gratius in Cynegeticis:

Hiſpanique alio ſpectantur Setabes uſu.

Silius lib. 2.

Setabis & telas Arabum ſpreviſſe ſuperbas,
Et Peluſiaco filum componere lino.

Catullus ob ſudaria Setaba per illiberalem jocum ſurrepta Aſinio hendecaſyllabos minatur. Had. Jun. cap. 28. lib. 4. *Idem.*

lianis capessunt Retovina, & in Æmilia via Faventina. Candore [a] Allianis semper crudis Faventina præferuntur: Retovinis tenuitas summa densitasque, candor æque ut Faventinis, sed lanugo nulla, quod apud alios gratiam, apud alios offensionem habet. Nervositas filo æqualior pene quam araneis, tinnitusque, [b] cum dente libeat experiri: ideo duplex, quam cæteris, pretium. [c] Et Hispania citerior habet splendorem lini præcipuum, torrentis in quo politur natura, qui alluit Tarraconem. Et tenuitas [1] mira, ibi primum [d] carbasis repertis. [2] Non dudum ex eadem Hispania Zoëlicum venit in Italiam, plagis utilissimum. Civitas ea [3] Gallæciæ & Oceano [4] propinqua. Est sua gloria & Cumano in Campania, ad piscium & alitum [5] capturam. Eadem & plagis materia. Neque enim [6] minores cunctis animalibus insidias, [e] quam nobismetipsis lino tendimus. [7] Sed Cumanæ plagæ concidunt apros, & [8] hæ cassesve ferri aciem vincunt. Vidimusque jam tantæ tenuitatis, ut anulum hominis cum [f] epidromis transirent, uno

portante

1 magna. M.
2 Nam. V.
3 Gallitiæ. Ch.
4 propinqua est. Sua. M.
5 capturas. Ch.
6 majores. M.
7 Sed ad Cumanas plagas concidunt apri. Vet.
8 hi casses ferri aciem convincunt. V.

a *Allianis semper crudis Faventina præferuntur.*] Allia lina semper cruda appellat, quæ semper flava manent, utpote quæ nulla maceratione aut politione candorem trahere possint. Vide *Salmas.* pag. 765. b. 766. a.

b *Cum dente.*] Vel *oris*, quod magis probo, vel *pectinis*, ut quidam exponunt. *Dalec.*

c *Et Hispania citerior habet, &c.*] Lege: *Et id Hispania citerior habet splendore præcipuo torrentis, in quo politur natura.* Salmas. pag. 261. a. & 765. b.

d *Carbasis repertis.*] Carbasus lini genus tenuissimi in Hispania repertum, quo texebatur vestis magni pretii, antiquis in deliciis habita, ut sericea nobis. Virg. 11. Æneid.

—— tum croceam chlamydemque, sinusque crepantes
Carbaseos, fulvo in nodum collegerat auro.

Q. Curtio lib. 8. *Carbaso Indi corpora usque ad pedes velant: eorumque rex aurea lectica, margaritis circumpendentibus recubat, distinctis auro & purpura carbasis, qua indutus est.* Guilland. Quidam id genus linei panni esse putant, quod telam Baptistæ, & telam Hollandicam, & telam Cameracensem vocant. Hæc postrema advehitur ex Hispania. Apud Ciceronem Verres æstate summa tabernacula carbaseis intenta velis in littore collocari jubet, ubi totos dies cum impudicis mulieribus perpotaret. *Dal.*

e *Quam nobismet ipsis.*] Cum lineis velis fili, maris periculis nos objicimus. *Idem.*

f *Epidromis.*] Imis summisque funibus, quibus tenduntur retia. Turneb. cap. 9. lib. 5. Adversar. vulgo, *Les courants.* Idem.

a *Thera-*

portante multitudinem qua saltus cingerentur. Nec id maxime mirum, sed singula earum stamina centeno quinquageno filo constare, sicut paulo ante Iulio Lupo, qui in præfectura Ægypti obiit. Mirentur hoc ignorantes in Ægyptii quondam regis, quem Amasim vocant, [a] thorace [b] in Rhodiorum insula ostendi in templo Minervæ CCCLXV. filis singula fila constare. [1] Quod se expertum nuper Romæ prodidit Mutianus ter Consul, parvasque jam reliquias ejus supereſſe hac experientium injuria. Italia [2] & [3] Peliginis etiamnum linis honorem habet, sed [c] fullonum tantum in usu. Nullum est candidius, lanæve similius: [d] sicut in [4] culcitris præcipuam gloriam Cadurci obtinent. Galliarum hoc & [5] tomenta pariter inventum. Italiæ quidem mos etiam nunc durat in appellatione [e] stramenti. [f] Ægyptio lino minimum firmitatis, plurimum lucri. Quatuor ibi genera: Taniticum, ac Pelusiacum, Buticum, Tentyriticum, cum regionum nominibus, in quibus nascuntur. Superior pars Ægypti in Arabiam vergens gignit fruticem, quem aliqui

1 Quod per exemplum nuper. *M & Ch.* Quod exemplum per se expertum nuper. *V.*

2 ex. V.

3 Pelignis. *Ch.*

4 culcitis. *Ch.*

5 tormenta. *Ch.*

a *Thorace.*] Thoraces militum lineos olim fuisse probat hic Alcæi versus apud Athenæum p. 310. linea 49. θώρακές τε νεωλινοι, ex novoque lino thoraces. *Dalec.*

b *In Rhodiorum insula ostendi in templo Minervæ.*] *Tendi* non *ostendi* præfert vetustum exemplar, ut forte non *tendi* scribendum sit, sed *Lindi*, quæ est una ex celebratis Rhodi tribus urbibus, Camino, Jalyso, Lindo. *Pint.*

c *Fullonum tantum in usu.*] Vel quod fullones qui fere nudi, & subucula linea tantum tecti, pannos terunt & calcant pedibus, eo lino soli ad indusia conficienda uterentur, vel quod ex eo lino vestes textæ in fulloniis officinis solæ purgarentur & polirentur. *Dalec.*

d *Sicut in culcitris præcipuam, &c.*] Lege: *Sicut in culcitis præcipuam gloriam Cadurci obtinent, &c. Italiæ quidem vox etiam nunc durat in appellatione stramenti.* Vide *Salmas.* p. 938. b.

e *Stramenti.*] Stramentum, quod homini & animalibus quieturis & dormituris substernitur, nempe fœnum, vel palea. Nam quod ait cap. 3. lib. 18. priscis Romanis quies somnusque in stramentis erat. *Dalec.*

f *Ægyptio lino minimum.*] Gratius in Cyneget.

Vix operata suo sacra ad Bubastia lino,
Velatur sonipes æstivi turba Canopi.

Sic autem Isiacos sacerdotes vocat, Saliorum modo per Bubaston urbem saltantes, & sistris personantes: de quibus Plutarch. ὥσπερ φιλοσόφους πωγωνοτροφίαι καὶ τριβωνοφορίαι ποιοῦσιν, οὔτ' ἰσιακοὺς αἱ λινοφορίαι καὶ ξύρησις. Ion poëta in Phœnice Ægyptum λινόζωνον vocat. Had. Jun. cap. 29. lib. 4. *Idem.*

qui gossipion vocant, plures xylon, & ideo lina inde facta xylina. [a] Parvus est, similemque barbatæ nucis defert fructum, cujus ex interiore bombyce lanugo netur. [1] Nec ulla sunt eis candore mollitiave præferenda. [b] Vestes inde sacerdotibus Ægypti gratissimæ. [c] Quartum genus Orchomenium appellant. [2] Fit è palustri velut harundine, duntaxat pannicula ejus. Asia è genista facit lina ad retia [3] præcipua, in piscando [4] durantia, frutice madefacto x. diebus. Æthiopes Indique [d] è malis, Arabes cucurbitis, in arboribus, ut [e] diximus, genitis. Apud nos maturitas ejus duobus argumentis intelligitur, intumescente semine, aut colore flavescente. Tum evulsum, & in fasciculos manuales colligatum, siccatur in Sole pendens conversis superne radicibus uno die, mox quinque aliis, [5] in contrarium inter se versis fascium cacuminibus, ut semen in medium cadat. Inter medicamina huic vis, & in quodam rustico ac prædulci Italiæ transpadanæ cibo, sed jam pridem sacrorum tantum gratia. Deinde post messem triticeam virgæ ipsæ merguntur in aquam solibus tepefactam, pondere ali-

quo

1 Nec lina sunt ei. V.

2 Fit è palustris foliis arundinis, vel duntaxat panic. ejus. Dal.

3 præcipue in. Ch.

4 duritia. Dal.

5 In contrariis in se fasc. Ch.

a *Parvus est, similemquè barbatæ nucis defert fructum.*] Pliniana exemplaria tantum habent: *Parvus est, cujus ex interiore bombyce lana netur. nec ulla sunt eum candore molliora & spissiora.* non solum mollitie & candore præcipua lana xylina, sed etiam spissa est. *Salmas.* pag. 296. a.

b *Vestes inde sacerdotibus, &c.*] Apulejus Apologia prima de lineo texto: *Purissimum est rebus divinis velamentum; quippe lana segnissimi corporis excrementum pecori detracta, jam inde Orphei & Pythagoræ scitis, prophanus vestitus est: sed enim mundissima lini seges, inter optimas fruges terra exorta, non modo indutui & amictui sanctissimis Ægyptiorum sacerdotibus, sed opertui quoque inde rebus sacris usurpatur.* Dalec.

c *Quartum genus, &c.*] Lego, *Stramenti genus Orchomenium, &c.* Arundinis quidem panicula, ut gluma, & acere, farciri culcitra potest, perinde ac stramento sive palea, vestes autem texi non possunt. Ex arundinum concisis foliis tomentum factum Circense, quod in Circo pauperibus sternebatur, indicant hi versus Martialis:

Tomentum concisa palus Circense vocatur:
Hac pro Leuconio stramina pauper habet.

d *E malis.*] Arboribus lanigeris, in quarum foliis convolutis lanugo nascitur. Theophr. cap. 9. 4. hist. *Idem.*

e *Diximus.*] Cap. 10. lib. 12. *Idem.*

a Et

quo depressæ. Nulli enim levitas major. Maceratas indicio est membrana [1] laxatior. Iterumque inversæ, ut prius, Sole siccantur. Mox arefactæ in saxo tunduntur stupario malleo. Quod proximum cortici fuit, stupa appellatur, deterioris lini, lucernarum fere luminibus aptior. [a] Et ipsa tamen pectitur ferreis [2] hamis, donec omnis membrana decorticetur. Medullæ numerosior [3] distinctio, candore, mollitia. Linumque nere & viris decorum est. Cortices quoque decussi clibanis & furnis præbent usum. [4] Ars depectendi digerendique: Justum è quinquagenis fascium libris quinas denas [5] carminari. [b] Iterum deinde in filo politur, illisum crebro [6] in silice ex aqua: textumque rursus tunditur [c] clavis, semper injuria melius. Inventum jam est etiam, [d] quod ignibus non absumeretur. Vivum id vocant, ardentesque in focis conviviorum ex eo vidimus mappas, sordibus exustis splendescentes igni magis, quam possent aquis. Regum inde funebres tunicæ, corporis favillam ab reliquo separant cinere. Nascitur in desertis adustisque Sole Indiæ, ubi non cadunt imbres, inter diras serpentes: assuescitque vivere ardendo, rarum inventu, difficile textu propter brevitatem. Rufus de cætero colos, splendescit igni. Cum inventum est, æquat pretia excellentium margaritarum. Vocatur autem à Græcis [e] asbestinum ex argumento naturæ.

1 laxior. *Dal.*

2 aenis. *Ch.*

3 destinatio. *M.*

4 Ars est dep.

5 carmin. iterum. Deinde. *Ch.*

6 silici. *Pint.*

a *Et ipsa tamen pectitur ferreis aenis, donec, &c.*] Idem certe aut simile instrumentum, quo pectitur linum, & quo vestes pectuntur apud fullonem; sed illud è ferro, hoc è spinis, quæ inde fulloniæ sunt dictæ. Latini *inas* dixere, quos Græci *ἶνας*. *Salmas.* pag. 392. a. Forte legendum, *crenis.* Pint.

b *Iterum deinde in filo politur.*] Legend. *Iterum deinde in filo politur illisum crebro silici ex aqua, &c.* Salmas. p. 765. b.

c *Clavis.*] Capitatis fustibus, clavæ similibus. *Dalec.*

d *Quod ignibus non absumeretur.*] Rhod. cap. 31. 18. quo Indorum leges ac mores fuse narrat, scribit illos vestibus ex eo lino textis indui: quod parum credibile est, cum in tantam longitudinem trahi nequeat, ut vestes ex eo conficiantur. *Idem.*

e *Asbestinum.*] Tale fuit in aurea lucerna, quam Athenis Callimachus fecit, oleo

turæ. Anaxilaus auctor est, linteo eo circundatam arborem, surdis ictibus, & qui non exaudiantur, cædi. Ergo huic lino principatus in toto orbe. Proximus [a] byssino, mulierum maxime deliciis circa Elim in Achaia genito: quaternis denariis scripula ejus permutata quondam, ut auri, reperio. [b] Linteorum lanugo, è [1] velis navium maritimarum maxime, in magno usu medicinæ est: & cinis spodii vim habet. Est & [c] inter papavera genus quoddam, quo candorem lintea præcipuum trahunt. Tentatum est tingi linum quoque, & vestium insaniam accipere, in Alexandri Magni primum classibus, Indo amne navigantis, cum duces ejus ac præfecti [2] in certamine quodam variassent insignia navium: stupueruntque litora flatu [3] versicoloria implente. [d] Velo purpureo ad Actium cum M. Antonio Cleopatra venit, eodemque effugit. Hoc fuit imperatoriæ navis insigne. Postea in theatris tantum umbram fecere: quod primus omnium invenit Q. Catulus, cum Capitolium dedicaret. Carbasina deinde [e] vela primus in [4] theatro duxisse traditur Lentulus

1 villis. *Ch.*

2 in, *in M. d.*

3 versicolorias pellente. *Ch.*

4 theatrum. *Vet. Lego*, amphitheatrum.

oleo non nisi post exactum annum dissipato, licet semper arderet. Pausanias in Atticis. Plutarchus lib. de oracul. defectu, in Carystia rupe linum id gigni tradit, molli & lapideo filo, è quo mantilia, retia & reticula capitis tegumenta conficerentur. *Dalec.*

a *Byssino.*] Byssus Suidæ & Theocriti interpreti coloris genus, unde byssina vestis, bysso infecta. Byssus quibusdam pretiosissima lana, colore nitoreque auri. Byssus Philostrato, linum, quod Indi ex arbore legunt, trunco populis simili, foliis salici, etiam Arriano auctore, Apollonioque oculato teste. Rhodig. cap. 8. 23. Est & Amorgis lini species, unde Amorgina vestis memorata Æschini contra Timarchum, Aristophani in Lysistrate, Eupolidi. Cannabis, lini, byssi, Eleorum agrum feracem esse tradit Pausanias in Eliacis. *Idem.*

b *Linteorum lanugo.*] Ὀθονίων ξύσμα: unde fiunt ξυστοὶ μοτοὶ Galeno 3. κατὰ τόπους, in remediis Heraclidæ, quæ sanguinem fluentem è naribus sistunt. *Idem.*

c *Inter papavera genus quoddam.*] Heracleum, sive ἀφρῶδες esse putant, quod & radiculæ sive struthio simile est & semen valde catharticum habet. Ejus facultatis nomen meminit Dioscorides. *Idem.*

d *Velo purpureo.*] Alia sunt vela Regia purpurea, gemmis & auro intertexta, quibus reges & summi principes in suis palatiis utuntur suspensis, ut & Attalicis aulæis. Ræwardus cap. 11. lib. 5. Variorum. *Idem.*

e *Vela primus in, &c.*] Inde velaria theatra Juvenali. De theatralibus veliis Lucretius lib. 4. *Idem.*

a *Viamque*

tulus Spinter Apollinaribus ludis. Mox Cæsar Dictator totum forum Romanum intexit, [a] viamque sacram ab domo sua [1] ad clivum usque Capitolinum, [b] quod munere ipso gladiatorio [2] mirabilius visum tradunt. Deinde & sine ludis Marcellus Octavia sorore Augusti genitus, in Ædilitate sua, avunculo XI. Consule [3] Calend. Augusti, velis forum inumbravit, ut salubrius litigantes consisterent: quantum mutatis moribus Catonis Censorii, qui sternendum quoque [c] forum muricibus censuerat. Vela [4] nuper colore cœli, stellata [d] per rudentes, terra etiam in amphitheatris principis Neronis rubente: in [e] cavis ædium, & muscum à sole defendunt.

1 & clivum usque in Capitolium. *Cb.*
2 miserabilius. *Alii.*
3 ad Idus. *M.*
4 nuper & col. (*sic & Cb.*) cœli distenta per rud. terræ, &c. rubent. *M.*

a *Viamque sacram ab.*] Sacra quidem ea dicta est, quod fœdus in ea inter Romulum & Tatium ictum fuisset: vel quod per eam sacra in arcem quot mensibus deferrentur: vel quod augurium in ea captabatur. Per eam in Capitolium frequens iter fuit, triumphorum pompa, subactis gentibus, domitisque nationibus, cum præda captiva, & spoliis hostium solemni apparatu procedebat. Vicorum Romanæ urbis nomina, & nominum caussas declarat Alex. ab Alex. cap. 18. 2. *Dalec.*

b *Quod munere ipso.*] Ejus mentio fit supra cap. 18. ultimo, lib. 15. & apud Suetonium in Julio c. 10. *Idem.*

c *Forum muricibus censuerat.*] Nam Plutarchus lib de Fœnore, forum esse scribit ἀσεβῶν χῶρον: Anacharsis, locum destinatum explendæ avaritiæ, & ad fallendum. Rhod. cap. 9 lib. 28. Forum triplex Romæ fuit. Martialis:

Atque erit in triplici par mihi nemo foro. Idem:

Et fora tot numeras Jane quot ora geris.

Seneca: *Adjice nunc publica perjuria gentium, circumscriptiones, fraudes, infitiationes, quibus trina fora non sufficiunt.* Quartum Trajanus addidit. Fuit & forum Domitiani transitorium, quod à Suetonio *Methodium* dictum volunt. Idem cap. 10. 28. Vide cap. 1. lib. 5. Vitruv. & in id Comment. Philandri. Vide & annotata in c. 15. lib. 36. *Idem.*

d *Per rudentes, terra etiam in, &c.*] Lego, *per rudentes tracta in amphitheatris principis Neronis terra etiam rubente.* Nempe rubricæ aspectu picturata, quemadmodum auctor scribit cap. 5. lib. 33. in spectaculis ejusdem principis harenam Circi chrysocolla stratam fuisse, cum ipse concolori panno aurigaturus esset. *Idem.* *Per rudentes terra etiam in amphitheatris principis Neronis rubente: in cavis ædium.*] Vetustum exemplar sic profert: *per rudentes iere etiam in amphitheatris Neronis principis. Rubent in cavis ædium.* Pint.

e *Cavis ædium.*] Cavædium, seu Cavum ædium, seu Cava ædium (tot enim modis proferunt) quasi ædium Cavea, Varroni lib. 4. de lingua Lat. locus tectus & patulus intra parietes ad omnium communem usum. Ut in theatro Cavea locus fuit, è quo sedens populus ludos & publica munera spectabat: sic Cavædium ambulatio & porticus, monachorum peristyliis similis, è qua, qui spatiantur, proditurum dominum expectantes, impluvium, id est, aream in quam impluit, aspiciunt. Græci μέσαυλον vocant: & recte quidam, quoniam in medio est totius ædificii, nempe cœnaculorum, cellarum, & cubiculorum, ut aperte Varro indicat. Quidam pro *musco* hic legunt *musæacum*, id est, amussæatum, sive, ut in Pescennio Spartianus dixit, *musivum opus*, nempe lithostro-

1 Cæterum. *M.* 2 candore. *Ch.*

dunt. [1] Cætero mansit [2] candori pertinax gratia. Honor etiam & Trojano bello. Cur enim non & præliis intersit, ut naufragiis? [a] Thoracibus lineis paucos tamen pugnasse, testis est Homerus. Hinc fuisse & navium armamenta apud eundem interpretantur eruditiores: [b] quoniam cum sparta dixit, significaverit sata.

Cap. II.

De sparti natura, & quando primum usus ejus, & quomodo perficiatur, & quæ sine radice nascantur, & vivant.

3 est hæc. *Dal.*

SParti quidem usus multa post secula cœptus est: nec ante Pœnorum arma, quæ primum Hispaniæ intulerunt. [c] Herba [3] & hæc sponte nascens, & quæ

thostroton & tessellatum pavimentum. Verum an id sub dio fieret, & solis vapore offenderetur, aut corrumperetur, legisse non memini. Ego quendam Græce doctum in margine codicis scripsisse arbitror Cavædium μέσαυλον, etiam ut & μεσαύλιον dici, ex eaque dictione factum vocabulum *muscum*, irrepsisse in Plinii scripturam, eoque ut otioso & supervacuo deleto, sensum apertissimum fore. *Dalec.*

a *Thoracibus lineis paucos tamen, &c.*] Iliad. β. Λοκρῶν δ' ἡγεμόνευεν Ὀϊλῆος ταχὺς Αἴας

Μείων, οὔ τι τόσος γε ὅσος Τελαμώνιος Αἴας,

Ἀλλὰ πολὺ μείων· ὀλίγος μὲν ἔην λινοθώρηξ. Rursum eod. lib.

Τῶν ἦρχ' Ἄδρηστός τε, καὶ Ἄμφιος λινοθώρηξ. Herodot. in Polyhym. Theocr. Eidyll. 14. Athen. lib. 14. Strabo lib. 3. Suetonius in Galba cap. 19. Virgil. 3. Æneid.

Loricam consertam hamis auroque trilicem. τρίμιτον. Et lib. 22.

--- *rumpitque infixa bilicem.* δίμιτον. *Mitaiorine.*

b *Quoniam cum sparta.*] Ab eadem verbi notione Pacuvius in Nipteris apud Festum *strilia spartea* funes è sparto dixit:

Nec ulla subscus, inquit, *cohibet compagem alvei:*
Sed suta lino & sparteis strilibus.

Dalec.

c *Herba &c.*] Spartum duplex est: alterum juncus Ibericus, sive Hispanicus, ἀγκύλης, ἄκαρπος, ἄφυλλος, ad nexus tantum utilis: alterum Genista, quam Græci τὴν σπάρτην καὶ τὸ σπάρτον, & τὸ σπαρτίον, dixerunt. Et hæc duplex: altera silvestris, sine foliis, in agro Monspessulano frequens, qua olim Asiatici ἐδέσμευον τὰς ἀμπέλους, vites religabant, unde & ἀμπελοπλεκτικῆς nomenclatura, & mulis, bobus, camelis, in attritu pedum subluvie, & aliis id genus morbis calceos & soleas nectebant, quas Crabatinas Aristoteles videtur appellare cap. 1. lib. 2. Hist. Animal. Altera foliosa: & hæc rursum duplex: prior in hortis sata, ejusdem prorsus generis & usus cum supra scripta, sed cultus mangonio vestita foliis paucis & exiguis, quæ desunt alteri, in aridis & squalentibus locis natæ, floris odore jucundissimo

& quæ non queat ſeri, juncuſque proprie aridi ſoli, [a] uni terræ dato [1] vitio. Nanque id malum telluris eſt: nec aliud ibi ſeri aut naſci poteſt. In Africa exiguum & inutile gignitur. [b] Carthaginienſis Hiſpaniæ citerioris portio, nec hæc tota, ſed quatenus parit, montes quoque ſparto operit. Hinc ſtrata ruſticis eorum, hinc ignes faceſque, hinc calceamina, & paſtorum veſtis, animalibus noxium, præterquam cacuminum teneritate. [c] Ad reliquos uſus laborioſe [2] evellitur, ocreatis cruribus, [3] manibuſque tectis manicis, convolutum oſſeis [4] ligneiſve conamentis. Nunc [5] jam in hiemem [6] vix. [d] Facillime tamen ab Idibus Majis in Junias: hoc maturitatis tempus. [e] Vulſum faſcibus in [7] acervo anima-

1 hoc vitio. *Dal.*
2 vellitur. *Ch.*
3 manu textiſque manicis. *Ch.*
4 ilignisque. *Ch.*
5 jam hieme vix. *V.*
6 juxta. *Ch.*
7 acervo adunatum. *V.*

cundiſſimo graviſſimoque apibus: quamobrem & prope alvearia plantatur, melle nonnunquam ejus odorem referente cap. 8. lib. 11. Geniſtam Florentinam vocat Gallia: alii Hiſpanam. Poſterior ſilveſtris, in macris & arenoſis ubivis luxurians, foliis multis & denſius congeſtis operta, ramulis viecis, prætenuibus, graviter olentibus, quibus etiam ad vinciendum uti liceat. Guillandinus non ſatis diligenter has ſpecies diſtinxit. Ibericos funes ſparteos Flaccus vocat: *Ibericis peruſte funibus latus*: quamvis ineptum & ridiculum oratorem fuiſſe ſcribat, qui pro Sparto *herbas Ibericas* dixiſſet. Turnebus cap. 9. lib. 14. *Dalec.*

a *Uni terræ.*] Hiſpaniæ. Præcedenti tamen capite auctor ſcripſit è geniſta, id eſt, ſparto, Aſiam præcipua lina facere, &c. Auctor cap. 9. lib. 24. an geniſta, ſpartum ſit, dubitat. Vide locum. *Idem.*

b *Carthaginienſis Hiſpaniæ citerioris portio.*] Campum amplum & ἄνυδρον. Strabo lib. 6. vocat nunc ἰουγκάριον, juncarium Latino vocabulo, nunc πεδίον σχοινοῦν, nunc ἀλιχοινοῦν, Marathronio à fœniculi copia dicto proximum. *Idem.*

c *Ad reliquos uſus laborioſe, &c.*] Legend. *Ad reliquos uſus laborioſe vellitur ocreatis cruribus, manuque textis manicis convoluta, oſſeis ligneiſque nucamentis: nunquam in hieme, in æſtu: facillime tamen ab Idibus Majis in Junias: hoc maturitatis tempus.* Nucamenta proprie ſunt quæ callo ſquamatim compactili dependent è ramis juglandum, & picearum: ad hanc formam oſſeis & ligneis nucamentis manicæ texebantur, quibus manum convolvebant, quibus vellendum erat ſpartum. *Salmaſ.* pag. 266. a. Sequitur: *Vulſum faſcibus in acervo manuatum.* hoc eſt in manuas ſive manuales faſciculos colligatum. *Manua* enim eſt manipulus. Vide *Salmaſ.* pag. 266. a, b.

d *Facillime tamen ab Idibus Majis.*] *Tantum*, non *tamen*: aptior lectio. *Pintian.*

e *Vulſum faſcibus in*] Lego, *Vulſum, & examinatum, faſcibus in acervo biduo, tertio, &c.* Examinabant, ut integrum & minime vitiatum ad textilia, putre, arroſum, corruptum ad ignes ſeponerent. Manuſcriptum utrumque habet, *ummatum*. *Animatum* quidam exponunt, οὐκ ἐξεντερισμένον, non emedullatum: quaſi vero tam exilis juncus emedullari poſſit. Vide Turn. c. 20. lib. 11. Adverſar. Alii legunt, *Vulſum & faſcib. manuati-*

animatum biduo, tertio resolutum, spargitur in sole, siccaturque, & rursus in fascibus redit sub tecta. Postea maceratur aqua marina optime, sed & dulci, si marina desit. Siccatumque sole iterum rigatur. Si repente urgeat desiderium, perfusum calida in solio, ac siccatum stans, compendium operæ fatetur. Hoc autem tunditur, [a] ut fiat utile, [1] præcipue in aquis marique invictum. In sicco præferunt è cannabi funes. At spartum alitur etiam demersum, veluti nataliüm sitim pensans. Est quidem ejus natura interpollis: rursusque [2] quam libeat vetustum novo miscetur. Veruntamen [3] complectetur animo, qui volet miraculum æstimare, quanto sit in usu, omnibus terris, navium armamentis, machinis ædificationum; aliisque desideriis vitæ. [b] Ad hos omnes usus quæ sufficiant, [c] minus triginta millia passuum in latitudinem à litore Carthaginis novæ, minusque in longitudinem esse reperientur. Longius vehi impendia prohibent. [d] Junco Græcos ad funes usos nomini credamus, quo herbam eam appellant: postea palmarum foliis philuraque, manifestum est: [4] & inde translatum à Pœnis sparti usum, perquam simile [5] veri est. Theophrastus auctor est, esse bulbi genus circa ripas amnium nascens, cujus inter summum corticem eamque partem qua vescuntur, esse laneam naturam,

1 præcipue aquis. *M.*
2 quamlibet. *D.*
3 complectatur. *V & Cb.*
4 &, in *M.d.*
5 est veri. *M.*

manualibus acervatum biduo, &c. ut superiori proximo capite, illis verbis: *Tum evulsum, & in fasciculos manuales colligatum, &c.* quod valde probo. *Dalec.*

a *Ut fiat utile.*] Quod ob eum usum χοινοπλοκικὸν dicunt. *Idem.*

b *Ad hos omnes usus, &c.*] Sic legit Apuleius in Herbario suo: *Ad quos omnis usus minus trigenta passuum in latitudinem à littore Carthaginis novæ in Spaniam usque: Centum in longitudinem nascitur.* Legendum itaque in Plinio constat: *minusque in longitudinem centum reperientur.* Vide *Salmas.* pag. 261. b.

c *Minus xxx. M. pass. in latitudinem à littore Carthaginis nova, nimisque in longitudinem esse reperientur.*] Scribo, *minus xxx. M. pass. in latitudinem à littore Carthaginis novem, minusque in longitudinem*, ex vetusto exemplari. *Pintian.*

d *Junco Græcos ad funes usos, &c.*] Σχοῖνος & funem significat & juncum: quomodo & spartum nunc restem nunc plantam è qua restes fiunt. *Dalec.*

a *Ex*

ram, [a] ex qua [1] mapalia vestesque quædam [2] conficiantur. Sed neque regionem, in qua id fiat, neque quicquam diligentius, præterquam eriophoron id appellari, in exemplaribus, quæ [3] quidem invenerim, tradit: neque omnino ullam [b] mentionem habet sparti, cuncta cura magna persecutus ccccxc. annis ante nos, [4] ut jam & alio loco diximus, quo apparet, post id temporis spatium in usum venisse spartum. Et quoniam à miraculis rerum cœpimus, sequemur eorum ordinem, in quibus vel maximum est, aliquid nasci aut vivere sine ulla radice. Tubera hæc vocantur, undique terra circundata, nullisque fibris nixa, aut saltem capillamentis, nec utique extuberante loco in quo gignuntur, aut rimas agente: neque ipsa terræ cohærent. Cortice etiam includuntur, ut plane nec terram esse possimus dicere, nec aliud [5] quam terræ callum. Siccis hæc fere & sabulosis locis frutectosisque nascuntur. Excedunt sæpe magnitudinem mali cotonei, etiam librali pondere. Duo eorum genera, harenosa dentibus inimica, [6] & altera sincera. Distinguuntur & colore, russo [7] nigroque, & intus candido, laudatissima Africæ. Crescant, anne vitium id terræ (neque enim aliud intelligi potest) ea protinus globetur magnitudine, qua futurum est: & vivantne, an non, haud facile arbitror intelligi posse. Putrescendi enim ratio communis est iis cum ligno. Lartio Licinio Prætorio viro jura reddenti in [8] Hispania Carthagine, paucis his annis scimus accidisse, mordenti tuber, ut [9] deprehensus intus denarius

1 impilia. *M. & Ch. & Turn. Sic restituit Pelisserius.*
2 conficiant. *Ch.*
3 equidem. *Ch.*
4 ut alio jam loco. *M.*
5 terræ quam. *M.*
6 sunt altera. *V.*
7 nigroque intus & candido.
8 Hispaniæ. *V.*
9 deprehensis intus denariis. *M.*

a *Ex qua mapalia vestesque quædam conficiantur.*] Theophrastus πόδια confici ait libro 7. capite 13. Plinius, si fidelis est codex, *mapalia*. at Theodorus *togas* vertit. *Pint.*

b *Mentionem habet sparti.*] Theophrastus cap. 8. lib. 1. Hist. Linosparti meminit inter ea, quibus cortex multis tunicis constat. Id autem aliud esse non potest quam Spartum pro lino usurpatum ad varios usus vitæ. Quidam eo loco divisim legunt *linum*, *spartum*. In hac ergo re memoria lapsus Plinius est. *Dalec.*

a *Quod*

denarius primos dentes inflecteret. Quo manifestum erit, terræ naturam in se [1] globari: [a] quod certum est ex iis quæ nascantur & seri non possint.

[1] globari. Quod certum est ex iis quæ nascuntur, & seri non possunt. M.

CAP. III.

De misy, & tuberibus: de fungis pezicis, laserpitio & magydari, & rubia, & radicula.

[b] SImile est & quod in Cyrenaica provincia [2] vocant [c] misy, [d] præcipuum [3] suavitate odoris ac saporis, sed carnosius: & quod in Thracia [e] [4] ceraunium. De tuberibus hæc traduntur peculiariter: Cum fuerint imbres autumnales, [f] ac tonitrua crebra, tunc nasci, & maxime [5] è tonitribus: nec ultra annum durare: [g] tenerrima autem verno esse. Quibus-

2 vocant mison. Turn.

3 suavitate saporis, carnisque odore, & quod, &c. Ex Athenæo. suavitate, odore, sapore. M.

4 iston. Turn. ceraranion. Ch.

5 a. Dal.

a *Quod certum est, &c.*] Hæc verba ita legantur: *quod certum est, ex iis eruunt quæ nascuntur & seri non possunt.* Salm. 514. a.

b *Simile est & quod, &c.*] Legend. *Simile est quod in Cyrenaica provincia vocant Misi, præcipuum suavitate odoris ac saporis, & quod in Thracia Iton, & quod in Græcia Geranion.* Vide *Salmas.* pag. 708. a. *Simile est & quod, &c.*] Totum hunc locum de tuberibus, miso, ceraunio, lege apud Athenæum lib. 2. & cum hac Plinii oratione confer. *Dal.*

c *Misy.*] Athenæo μίσυν ἢ τῶν ἐγγειοτέρων τούτων γένεσις, inquit, ἅμα καὶ φύσις, οἷον τοῦτο ὕδνον, καὶ τὸ φυόμενον περὶ Κυρήνην ὃ καλοῦσι μίσυν. Theophrastum Athenæus citat. Joa. Leo lib. 9. Afric. hist. c. de Tarfez, Mison in Numidiæ desertis reperiri ait, indigenisque vocari Terfez, medicis Camha. Idem lib. 5. c. de Capes Thrasos describit frequentes in regno Tunicensi, ab Arabibusque vocari Habbazis. Vide ejus descriptiones. *Idem.*

d *Præcipuum.*] Athenæus è Theoph. hæc citat ἐν φυλακοῖς λειόφλοια καθάπερ ὕδνον, μύκης, πέζις, κεράυνιον: ubi legendum, πεζῖται, κεραύνιον. Hæc autem omnia & pleraque alia in nostris exemplaribus Theophrasti non leguntur: unde colligere licet, quam ea mutila sint. *Idem.*

e *Ceraunium.*] Theophrastus cap. 9. lib. 1. Hist. κεράνιον. Athenæo ἰτὸν pro οἶτον. δοκεῖ δὲ, (inquit) ἡδὺ σφόδρα τοῦτ' εἶναι, καὶ τὴν ὀσμὴν ἔχειν χρειώδη, καὶ τὸ ἐν τῇ Θρᾴκῃ γινόμενον ἰτόν. Turneb. cap. 14. lib. 11. Adversariorum. Apud Athenæum bis pro κεραύνιον, legitur corrupte γεράνιον. *Idem.*

f *Ac tonitrua crebra.*] Juvenal. Sat. 5.

---- post hunc raduntur tubera, si ver
Tunc erit, & faciunt optata tonitrua cœnas
Majores.

Vide Plutarch. Quæst. 2. lib. 4. Symp. Martialis:

Rumpimus altricem summo de vertice terram,
Tubera boletis poma secunda sumus.

Idem.

g *Tenerrima autem, &c.*] Τὴν δὲ χροιὰν, καὶ τὴν ἀκμὴν ἔχει τοῦ ἦρος. Verno autem maxime vigent, atque tempestiva sunt. Ex Athenæo. *Idem.*

a Extu-

Quibuſdam locis [1]accepta riguis ſeruntur: ſicut Mitylenis negant [2]naſci, niſi [a]exundatione fluminum invecto ſemine ab Tiaris. Eſt autem is locus, in quo plurima naſcuntur. Aſiæ nobiliſſima circa Lampſacum [3]& Alopeconneſum, Græciæ vero circa Elin. Sunt & in fungorum genere à Græcis [4]dicti [b]pezicæ, qui ſine radice [5]aut pediculo naſcuntur. Ab his proximum dicetur auctoritate clariſſimum laſerpitium, quod Græci ſilphion vocant, in Cyrenaica provincia repertum: [c]cujus ſuccum vocant laſer, magnificum in uſu medicamentiſque, & [d]ad pondus argenti denarii penſum. Multis jam annis in ea terra non invenitur: quoniam publicani, qui paſcua conducunt, majus ita lucrum ſentientes, depopulantur pecorum pabulo. Unus omnino caulis noſtra repertus memoria, Neroni principi miſſus eſt. Si quando incidit pecus in ſpem naſcentis, hoc deprehenditur ſigno: ove, cum comederit, dormiente protinus, capra [6]ſternuente. Diuque jam non aliud ad nos invehitur laſer, quam quod in Perſide aut Media & Armenia naſcitur large, ſed multo infra Cyrenaicum: [7]id quoque adulteratum gummi, aut ſagapeno, aut ſaba fracta. Quo minus omittendum videtur.

C. Va-

1 acceptantur riguis & feruntur. *Alii.*
2 naſci in litore. *Ex Athen.*
3 in Acarnide. *Ex Athen.*
4 dicti pezitæ. *Turn. c. 20. l. 11. Adverſ.*
5 &c. *M.*
6 ſternutante. *M.*
7 idque. *M.*

a *Exundatione fluminum.*] Γενομένης ἐπομβρίας, poſt copioſum imbrem. Theophr. *Dalec.*

b *Pezica.*] Πεζίτης, inquit Athenæus, ἄρριζοι & ἄκαυλοι ὄντες τυγχάνουσι (non ut legitur, & αὐτοὶ τυγχάνουσι) nec caulem habent nec radicem: fungus vero ortus ſui principium habet in longum porrectum caulem, & in ſummo ejus veluti crure diſtenditur. Pezitas Itali vocant *Prugnoti*, Galli *Mouſſerons*, terræ ſemper incumbente ac inſtrato globoſo capitulo, nec in caulem aliorum modo ſe attollente: ſtatim primis veris imbribus erumpentes, & toto genere ſalubres ac innoxios. Quidam *pezitas* eſſe volunt ruffos fungos, caſtaneis potiſſimum adnaſcentes, quos *auriculas* Galli vocant. *Idem.*

c *Cujus ſuccum vocant laſer.*] Theoph. cap. 3. lib. 6. hiſt. & lib. 3. cap. 2. & cap. 18. lib. 6. cauſſ. *Idem.*

d *Ad pondus argenti denarii penſum.*] Apud Macrob. cap. 4. lib. 2. Saturnal. Auguſtus per jocum Mœcenatem vocat *mel gentium, melculum ſuum, ebur ex Hetruria, laſer,* (non *lacer*, ut legitur,) *Aretinum*, quod Hetruriæ populis chariſſimus, in eo pretio eſſet, quod laſer apud omnes. *Idem.*

a C. Va-

[a] C. Valerio, M. Herennio Coss. Cyrenis advecta Romam publice [1] laserpitii pondo XXX. Cæsarem vero Dictatorem initio belli civilis, [b] inter aurum argentumque protulisse ex ærario [2] laserpitii pondo CXI. Id apud auctores Græciæ [3] evidentissimos invenimus natum imbre [c] piceo repente madefacta tellure, [4] circa Hesperidum hortos Syrtinque majorem, septem annis ante oppidum Cyrenarum, quod conditum est urbis nostræ anno CXLIII. Vim autem illam per quatuor millia [5] stadiûm Africæ valuisse. In ea laserpitium gigni solitum, rem feram ac contumacem: & si coleretur, [d] in deserta fugientem, radice multa crassaque, [e] [6] caule ferulaceo, [7] haud simili crassitudine. Hujus folia maspetum vocabant, apio maxime similia. Semen erat foliaceum, folium ipsum [8] vêre deciduum. Vesci pecora solita, primoque purgari, mox pinguescere, carne mirabilem in modum jucunda. Post folia [9] amissa, [f] caule ipso & homines vescebantur decocto, [10] asso, elixoque: eorum quoque corpora XL. primis diebus purgante à vitiis omnibus. Succus duobus modis capiebatur, è radice atque caule. [g] Et hæc duo erant nomina, rhizias atque caulias, vilior

1 laseris. *Dal.*

2 laseris. *Dal.*

3 vetustissimos. *V.*

4 erga. *Ch.*

5 stadiorum in Africa. *M.*

6 magnitudine ferulæ par. *Th.*

7 aut. *M.* & *Ch.*

8 vere nascitur. *Theophrast.* verò deciduum. *Ch.*

9 emissa, caulis ipse (*sub.* prodit) quo & hom. *Th.*

10 assoque elixo. *Ch.*

a *C. Valerio.*] C. Valerio Flacco, de quo Val. Max. cap. 9. lib. 6. *Dalec.*

b *Inter aurum argentumque protulisse ex ærario lacerpicii pondo* CXI.] In optimo libro Thuani scriptum: *laserpici pondo*, ∞ D. hoc est, mille quingenta. Vide *Salmas.* pag. 352. b.

c *Piceo.*] Crasso & nigro picis modo. *Dalec.*

d *In deserta fugientem.*] Ἐξαναχωρῦσαν, evanescentem, exarescentem, deserta, derelictaque sua sede. Theophr. *Idem.*

e *Caule ferulaceo haud simili crassitudine.*] Scribo, *haud dissimili crassitudine.* Theophrastus lib. 6. cap. 4. *Caulis quantus ferulæ, & crassitudine fere proximus.* Pintian.

f *Caule ipso & homines, &c.*] Legend. *Caule ipso homines vescebantur, decocto assoque.* illud *elixo* è glossa est, explicantis τὸ decocto. Vel lege, *asso elixoque, eorum quoque corpora* XL. *diebus primis purgante. cum his omnibus succus duobus modis capiebatur è radice atque caule.* Nihil verius: folia Laserpicii purgando & saginando pecori optima, caulis ipse hominibus edulis omni modo decoctus & assus. cum his omnibus utilitatibus; etiam succus è radice atque caule capiebatur, pluribus rebus usui futurus. *Salmas.* 354. b. 355.

g *Et hæc duo erant nomina.*] Scribendum reor, *atque duo erant nomina.* Pintian.

vilior [1] ille ac putrescens. [a] Radici cortex niger & 1 illo. Ch.
ad mercis adulteria. Succum ipsum in vasa conje-
ctum, [2] admisto furfure, subinde concutiendo [b] ad 2 admixta farina. Theophrast.
maturitatem perducebant, ni ita fecissent, putre-
scentem. Argumentum erat maturitatis, [3] color, 3 colos. Ch.
siccitasque [c] sudore finito. Alii tradunt laserpitii
radicem fuisse majorem cubitali, [d] tuberque in ea
[4] super terram. Hoc inciso, profluere solitum suc- 4 supra. Ch.
cum, seu lactis, [e] [5] supernato caule, quem magy- 5 supernasci caulem. V.
darin vocarunt. Folia aurei coloris pro semine fuis-
se [f] cadentia à Canis ortu, Austro flante. Ex his
laserpitium nasci solitum, annuo spatio & radice &
caule [6] consummantibus sese. Hoc & circunfodi 6 consumentibus. Ch.
solitum prodidere. Nec purgari pecora, sed ægra
sanari, aut protinus mori, quod in paucis [7] accide- 7 accidit. V.
re. Persico silphio [g] prior opinio congruit. Alte-
rum

a *Radici cortex niger, &c.*] Legend. *Radice cortex niger, ad merces ad ultera succum ipsum in vasa conjectum admixto furfure subinde concutiendo ad maturitatem perducebant, &c. Merces ad ultera* sunt merces quæ in ulteras regiones exportantur, εἰς τὰ πέραια. *Salmas.* pag. 1024. b. *Radici cortex niger, &c.*] Eum detrahi solitum scribit Theophrast. quapropter eo relicto mercem ab impostoribus adulteratam interdum fuisse. *Dalec.*

b *Ad maturitatem perducebant.*] Sic & suum colorem accipere, & maturatum (ἰσχυρόθειν(α)) putredini resistere scribit Theophrastus. *Idem.*

c *Sudore finito.*] Cum halituosus vapor omnino discussus manare cessasset. *Idem.*

d *Tuberque in ea super.*] Lege: *Tuber edique in ea supra terram.* paulo post lege: *super enato caule, &c.* Vide *Salmasium*, hac de re late differentem p. 357. b. & sequentibus. Et paulo post scribe, *Hi & circumfodi solitum prodidere. Tuberque in ea super.*] Aliter Theophrastus: cubitali: ejusque medium extans, altissime ac propemodum extra terram, in caput extuberare, è quo lacteus succus fluit, deinde & caulis nascitur, quem magydarim vocant. *Dalec.*.

e *Supernato caule quem magydarin vocarunt.*] Dissentit à Theophrasto lib. 6. cap. 3. cujus verba sunt: *Alii radicem laserpitii cubitalem fieri tradunt, aut paulo majorem. Hanc in medio extuberare in caput, quod sublime penitus extat, ut fere super terram esse appareat, unde primum quod lac appellatur erumpit: deinde caulis assurgit; ex qua magydaris.* Dioscorides lib. 3. esse nonnullos ait, qui laserpitii radicem *magydarim* vocent. *Pint.*

f *Cadentia à Canis ortu.*] In silphii planta φύλλον significat nunc foliorum comam, quæ aureo colore est: nunc foliaceum semen τὸ σπέρμα, quod Austro post Caniculam flante decussum novellas silphii plantas gignit. Ea significationis varietas Plinium decepit. *Dalec.*

g *Prior.*] Lege *posterior.* Nam priorem narrationem convenire Libyco, sive Cyrenaico, apertissime Theophr. indicat. Persicum vocat, quod in Armenia & Media Persarum imperio subditis nascitur. *Idem.*

a *Mox*

rum [1] genus est, quod magydaris vocatur, tenerius & minus vehemens, sine succo: quod circa Syriam nascitur, non proveniens in Cyreniaca regione. Gignitur & in Parnasso monte [2] copiosius, quibusdam laserpitium vocantibus: [3] per quæ omnia adulteratur rei saluberrimæ utilissimæque auctoritas. Probatio sinceri prima, in colore modice russo, & cum [4] frangitur, candido intus, [a] mox translucente: gutta [5] aqua salivaque liquescit. Usus in multis medicaminibus. Sunt [6] etiamnum duo genera, non nisi sordido nota vulgo, cum quæstu [7] multum polleant. In primis rubia tingendis lanis & coriis necessaria. Laudatissima Italica, & maxime suburbana: [8] & omnes pene provinciæ scatent ea. Sponte provenit, seriturque [b] similitudine [c] erviliæ. [d] Verum spinosus [9] ei caulis geniculatus hic est, quinis circa articulos in orbe foliis. [e] Semen ejus [10] rubrum est. Quos in medicina usus habeat, [f] suo dicemus loco. At quæ vocatur radicula, lavandis demum lanis succum [11] habet: mirum, quantum conferens candori mollitiæque. Nascitur sativa ubique, sed sponte præcipua in Asia Syriaque saxosis & asperis locis. Trans Euphratem tamen laudatissima, caule ferulaceo, tenui, & ipso cibis indigenarum expetito, [g] & tingenti quicquid sit, cum quo decoquatur, folio oleæ: Strution Græci vocant:

1 genus ejus est. *Ch.*
2 copiosum. *M.*
3 per quod omnino. *V.*
4 frangatur. *Ch.*
5 aquæ. *V.*
6 etiam nunc duo radicum genera. *M.*
7 nullo. *M.*
8 etsi om. p. prov. scateant. *V.*
9 ac geniculatus huic caulis est. *M.* & caule genic. *Ch.*
10 rubia. *Ch.*
11 habet, mirum, multum conf. *Vet.* vide cap. 11. lib. 24.

a *Mox translucente.*] Myrrhæ similis: non porracei: odore valenti, gustu suavi, & cum gustatur, facile diluti in album colorem. Dioscor. *Dalec.*

b *Similitudine.*] Caulibus humi stratis, & jacentibus, erviliæ modo. Dioscor. *Idem.*

c *Erviliæ.*] Theophrasto folio est cissi, id est, hederæ, humi strata graminis modo, radice rubra. *Idem.*

d *Verum spinosus.*] Licenter Plinius asperum caulem spinosum vocat. Spinis Erythrodanon carere, Theophrastus aperte scribit c. 1. lib. 6. hist. *Idem.*

e *Semen ejus rubrum est.*] Fructus ejus principio viret, deinde rubet, & cum maturus est nigrescit. Dioscor. *Idem.*

f *Suo dicemus loco.*] Cap. 11. lib. 24. *Idem.*

g *Et tingenti quicquid sit cum quo decoquatur.*] *Unguenti* in vetere codice, non *tingenti.* Credo melius, ut illud, *ungue, ungue puer caules.* Pint.

a *Semen*

vocant: floret æstate, grata aspectu: verum sine odore, spinosa, & caule lanuginoso. [a] Semen ei nullum, radix magna, quæ conciditur ad quem dictum est usum.

CAP. IV.

De hortorum cura, & digestio terra nascentium, prater fruges & frutices.

AB his superest reverti ad hortorum curam, & suapte natura memorandum, & quoniam antiquitas nihil prius mirata est, quam Hesperidum hortos, [b] ac regum Adonis & Alcinoi, itemque pensiles, sive illos Semiramis, sive Assyriæ rex Cyrus fecit, de quorum opere alio volumine dicemus. Romani quidem reges ipsi coluere. Quippe etiam Superbus Tarquinius [c] nuntium illum sævum atque sanguinarium filio remisit ex horto. In XII. tabulis legum nostrarum nusquam nominatur villa, semper in significatione ea hortus: [d] in horti vero [1] hæredium. [2] Quam rem comitata est & religio quædam: [3] hortosque [e] & fores tantum contra invidentium effascinationes dicari videmus. In remedio [f] satyrica signa, quanquam hortos tutelæ

1 prædium. M. Varro c. 10. l. 1.
2 Quamobrem. Ch.
3 hortoque & foco. Ch.

a *Semen ei nullum.*] Plinio repugnat hic Columellæ versus:
---- *à Syrioque venit qua semine radix.* Dalec.

b *Ac regum Adonis & Alcinoi.*] In vetere codice *Alcini* non *Alcinoi.* rectius. Nam poëtæ pro commodo suo & integro & contracto utuntur, oratores contracto solum. *Pint.*

c *Nuntium illum sævum.*] Valer. Max. cap. 4. lib. 7. Livius lib. 1. Infra lib. 20. cap. 8. ultim. *Dalec.*

d *In horti vero hæredium, &c.*] Scribend. *In horti vero hæredium: quam rem comitata est & religio quadam, hortoque & foro tantum contra invidentium effascinationes dicari videmus in remediis satyrica signa, quamquam hortos tutela Veneris assignante Plauto.* quanquam inquit alia ratio videtur esse quare hortis dicentur satyrica signa in remedio adversus fascinum: nam Plautus hortos Veneris tutelæ assignavit: cui Veneri scil. satyrica signa optime conveniunt. *Satyrica signa* non sunt Satyrorum personæ pictæ fictæve, ut perperam quidam exponunt, sed virilia insignia subrecta, ut ea semper habent satyri. *Salmas.* 3 10. 2.

e *& fores tantum, &c.*] Vide Turn. cap. 28 lib. 9. Adverf. *Dalec.*

f *Satyrica signa.*] Quidam legunt *Saturnia*, præsertim Scaliger 5. lib. Varr. de Ling Lat. id quod nonnulli exposuerunt, Priapi, quoniam is Deus Saturni modo pingeretur cum falce. Turnebus suis adnot. in Varronem legit *Satyrica* eaque

1 quidam. Dal. [a] tutelæ Veneris assignante Plauto. Jam [1] quidem hortorum nomine in ipsa urbe delicias, agros, villasque possident. Primus hoc instituit Athenis Epicurus otii magister. Usque ad eum, moris non
2 haberi. Vit. fuerat [b] in oppidis [2] habitari rura. Romæ quidem per se hortus ager pauperis erat. [c] Ex horto plebei macellum, quanto innocentiore victu! Mergi enim, credo, in profunda satius est, & ostrearum
3 Phasin am. & eas fab. qui. ter. tut. imo & sic. V. genera naufragio exquiri, [d] aves ultra [3] Phasidem amnem peti, & fabuloso quidem terrore tutas, imo sic [e] pretiosiores, alias in Numidiam atque Æthio-
4 mandere cupientem quod mandit. M. piæ sepulcra: aut pugnare cum feris, [4] mandique capientem quod mandat alius. At hercule quam vilia hæc, quam parata voluptati satietatique nisi

eadem

que similia fuisse putat Phallis, & Ithypallis, quos in pompa Bacchi ferebant: universaque hæc omnia *oscilla* Virgilio vcoata fuisse hoc versu,

Oscilla ex alta suspendunt mollia quercu.

Sic inauspicatas aves foribus affixas fascinum depellere vetustas credidit, & alia quædam turpia, ut asinæ cranium. Vide quæ adnotata sunt in cap. 9. lib. 25. & Lilium Gyraldum in Priapo. *Dalec.*

a *Tutela Veneris.*] Rustica Vinalia mense Augusto Veneri dicata sunt, illi eadem die consecrata fuit ædes: jumenta, olitores, omnes horti in ejus tutela sunt. Itaque jumenta coronata ab opere cessabant Consualibus, quæ sequenti ac proximo die celebrabantur. Scalig. in Festum p. 161. Vide & eundem in voce Vinalia. *Idem.*

b *In oppidis habitari rura.*] Romani veteres etiam in hortis habitarunt. Apud Tacitum 16. Thraseas in hortis agebat, cum advesperascente jam die Consulis quæstor ad eum missus. Apud Sueton. Claudius, abjecta spe dignitatis, ad otium concessit modo in hortis & suburbano, in Campaniæ secessu delitescens. Hortorum ædificia voluptaria, & amœnitatis gratia extructa, in quæ sui colligendi causa secedebant, Romani *diætas* vocarunt, Græci *zetas*, ut constat ex Lampridio in Heliogabalo, ἀπὸ τοῦ ζῆν, nisi fallor. Brissonius cap. 13. lib. 3. *Idem.*

c *Ex horto plebei macellum, &c.*] Ex hortis & oleribus fercula venustissime apud Plautum in Pseud. coquus memorat:

Non item cœnam condio, ut alii coqui,
Qui mihi condita prata in patinis proferunt:
Boves qui convivas faciunt, herbasque aggerunt:
Eas herbas herbis aliis porro condiunt.
Indunt coriandrum, fœniculum, allium, atrum olus:
Apponunt rumicem, brassicam, betam, blitum, &c.

Idem.

d *Aves ultra Phasidem amnem peti, & fabuloso quidem terrore tutas.*] *Phasin* non *Phasidem* in Vet. Cod. emendatiore lectione. Item scribendum puto, *& ne fabuloso quidem terrore tutas.* Pint.

e *Pretiosiores.*] Juvenalis 4.

Interea gustus elementa per omnia quærunt,
Nunquam animo pretiis obstantibus interius si
Attendas, magis illa juvant, quæ pluris emuntur.

Seneca sub finem lib. 4. *Nobis dolet quod spiritum, quod Solem emere non possumus: adeo nihil potest luxuria placere.* Dalec.

a Satisf-

eadem quæ ubique indignatio occurreret! Feren-
dum ſane fuerit exquiſita naſci poma, alia ſapore,
alia magnitudine, alia monſtro, pauperibus inter-
dicta: inveterari vina, [a] ſacciſque [1] caſtrari: nec cui- 1 caſtigari. Ald.
quam adeo longam eſſe vitam, ut non ante ſe ge-
nita potet: è frugibus quoque [2] quoddam alimen- 2 quondam alitum. Ch.
tum ſibi excogitaſſe luxuriam, ac medullam tan-
tum earum, [3] ſuperque piſtrinarum operibus [b] & 3 inſuperque piſtrin. opera, & cælaturas: vivere alios pane proc. alios vulgi. Vet.
cælaturis vivere, alio pane procerum, alio vulgi,
tot generibus uſque ad [4] infimam plebem deſcen-
dente annona. Etiamne in herbis diſcrimen inven-
tum eſt, [5] opeſque differentiam fecere in cibo, etiam 4 intimam. Ch.
uno aſſe venali? In his quoque aliqua ſibi naſci [6] tri- 5 opeſque diff facere. M.
bus negant, caule in tantum [7] ſaginato, ut paupe-
ris menſa non capiat. Silveſtres fecerat natura cor- 6 pauperioribus. Turn.
rudas, ut quiſque demeteret paſſim. Ecce altiles
ſpectantur aſparagi. Et Ravenna ternos libris re- 7 ſignatò. M. & Ch.
pendit. Heu prodigia ventris! [c] Mirum eſſet non
licere pecori carduis veſci: non licet plebei. Aquæ
quoque ſeparantur, & ipſa naturæ elementa [8] vi 8 in pecunia. M. in pecuniæ decretum ſunt. Ch.
pecuniæ diſcreta ſunt. Hi nives, illi glaciem po-
tant, pœnaſque montium in voluptatem gulæ ver-
tunt. Servatur [9] algor æſtibus, excogitaturque ut 9 Ligur. M.
alienis menſibus nix algeat. Decoquunt alii aquas,
mox & illas hiemant. Nihil [10] itaque homini ſic, quo- 10 utique. Ch.
modo

a *Sacciſque caſtrari.*] Vina olim tum ſacco per colaturam, tum nive frangebantur & caſtigabantur, ut mitiora lenioraque, defecata & liquida forent, atque ideo plus biberetur, σακκίζειν & σακχελίζειν Græci vocant. Martial.

--- ut liquidum potet Alauda merum,
Turbida ſollicito transfundere Cæcuba ſacco.

Idem:

Setinos, moneo, noſtra nive frange trientes:
Pauperiore mero tingere lina potes.

Lucilius apud Ciceronem 2. de Finibus,

Cui nil dempſit nix, & ſacculus abſtulerit nil.

Dempſit pro dempſerit, ἀρχαϊσμός. *Idem.*

b *Et cælaturis vivere.*] Scalpturis. nam in lautis illis panificiis, ut à multis etiam hodie fit, piſtores varias omnium rerum imagines cælabant. *Idem.*

c *Mirum eſſet non licere pecori carduis veſci, non licet plebei.*] Geminantur in antiquo exemplari verba illa *carduis veſci*, ad majorem divitibus conflandam invidiam: *Mirum eſſet non licere pecori carduis veſci, carduis veſci non licet plebei.* Pintian.

modo rerum naturæ placet. [a] Etiamne herba aliqua divitiis tantum [1] nascitur? Nemo Sacros Aventinosque montes, & iratæ plebis secessus circumspexerit. [b] Mors enim certe æquabit, quos pecunia separaverit. Itaque hercule nullum macelli vectigal majus fuit Romæ, clamore plebis incusantis apud omnes principes, donec remissum est portorium mercis hujus, compertumque non aliter quæstuosius censum haberi aut tutius, ac minore fortunæ jure, cum credatur pensio ea pauperum. [c] Is in solo sponsor est, & sub dio reditus, superficiesque cœlo quocunque gaudens. Hortorum [d] Cato prædicat caules. Hinc primum agricolæ [2] æstimabantur prisci, & sic statim faciebant judicium, nequam esse in domo matrem familias (etenim hæc cura fœminæ [3] dicebatur) ubi [4] indiligens esset hortus. Quippe è carnario aut macello vivendum [5] esse. Nec caules, ut nunc maxime probabant, damnantes pulmentaria, quæ egerent alio pulmentario. Id erat oleo parcere. Nam gari desideria etiam in exprobratione erant. Horti maxime placebant, quia non egerent igni, parcerentque ligno, expedita res & parata semper: [e] unde & acetaria appellantur, facilia

1 pascitur. *M.* divitiis tantum: pascitur. *Ch.*

2 æstimabant. *M.* & *Ch.*

3 dicabatur. *Ali.*

4 indulgens. *Ch.*

5 esse: & nec caules. *M.*

a *Etiamne herba aliqua divitiis tantum pascitur.*] Existimo hæc verba non esse hujus loci, sed continuanda cum paulo ante præcedentibus, *Etiam ne in herbis.* ut scribendum putem, *Etiam ne in herbis discrimen inventum est? Etiam ne herba aliqua divitiis tantum pascitur?* Pint.

b *Mors enim certe æquabit, quos pecunia superaverit.*] Vera quidem sententia, vulgaris tamen ac indigna Pliniano ingenti acumine. Codex antiquus *Mox* habet, non *Mors.* ut scribendum putem, *Mox*, sicuti quædam etiam præferunt exemplaria impressa. & *separaverit* legitur in eodem codice, non, ut alii, *superaverit.* Idem.

c *Is in solo sponsor est.*] Nam *prædia* quasi prædes sunt & sponsores dominorum. Vide Turn. cap. 12. lib. 4 Adversar. *Dalec.*

d *Cato.*] Cap. 156, & 157. *Idem.*

e *Unde & acetaria appellantur.*] Acedaria, quod exiguam vel nullam curam poscerent. Sic mel quod sponte fluxit, nec curatoris diligentia expressum est, *acedon* dicitur supra cap. 15. lib. 11. *Idem.* *Unde & acetaria appellantur.*] Lege: *Unde & acetaria appellantur, facilia concoqui, &c.* Inepte quidam *acedaria* legunt & intelligunt, quæ sine cura provenirent. *acetaria* dicta λάχανα quæ cruda in aceto edebantur, Græci τρώξιμα appellarunt. *Salmas.* pag. 375. a.

a Et

facilia concoqui, nec oneratura sensum cibo, [a] & quæ minime accenderent desiderium panis. Pars eorum ad condimenta pertinens fatetur [b] domi versuram fieri solitam: atque non Indicum piper quæsitum, quæque trans maria petimus. Jam in fenestris suis plebs urbana in imagine hortorum quotidiana oculis rura præbebant, antequam præfigi prospectus [1] omnis coëgit multitudinis [2] innumeratæ [c] sæva latrocinatio. Quamobrem sit aliquis & his honos, neve auctoritatem rebus [3] utilitas adimat, cum præsertim etiam cognomina procerum inde nata videamus: lactucinosque in Valeria [4] familia non puduisse appellari: & contingat aliqua gratia [5] operæ curæque nostræ. Virgilio quoque confesso, quam sit difficile verborum honorem tam parvis perhibere. [d] Hortos villæ jungendos non est dubium, riguosque maxime habendos, si contingat [6] profluo amne: [7] si minus, è puteo pertica, [e] organisve [8] neumaticis, vel [9] tollenonum haustu rigan-

1 omneis. *Dal.*
2 innumeræ. *Ch*
3 vilitas. *M.* vilitas eximat. *Ch.*
4 provincia. *Alii.* *Lego*, prosapia. *Dal.*
5 operi. *M.*
6 præfluo. *Alii.* perfluo. *Vet.*
7 si minus è puteo rota. *Turn.*
8 pneumaticis. *V. Turn.* *c.* 20. *l.* 11.
9 tollonum. *V.*

a *Et quæ minime accenderent desiderium panis.*] Scribendum reor *Veneris*, non *panis*. Causam erroris puto fuisse dictionem *Veneris* compendiose scriptam, pro qua ineptus castigator suffecit *panis*. Pintian.

b *Domi versuram fieri solitam*] Ut in versura mutatur creditor, pecunia vero semper debetur, sic cum oleribus utimur aromatum loco, quod delectat diversum est, voluptas eadem. Obligat se qui aromata magno comparat: versuram facit qui eorum loco in cibis adhibet olera vilia. *Dalec.*

c *Sæva latrocinatio*] Nam derectarii malis artibus in aliena cœnacula se dirigentes, & scandentes furandi animo, fenestras uncinis & hamis aperiebant, ideo apertularii vocati, Græcis θυρεπανοῖκται, ἐπεισαναβάται, κατηλιφοβάται. Iis similes sunt forium parietumque effractores, τοιχωρύχοι. Cujacius cap. 27. 10. observ. nocturni fures quasi omnes Plauto in Trinummo, Dormitatores, ἡμεροκοῖται, non interdiarii, ἡμεροκλέπται: de quibus in 12. tabulis: *Si nox furtum faxit, si im aliquis occisit, jure cæsus esto.* Idem Cujacius cap. 27. 11. *Idem.*

d *Hortos villæ, &c. si contingat præfluo amne, si minus è puteo rota organisve pneumaticis, vel tollenonum haustu rigatos.*] Sic legend. Monet enim hortos aut riguos habendos esse rivis ductis ex præfluo amne, aut si id non contingat, rigatos è puteo rota organisve pneumaticis, vel tollenonum haustu. *Salmas.* pag. 589. a. *Hortos villæ jungendos, &c.*] Cassianus cap. 2. & 3. libro 12. Geopon. *Dalec.*

e *Organisve neumaticis, &c.*] Τὰ πνευματικά, τὰ ἀντλητήρια, haustra, quales nostræ fistulæ aquariæ, aquis exhauriendis aptæ & inventæ. vulgo *Tompes.* Tollenones, sive tollones τὰ κηλώνεια. Aristophan. apud Pollue. ὥστε κηλώνειον ἀνακύπτειν, καὶ κατακύπτειν.

1 Favonio in aut. properantibus, & post. *M.*

rigandos. Solum proscindendum à [1] '
autumnum præparandum est post x.
randumque ante brumam. Octo jug
palari justum est, fimum tres pedes a
misceri, areis distingui, easque resup
rum toris, ambiri singulas tramitun
detur accessus homini scatebrisque
hortis nascentium alia bulbo comme
capite, alia caule, alia folio, alia utr
mine, [b] alia cortice, alia cute, aut car
carne, alia tunicis carnosis. Alioru
terra est, [2] aliorum & extra, aliorum
tra. Quædam jacent crescuntque, ut
cucumis. Eadem pendent, quanqu
multo etiam iis quæ in arboribus gig
cucumis cartilagine. Cortex huic ü
transit in lignum. Terra conduntur ra
que & rapa, atque alio modo inulæ,
cæ. Quædam vocabimus ferulacea, ut a
vas. Nanque tradunt auctores, in Arab
septimo mense arborescere, [5] bacu
[6] præbere extemplo. Sed & arbor
Mauritiana Lixi oppidi æstuario, ubi
horti fuisse produntur CC. pass. ab O
delubrum Herculis, antiquius Gadita
Ipsa altitudinis pedum XX. crassitudi
cumplecti nemo possit. In simili gen-

2 *Hæc verba*, aliorum & extra, *in M. desunt.*

3 Placet. *Vet.*

4 eas. *Dal.*

5 baculorumque. *Ch.*

6 præbentes. *V.*

κλων. Plautus in Pœnulo: *Sunt Græca telonea: sustolli solent.* Sunt & hujus generis antlia & ciconiæ. *Dalec.*

a *In autumnum præparandum est.*] Legendum reor, *præpalandum est.* nam statim sequitur, *octo jugerum operis palari justum est.* Pint.

b *Alia cortice, alia cute, &c.*] Cortice & cartilagine raphanus, quod idem ait alibi Theoph. cap. 20. lib. 2. cap. 24. lib. 3. Causs. & cap. 1. & 2. lib. 7. hist. carne pepo, tunicis carnosis cepa. *Dal.*

c *Malvas septimo m*
Scribendum, *Malv*
arborescere, baculorun
Exemplo fit arbor è
Mauritania Lixi oppid
è malva factæ in Mau
adfert, quæ altitudini
crassitudinis quam ci
possit. *Salmas.* pag. 2
mo.] Theoph. cap. 5. l
id fieri auctor est, nu
Arabiæ mentione. *Da*

& cannabis. Necnon & carnosa [1] aliqua appellabimus, [a] ut spongias in humore pratorum enascentes. Fungorum enim callum, in ligni arborumque natura diximus, & alio genere tuberum paulo ante. [1] alia. *Dal.*

CAP. V.

Natura, & genera, & historia nascentium in hortis rerum.

[b] CArtilaginei [2] generis, extraque terram est [c] cucumis, mira voluptate Tiberio principi expetitus. Nullo quippe non die contigit ei, pensiles eorum hortos promoventibus in Solem rotis olitoribus: [d] rursusque hibernis diebus intra specularium munimenta revocantibus. [e] Quin & lacte mulso semine eorum biduo macerato, [f] apud antiquos Græciæ auctores scriptum est seri oportere, ut dulciores fiant. Crescunt qua coguntur forma. [g] In Italia virides, & quam minimi: in provinciis quam [2] Cartilaginum. *Ch.*

a *Ut spongias.*] Conservam descriptam cap. 8. lib. 27. *Dalec.*

b *Cartilaginei generis.*] Nam radices quædam cartilaginosæ sunt, ut raphani, betæ. Vide cap. 1. & 2. lib. 20. *Idem.*

c *Cucumis.*] Varroni à curvore, quasi curvimer. Probabilius est à Græca dictione vocabulum id tractum, qui & *σικυὸν*, & *κικυὸν* vocarunt. Scalig. in Priapeis, *cucumeres humi fusos*. Plinius cucumeris nomine nostros melopepones, vulgo *Melons*, cucumeres *concombros*, angurias *bathecas*, complectitur, & de iis diversa tradit, cuique suo generi tribuenda, ut adnotatur. Citrinos adhuc vocant *Sucrades blanches*; nigros, *Sucrades rouges*. Idem.

d *Rursusque hibernis.*] Eadem fere Theoph. cap. 6. lib. 5. Causs. memorat, quo loco docet hieme cucumeris semen in canistris serere, ut celerius fructus proveniat. *Idem.*

e *Quin & lacte mulso semine eorum biduo macerato.*] Scribendum reor: *Quin & lacte aut aqua mulsa semine eorum, &c.* Columella lib. 11. cap. 3. *Cucuminis tener & jucundissimus fit, si ante quam seras, semen ejus lacte maceres. Nonnulli etiam quo dulcior existat, aqua mulsa idem faciunt.* Sed quia Plinius antiquorum Græciæ auctorum testimonio utitur, præterire nolui, Theophrastum non esse ex eorum numero, qui Plinium juvant, cujus verba sunt libro 7. capite 1. *Quamobrem nonnulli semen cucumeris lacte aut aqua præmaceratum serunt, quo celerius exeat.* Pintian. *Quin & lacte mulso semine, &c.*] Theophr. c. 12. lib. 3. causs. Cassianus c. 20. lib. 12. Palladius cap. 9. Martii. *Idem.*

f *Apud antiquos.*] Hoc fit & hodie in satu nostrorum peponum. *Idem.*

g *In Italia virides, &c.*] Legend. *In Italia virides & quam minimi, in provinciis quam maximi, & cerini aut nigri placent, copiosissimi in Africa, grandissimi in Asia, ubi cum magnitudine excessere, pepones vocantur.* Vide Salmas. 1107. a. *In Italia virides, &c.*] De Peponibus id. Melones minimos, & malo cydonio non ampliores adhuc habet Hispania. *Dalecamp.*

1 & citrini. *M* utrumque. cerici. *Ch.* Vide *Annot.*
2 longitudine. *Dal.*
3 queunt: in cibis non insalubres, tamen plurimum natant. oleum. *V.*
4 defecti. *M.* dejecti. *Alii.*
5 hæc clausula in *M.* deest.
6 versi pendeant (*lego*, versi pandantur) curvanturque. id vel u. n. deprehendetur. *M.*
7 curvanturque vel. *Ch.*
8 subjectura sit. *Dal.*
9 fructu. *Cassianus* c. 19.
10 flore. *Palladius* cap. 9. *Martil.*
11 provenerit. *Dal.*

quam maximi: [1]& [a]citrini aut nigri.
piosissimi Africæ, grandissimi Mœsiæ
gnitudine excessere, pepones vocant
hausti in stomacho in posterum diem
[3] queunt in cibis, [c] non insalubres tame
[d] Natura oleum odere mire: nec mini
gunt. [4] Defecti quoque ad eas modi
adrepunt: [5] contra oleum refugiunt: a
stet [6] vel si pendeant, [7] curvantur:
nocte deprehenditur, si vas cum aqua
quatuor digitorum intervallo [e] descend
posterum diem: at si oleum eodem m
hamos curvatis. Iidem in fistula [9] fl
mira longitudine crescunt. Ecce cum n
va forma eorum in Campania [10] proven
nei effigie. Forte primo natum ita a
mox semine ex illo genus factum, n
vocant. Non pendent hi, sed humi
Mirum in his, præter figuram colo
odorem, quod maturitatem adepti,
non pendentes, statim à pediculo reced

a *Citrini aut nigri.*] Lego, *cerini.* Hac voce auctor quoque usus est cap. 13. lib. 95. Apud Marcellum ex Plauti Aularia, in voce Flammeus, Hadrianus Junius pro *carinarii*, legit *cerinarii.* Alibi Plautus cerinum & melinum colores memorat. *Dalec.*

b *Vivunt hausti.*] De cucumere id Dioscorides. *Idem.*

c *Non insalubres tamen plurimum. Natura oleum odere mire.*] *Natura* in apographo sæpe citato, non *natura.* Scribendum puto *maturi*, ut jungas cum superioribus. *Pint.* *Non insalubres, &c.*] De Melone. *Dalec.*

d *Natura oleum odere mire.*] De cucumere & anguria. *Idem.*

e *Descendentibus, &c.*]. De cucumere. *Idem.*

f *Nova forma eorum* ...
lonibus. *Idem.*

g *Quanquam non pen*...
lonibus. *Idem.*

h *Columella tradit s*...
Scribo, *Columella tradi*...
mentum. Columellæ v...
cap. 3. *Nos autem levio*...
apud Ægyptia gentis po...
legimus, qui præcipit...
solo alternis ordinibus fer...
in hortis consitos habere....
æquinoctio pauculum inf...
& ligneo stilo luxatis v...
medullis stercus immitter...
na cucumeris inserere,...
mento suo coëant rubis...
non sua sed quasi macera...
sic insitam stirpem frig...
cumeris præbere fructum.

mella suum tradit commentum, ut toto anno contingant. Fruticem rubi, quam vastissimum in apricum locum transferre, & recidere, duûm digitorum relicta stirpe, circa vernum æquinoctium: ita in medulla rubi semine cucumeris insito terra minuta fimoque circumaggeratas resistere frigori radices. Cucumerum Græci tria genera fecere: [1] Laconicum, [a] Scytalicum, Bœoticum. Ex his tantum Laconicum aqua gaudere. Sunt qui herba, quæ vocatur culix nomine, trita, semen eorum [b] maceratum seri jubeant, ut sine semine nascantur. [c] Similis & cucurbitis natura, duntaxat in nascendo. Æque hiemem odere. Amat rigua ac fimum. Seruntur ambo semine in terra sesquipedali fossura, inter æquinoctium vernum & solstitium: [d] Parilibus tamen aptissime. Aliqui malunt ex Calendis Martii cucurbitas, & Nonis cucumeres, [e] & per Quinquatrus serere, simili modo reptantibus flagellis, scandentes [2] parietum aspera in tectum usque, natura sublimitatis avida. Vires sine adminiculo standi non sunt, velocitas pernix, [3] levi umbra cameras ac [f] pergulas operiens. Inde hæc duo prima genera: Camerarium, & plebejum, quod humi repit. In priore mire tenui pediculo libratur pondus

1 Laconicam. *Constantinus.* Scytalicam, Bœoticam. *Turn. semm. gen.*

2 per arteçum. *Ch.*

3 leni. *P.*

a *Scytalicum.*] Σκυτάλη, habena flagellumque scuticæ. Vocatum inde cucumeris hoc genus, aut quod ex ejus sarmentis fierent habenæ, loraque scuticarum, vel quod iis sarmenta similia essent. Galli fortassis inde *Courgées* nominarunt. Est & inde sumptum nomen scytales serpentis, cujus infra mentio fit, cap. 5. lib. 32. & τ῀ σκυζαλίας Theoph. cap. 5. 4. Hist. quæ scuticæ baculum significat. *Dalec.*

b *Maceratum seri jubeant.*] Aut oleo sesamino perunctum. Cass. cap. 19. l. 11. Geopon. *Idem.*

c *Similis & cucurbitis natura.*] Theoph. cap. 4. lib. 7. hist. & cap. 6. lib. 5. causs. Columel. cap. 3. lib. 11. *Idem.*

d *Parilibus tamen aptissime.*] Ad XI. Calend. Maji, seu 21. Aprilis. *Idem.*

e *Et per Quinquatrus serere.*] Ad XII. Calend. Junii, quinto die post Idus Maji. *Idem.*

f *Pergulas.*] Pergulas eas, umbellas & umbracula prisci vocaverunt: Theocritus in Syracusiis, σκιάδες. Columella & auctor Copæ, Trichila quasi τρίχειλα, spissa umbracula, & δασύφυλλα. Colum. *Atqui sub trichila manantem repit ad undam.* Auctor Copæ: *Et trichila umbriferis frigida arundinibus.* Cæsar l. 3. Belli Civilis, *Trichila mensis instrata.* Inde fortassis vox Gallica, *Treille.* Scalig.

dus immobile auræ. [a] Cucurbita
modo [b] [1] fastigiatur, vaginis maxime
jecta in eas postquam defloruit. [2] Cr
tur forma, plerunque & draconis
Libertate vero pensili concessa, ja
vem pedum longitudinis. Particul
floret, sibi ipse superflorescens, &
patitur, candida lanugine obductus,
crescit. Cucurbitarum numerosior
mus caulis in cibo. Atque ex eo [4] to
versa. Nuper in balinearum usum ve
vice, jampridem vero etiam cadoru
denda. Cortex viridi tener. Dera
nus in cibis. [5] Cibus saluber ac len
dis existimatur, qui perfici huma
queant, sed non intumescant. Sem
ma collo [6] fuerint, proceras pariunt
sed non comparandas supra dictis:
rotundas: quæ in lateribus, crassa
Siccantur in umbra, & cum libeat
macerantur. Cibis, quo longiores
[7] eo gratiores. Et ob id salubriores
do crevere: minimumque seminis ta
ritia [d] ejus in cibis gratiam termin
semini serventur, ante hiemem pr
mos. Postea fumo siccantur, [e] con
siorum seminibus [8] rusticæ suppelle

1 figuratur. *Vet.* fastigatur. *Ch.*
2 Crescitque. *Ch.*
3 ternorum pedum. *Alii.* VIII. pedes. *Ch.*
4 in totum. *M.* & *Ch.* Lego, At corticis in totum.
5 Cibo salubres ac leves pluribus modis existimantur. *V.* Cibos, &c. ut in *V.* existimant. *M.*
6 fuerunt. *Ch.*
7 ex: *Ch.*
8 & rusticæ. *V.* rustica suppellectile. *Dal.*

a *Cucurbita.*] Auctor Moreti: *Et gravis in latum demissa cucurbita ventrem.* In Priapeis, Epigr. 51.
Nec seminosas ad cucurbitas quenquam.
In iisdem:
Pallentesque cucurbitæ, & suave olentia mala.
Cucurbitæ caput Apulejo lib. 1. Asini παροιμιωδῶς de re vili & despecta, *Nos,* inquit, *cucurbitæ caput non habemus, ut pro te moriamur.* Vide proverbium, Cucurbita salubrius. *Dalec.*

b *Fastigatur.*] De
cap. 3. lib. 7. hist. *Ia*

c *Cucumis floret.*]
dem ibid. *Idem.*

d *Ejus in cibis grat*
duro semine jam ed
est. *Idem.*

e *Condendis horte*
Lego *hortensium* no
mox paulo, *& omn*
Pint.

est ratio, qua cibis quoque servarentur: eodem-
que modo [1] cucuminis, usque ad alios pene proven- 1 cucumis. Ch.
tus: & id quidem in muria fit. Sed & scrobe, opa-
co in loco harena substrato, fœnoque sicco oper-
tos, ac deinde terra, virides servari tradunt. [a] Sunt
& silvestres in utroque genere, [2] & omnibus fere 2 &. Ch.
hortensiis. Sed & his medica tantum natura est.
Quam ob rem differentur in sua volumina. Reliqua
cartilaginum naturæ terra occultantur omnia. In
quibus [b] de rapis abunde dixisse poteramus videri,
[c] nisi medici masculini sexus facerent in his rotun-
da: latiora vero [3] concava & fœminini, præstan- 3 & conc. Ch.
tiora suavitate, & [d] ad condiendum faciliora: quæ
sæpius sata transeunt in marem. [e] Iidem [4] napo- 4 raphanorum. Theophrast.
rum [f] quinque genera fecere: Corinthium, Cleo-
næum,

a *Sunt & silvestres.*] Cucumer silvestris, colocynthis. *Dalec.*

b *De rapu abunde.*] Varroni sic dicuntur, quod eruantur è terra, quasi Ruapa. At Græcum ῥάπυς, ünde potius nomen id sumptum videtur. Glaucus in obsertyco ῥάφυν appellat. *Scalig.*

c *Nisi medici masculini sexus facerent in his rotunda.*] Leg. reor non *medici*, sed *Graci.* Innuit enim Theophrastum, cujus est ea traditio lib. 7. cap. 4. Sic paulo post: *Genera raphani Graci tria fecere*, & non multo ante: *Cucumerum genera Graci tria fecere.* Pint.

d *Ad condiendum faciliora qua sapius sata.*] *Condendum* non *condiendum* in codice antiquo. & illud *qua* superfluit, ex eodem. & lego *spissius* non *sapius* ex Theophrasto manifeste lib. 7. cap. 4. *Rapa*, inquit, *alii esse, alii non esse diversitatem generis putant, sed mare tantum faminaque differre, nascique ambas ex eodem semine: sed ut effæminentur raras deponere oportere: nam si dense posita sunt, omnes masculescere.* Idem.

e *Iidem naporum quinque genera fecerunt, Corinthium, Cleonaum, Liothasium, &c.*] Lego IIII. *genera*, non V. & *Liothalassium* non *Liothasium*, & verba quæ statim sequuntur, *& quod per se viride dixerunt*, falso adjecta putamus. Est enim locus desumptus ex Theophrasto ad verbum, lib. 7. cap. 4. his verbis: *Ut radicis genera, Corinthium, Cleneum, Liothalassium, Bœotium. Amplissime Corinthia adulescit; qua vel stirpe constat detecta. Hac enim sursum versus protruditur, non ut catera in terram ampliari solita est. Liothalassia quam Thraciam vocant, validissima adversus frigidiora traditur. Bœotia dulcissima est & figura rotunda, nec ut Cleonaa pralonga. Quibus folia lavia, dulciores suavioresque sunt; quibus autem scabra, acriores. Genus praterea redditur quod foliis eruca simile constet.* Hactenus Theophrastus. Ex cujus verbis posset quis non absurde conjicere, verba illa, *& quod per se viride dixerunt*, non esse detrahenda, sed corrigenda potius, ut ad exemplar Theophrasti legatur, *& quod persimile eruca dixerunt*: ut subintelligamus verbum *foliis*, aut potius omissa sit ea vox incuria librarii. *Idem.*

f *Quinque genera fecere.*] Quatuor, Theophr. ex quo hæc c. 3. 4. lib. 7. hist. sumpta sunt: ubi tamen agit περὶ ῥαφανίδων, id est, de radiculis. Oscitanter admodum Plinius hæc vertit. *Dalecampius.*

a Et

1 semper. *Alii.* næum, Liothaſium, Bœoticum, [a] &
ſe viride dixerunt. Ex iis in amplitud
ſcit Corinthium, nuda fere radice.
hoc genus ſuperne tendit, non ut cæte
2 Threïcium. *Dal.* Liothaſium quidam [2]Thracium appe
rum patientiſſimum. Ab eo Bœotic
rotunditate etiam brevi notabile, ne
næum prælongum. In totum quiden
tenuiora folia, ipſi quoque dulciores:
bra & anguloſa & horrida amariores.
[c] genus ſilveſtre, cujus folia ſunt erucæ
3 Marſis. *Al.* ma Romæ Amiterninis datur, inde [3]
tia noſtratibus. Cætera de ſatu eorum
cta ſunt. Cortice & cartilagine conſ
multiſque eorum cortex craſſior etiam
4 illis. *Vet.* illic. *Cb.* buſdam arborum. Amaritudo plurima
pro craſſitudine corticis. Cætera quoq
lignoſa. Et vis mira colligendi ſpiritu
que ructum. Ob id cibus illiberalis,
5 ſi vero ipſe cum. *Cb.* xime olus mandatur: [5] ſi vero cum oli
rior ructus fit, minuſque fœtidus.
celebratur propter olei fertilitatem, c
ejus faciunt. Hoc maxime cupiunt ſe
6 à. *Cb.* quoniam & quæſtus plus quam [6] à f
minus tributi eſt, nullumque cop
[d] Genera raphani Græci fecêre tria,
ferentia, criſpi, atque lævis, & tert
Atque huic lævia quidem, ſed brevio

a *Et quod per ſe viride dixerunt.*] Hujus generis apud Theophraſt. nulla fit omnino mentio. Lego *Bœoticum*, quod & per ſe (ἁπλῶς ſimpliciter) viride dixerunt. *Dalec.*

b *Quorum tenuiora folia, ipſi quoque dulciores.*] Non *tenuiora* in codice vetere, ſed *tenuia*: ſcribo *lævia* ex Theophraſto lib. 7. cap. 4. *Quibus*, inquit, *folia lævia, dulciores*
quibus autem ſcabra

c *Genus ſilveſtre.*]
Theophraſt. memor
eſſe, vel appellari mi

d *Genera raphani.*
cap. 4. lib. 7. hiſtor.
nius. Vide infra cap
cap. 9. lib. 20. *Idem*

copiosaque [1] atque fruticosa: sapor autem asper, & medicamenti instar [a] ad eliciendas alvos. Et in prioribus tamen differentia [2] seminis est, quoniam aliqua pejus, aliqua [3] admodum exiguum ferunt. [b] Hæc vitia non cadunt, nisi in crispa folia. [c] Nostri alia fecere genera: [d] Algidense à loco, longum atque translucidum. [e] Alterum rapi figura, [4] quod vocant Syriacum, suavissimum fere ac tenerrimum, hiemisque patiens. Præcipuum tamen est, quod è Syria non pridem advectum apparet, quoniam apud auctores non reperitur: id autem tota hieme durat: Etiamnum unum silvestre Græci [f] agrion vocant, Pontici armon, alii leucen, nostri armoraciam, fronde copiosius quam corpore. In omnibus autem probandis maxime spectantur caules: immitium enim rotundiores crassioresque, ac longis canalibus. Folia ipsa tristiora, & angulis horrida. Seri vult raphanus terra soluta, humida. Fimum odit, palea contentus. Frigore adeo gaudet, ut in Germania infantium puerorum magnitudinem æquet. Seritur post Idus Febr. ut vernus sit: iterumque [g] circa Vulcanalia, quæ satio melior. Multi & Martio

1 ac. Ch.
2 semine. Ch.
3 nullum. Theoph.
4 & quod. Dal.

a *Ad eliciendas alvos.*] *Ciendas* scribendum reor, usitatiore dicendi modo apud Plinium & omnes medicos. *Pint.*

b *Hæc vitia non cadunt nisi in crispa folia.*] Particulam *nisi*, superfluere arbitror ex Theophrasto. *In totum*, inquit, *crispa succi bonitate & folii ampiitudine lævo præstantior est.* Idem.

c *Nostri alia fecere genera.*] Hæc jam de raphano, non de brassica. *Dal.*

d *Algidense à loco.*] Ab Algido oppido, à quo probatum est & rapum supra. Algidus mons Romæ vicinus est, & in ejus cacumine arx, quam vocant *Rocca del Papa.* Idem.

e *Alterum rapi figura.*] Theophrast. ῥαφανῖδα perpetuo vocat nostram raditulam; ῥάφανον vero brassicam, suo Atticismo, quod Plinium multis locis fefellit. Idem auctor cap. 4. lib. 7. histor. Bœotiam raphanida esse dulcissimam, figura rotundam, nec Cleoneæ modo oblongam scribit, quæ conveniunt cum Syriaco raphano Plinii. *Idem.*

f *Agrion vocant.*] *Cheram*, Manuscr. Turnebus *Armotaciam* cap. 7. lib. 24. Advers. Isidorus hanc lapsanam esse interpretatur. Convenit quod Cæsar scribit lib. 3. belli civil. Est autem genus radicis inventum ab iis, qui fuerunt cum Valerio, quod appellatur chara, quod admixtum lacte, multum inopiam levat. Id similitudinem panis efficiebat. Ejus erat magna copia. *Idem.*

g *Circa Vulcanalia.*] Aliis ortu Caniculæ, aliis Calendis Augusti. *Idem.*

a *Aristo-*

Martio & Aprili ſerunt & Septembri.
incremento, confert alterna folia cir
ipſos vero accumulare. Nam qui e
emerſit, durus fit atque fungoſus. [a] A
detrahi folia per hiemem jubet, & , n
gnent ; [1] accumulare : ita in æſtatem g
Quidam prodidere, ſi palo adacto c
inſternatur ſex digitorum altitudine,
ſemen fimumque & terra congeratur
tudinem ſcrobis creſcere. Præcipue ta
aluntur. Itaque etiam talibus aquis irr
in Ægypto nitro ſparguntur, ubi ſunt ſu
cipui. In totum quoque ſalſugine amar
eximitur, fiuntque coctis ſimiles. N
cti dulceſcunt, & in naporum vicem tra
dos medici ſuadent, ad colligenda acr
[c] [3] dandos cum ſale jejunis [4] eſſe, atque
nibus [5] præparant meatum. Tradunt
diis neceſſarium hunc ſuccum : quar
cordi intus inhærentem, non alio pot
compertum ſit in Ægypto, regibus c
tuorum ad ſcrutandos morbos [6] inſeca
que, ut eſt Græca vanitas, fertur in tem
nis Delphis adeo cæteris cibis prælatu
ut ex auro [7] dicaretur, beta ex argent
plumbo. Scires non ibi gentium Mani
Imperatorem, [d] quem [8] Samnitium le
repudiaturo afferentibus, rapum torren
inventum Annales noſtri prodidere.

1 accumulari. *M.* & *Ch.* terram accumulare. *Theophr.*
2 deinde ſemen &c. *M.* deinde ſemen fimoque & terra contegatur. *Alii.* deindeque ſemen fimo &c. *Dal.*
3 dandos, in *M.* & *Ch* deeſt. edendos. *Alii.*
4 edere. *M.*
5 præparandum. *V.*
6 diſſecantib. *V.*
7 duceretur. *Ch.*
8 hoſpitum. *Ch.*

a *Ariſtomachus detrahi.*] Theophraſt. cap. 5. lib. 5. cauſſ. *Dalec.*
b *Salſis aluntur.*] De braſſica hoc Theophraſt. cap. 7. lib. 2. cauſſ. *Idem.*
c *Dandos cum ſale jejunis eſſe.*] Dioſcorides vomituris dat ante cibum : à cibo vero ut roboret ventriculum, & cibi diſtributionem adjuvet. Auctor oblivioſe
vomituris imperat ſun
lib. 20. *Idem.*
d *Quem Samnitium l*
citu duos tantum calone
mulis, miniſtris, ei f
xand. ab Alexand. ca
Idem.
e *Scripſit & Moſchio*

Moschion Græcus unum de raphano volumen. Utilissimi in cibis hiberno tempore existimantur: iidemque dentibus semper inimici, quoniam atterant. Ebora certe poliunt. [a] Odium his cum vite maximum, refugitque juxta satos. Lignosiora sunt reliqua, in cartilaginum genere à nobis posita. Mirumque, omnibus vehementiam saporis inesse. [b] Ex iis pastinacæ unum genus agreste sponte provenit: [c] staphylinos Græce dicitur. Alterum seritur radice vel semine, primo vêre vel autumno, ut Hygino placet, Februario, Augusto, Septembri, Octobri, solo quam altissime refosso. Annicula utilis esse incipit, bima utilior, gratior autumno [1] patinisque maxime, & sic quoque [2] virus illi intractabile est. Hibiscum à pastinaca gracilitate distat, damnatum in cibis, sed medicinæ utile. [3] Est & quartum genus in eadem similitudine pastinacæ, quam nostri Gallicam vocant, Græci vero [4] daucon: cujus genera etiam quatuor fecêre. Inter medica dicendum siser: & ipsum Tiberius princeps nobili-

1 patinis quam. *M.*

2 vis illi intractabilis. *M.*

3 est autem quartum.

4 Dauci genera etiam. *M.*

Morchion. Fuit ejus nominis medicus, cujus libellum Latine versum vidimus nondum publicatum. *Gelen.*

a *Odium his cum vite maximum.*] Hoc de brassica audiendum est. quam ῥάφανον Theophr. & Aristotel. vocaverunt. Vide supra cap. 24. ultimum lib. 17. *Dalec.*

b *Ex iis pastinacæ unum.*] Plinius pastinacæ nomine Latinis significari ait plantas quatuor: primam quidem pastinacam sativam, Lugdunenses vocant *Panetz:* alteram agrestem, in pratis nascentem, quam hibiscum hic vocat, malachen agriam, cap. 4. lib. 20. pratensem cap. 15. lib. 21. Lugdunenses *Panetz sauvages:* tertiam daucum staphylinum, altilem & hortensem, memoratum Galeno lib. 6. simpl. vulgo *Carotes:* quartam daucum staphylinum silvestrem, officinis notissimum. Et quoniam hæc Romano more tractaverat, subjungit statim Græcos quatuor etiam genera dauci statuere, nempe tria descripta à Dioscoride, & quartum daucum staphylinum, quem post Ligusticum Dioscorides explicat, silvestrem scilicet, nulla usquam facta mentione sativi, aut pastinacæ, vel sativæ, vel agrestis, quasi ignotæ Græcis illæ plantæ fuerint, quamvis staphylinum apud Dioscor. interpretes vertant pastinacam. Vide infra cap. 9. lib. 25. Staphylinum tamen suum Dioscorides epitheto peculiari ἄγριον vocat, id est, erraticum, tanquam si & ἥμερον sativum cognovisset. Pastinacam Romani Gallicam vocabant, quod, ut etiam nunc fit, in Gallia tum passim diligentissime coleretur. *Idem.*

c *Staphylinos Græce dicitur.*] Officinis Staphylinus agrestis. Pingitur & describitur à Dodonæo, cap. 87. lib. 2. & cap. 38. lib. 5. *Idem.*

a *Gelduba*

1 è. Ch. nobilitavit, flagitans omnibus annis [1] à Germania. [a] Gelduba appellatur castellum Rheno impositum, ubi generositas præcipua. Ex quo apparet frigidis locis convenire. Inest longitudine nervus, qui decoctis extrahitur, amaritudinis tamen magna parte relicta: [1] quæ mulso in cibis temperata, etiam in gratiam vertitur. Nervus idem & pastinacæ majori, duntaxat anniculæ. [2] Siseris satus mensibus Februario, Martio, Aprili, Augusto, Septembri, Octobri. Brevior his est, [3] sed torosior amariorque, [4] inula, per se stomacho inimicissima: eadem dulcibus mistis saluberrima. Pluribus modis austeritate victa gratiam invenit. Namque & in pollinem tunditur arida, liquidoque dulci temperatur: & decocta posca [5] aut asservata, vel macerata pluribus modis, & tunc mista defruto, aut subacta melle, uvisve passis, aut pinguibus [6] cariotis. Alio rursus modo cotoneis malis, vel sorbis, aut prunis, aliquando pipere aut thymo variata, defectus præcipue stomachi excitat, illustrata maxime Juliæ Augustæ quotidiano cibo. Supervacuum ejus semen, quoniam oculis ex radice excisis, ut harundo seritur. Et hæc autem [7] seritur, & siser, & pastinaca utroque tempore, vêre & autumno, magnis seminum intervallis, [b] nullave minus [8] quam ternorum pedum, quoniam spaciose fruticat. Siser autem transferre melius. [c] Proxima his est bulborum natura, quos Cato in primis serendos [9] præcepit, cele-

2 Siser his seritur. M.

3 &. M.

4 nullave. Alii. in nulla. Ch.

5 aut asservata defruto. M. quæ interjacent, desiderantur.

6 cariciis. V. cereotis. Ch.

7 seritur, in Ch. deest.

8 quaternorum. Ch.

9 præcipit. Ch.

a *Gelduba appellatur.*] Hodie *Gelb*, pagus juxta arcem, limen Archiepiscopi Coloniensis. *Dalec.*

b *Nullave minus quam ternorum pedum.*] Scribo, *Inulane minus quam ternorum pedum*, tum ex citato exemplari, tum ex Columella libro XI. capite 3. *Pastinaca, siser, atque inula convalescunt alte pastinato, & loco stercorato, sed quam rarissime ponenda sunt, ut majora capiant incrementa. Inulam vero intervallo trium pedum seri convenit, quoniam vastos facit frutices.* Astipulatur etiam Palladius lib. 3. titulo XXV. *Pint.*

c *Proxima his est bulborum natura.*] Vide infra c. 9. lib. 20. paulo ante finem. *Dalec.*

[a] celebrans Megaricos. Verum nobilissima est scilla, quanquam medicamini nata, [1] acetoque exacuendo. (1 exacuendoque aceto. Ch.) Nec ulli amplitudo major, sicut nec vis asperior. Duo genera [2] medica: (2 medicæ. M. & Ch.) masculus albis foliis, fœmina nigris. Et tertium genus est cibis gratum: [b] [3] Epimenidium vocatur angustius folio, ac (3 Epimenidum. Ch.) minus aspero. Seminis plurimum omnibus. Celerius tamen proveniunt satæ bulbis circa latera natis. Et ut crescant, [c] folia quæ sunt his ampla, deflexa circa obruuntur. Ita succum omnem in se trahunt capita. Sponte nascuntur [4] copiosissime in Balearibus Ebusoque insulis, ac per Hispanias. (4 copiosissimæ. M.) [d] Unum de iis volumen condidit Pythagoras philosophus, colligens medicas vires, quas [e] proximo reddemus libro. Reliqua bulborum genera differunt colore, magnitudine, suavitate. Quippe cum quidam crudi mandantur, ut in Cherroneso Taurica. Post hos [f] in Africa nati maxime laudantur, mox Apuli. [g] Genera Græci hæc fecere: Bulbinen, setanion, pythyon, acrocorion, ægilopa, sisyrinchion. In hoc mirum imas ejus radices crescere hieme: verno autem, cum apparuerit viola, minui & contrahi, tum deinde bulbum pinguescere. Est inter [5] genera & quod in Ægypto aron vocant, scillæ (5 hæc genera. V.) proxi-

a *Celebrans Megaricos.*] Columel.

----quaque viros acuunt, armantque puellas,

Jam Megaris veniant genitalia semina bulbi.

Martialis:

Daunius, an Libycis bulbus tibi missus ab oris,

An Megaris veniat, noxius omnis erit.

Dalec.

b *Epimenidium vocatur.*] Theophrastus cap. 11. lib. 7. histor. *Idem.*

c *Folia quæ sunt his ampla.*] De Aro tantum id idem ibidem. *Idem.*

d *Unum de iis volumen, &c.*] Ejus mentio fit apud Laërtium in Pythagora, quo loco perperam legitur περὶ τῆς κήλης eum scripsisse, non περὶ τῆς σκίλλης. Muretus cap. 20. lib. 9. Variar. *Idem.*

e *Proximo reddemus libro.*] Libro 20. cap. 9. *Idem.*

f *In Africa nati.*] Adeo dulces nascuntur. Theophrast. capitulo 13. lib. 7. histor. *Idem.*

g *Genera Græci hæc fecere.*] Theophr. cap. 13. lib. 7. histor. hæc sic recitat: *Leucoion, bulbinen, opilionem, cyicem, & sisyrinchium.* Pro leucoio scribitur hic *setanion*, pro opilione *pythion*, pro cyice *acrocorion*. Ægilops vel irrepsit, vel ejus loco legendum, hemerocalles, aut quidpiam aliud ejusmodi. *Idem.*

proximum amplitudine, foliis lapathi, caule recto duum cubitorum, baculi crassitudine, radice mollioris naturæ, quæ [1] edatur & cruda. [a] Effodiuntur bulbi ante ver, aut deteriores illico [2] fiunt. Signum [3] maturitatis, folia [4] inarescentia ab imo. Vetustiores improbant: item parvos & longos. Contra rubicundis rotundioribusque laus, & grandissimis. Amaritudo plerisque in vertice est. Media eorum dulcia. Bulbos non nasci, nisi [5] ex semine, priores tradiderunt. Sed [6] & Prænestinis campis sponte nascuntur, ac sine modo etiam in Rhemorum arvis.

1 estur. Ch.
2 fiunt, si finduntur. M Lego, & finduntur. Signum.
3 matur. est. Ch.
4 marcescentia. V.
5 è. Ch.
6 & in Præn. Ch.

CAP. VI.

De hortensium herbarum radicibus, foliis, floribus, coloribus.

HOrtensiis [7] omnibus fere singulæ radices, ut raphano, betæ, apio, [8] malvæ. Amplissima autem lapatho, ut quæ descendat ad tria cubita. [b] Silvestri [9] minores tumidæ: effossa quoque diu vivit. Quibusdam tamen capillatæ, ut apio, malvæ. Quibusdam surculosæ, ut ocimo. Aliis carnosæ, ut

7 Hortensibus. M.
8 lapatho. Theophr.
9 minor. humida. V.

a *Effodiuntur bulbi ante ver.*] Bulbis salaciores fieri ostendunt Martialis versus:

Cum sit anus conjunx, cum sint tibi mortua membra,
Nil aliud bulbis quam satur esse potes.

Ex iis cum nucleis pineis, eruca, pipere in nuptiali cœna sponso ferculum parari solitum scribit Alex. ab Alex. cap. 5. 2. ut apud quosdam è papaveris semine cum lacte & melle, & apud Athenienses, sponsæ, priusquam mariti thalamum adiret, cydonium malum gustare morem fuisse, ut halitu animaque suaviori virum oscularetur. *Dalec.*

b *Silvestri minores, tumidæ.*] *Silvestri minor & humida*, in vetusto exemplari, recte. Theophrastus lib. 7. cap. 2. *Omnium maxime unistirpem rumicem esse putaverit. Laterales enim crassas nullas penitus agit, sed tantum pratenues. Nititur altissima omnium radice majore, namque semipedibus ternis. Silvestris breviorem agit. multicaulis atque ramosus consistit, & tota forma cum perfecta est, betæ proxima sane cernitur. Diuturnitate quoque silvestrem & in totum, ut dicta loquar, omnia olera vincit. Perdurat quantum vis temporis, ut ajunt, carne plena atque humecta consistit. Qua de causa effossa, diu vivere potest.* Hæc Theophrastus. Porro distincte Pliniana verba legenda censeo, ut duo illa verba, *Silvestri minor*, parentheseos nota claudantur, & omnino legatur sic: *Ut quæ descendat ad tria cubita (silvestri minor) & humida effossa quoque diu vivere potest.* Pint.

ut betæ, aut magis etiamnum [1] croco. Aliquibus ex cortice & carne constant, ut raphano, rapis. Quorundam geniculatæ sunt, ut graminis. Quæ recta non habent radicem, statim [2] plurimis nascuntur capillamentis, ut atriplex, & blitum. Scilla autem, & bulbi, [3] & cæpe, & allium, non nisi in rectum radicantur. [a] Sponte nascentium quædam numerosiora sunt radice, quam folio, ut aspalax, perdicium, crocum. Florent [4] cum fraxino serpyllum, abrotanum, napi, raphani, menta, ruta, & cætera quidem cum cœpere, [5] deflorescunt. Ocimum autem particulatim & ab imo incipit: qua de causa diutissime floret. Hoc [6] & in heliotropio herba evenit. Flos aliis candidus, aliis luteus, aliis purpureus. Folia cadunt à cacuminibus, origano, inulæ, & aliquando rutæ injuria læsæ. Maxime concava sunt cæpe, gethio. Allium cæpasque inter Deos [b] in jurejurando habet Ægyptus. Cæpe genera apud Græcos, [7] Sardia, Samothracia, [8] Alsidena, Setania, Schista, Ascalonia, ab oppido Judææ nominata. Omnibus etiam [c] odor lacrymosus,

1 aro, asphodelo. *Theoph.*

2 pluribus nituntur. *M. & Ch.*

3 & cæpa, & arum, in acutum non radicantur. *Dal. ex Theophrast.*

4 confertim. *Theoph.* ἀθρόως.

5 statim efflorescunt *Dal.*

6 & faba. *Theophr.*

7 Sarda. *Ch.*

8 Cnidia. *Theophr.*

a *Sponte nascentium. &c.*] Theophr. cap. 11. lib. 1. histor. τῶν ποωδῶν, earum quæ herbæ vulgari simile folium, id est, longum & angustum habent, quales sunt crocus, perdicium, aspalax. Tamen de perdicio tantum hoc idem scribit, non de croco, aut aspalace. Sed & sunt, qui ejusdem perdicion esse volunt ornithogalon Dioscoridis, & pro aspalace *asphodelum* legunt. Utrumque certo ποῶδες est. *Dalec.*

b *In jurejurando habet Ægyptus.*] Zeno Stoicus per capparim jurabat, Teleclides per brassicam. Plutarchus lib. de Isid. & Osir. Cæpam quidem Ægyptii sacerdotes aversabantur, quod lacrymas eliciendo, festos dies celebrantibus molesta sit, & excitata siti incommoda sit iis, qui religionis causa potu ciboque abstinent. Plutarchus ibid. præterea quia Luna decrescente viget & augescit. *Idem.*

c *Odor lacrymosus.*] Inde Græcis κρόμμυον, ὅτι κόρας συμμύειν ποιεῖ. Aristophan. τί δῆτα κλαίεις; Ἀκρομμύων ὀσφραινόμενος. Bias à rege Alyatte accersitus, regia fortuna spreta, illum jussit κρόμμυα ἐσθίειν, τουτέστιν οἰμώζειν. Rhodig. cap. 4. 12. Lucilius lib. 5. Sat.

Flebile cæpe simul, lachrymosaque ordine tallæ.

Sic enim Festus vocat interiores cæparum tunicas. Varro in Bimargo: *Avi & atavi nostri cum allium & cæpe verba eorum olerent, tamen optime animati erant.* Tunicatum cæpe Persius eleganter vocat Satyr. 4.

---- tunicatum cum sale mordens Cæpe.

Lucilius lib. 6.

---- lippus edendis

fus, & præcipue Cypriis, minime Gnidiis. [1] Omnibus corpus [2] totum pinguitudinis earum cartilagine. E cunctis setania minima, excepta Tusculana, sed dulcis. Schista autem & Ascalonia condiuntur. Schistam hieme cum coma sua relinquunt, vere folia detrahunt, & alia subnascuntur iisdem divisuris: unde & nomen. Hoc exemplo reliquis quoque generibus detrahi jubent, ut in capita crescant potius, quam in semina. Ascaloniarum propria natura. Etenim velut [3] steriles sunt ab radice, & ob id semine seri illas, non deponi jussere Græci. Præterea serius circa ver, cum [4] germinant, transferri: ita crassescere, & tunc properare præteriti temporis pensitatione. Festinandum autem in his est, quoniam maturæ celeriter putrescunt. Si deponantur, [5] & caulem emittunt & [6] semen, ipsæque evanescunt. Est & colorum differentia. [a] [7] Samo enim & Sardibus candidissimæ proveniunt. Sunt in honore & Creticæ, de quibus dubitant, an eædem sint, quæ Ascaloniæ, quoniam [8] satis capita crassescunt: depositis, [9] caules & semina. Distant sapore tantum dulci. Apud nos duo prima genera. Unum condimentariæ, quam illi gethyon, nostri pallacanam vocant. Seritur mensibus, Martio, Aprili, Majo. Alterum capitatæ, quæ ab æquinoctio autumni, vel à Favonio. Genera ejus austeritatis ordine, Africana, Gallica, [10] Tusculana, Amiternina. Optima autem, quæ rotundissima. Item rufa

1 Omnibus radicum corpus tectum pingui cartilagine. *Dal.* Omnib. corp. totum pene tunicarum cart. *Pint.*

2 tutum. *Alii.*

3 sterilescunt. *V.*

4 germinent. *Ch.* germinaverint. *Th.*

5 caulem mittunt. *Ch.* neque legitur, &c, in *M.*

6 sementant. *Vet.*

7 amisso. *Ch.*

8 satæ radices agunt. *Ch.*

9 caulis & semen. *Ch.*

10 Tusculana, Ascalonia, Amitern. *Ch.*

Acribus assidue fuit capis lacrumosis.
In Priapeis:
Acreisque capas, alliumque fibratum.
Apud Homerum Iliad. [illegible] Nestori & Machaoni pro obsonio apponit cæpam & mel flavum χλωρὸν. *Dalec.*

a *Samo enim & Sardibus candidissimæ.*] *Amisso* in veteri lectione non sumo. Substituo pro *amisso*, *apud Issum*, ex Theophrasto libro 7. capite 4. *Differunt*, inquit, *& colore nonnulla. Etenim apud Issum cætera quidem candidis similes constant, sed colore candida admodum proveniunt, Sardianisque similiter fere affirmant.* Est autem Issus urbs nemini ignota, in Cilicia, clara victoria Alexandri adversus Darium. *Pint.*

rufa acrior, quam candida: ſicca, quam viridis: & cruda, quam cocta: ſicca, quam condita. Seritur Amiternina frigidis & humidis locis, & ſola allii modo capite, reliquæ ſemine. [1] Proxima quæ æſtate nullum ſemen emittunt, ſed caput tantum, quod [2] inareſcit. Sequenti autem anno permutata ratione ſemen gignitur; caput ipſum corrumpitur. Ergo omnibus annis ſeparatim ſemen cæpæ cauſa ſeritur, ſeparatim cæpæ ſeminis. Servantur autem optime in paleis. Gethyum pene ſine capite eſt cervicis tantum longæ, & ideo totum in fronde: ſæpiuſque reſecatur, ut porrum. Ideo & illud ſerunt, non deponunt. Cætero cæpas ter foſſo ſolo ſeri jubent, extirpatis radicibus herbarum in jugera denas libras. Intermiſceri ſatureiam, quoniam melius proveniat. Runcari prætèrea, & ſarriri, ſi non ſæpius, quater. Aſcaloniam menſe Februario ſerunt noſtri. Semen cæparum nigreſcere incipiens, antequam [3] marceſcat, metunt. [a] Et de porro in hac cognatione dici conveniat, præſertim cum ſectivo nuper auctoritatem dederit princeps Nero, [b] vocis gratia, ex oleo ſtatis menſium omnium diebus, nihilque aliud, ac ne pane quidem veſcendo. Seritur ſemine ab æquinoctio autumno: ſi ſectivum facere libuit denſius. [c] In eadem area ſecatur, donec

1 Proxima quæ, &c. emittit. Dal.

2 increſcit, ut mox, Cum increvit, &c. Dal.

3 marceſcent. Ch.

a *Et de porro.*] Pallad cap. 24. Februar. *Dalec.*

b *Vocis gratia.*] Cui ſplendorem affert infra cap. 6. lib. 20. *Idem.*

c *In eadem area ſecatur, &c.*] Sic diſtinguenda ſunt: *In eadem area ſecatur, donec deficiat, ſtercoraturque ſemper. Si nutritur, in capita, antequam ſecetur, cum increvit, in aliam aream transfertur, ſummis foliis leviter reciſis ante medullam, & capitibus retractis tuniciſque extremis.* Quem ſectivum inquit facere volueris, in eadem area, qua ſatus à primo fuerit, ſecandus eſt donec deficiat. at ſi nutritur in capita, id eſt, ſi capitatum voles facere, ubi increvit antequam ſecetur, in aliam aream transferri debet, ſummis foliis leviter reciſis. De capitato poſtrema illa verba capienda eſſe palam eſt, & ex iis quæ ſequuntur: *Antiqui ſilice, vel teſta ſubjecta capita dilatabant, hoc item in bulbis.* Mox emendandum: *Laudatiſſimus in Ægypto, mox Oſtia atque Ariciæ.* & paulo poſt: *alterum genus pallidioris folii, rotundioriſque, lenioribus inciſuris.* Duo genera ſectivi porro facit, quorum alterum *folio herbaceum*, id eſt, viriditatis miræ: alterum folii pallidioris, dilutioris nempe viriditatis. Vide *Salmaſ.* pag. 1001. a.

nec deficiat, ſtercoraturque ſemper: nutritur in capita, antequam ſecetur. Cum increvit, in aliam aream transfertur, ſummis foliis leviter reciſis ante medullam: & capitibus [1] retractis, tunicisve extremis. Antiqui ſilice vel tegula [a] ſubjecta capita dilatabant. Hoc item in bulbis. Nunc ſarculo leviter convelluntur radices, ut delumbatæ alant, neque [2] diſtrahant. Inſigne, quod cum fimo lætoque ſolo gaudeat, rigua odit, [3] & tamen proprietate quadam ſoli conſtant. [4] Laudatiſſimus in Ægypto, mox [5] Orchiæ atque Ariciæ. Sectivi duo genera: Herbaceum folio inciſuris ejus evidentibus, quo utuntur medicamentarii. Alterum genus [6] ſuavioris folii, rotundiorisque, [7] inciſuris levioribus. Fama eſt, Melam equeſtris ordinis reum ex procuratione à Tiberio principe accerſitum, in ſumma deſperatione ſucco porri ad trium denariorum argenteorum pondus hauſto, confeſtim expiraſſe ſine cruciatu. Ampliorem modum negant noxium eſſe. Allium ad multa [8] ruris præcipue medicamenta prodeſſe creditur. Tenuiſſimis & quæ ſeparantur, [9] in univerſum velatur membranis: mox pluribus coagmentatur [b] nucleis, & his ſeparatim veſtitis. Aſperi ſaporis: quo plures nuclei fuere, hoc eſt aſperius. Tædium huic quoque [10] halitu, ut cæpis, nullum tamen coctis. Generum differentia in [11] tempore. Præcox matureſcit ſexaginta diebus. [12] Tum in magnitudine. [c] Ulpicum quoque in hoc genere Græci appellavere allium Cyprium,

1 detractis tunicis extremis. *Dal. ut de allio & cæpa Theoph. ſcripſit c. 4. 1. cauſ.*
2 diſtrahantur. *V.*
3 hæc. *V.*
4 laudatiſſimum. *V. quanquam apud Palladium* porrus *legitur.*
5 Oſtiæ. *Ch.*
6 ſuavidioris. *M. fortaſſe*, flavidioris. *Dal.* ſavidioris. *Ch. forte* validioris. *Pint.*
7 levioribus inciſuris. *Ch.*
8 ruſticis. *Dal.*
9 in, *in M. d.*
10 halitus. *V.*
11 tempore & cultu. *Th.*
12 Tamen. *Ch.*

a *Subjecta capita dilatabant.*] Inde κεφαλωτὸν πράσον. Auctor Moreti:
Hic ſiſer, & capiti nomen debentia porra.
In Priapeis:
Creſcenſve ſemper in ſuum caput porrum.
Dalec.

b *Nucleis.*] Ὄνυχας vocat Aëtius lib. 11. cap. 11. σκελλίδας Paulus Ægineta cap. 33. lib. 4. γέλγις Theophraſt. ἄγλιθας Galenus. *Idem.*

c *Ulpicum.*] Quidam eſſe volunt allium Ægyptium Dioſcoridis, quod, ut porrum ſingulari capite conſtat, idemque molyzam Hippocratis lib. de muliebribus. *Idem.*

8 *Antiſce-*

prium, alii [a] antiscorodon, præcipue Africæ celebratum inter [b] pulmentaria ruris, grandius allio. [c] [1] Tritum in oleo & aceto, mirum quantum increscat spuma. Quidam ulpicum & allium in plano seri vetant, castellatimque grumulis [2] imponi, distantibus inter se pedes ternos. Inter grana [3] digiti interesse debent, simul atque tria folia eruperint, sarriri. Grandescunt, quo sæpius sarriuntur. Maturescentium caules depressi in terram obruuntur: ita cavetur ne in frondem luxurient. In frigidis utilius vêre seri, quam autumno. [4] Cæterum [d] ut odore careant, omnia hæc jubentur seri cum luna sub terra sit, colligi cum in coitu. Sine his Menander è Græcis auctor est, allium edentibus, si radicem betæ in pruna tostam superederint, odorem extingui. Sunt qui & allium & ulpicum inter Compitalia ac Saturnalia seri aptissime putent. [e] Allium & semine provenit, sed tarde. Primo enim anno porri [5] crassitudine caput efficitur: sequenti dividitur, tertio consummatur: [f] pulchriusque tale [6] existimant

1 Trito. V.
2 imponi jubent. V.
3 digiti quatuor interesse. M.
4 Cætero. Ch.
5 crassitudinem capite efficit. Ch.
6 existimatur à quibusdam. M.

a *Antiscorodon.*] Aphroscorodon, ut indicant, quæ proxime sequuntur. Sic & Columella vocavit, idemque allium Punicum. Quidam à spuma, alii ab Africa Aphroscorodon dici volunt. Columellæ verba sunt lib. 11. cap. 3. *Ulpicum, quod quidam allium Punicum vocant, Græci Aphroscorodon appellant, longe majoris est incrementi.* Dalec.

b *Pulmentaria ruris.*] Ea pulmentaria *μυττωτὸς* Theophrast. vocat cap. 4. l. 7. hist. Polluci autem *μυττωτὸς* est *τρίμμα ἐκ σκορόδων δριμὺς*: Dioscoridi intritum ex allio & nigra oliva. Hoc loco Plinius parare id videtur ex oleo, allio & aceto. Parant alii ex allio, ovo, caseo: Lugdunenses ex allio & nuce juglande recenti, aut alioqui tamdiu in aqua macerata, ut recenti similis videatur. Excitat hoc appetentiam, & contra venenum fungorum pro antidoto est. Vide Cœlium & scholiastem Aristoph. *Idem.*

c *Tritum in oleo & aceto mirum quantum increscat spuma.*] Verba illa *in oleo & aceto*, falso inserta videntur, ex Theophrasto libro 7. capite 4. his verbis: *Cyprium vocatum maxime tale est, quod non decoquunt, sed in myttotis utuntur, & cum tunditur mirum quantum spuma increscat.* Pint.

d *Ut odore careant.*] Columella lib. 12. *Dalec.*

e *Allium ex semine provenit, &c.*] Lege: *Allium ex semine provenit, sed tardè. primo enim anno porri crassitudinem capite efficit: sequenti dividitur: tertio consummatur.* Sequentia sic lege: *in semen exire non debet, sed intorqueri caules satius, ea gratia, ut caput validius fiat.* Melius dixisset Plinius: *sed intorqueri nucleos satius.* Salmas.

f *Pulchriusque.*] Κάλλιον Theophr. præstantius. *Dalec.*

mant quidam. In ſemen exire non debet, ſed intorqueri caulis [1] ſationis gratia, uti caput validius fiat. [a] Quod ſi diutius allium cæpamque [2] inveterari libeat, aqua ſalſa tepida capita [3] intingenda ſunt. Ita diuturniora fient, melioraque uſui, ſed in ſatu ſterilia. Alii contenti ſunt [4] primo ſuper prunas ſuſpendiſſe, abundeque ita profici arbitrantur ne germinent. Quod facere allium cæpamque extra terram quoque certum eſt, & cauliculo acto evaneſcere. Aliqui & allium palea [5] optime ſervari putant. Allium eſt & in arvis ſponte naſcens, [b] alum hoc vocant: quod adverſus improbitatem alitum depaſcentium ſemina coctum, ne renaſci poſſit, abjicitur: ſtatimque quæ devoravere aves, ſtupentes manu capiuntur, & ſi paulum [6] commoravere, ſopitæ. Eſt & ſilveſtre, [7] quod urſinum vocant, odore [8] molli, capite prætenui, foliis grandibus.

1 ſatus gratia, ut. *Ch.*
2 inveterare. *Ch.*
3 unguenda. *Ch.*
4 fumo. *Vet.*
5 ſervare optime. *Ch.*
6 commovere relopitæ. *Ch* *M.* commovere ſopitæ. *Ch.*
7 & quod. *Ch.*
8 miti. *M.* lego, odore ſimili.

CAP. VII.

Quoto die quaque herbæ naſcuntur, ſeminum natura: quomodo quaque ſerantur, & quorum ſingula genera ſunt, & quorum plura.

IN horto ſatorum celerrime naſcuntur ocimum, [c] blitum, [9] napus, eruca; tertio enim die erumpunt: anethum quarto, [10] lactuca [11] quinto, raphanus ſexto, cucumis & cucurbitæ [12] ſeptimo, prior

9 ſinapis. *Th.*
10 lactucaque. *Ch.*
11 vel quarto. *Th.*
12 quinto, ſexto, vel ſeptimo. *Th.*

a *Quod ſi diutius allium, &c.*] Lege: *Quod ſi diutius allium cæpamque inveterare libeat aqua ſalſa tepida unguenda ſunt, ita diuturniora fient, melioraque uſui, ſed in ſatu ſterilia.* Salmaſ. pag. 227.

b *Alum hoc vocant.*] Ophioſcorodon. Alioquin Alus Græcorum eſt Symphyton petræum. In Vet. legitur, *allium.* Vide num legendum, *ſilveſtre hoc allium, &c.* vel *anguinum hoc vocant.* Dalec.

c *Blitum, napus, eruca.*] Legendum videtur *radix*, non *napus.* Theophraſtus lib. 7. cap. 1. *Omnia pari tempore nequaquam proveniunt, ſed alia celerius, alia ſerius: quæ ſcilicet proventu contumaciora conſiſtunt. Celerrime ocimum, blitum, eruca, & de hibernis radix, die namque, ut ita loquar, tertio erumpit.* Ex his Theophraſti verbis liquet, alio ordine Pliniana eſſe diſponenda: *Celerrime ocimum, blitum, eruca, radix.* Pintian.

a *Majore*

prior cucumis: nasturtium ac sinapi quinto, beta æstate sexto, hieme decimo, atriplex octavo, cæpe XIX. aut vigesimo, gethyum decimo aut duodecimo. Contumacius coriandrum. Cunila quidem & origanum post XXX. diem. Omnium autem difficillime apium: quadragesimo enim die cum celerrime, quinquagesimo [a] majore ex parte emergit. Aliquid & seminum ætas confert, quoniam recentiora maturius gignuntur, in porro, gethyo, [1] cucumere, cucurbita: ex vetere autem celerius proveniunt apium, beta, cardamum, cunila, origanum, coriandrum. Mirum in betæ semine; non enim [2] totum eodem anno gignit, sed aliquid sequente, aliquid tertio. Itaque ex copia seminis modice nascitur. Quædam anno tantum [3] suo pariunt, quædam sæpius, sicut apium, porrum, gethyum. Hæc enim semel sata pluribus annis restibili fertilitate proveniunt. Semina plurimis rotunda, aliquibus oblonga, paucis foliacea & lata, ut atriplici. Quibusdam angusta & canaliculata, ut cumino. Differunt & colore, nigro candidoque: [b] item duritie. Surculacea in folliculo sunt raphano, sinapi, rapo. [c] Nudum semen apii, coriandri, anethi, fœniculi, cumini. [d] Cortice obducta bliti, betæ, atriplicis, ocimi. At lactucis in lanugine. [e] Nihil ocimo

1 cucumi *Ch.*

2 tota. *M.* & *Ch.*

3 suo, *in M. d. Lego*, tantum semel.

4 duritie surculacea. In, &c. *M.* duritie, mollitie. In, &c. *Dal.*

a *Majore ex parte emergit.*] Idque omnibus sementibus. In omnibus enim quidam densius serunt. Theophr. *Dal.*

b *Item duritie.*] Apud Theophr. est, ϗ τοῖς χρώμασιν ὁμοίως, τὰ μὲν μέλανα, τὰ δὲ ξυλώδη, τὰ δὲ λευκότερα. ξυλώδες, lignosum, Theophr. refert ad colorem, Plinius ad duritiem. Apud Theophrast. rectius legetur pro ξυλώδη, ῥουθρώδη, qualis color est seminis nasturtii, & raphani. Exemplar manuscriptum habet, *item duritia surculacea, in folliculo sunt, &c.* Pro siliqua folliculum Plinius usurpat. ἔλλοβα Theophrastus vocat. *Idem.*

c *Nudum semen apii.*] Γυμνόσπερμα Theophrast. cap. 18. lib. 1. historiar. *Idem.*

d *Cortice obducta bliti, betæ.*] Scribo *obductum*, non *obducta*, ex vetusto exemplari. *Pint.*

e *Nihil ocimo fœcundius: cum maledictis ac probris serendum præcipiunt.*] Legendum proculdubio, non *ocimo*, sed *cumino*. Theophr. l. 7. c. 3. *Omnia seminis germinisque large fœcunda: sed fœcundissimum omnium cuminum est. Peculiare*

[1] ocimo fœcundius: [a] cum maledictis ac probris serendum [2] præcipiunt, ut lætius proveniat: sato pavitur terra. [b] Et cuminum qui serunt, precantur ne exeat. Quæ in cortice sunt, difficillime inarescunt, maximeque ocimum [3] & gith: siccantur omnia, ac sunt fœcunda. Utique meliora nascuntur acervatim sato semine, quam sparso. Ita certe porrum & allium serunt in laciniis colligatum. [c] Apium etiam paxillo caverna facta, ac fimo ingesto. Nascuntur autem omnia aut semine, aut avulsione. Quædam semine, & surculo, ut ruta, origanum, ocimum: præcidunt [4] enim & hoc cum pervênit [5] ad palmum altitudinis. Quædam & radice & semine, ut cæpa, allium, bulbi, [d] & si quorum radicem anniferorum relinquunt. Eorum vero quæ à radice nascuntur, radix diuturna & fruticosa est, ut bulbi, gethyi, scillæ. [e] [6] Fruticant [7] alia & non capite,

1 cumino. *Ch.*
2 præcipiunt, lætius proveniet. Sato. *M.*
3 & gith. Siccata omnia sunt. *Dal. ex Theoph.*
4 etiam. *Dal.*
5 ad palmi altitudinem. *V.*
6 Fructificant. *Ch.*
7 & alia non capitata. *Dal.*

etiam quod de hoc dicunt: imprecari namque & maledicere serendo oportere affirmant, quo latius copiosiusque proveniat. Repetit idem lib. 9. *Pint.*

a *Cum maledictis ac probris, &c.*] De ruta idem scribit Palladius cap. 9. Martii. *Dalec.*

b *Et cuminum qui serunt, precantur ne exeat.*] Sicuti statim ante *ocimo* legebatur, ubi *cumino* scribendum erat, hic contraria ratione *ocimum* scribendum fuit, ubi *cuminum* positum est. Sciendum autem verba quæ statim præcedunt, post ea quæ posui, locanda esse, non ante, hoc modo: *& ocimum qui serunt, precantur ne exeat: sato pavitur terra.* Columella libro 11. capite 3. *Fere etiam his diebus ocima seruntur, quorum cum semen obrutum est diligenter, inculcatur pavicula vel cylindro. Nam si terram suspensam relinquas, plerumque corrumpitur.* Et in Carmine de Hortorum cultura:

Tum quoque proscisso riguoque inspersa novali,
Ocima comprimite, & gravibus densate cylindris;
Exurat sata, ne resoluti pulveris æstus. Pint.

Et cuminum qui serunt.] Contra qui rapum, raphanum, napum religiosi agricolæ serunt, antiqua consuetudine precantur, ut sibi nascantur, & vicinis. *Dal.*

c *Apium etiam paxillo, &c.*] Ad incrementum locus confert. Ideo cum apium transfertur, adigi paxillum tam alte præcipiunt, quam apium fieri magnum placet. Quin etiam & apii semen exceptum panniculo stercore terraque pleno, in cavernam paxillo jam antea reclusam demitti. Theophrast. cap. 3. lib. 7. histor. *Idem.*

d *Et si quorum radicem, &c.*] Annifera vocat, τὰ ἐπετειόκαυλα, quorum annuus caulis est: apposite quidem, sed significatu minus proprio, cum *annifera* etiam intelligere possimus, quæ fructum aut florem quotannis ferunt. Nascuntur etiam radice, inquit Theophrastus, quorum radices vivunt diutius, quamvis annuus caulis sit. Talis est beta & oxalis. Legend. *& si qua radicem annifera.* Idem.

e *Fruticant alia & non capite.*] Melior lectio:

pite, ut apium & beta. Caule reciso fere quidem omnia regerminant, [a] exceptis quæ non scabrum caulem habent: [1] & in usum vero ocimum, raphanus, lactuca. Hanc etiam suaviorem putant à regerminatione. Raphanus utique jucundior detractis foliis antequam [2] decaulescat. [b] Hoc & in rapis. Nam & eadem [3] direptis foliis cooperta terra crescunt, durantque in [4] æstate. Singula genera sunt ocimo, lapatho, blito, nasturtio, erucæ, atriplici, coriandro, anetho. Hæc enim ubique eadem sunt, neque aliud alio melius usquam. [c] Rutam furtivam tantum provenire fertilius putant, sicut apes furtivas pessime. Nascuntur [5] etiam non sata, mentastrum, nepeta, intubum, pulegium. Contra plura genera sunt eorum quæ diximus, dicemusque & in primis [6] apio.

1 sed ob usum evidentissime ocimum. *Theoph.*

2 πρὸ τοῦ διακαυλίσαι. caulis grandescat.

3 dereptis. *M. & Ch.*

4 æstatem. *Vet.*

5 autem etiam.

6 de apio. *M.*

CAP. VIII.

***Natura, & genera, & historia ad condimenta in horto satarum rerum,* XXXVI.**

ID enim quod sponte in humidis nascitur [d] helioselinum vocatur, [e] uno folio, nec hirsutum. [f] Rursus in siccis hipposelinum, pluribus foliis, simile

lectio: *Fruticant alia & non capitata.* Theophrastus lib. 7. & cap. 2. *Quædam etiam non capitata. verum diuturniora germinare posse cernuntur, ut apium, beta.* Pint. *Fruticant alia & non capite.*] Coma secta, novam pariunt. *Dalec.*

a *Exceptis quæ non scabrum caulem habent.*] Legendum reor: *crebrum* non *scabrum*, ex Theophrasto lib. 7. cap. 2. Theodorus *secaulia* vertit, quæ Theophrastus ἀπόκαυλα appellat. *Pintian.* *Exceptis quæ non scabrum.*] Apud Theophrast. est πλὴν τῶν ἀποκαύλων. Legendum puto, μονοκαύλων. Exceptis iis, quæ unico caule surgunt, ut cuminum. *Dalec.*

b *Hoc & in rapis.*] Non quidem de rapis id scribit Theophrastus, sed, quod sequitur, *ea pariter, ac radiculis direptis, foliis, &c.* Idem.

c *Rutam furtivam.*] Palladius cap. 9. Mart. *Idem.*

d *Heleoselinum vocatur.*] Hoc est, apium palustre, seu paludapium. Alii *helioselinum* legunt, sed perperam, ut patet ex Dioscoride libro 3. & Theophrasto 7. & omnibus. *Pint.*

e *Uno folio, nec hirsutum.*] Theoph. cap. 7. lib. 7. μανόφυλλον, raris foliis, pro quo legit Plinius μονόφυλλον, uno folio. *Dalec.*

f *Rursus in siccis hipposelinum pluribus foliis simile heleoselino.*] Verbum *pluribus* adjectitium puto. Theophrastus libro antedicto: *Hipposelinum foliis vicinum heleoselino est.* Pint.

g Purpu-

mile heleoselino: Tertium est oreosolinum, cicutæ foliis, radice tenui, semine [1] anethi, minutiore tantum. [2] Et sativi autem differentiæ in folio denso, crispo, aut rariore & [3] leviore. Item caule tenuiore aut crassiore, & caulis aliorum candidus est, aliorum purpureus, aliorum varius. Lactucæ Græci tria fecere genera: unum lati caulis, adeo ut [4] hostiola olitoria ex his factitari prodiderint. Folium his paulo majus herbaceo & angustissimum, ut alibi consumpto [5] incremento. Alterum rotundi caulis: tertium sessile, quod Laconicon vocant. Alii colore & tempore satus genera discrevere. Esse enim nigras, quarum semen mense Januario seratur: albas, quarum Martio: rubentes quarum Aprili. [6] Et omnium earum plantas post binos menses differri. Diligentiores plura genera faciunt, [a] purpureas, crispas, Cappadocas, Græcas. [7] Longioris has folii, caulisque lati, præterea longi & angusti, intubi similis. Pessimum autem genus cum exprobratione amaritudinis appellavere [b] picrida. Est etiamnum alia distinctio atræ, [c] quæ meconis vocatur, à copia lactis soporiferi, quanquam omnes somnum parere [8] creduntur. [d] Apud antiquos Italiæ

1 cymini. *Diosc.*
2 est autem sativi differentia. *M.*
3 latiore. *Theophr.*
4 urceola, *M.*
5 nutrimento. *V.*
6 At. *M.*
7 Long. has latique caulis, præterea folii longi. *Vet. restit.* Longiora his folia, caulesque lati, &c. similes. *M.*
8 credantur. *M.*

a *Purpureas, crispas, Cappodocas.*] Scribendum *Cappadocias*, non *Cappadocas*, tum ex codice antiquo, tum ex Columella libro 11. capite 3. *At Cappadocia, quæ pallido & pexo densoque folio, viret mense Februario, &c.* Corrigenda non multo post eadem menda. *Pint.*

b *Picrida.*] Est & picris cichorii genus infra cap. 17. l. 21. & c. 22. l. 22. nec non Theophrast. cap. 11. lib. 7. historiar. *Dalec.*

c *Quæ meconis vocatur.*] Vide posthac cap. 7. lib. 20. *Idem.*

d *Apud antiquos Italiæ hoc solum genus earum fuit, & ideo Lactucis nomen adjectum.*] Sic leg. Sequentia sic lege: & *ideo æstate gratia.* Sequentia sic leg. *Divus certè hac lactuca conservatus in ægritudine fertur prudentia Musæ medici, cum prioris Cameli religio nimia ei abnegaret.* Omnia plana jam sunt. Oportet Camelium fuisse nomen prioris medici, quo Divus Augustus usus est ante Musam. Is Camelius lactucarum esum ægrotanti Augusto negabat. Musæ vero opera ex valetudine ancipiti convaluit ope lactucæ. *Cameli* pro *Camelii.* Sequentia sic lege: *In tantum recepta commendatione, ut servari etiam in alienos menses eas ex Oxymeli tum repertum sit.* post servatum ex morbo Augustum lactucæ usu, tanta earum commendatio esse cœpit, ut tum repertum sit eas oxymeli condire ac recondere in alienos menses. *Salmas.* 1270.b.& 1271.b 1272. a.

liæ hoc solum genus carum fuit, [a] & ideo lactucæ nomen adeptæ. Purpuream [1] maximæ radicis, [2] Cæcilianam vocant. Rotundam vero ac minima radice, latis foliis, [b] astylida: quidamque eunuchion, quoniam hæc maxime refragetur Veneri. Est quidem [c] natura omnibus refrigeratrix, & ideo æstate gratæ stomacho fastidium auferunt, cibique appetentiam faciunt. [d] Divus certe Augustus lactuca conservatus in ægritudine fertur [3] prudentia Musæ medici. Cum priores [4] caverent, religione nunc omni caret, in tantum recepta commendatione, ut servari etiam in alienos menses eas [5] oxymelite repertum sit. Sanguinem quoque augere creduntur. Est etiamnum, quæ vocatur [6] caprina lactuca, de qua [e] dicemus inter medicas. [7] Ecce cum maxime cœpit irrepere sativis admodum probata, quæ Cilicia vocatur, folio [8] Cappadocæ, nisi crispum [f] latiusque esset. [9] Nec ex eodem genere possunt

1 maximè radicibus. *Ch.*
2 Cæciliam.
3 providentia. *M. Sueton.*
4 Camilli religionum omni die manducarent. *M. Turn.* camelli. Religio nimia omni caret. *Ch.*
5 oxymelitum. *Ch.*
6 marina. *Celsus c.* 12. 2.
7 Et ecce. *V. & Ch.*
8 Cappadociæ. *M. & Ch.*
9 Neque. *M.*

a *Et ideo lactuca nomen adepta.*] In vetusto exemplari, *& ideo nomen lactucis adjecta.* Scribendum forte, *& inde cognomen à lacte eis inditum.* Pintian. *Lactuca nomen adepta, &c.*] Quid quod in ipso Plinio supra cap. 4. hujus libri, legere est *Lactucinos in Valeria familia non puduisse appellari*, nempe à lactucarum cultu; ut à *cæpis*, CÆPIONES. *Bouch.* 604. Vicissim inter lactucarum species idem Plinius *Cæciliana* meminit: *Purpuream* inquit, *maxima radicis* Cæcilianam vocant; nempe à Cæcilio Metello. *Bouchart.* ibid.

b *Astylida: quidamque eunuchion.*] Ἀ'ςυλάζειν, ejulare, apud Athenæum lib. 2. legitur *astylida*, quasi urbanam & civilem dicas. *Dalec.* *Astylida: quidamque eunuchion.*] *Eunuchion* scribit & *Astylida*: quorum posterius palam corruptum. Nam ἀςυτὶς cur dicatur neminem doctorum latet: at ἀςυλὶς, Hesychio aliud est. *Bouchart.* 603.

c *Natura omnibus refrigeratrix.*] Ea de causa veteribus postrema mensa sumebatur, ut ebrietatem & capitis gravitatem arceret frigiditate. Martialis:

Claudere quæ cœnas lactuca solebat avorum,
Dic mihi, Cur nostras inchoat illa dapes?

Rhodig. cap. 20. & 26. lib. 27. Apud Athenæum Aristoxenus cum vesperi lactucas œnomelite perfudisset, virides placentas à terra summissas se habere, mane jactabat. In lactuca occultatum Adonin à Venere Callimachus, Phaona Cratinus scribit. Pythagoræi lactucam vocant, εὐνοῦχον, Eubulus mortuorum cibum, mulieres ἀςύλιδα, quia τὸν ςύλον, id est, penem, arrigere prohibeat. Rhodig. cap. ultim. 27. Auctor Moreti:

Grataque nobilium requies lactuca ciborum.

Dalec.

d *Divus certe Augustus, &c.*] Sueton. in Augusto cap. 81. Vide *Salmas.* pag. 1272. *Idem.*

e *Dicemus inter medicas.*] Cap. 7. l. 20. *Idem.*

f *Latiusque esset.*] Theophr. cap. 7. & 11.

[1] possunt dici, neque ex alio intubi, [a] hiemi impatientiores, virusque præferentes, sed caule non minus grati. Seruntur verno plantæ eorum: ultimo vere transferuntur. Est & erraticum intubum, quod in Ægypto cichorium vocant, de quo plura alias. Inventum omnes thyrsos vel folia lactucarum prorogare urceis conditos, [3] ac recentes in patinis coquere. Seruntur lactucæ anno toto lætis & riguis stercoratisque binis mensibus inter semen plantamque & maturitatem. Legitimum tamen, à bruma semen jacere, plantam Favonio transferre: aut semen Favonio, plantam æquinoctio verno. Albæ maxime hiemem tolerant. Humore omnia hortensia gaudent, & stercore præcipue lactucæ, & magis intubi. Seri etiam [4] radices illitas fimo interest, & repleri [5] ablaqueata humo. Quidam & aliter amplitudinem augent: recisis cum ad semipedem excreverint, fimoque suillo recenti illitis. Candorem vero putant contingere iis duntaxat quæ sint seminis albi: si harena de litore à primo incremento congeratur in medias, atque increscentia folia contra ipsas religentur. Beta hortensiorum levissima est. Ejus quoque à colore duo genera Græci faciunt, [6] nigrum, & candidius, quod præferunt, parcissimi seminis: appellantque Siculum, [b] candoris sane discrimine præferentes & [7] lactucæ. Nostri betæ genera faciunt, [c] vernum & autumnale, à temporibus [8] sativis, quanquam & Junio seritur. Transferuntur autem [9] in planta hæ quoque, & oblini

1 possint. Cb.
2 hiemis. Cb.
3 &. Cb.
4 radice illita. M.
5 ablaqueatas. V. Lego, & regeri ablaqueatis humum.
6 nigram, & candidam, quam. M.
7 lactucam. M.
8 satus. V. & Cb.
9 harum plantæ quoque. Dal.

& 11. lib. 7. hist. & cap. 7. lib. 2. caus. *Dalec.*

a *Hiemi impatientiores.*] Imo scribendum, *hiemis patientiores.* Columella in prosa hortorum: *Eadem ratio intubi, nisi quod hiemem magis sustinet, ideoque frigidis regionibus primo autumno seri potest.* Pintian.

b *Candoris sane discrimine præferentes & lactucæ.*] Legendum videtur, *ut lactucæ.* quod patet ex paulo ante dictis, & recentiora etiam exemplaria sic præferunt. *Idem.*

c *Vernum & autumnale à temporibus sativis.*] Scribo, *vernum & autumnale à temporibus satuque*, ex vetere codice, & mox paulo pro *pandunt*, *expandunt*; in eodem leges. *Idem.*

a *Acrimo-*

oblini fimo radices ſuas, locumque ſimiliter madidum amant: Uſus iis & cum lente ac faba, idemque qui oleris: [1]& præcipuus, ut lenitas excitetur [a] acrimonia ſinapis. Medici [2]nocentiorem quam olus, eſſe judicavere. Quamobrem appoſitas [3] non memini, deguſtare etiam [b] religio eſt, ut validis potius in cibo ſint. Gemina iis natura, & oleris, [c] & capite ipſo exilientis bulbi ſpecies ſumma [d] in latitudine. Ea contingit, ut in lactucis, cum cœperint [4]colorem trahere impoſito levi pondere. Neque alii hortenſiorum latitudo major. In binos pedes aliquando ſe pandunt, multum & ſoli natura [5] conferente. [6]Hæ quidem in Circejenſi agro ampliſſimæ proveniunt. Sunt qui betas Punica malo florente optime ſeri exiſtiment, transferri autem, cum quinque foliorum eſſe cœperint. Mira differentia, ſi vera eſt, [7] candidis ſolvi alvos modice, nigris inhiberi. Et cum braſſica corrumpatur in dolio vini ſapor, odore betæ foliis demerſis reſtitui. Olus cauleſque, quibus nunc principatus hortorum, apud Græcos in honore fuiſſe non reperio. Sed Cato [e] braſſicæ miras canit laudes, quas in medendi loco reddemus. [f] Genera ejus facit tria: unam exten-

1 ſed. *Dal.*
2 innocentiorem. *M.* & *Ch.*
3 nemini non. *M.*
4 caulem. *V.*
5 confert eis. *M.*
6 Et. *M.*
7 candidis alvo medici. *Ch.* Lego candidis alvom (*alvum*) elici.

a *Acrimonia ſinapis.*] Condiebant olim vino & pipere. Unde Martialis:

Ut ſapiant fatua, fabrorum prandia, beta,
O quam ſæpe petet vina piperque cocus.

Fabris betas parari ſolitas oſtendit & hic Columellæ verſus:

Ulpica, quæque habilis beta eſt fabrilibus eſcis. Dalec.

b *Religio eſt.*] Religioſum eſt: velut quadam religione obſervatum, ut appoſitam quivis deguſtet, quamvis ea fatientur validiores tantum. *Idem.*

c *Et capite ipſo exilientis.*] Lego, *&* *capite ipſo exiliente, bulbi.* Nam cum foliis humi primum ſparſis, ex illorum medio caulis prodire incipit, ejus caput, & calloſa quadam ſoliditate bulbo ſimile eſt, & guſtu. *Idem.*

d *In latitudine.*] In Priapeiis, Epigrammat. 51.

Nec hortus educat latas meus betas.

Idem.

e *Braſſica miras canit laudes.*] Cap. 157. 158. Gravidis apud Athenienſes braſſicam dari ſolitam, quod parturientibus commodiſſima ſit, ſcribit Alex. ab Alex. cap 25. lib. 2. *Idem.*

f *Genera ejus facit tria.*] De raphano id ſupra, hujus libri cap. 5. *Genera raphani Græci fecere tria, &c.* Infra vero capite nono, libri 20. *In tria genera diviſere eam* (braſſicam) *Græci antiquiſſimi.* Idem.

[1] extentis foliis, caule magno: alteram crispo folio, [2] quam [a] apianam vocat: tertiam minutis caulibus, lenem, [3] teneram, [4] minime probat. Brassica toto anno seritur, quoniam & toto secatur. Utilissime tamen ab æquinoctio autumni. [5] Transfertur, cum quinque foliorum est. [b] Cymas à prima [6] sectione præstat proximo vere. Hic est quidam ipsorum caulium delicatior teneriorque cauliculus. Apicii luxuria, & [7] per eum Druso Cæsari [8] fastiditus, non sine castigatione Tiberii patris. Post cymam ex eadem brassica contingunt æstivi autumnalesque cauliculi, mox hiberni, iterumque cymæ, nullo æque genere multifero, donec sua fertilitate consumatur. Tertia circa solstitium, ex qua si humidior locus est, æstate; si siccior, autumno plantatur. Humor fimusque si defuere, major saporis gratia est: si abundavere, lætior fertilitas. Fimum asininum maxime convenit. Est hæc quoque res inter opera ganeæ, quapropter non pigebit verbosius persequi: Præcipuus fit caulis sapore ac magnitudine, primum omnium si in repastinato seras: dein si terram fugientes cauliculos [9] seces, à terraque proceritate luxuriosa attollentes se exaggerando aliam accumules, ita ne plus quam cacumen emineat. Tritianum hoc genus vocatur, bis computabili impendio tædioque. Cætera genera complura sunt. Cumanum sessili folio, capite patulum.

1 latis. *Cato.*
2 quam Appiacam vocant. *Cb.*
3 teneram, quam minime. *V.*
4 minimeque. *Cb.*
5 Transferturque. *Cb.*
6 satione. *V.*
7 perinde. V.
8 blanditus. V.
9 sequaris. V.

a *Apianam vocat.*] A similitudine apii, σελινοειδῆ Cato: Eudemus apud Athenæum libro 9. vocat σελινουσίαν. *Idem.*

b *Cymas.*] *Cymas* vocat fœminino genere, quas Græci neutro κύματα quasi κυήματα, ut inquit Galenus lib. 2. aliment. & Columella hoc versu:

Frigoribus caules, & veri cymata mittit.

Cymas primæ sectionis inter remedia nephritica Galen. lib. 10. κατὰ τόπους ex Anthioro vocat ἀσφοβτίμους καυλούς. ut & Martialis:

Et faba fabrorum prototomique rudes.

Et:

Prototomis, pudet heu, servio cauliculis.

Marcel. cap. 20. Haplosiles caules vocat, nimirum ἁπαλοὺς. Vide cap. 9. lib. 20. *Idem.*

a *Fruti-*

tulum. Aricinum altitudine non excelsius, folio numerosius, quam tenuius. Hoc [1] utilissimum existimatur, quia [2] sub omnibus pene foliis [a] fruticat cauliculis peculiaribus. Pompejanum procerius, caule ab radice tenui, [3] intra folia crassescit. Rariora hæc angustioraque, sed teneritas in dote, [4] si frigora non tolerat: quibus etiam aluntur Brutiani, prægrandes foliis, caule tenues, sapore acuti. Sabellico usque in admirationem crispa sunt folia, quorum crassitudo caulem ipsum extenuat: sed dulcissimi perhibentur ex omnibus. Nuper subiere [b] lacuturres ex convalle Aricina, ubi quondam fuit lacus turrisque quæ remanet: capite prægrandes, folio innumeri. Alii in orbem porrecti, alii in latitudinem torosi. Nec plus ullis capitis post Tritianum, cui pedale aliquando conspicitur, & cyma nullis serior. Cuicunque autem generi pruinæ plurimum suavitatis conferunt: & nisi obliquo vulnere defendatur medulla, plurimum nocent. Semini destinati non secantur. Est etiam sua gratia [c] [5] nunquam plantæ habitum excellentibus: [d] halmyridia vocant, quoniam nisi in maritimis non proveniunt, navigatione quoque longinqua viridibus adservatis. [e] Statim desecti ita ne humum attingant, in cados olei quam proxime siccatos, obturatosque conduntur omni spiritu excluso. Sunt qui plantam in transferendo alga subdita pediculo, nitrove trito, quod tribus

1 inutilissimum. V.
2 super. V.
3 inter. V.
4 sed. Dal.
5 nonnunquam. Vet.

a *Fruticat.*] Cauliculos edules profert. Id genus esse volunt, quod in Geoponicis Constantinus vocat ἀσπαραγώδη κράμβην. *Dalec.*

b *Lacuturres.*] Vulgo, capitata sive sessilis brassica. *Chous cabus.* Idem.

c *Nunquam planta, &c.*] Intelligendum est enim de plantis brassicæ. huc facit diminutiva vox ἁλμυρίδιον. *Gesenius.*

d *Halmyridia vocat.*] Eorum meminit Eudemus apud Athenæum, gignique tradit Eretriæ, Cumis, Rhodi, Cnidi, Ephesi. *Dalec.*

e *Statim desecti ne humum attingant, in cados olei quam proxime siccatos obturatosque conduntur.*] Desideratur particula *si*, & *desecta* non *desecti*, in scripto codice legitur: & *opitulatos*, non *obturatos*. Lego igitur sic: *si statim desecta ita ne humum attingant, in cados olei quam proxime siccatos operculatosque conduntur.* Pint.

tribus digitis capiatur, celeriorem ad maturitatem fieri putent. Sunt qui [a] semen trifolii nitrumque simul tritum aspergant foliis. Nitrum in coquendo

1 ut in Apic. Dal.

etiam viriditatem custodit: [1] aut Apiciana coctura, oleo ac sale, prius quam coquantur maceratis. Est inter herbas [b] genus inserendi, præcisis germini-

2 abdito. M.

bus caulis, & in medullam semine ex aliis [2] addito. Hoc & in cucumere silvestri. Nec non olus quo-

3 triumphis, vel triumphalibus, quod magis probo. Dal.

que silvestre est [3] trium foliorum, Divi Julii carminibus præcipue jocisque militaribus celebratum. Alternis quippe versibus exprobravere [4] lapsana se

4 lampsana. Diosc. Suet. in Julio.

5 id brassica. Dal.

vixisse [c] apud Dyrrachium, præmiorum parsimoniam cavillantes. Est autem [5] id [d] cyma silvestris. [e] Omnium hortensiorum lautissima cura asparagis.

6 arboribus dictum. Vet.

De origine eorum in silvestribus curis [f] [6] abunde dictum, & quomodo eos juberet [g] Cato in harundinetis seri. Est & aliud genus incultius asparago, mitius [h] corruda, passim etiam montibus nascens,

7 inscito. V. inficeto. Quidam & Ch.

refertis superioris Germaniæ campis, [7] non infaceto Tiberii

a *Semen trifolii.*] Deceptus est Plinius, sive potius ejus libertus scriba, voce τρίφυλλον, quod patet ex hoc loco Constantini cap. 17. lib. 12. εἰδέναι χρὴ ὅτι τὴν κράμβην ἐν ἁλμυρῷ τόπῳ σπείρειν προσήκει. διὸ χρὴ τριφύλλῳ ταύτῃ γινομένῃ νίτρον λεῖον ἢ ἁλμυρίδα γῆν διὰ κοσκίνου κεκοσκινευθεῖσαν πάσσειν, ὡς δοκεῖν αὐτὴν πεπαχνῶσθαι. τούτῳ γὰρ τῷ τρόπῳ καὶ ὑψαυχενεστέρα γίνεται. Pro τριφύλλῳ κράμβῃ Plinius triphylli semen immiscuit. Idem error Pallad. cap. 24. Febr. Martial.

Ne tibi pallentes moveant fastidia caules,
Nitrata viridis brassica fiat aqua.

Dalec.

b *Genus inserendi.*] Id Græci vocant ἐπισπείρειν, ut in arboribus ἐμφυτεύειν, & ἐνοφθαλμίζειν, *inseminare* Gellio. Vide Lexic. Constantin. *Idem.*

c *Apud Dyrrachium.*] Sueton. in Julio cap. 68. *Idem.*

d *Cyma silvestris.*] Brassica. Lapsanam cap. 9. lib. 20. silvestris brassicæ genus esse scribit. At supra cap. 5. Charan, sive Cheran, Cæsari lapsanam dici adnotavi. *Idem.*

e *Omnium hortensiorum lautissima.*] Legendum *hortensium* non *hortensiorum*, ut præmonuimus. In scripto tamen codice, *Omnium in hortis rerum* legitur & paulo post *hortense* non *hortensium* scriberem. *Pint.*

f *Abunde dictum.*] Lib. 16. cap. 36. *Dalec.*

g *Cato.*] Cap. 48. *Idem.*

h *Corruda.*] Asparago hoc spinoso ut sponsæ coronarentur, apud Bœotios in more fuisse, sicut apud cæteros Græcos sisymbrio, tradit Alex. ab Alex. c. 5. l. 2. *Idem.*

a *Virtt*

Tiberii Cæsaris dicto, herbam ibi quandam nasci simillimam asparago. Nam quod in Neside Campaniæ insula sponte nascitur, longe optimum existimatur. Hortensium seritur spongiis: est enim plurimæ radicis, altissimeque germinat. [a] Viret thyrso primum emicante: qui caulem educens, tempore [1] ipso fastigiatus in toros striatur. Potest & semine seri. Nihil diligentius comprehendit Cato, novissimumque libri est, ut appareat repentinam ac novitiam viro curam fuisse. Locum subigi jubet humidum & crassum: Semipedali undique intervallo seri, ne calcetur. Præterea ad lineam grana bina aut terna paxillo [2] dimitti: videlicet semine tum tantum serebantur. Id fieri secundum æquinoctium vernum: Stercore satiari, crebro purgari, caveri ne cum herbis evellatur asparagus. Primo anno stramento ab hieme protegi. Vêre aperiri, sarriri, runcari. Tertio incendi verno. Quo maturius incensus est, hoc melius provenit. Itaque harundinetis maxime convenit, quæ festinant incendi. Sarriri jubet idem, non antequam asparagus natus fuerit, ne in sarriendo radices vexentur. Ex eo velli asparagum ab radice. Nam si [3] defringatur, stirpescere, & intermori. Velli, donec in semen eat. Id autem maturescere ad ver, incendique: ac rursus, cum apparuerit asparagus, sarriri ac stercorari. Ac post annos novem, cum jam vetus sit, digeri subacto solo stercoratoque. Tum spongiis seri, singulorum pedum intervallo. Quin & [b] ovillo fimo nominatim uti, quoniam aliud herbasceret. Nec

1 ipso. *in V. C. d.*

2 demitti. *Pint. ex Catone c. 140.*

3 defrangitur. M. defrangatur. *Gb.*

a *Viret thyrso primum, &c.*] Κορυνώδη Theoph. vocat cap. 3. lib. 6. hist. nempe thyrsum in acutum fastigium desinentem. *Dalec.* *Viret thyrso primum emicante, &c. striatur.*] *Striatur* lego, non *stringitur*: nam inter toros interveniunt strias, sicut in arvo inter porcas sulci. Eadem ratione striatæ columnæ apud Vitruvium leguntur. Sic & melopepones striato cortice conspiciuntur. *Gel.*

b *Ovillo fimo nominatim uti quoniam aliud herbasceret.*] Scribo, *quoniam aliud herbas creet.* ex ipso Catone capite 140. *Pint.*

Nec quicquam postea tentatum utilius apparuit, nisi quod circa Idus Februarii [1] defosso semine acervatis parvulis scrobibus serunt, plurimum maceratum fimo. Dein nexis inter se radicibus spongias factas post æquinoctium autumni disponunt pedalibus intervallis, fertilitate in denos annos durante. Nullum gratius his solum quam Ravennatium hortorum. Indicavimus & corrudam. [2] Hunc enim intelligo silvestrem asparagum, quem Græci [3] orminum aut myacanthon vocant, aliisve nominibus. Invenio nasci & [a] arietis cornibus tusis atque defossis. Poterant videri dicta omnia quæ in pretio sunt, nisi restaret res maximi quæstus, non sine pudore dicenda. [b] Certum est quippe carduos apud Carthaginem magnam, Cordubamque præcipue, sestertia sena millia, [4] ut parcius, reddere: quoniam portenta quoque terrarum in ganeam vertimus, etiam ea quæ refugiunt quadrupedes consciæ. Carduos ergo duobus modis serunt: autumno planta, & semine ante Nonas Martias: plantæque ex eo disponuntur ante Idus Novembris, aut in locis frigidis circa Favonium. Stercorantur etiam, si diis placet, lætiusque proveniunt: condiunturque aceto melle diluto, addita laseris radice, & cumini, ne quis dies sine carduo sit. Cætera in transcursu dici possunt. Ocimum Parilibus optime seri ferunt. Quidam & autumno, jubentque, cum hieme seratur, aceto semen perfundi. Eruca quoque & nasturtium, vel æstate vel hieme facillime nascuntur. [c] Eruca præcipue

1 defossum semen acervatim, par. scr. ser. plurimo, &c.

2 Hanc intelligimus. *V.*

3 Horminium c. 10. *lib. sequentis.*

4 ex arvis. V. à parvis reddere eis. *Ch.*

a *Arietis cornibus, &c.*] Fabulosum vanumque id sibi videri scribit Dioscorides. *Dalec.*

b *Certum est quippe, &c.*] Legend. *Certum est quippe carduos apud Carthaginem magnam Cordubamque præcipue, sestertium sena millia è parvis reddere areis.* Singulas areas, easque parvas carduorum apud Carthaginem magnam & Cordubam reddere quotannis sestertiûm sena millia dicit, hoc est, centenos quinquagenos præter propter nostri nomismatis aureos. qui ingens quæstus erat. areæ hortorum sunt πρασιαί. *Salmas.* pag. 228.

c *Eruca.*] In Priapeis:

Nam quamvis videar satis paratus,
Erucarum opus est decem maniplis,

Fossas

cipue frigorum contemptrix, diversæ est, quam lactuca, naturæ, concitatrix Veneris: idcirco jungitur illi fere in cibis, ut nimio frigori par fervor immistus temperamentum æquet. Nasturtium nomen accepit à [a] narium tormento. Et inde vigoris [1] significatio proverbio [2] id vocabulum usurpavit, [b] veluti torporem excitantis. In Arabia miræ amplitudinis dicitur gigni. [c] Ruta quoque seritur Favonio, & ab æquinoctio autumni: odit hiemem & humorem ac fimum. Apricis gaudet & siccis, [d] [3] terra quam maxime lateraria. Cinere vult nutriri, hic & semini miscetur, ut careat erucis. Auctoritas etiam peculiaris apud antiquos ei fuit. Invenio mustum rutatum populo datum à Cornelio Cethego, in Consulatu collega Quintii Flaminini, comitiis peractis. [e] Amicitia est ei & cum fico, in tantum, ut nusquam lætior proveniat, quam sub hac arbore. Seritur & surculo, melius

1 significatione proverbium. V. 2 ejus esum. Cornarius.

3 terraque quam. M.

Fossas inguinis ut teram.

Quin & eruca sacra Priapo est, atque ideo propter eum seritur. Columella in horto:

Et quæ frugifero seritur vicina Priapo,
Excitet ut Veneri tardos eruca maritos.

In Priapeis:

Et ipse longa nocte dormiat solus,
Libidinosis incitatus erucis.

Auctor Moreti:

Intybaque & Venerem revocans eruca morantem.

Ovid. in Amor.

Ex horto quæ venit herba salax.

Idem:

Nec minus erucas aptum est vitare salaces.

Martialis:

Concitat ad Venerem tardos eruca maritos.

Vide supra cap 43. lib. 10. sub finem. *Dalec.*

a *Narium tormento.*] Κάρδαμον, κάρδαμον, quia caput acri calore suo tentat. Unde in pigros, ignavos, & desides Græcis est proverbium, κάρδαμον ἔσθιε. Nasturtium comede. *Idem.*

b *Veluti torporem excitantis.*] Varro in Pappo: *Nasturtium nonne vides ab eo dici quod nasum torqueat. vestispicam, quod vestem spiciat:* Nonius. Auctor Moreti: *Quæque trahunt acri vultus nasturtia morsu.* Vide quæ adnotata sunt cap. 13. 20. *Idem.*

c *Ruta quoque, &c.*] Jolaus in rebus Peloponnesiacis πήγανον in Peloponneso ῥυτὴν vocari scribit, unde fortassis Latinum rutæ nomen. Rhod. cap. 23. lib. 28. Scal. in Varron. In Priapeis:

Menthamque olentem cum salubribus rutis.

Idem.

d *Terra quam maxime lateraria*] Lateritios parietes dicimus, ex lateribus constructos. *Laterariam terram*, quæ apta sit fingendis lateribus. *Galen.*

e *Amicitia est ei & cum fico.*] In fico rutam inseri Theophr. refert cap. 7. lib. 5. caus. itemque Plut. Sympos. 5. q. 9. *Dalec.*

melius in perforatam fabam indito, quæ ſucco nutrit comprehendendo ſurculum. Seritur & à ſeipſa. Nanque incurvato cacumine alicujus rami, cum attigerit terram, ſtatim radicatur. [a] Eadem & ocimo natura, niſi quod difficilius creſcit. Sed durata runcatur [b] non ſine difficultate, [1] provenientibus hulceribus, ni minutis manibus id fiat, oleove defenſis. Conduntur autem & ejus folia, ſervanturque faſciculis: Ab æquinoctio verno ſeritur apium, ſemine [2] paululum in pila [3] pulſato. [c] Criſpius ſic putant fieri, aut ſi ſatum calcetur cylindro pedibuſve. Proprium ei, quod colorem mutat. Honos ipſi in Achaja, coronare victores ſacri certaminis [d] Nemeæ. Eodem tempore ſeritur menta planta: vel

1 proritum ulceribus. M. utrunque & Ch.

2 paulum. M. paulum in pilato. Ch. 3 pinſito. Columel.

a *Eadem & ocimo natura, niſi quod difficilius creſcit.*] Hæc verba haud dubie ad alium locum pertinent: hic enim falſo inſerta diſturbant interrumpuntque rutæ tractatum. Sed conſiderandum, cur dicat difficilius ocimum creſcere, quod eſt contra Theophraſtum, ſeptimo de hiſtoria plantarum cap. 1. his verbis: *Omnia pari tempore nequaquam proveniunt, ſed alia celerius, alia ſerius, celerrime ocimum, blitum, eruca.* Niſi quis dicat, aliud eſſe creſcere, aliud naſci & erumpere è terra. Nunquid legendum hic, non *creſcit*, ſed *areſcit*, ut vetus codex, & alia nonnulla habent exemplaria, ex eodem Theophraſto, eodem lib. 7. cap. 3. ſic ſcribente: *Difficile, ut ita loquar, omnia exſiccantur, cumino excepto. Nec modo frumenti conſiſtunt: quod cum primum in plenum creverit, mox exſiccatur & decidit. Sed quæ cortice continentur, difficilius exſiccantur, & inter ea maxime ocimum.* Pint.

b *Non ſine difficultate provenientibus.*] Scribo, *non ſine difficultate pruritus*, ſeu *pruriginis*, tum ex vetere codice, tum ex Columella lib. 11. in proſa hortorum: *Sed velata manu debebit runcari, quam niſi contexeris, pernicioſa naſcuntur ulcera. Si tamen per ignorantiam nuda manu runcaveris, & prurigo atque tumor inceſſerit, oleo ſubinde perungito.* Idem.

c *Criſpius ſic putant fieri.*] Theoph. cap. 5. lib. 2. hiſt. & cap. 6. lib. 5. cauſ. *Dalec.*

d *Nemeæ.*] Illic viridi vivoque apio coronantur, in Iſthmiis vero arido, rejecta pinus Herculis inſtituto. Callimachus apud Plut. in Sympoſ.

Καὶ μιν ἀλητίδαι πουλὺ γεραιότερον
Τοῦδε παρ' αἰγαιῶνι θεῷ τελέοντες ἀγῶνα
Θήσουσιν νίκης σύμβολον ἰσθμιάδος,
Ζήλῳ τῷ Νεμέηθε, πίτυν δ' ἀποτιμήσουσι
Ἣ πρὶν ἀγωνιστὰς ἔστεφε τοὺς ἐφύρης.

Had. Jun. cap. 21. 4. Vide quod adnotatum eſt cap. 11. lib. 20. Olympicos ludos Hercules in honorem Pelopis inſtituit. Corona in his fuit ex oleaſtro, vel olea calliſtephano. Pythios Delphis Diomedes in honorem Apollinis, qui Pythonem ſerpentem interemiſſet. Corona, Laurus. Iſthmios in Iſthmo, & Megarenſium ſinu, juxta Corinthum; ad Neptuni delubrum, inter Ægæum & Ionium mare, Theſeus, æmulatione Herculis. Corona principio ex apio, deinde ex pinu, ac tandem victori præmium centum drachmæ, ut Olympionicis quingentæ. Nemæos in honorem Arche-

ta: vel ſi nondum germinat, ſpongia. [a] Minus hæc humido gaudet. Æſtate viret, hieme flaveſcit. Genus ejus ſilveſtre mentaſtrum eſt. Et hoc propagatur, ut vitis, vel ſi inverſi rami ſerantur. [b] Mentæ nomen ſuavitas odoris apud Græcos mutavit, cum alioqui mintha vocaretur, unde noſtri nomen declaraverunt. Grato menta menſas odore percurrit in ruſticis dapibus. Semel ſata, diutina ætate durat. Congruit pulegio, cujus natura in carnariis refloreſcens ſæpius dicta eſt. Hæc quoque ſervantur ſimili genere, mentam dico pulegiumque & [1] nepitam. Condimentorum tamen omnium faſtidiis cuminum amiciſſimum. Naſcitur in ſumma tellure vix hærens, & in ſublime tendens. In putridis & calidis maxime locis, medio ſerendum vêre. Alterum ejus genus ſilveſtre quod ruſticum vocant, alii Thebaicum: ſi tritum ex aqua potetur, in dolore ſtomachi prodeſt. In Carpetania noſtri orbis maxime laudatur: alioqui Æthiopico Africoque palma eſt. Quidam huic Ægyptium præferunt. [c] Sed præcipue oluſatrum miræ naturæ eſt. Hippoſe-

1 nepitam in condimento ſumpta. In omnia (lego, ad omnia) quæ faſtidio ſunt, cuminum amiciſſimum. *M.* *utrumque.* Nepitam. Condimentariorum tamen omnium ſtomachi faſtidiis. V. omniumque faſtidiis. *V.*

Archemori Lycurgi filii, à ſerpente necati, cum ſuper apium reptaret, celebrarunt. Corona apium. Alex. ab Alex. cap. 8. 5. *Dalec.*

a *Minus hac humido gaudet.*] Æſtimandum, an legendum hic ſit, non *minus*, ſed *nimis*, ex Dioſcoride prodente, mentam dulcem deſiderare uliginem. Et paulo ante, *Durata runcatur non ſine difficultate.*] Scribo *delata*, non *durata*. Columella lib. 11. cap. 3. *Rutam autumno ſemine ſatam, menſe Martio deſerre oportet in apricum, & cinere aggerare, runcarique, donec convaleſcat, ne herbis enecetur, ſed velata manu debebit runcari; quam niſi contexeris, pernicioſa naſcuntur ulcera.* Pint.

b *Menta nomen, &c.*] Κωκύτιδα νύμφην. Oppianus 3. ἁλιευτικῶν vocat, quod Mintham Cocyti filiam, Plutonis amicam adventanti Proſerpinæ infenſam & minitantem, Ceres in χλοερὴν βοτάνην mutavit. Eadem fere leguntur apud Strab. lib. 8. de monte Minthe. Improbam herbam vocat Oppiani interpres, quod ante coitum appoſita mulierum genitalibus, conceptum impedit, vulnera, ſi inferatur, curari prohibet, lacti mixta ante coagulum, denſari non patitur, quæ Florentinus lib. 12. Geoponicōn tradit. Rhodig. cap. 22. 10. *Dalec.*

c *Sed pracipue Oluſatrum mira natura eſt. Hippoſelinon Graci vocant, alii Smyrneum. è lacruma caulis ſui naſcitur.*] Hipposelinum porro illud quod lacrimam fundit, & ex cujus radice ſuccus colligitur ſapore murrhæ, non eſt Oluſatrum, ſed Smyrnium. Utrumque ab eo confundi magis etiam apparet in ſequentibus. *Salmaſ.* 1268.b.

1 Zmyrnium. *M.*
2 murrhæ. *M.*
3 murrha. *M.*
4 familiarissima. Dal. *Vide cap. 23. lib. 13.*
5 quæ. *Dal*
6 suæ. *V.*
7 Cunizam idem cunilaginem, &c. *V. Lego*, conyzam, cunilaginem. Iidem vero thymbram, quæ sit.
8 thymo. *Diosc.*

[a] Hipposelinum Græci vocant, alii [1] Smyrneum. E lacryma caulis sui nascitur. Seritur & radice. Succum ejus qui colligunt, [2] myrrhæ saporem habere dicunt. Auctorque est Theophrastus, [3] myrrha sata natum. Hipposelinum veteres præceperant in locis incultis, lapidosis, juxta maceriam seri: nunc & repastinato seritur, & à Favonio post æquinoctium autumni. Quippe cum capparis quoque seratur siccis maxime, area in defossu cavata, ripisque undique circunstructis lapide: alias evagatur per agros, & cogit solum sterilescere. Floret æstate. Viret usque ad Vergiliarum occasum, sabulosis [4] familiarissimum. Vitia ejus, [5] quod trans maria nascitur, diximus inter peregrinos frutices. Peregrinum & Careum, gentis [6] sui nomine appellatum, culinis principale. In quacunque terra seri vult, ratione eadem, qua olusatrum. Laudatissimum tamen in Caria, proximum Phrygia. Ligusticum silvestre est in Liguriæ suæ montibus: seritur ubique: suavius sativum, sed sine viribus. Panacem aliqui vocant. [b] Cratevas apud Græcos cunilam bubulam eo nomine appellat. Cæteri fere [7] conyzoides, cunilaginem: thymbram vero, quæ sit cunila. Hæc apud nos habet vocabulum & aliud, satureja dicta in condimentario genere. Seritur mense Februario, [8] origano æmula. Nusquam utrumque additur, quippe similis effectus. Sed cunilæ Ægyptium origanum tantum præfertur. Peregrinum fuit & lepidium. Seritur à Favonio: dein cum fruticavit, juxta terram præciditur: tunc runca-

a *Hipposelinum Græci, &c.*] Theophrast. cap. 6. lib. 7. hist. Smyrnium Diosc. maceronium officinarum, à maceriis dictum, idemque Hipposelinum Theophr. Hipposelinon Dioscor. vulgare libysticum. *Dalec.*

b *Cratevas apud, &c.*] Lege: *Cratevas apud Græcos cunilam bubulam eo nomine appellat. Ceteri vero Conyzam, id est, cunilaginem: Thymbram, &c.* Salm 1275 a. *Cratevas apud, &c.*] Cratevas putavit falso ligusticum appellari nomine cunilæ bubulæ, cum hæc sit origanum silvestre. Vide cap. 15. 26. sub finem. *Dal.*

a Non

runcatur, ſtercoraturque: per biennium hoc. Poſtea iiſdem fruticibus utuntur, ſi non ſævitia hiemis ingravat, quando impatientiſſimum eſt frigorum. Exit & in cubitalem altitudinem, foliis laurinis, ſed mollibus: [1] uſuſque ejus [a] non ſine lacte. Gith piſtrinis, aniſum & anethum culinis & medicis naſcuntur. Sacopenium & ipſum in hortis quidem, ſed medicinæ tantum. Sunt quædam comitantia aliorum ſatus, ut papaver. Namque cum braſſica ſeritur, [2] ac portulaca, & eruca [3] cum lactuca. [b] Papaveris ſativi tria genera: Candidum, cujus ſemen toſtum [c] in ſecunda menſa cum melle apud antiquos [4] dabatur. Hoc & panis ruſtici cruſtæ [5] inſpergitur affuſo ovo inhærens, ubi [d] inferiorem cruſtam [6] apium githque cereali ſapore condiunt. Alterum genus eſt papaveris nigrum, cujus ſcapo inciſo lacteus ſuccus excipitur. [e] Tertium genus rhœam

1 uſus ejus. *Pint.*
2 at. *V.*
3 & cum lact. *Alii.*
4 edebatur. *M.*
5 inſpergunt. *Dal.*
6 ammi vel aviſum. *Dal.* *Apium inſpergi nuſquam alibi legitur.*

a *Non ſine lacte.*] Columella in horti poëmate. Dioſcoridi in muria ſervatum cum lacte eſtur. Lepidio injecto oxygala fieri ſcribit Columella cap. 8. lib. 12. *Dalec.*

b *Papaveris ſativi tria genera.*] Apud Theocritum interpres τηλέφιλον, vel πλαταγώνιον interpretatur papaveris aut anemones folium, ἀπὸ τοῦ πλαταγεῖν, ἤχειν ἠχεῖν, quoniam eo indici pollicique impoſito, ac colliſo, ſi crepuiſſet, aut rubeſceret, amari ſe putabant, ruborem τὰ ῥόδεα vocantes, ſin minus deſpici ſe arbitrabantur. Verſus Theocriti ſunt hæc de re:

Ἔγνων πρᾶν ὅκα μευ μεμναμένῳ εἰ φιλέεις με,
Οὐδὲ τὸ τηλέφιλον ποτεμάξατο πλαταγήσαν.
Ἀλλ' αὔτως ἁπαλῷ ποτὶ πάχεος ἐξεμαράνθη.

Quidam legunt δηλίφιλον, ab amoris indicio & augurio. Rhod. cap. 4. 19. Ejus luſus meminit Pollux lib. 9. περὶ τῶν ἐν συμποσίοις παιδιῶν. Sic quoque vocavit Joſephus in hyoſcyami deſcriptione. *Idem.*

c *In ſecunda menſa.*] Cocetum id bellarium vocat Feſtus. Tertull. contra Valentin. *Pandoram Heſiodi, Accipatinam, Neſtoris cocetum, Miſcellaneam Ptolomai.* Petronius in Satyra ridens affectatum ſtudium eloquentiæ in declamatorum exercitationibus, eos mellitos verborum globulos fundere ait, & omnia dicta factaque quaſi papavere & ſeſamo ſparſa. *Idem.*

d *Inferiorem cruſtam.*] Polluci, ἐψιθλας inferior panis cruſta, quæ furnum attingit & ψάθιον: cruſta vero ſuperior, magna ex parte veſicis bullata, & puſtulata ἀτλαίραχος, ſive ἀτλάραγος. Legendum vero puto, *cruſtam ammi githque*, ut legitur cap. 14. lib. 20. vel *cruſtam aniſum githque*, ut cap. 17. ejuſdem libri. Apium cruſtæ panis inferiori ſubdi, nuſquam legitur. *Idem.*

e *Tertium genus, &c.*] Legend. *Tertium genus rhœada vocant Græci, id noſtri erraticum.* & lib. xx. cap. 19. leg. *Rhœadem vocavimus & erraticum. Salmaſ.*

[1] rhœa. *Dal.*

[2] sed maturius cum. *LM.*

[1] rhœam vocant Græci, id nostri erraticum. Sponte quidem, [2] sed in arvis cum hordeo maxime nascitur, erucæ simile, cubitali altitudine, flore rufo & protinus deciduo: unde & [a] nomen à Græcis accepit. De reliquis generibus papaveris sponte nascentis dicemus in medicinæ loco. Fuisse autem [b] in honore apud Romanos semper, indicio est Tarquinius Superbus, [c] qui legatis à filio missis decutiendo papavera in horto altissima, sanguinarium illud responsum hac facti ambage reddidit. Rursus alio comitatu æquinoctio autumni seruntur coriandrum, anethum, atriplex, malva, lapathum, cærefolium, quod pæderota Græci vocant: [d] & acerrimum sapore, ignei effectus ac saluberrimum corpori, sinapi, nulla cultura, melius tamen planta tralata. Quin è diverso vix est sata semel eo liberare locum, quoniam semen cadens protinus viret. Usus ejus etiam pro pulmentario in patellis [3] decocto, citra intellectum acrimoniæ. Coquuntur & folia, sicut reliquorum olerum. Sunt autem trium generum: Unum gracile, alterum simile rapi foliis,

[3] decocto. Citra int. acrimoniæ coquuntur ejus folia.

mas. pag. 829. a. *Tertium genus, &c.*] Sativi tertium genus non quidem est rhœas, perpetuo silvestre, & erraticum, sed nigrum secundum, albo, quod thyliacitin vocant, & priore nigro, quod pithitin, magis silvestre, magis medicatum, minus capite oblongo, coli tamen solitum in hortis cum supra dictis. Plin. hæc non satis distinxit. *Dalec.*

a *Nomen à Græcis accepit.*] Placet id ἔτυμον Plinii. Dioscoridi sic vocatur, quod ex eo fluat lacteus succus. Cæterum omnibus generibus papaveris id commune est. *Idem.*

b *In honore apud, &c.*] *Cereale papaver* Virgilius appellat, vel quod Cereris effigies in templis id manu gestaret, vel quod in segetibus agricolæ sererent, ut deæ offerretur. Brodæus cap. 29. l. 2. *Idem.*

c *Qui legatis à filio, &c.*] Tale fuit consilium Thrasybulo datum à Periandro, nimirum, ἡ τῶν ὑπερεχόντων σταχύων κόλουσις: quod ut exequeretur, ostracismum instituit, qui, ut ait Aristot. in Politicis, τὴν αὐτὴν ἔχει δύναμιν τρόπον τινὰ τῷ κολούειν τοὺς ὑπερέχοντας, καὶ φυγαδεύειν. Victorius c. 5. 4. *Idem.*

d *Et acerrimum sapore.*] Plaut. in Pseudolo, sceleratam vocat:

Teritur sinapis scelerata, cum illis qui terunt:
Nam priusquam triverint, oculis ut extillent facit.

Usu seminis tristes fieri olim crediderunt. Plautus in Trucul.

Si ecastor hic homo sinapi victitet, non censeam
Tam esse tristem posse.

Idem

a *Sicut*

liis, tertium erucæ. Semen optimum Ægyptium. Athenienses napy appellaverunt, alii thapsi, alii saurion. Serpyllo & sisymbrio montes [1] plerique scatent, [a] sicut in Thracia, ubi aquæ deferunt ex [2] iis avulsos ramos seruntque. Item Sicyone ex suis montibus, & Athenis ex Hymetto. [b] Simili modo & sisymbrium serunt. Lætissimum nascitur in puteorum parietibus, & circa piscinas ac stagna.

1 planaque. Th.

2 his. Ch.

CAP. IX. *De fœniculo & cannabe.*

RELiqua sunt ferulacei generis, seu [c] fœniculum, anguibus (ut diximus) gratissimum, ad condienda plurima, cum [3] inaruit. Eique perquam similis thapsia, de qua diximus inter externos frutices. Deinde utilissima funibus cannabis seritur à Favonio. Quo densior est, eo [5] tenerior. [d] Semen ejus cum est maturum, ab æquinoctio autumni [4] distringitur, & Sole aut vento, aut fumo siccatur. Ipsa cannabis vellitur post vindemiam, ac lucubrationibus decorticata purgatur. Optima Alabandica, plagarum præcipue usibus. Tria ejus ibi genera. Improbatur cortici [6] proximum, aut medullæ: laudatissimum est è medio, quæ mesa vocatur: Secunda

3 inaruerit. M.

4 destringitur. Ch.

5 tenuior. V.

6 proxima, aut med. laudatissima. V. Legitur &, laudatissima, in Ch.

a *Sicut in Thracia ubi aqua deferunt ex iis avulsos ramos.*] Verbum *aqua* superfluit, ut opinor, locus enim est è Theophrasto tralatus lib. 7. capite ultimo, sed pessime à librariis depravatus. Lego igitur sic: *Serpyllo montes locique scatent sicut in Thracia. Alibi deferunt ex his avulsos ramos seruntque, ut in Sicyone ex suis montibus, & Athenis ex Hymetto.* Theophrasti verba sunt: *Serpylli etenim silvestre genus est, quod deferentes ex montibus serunt, ut apud Sicyonem fieri solet, atque etiam Athenis ex monte Hymetto, apud alios vero, ut in Thracia, montes & plana omnia serpyllo scatent.* Pint.

b *Simili modo, &c.*] E ramo, non è semine, Theophr. cap. 22. lib. 2. caus. *Dalec.*

c *Fœniculum.*] Rhodig. cap. 12. lib. 6. notavit fœniculum potius inter σύμφυλα, id est, olera quotidiani usus numerari, quam inter pharmaca. *Idem.*

d *Semen ejus, &c.*] Prima germinatione, etiamnum pastores in Hetruriæ maritimis cerebrum eximunt, qui luteo durato simile, idque linteo vel charta involutum, & sub cineribus assatum, ex pipere & sale comedunt. Non solum gustui cibus is gratissimus est, sed, ut ajunt, ad excitandam Venerem efficax. *Idem.*

a *Racemi.*]

cunda Mylasea. Quod ad proceritatem quidem attinet. Rosea agri Sabini arborum altitudinem æquat. Ferulæ duo genera in peregrinis fruticibus
1 Germen. dximus. [1] Semen ejus in Italia cibus est. Conditur quippe duratque in urceis, vel anni spatio. Duo ejus genera: caules & [a] racemi. [b] Corymbiam hanc vocant, corymbosque quos condiunt.

CAP. X.

De morbis hortorum, & remedia circa formicas, erucas, & culices.

MOrbos hortensia quoque sentiunt, sicut reli-
2 terræ. Cb. qua [2] terræ sata. Nanque & ocimum senecta degenerat in serpyllum, & sisymbrium [c] in calamintham. Et ex semine brassicæ veteris rapa fiunt,
3 enecatur. V. atque invicem. [3] Et necatur cuminum ab [4] imo
4 hæmodere. Th. dorso, nisi repurgetur. Est autem [d] unicaule, radice bulbo simili, non nisi in solo gracili nascens.
5 Alius. V. [5] Alias privatim cumini morbus scabies. Et ocy-
6 Radiculis pulices. Th. mum sub Canis ortu pallescit. Omnia vero accessu mulieris menstrualis flavescunt. Bestiolarum quo-
7 brassicæ. Th. que genera innascuntur. [6] Napis culices, [7] raphano
8 lactucis, porris & aliis pluribus animalia, &c. in id se: & hoc amplius limaces seu cochleæ. Varro. Theophr. erucæ, & vermiculi: item [8] lactucis & oleri: utrisque hoc amplius limaces & cochleæ. Porro vero privatim animalia, quæ facillime stercore injecto capiuntur, condentia in id se. Ferroque non expedire tangi rutam, cunilam, mentam, ocimum, auctor

a *Racemi.*] Umbellæ adhuc compressæ & nondum explicatæ, *Corymbos* paulo post vocat. *Dalec.*

b *Corymbiam, &c.*] Corymbiam ferulam, quam in caulem surgere permittebant, ut corymbos sive umbellas nascentes ad condituram colligerent. Nam alioqui caulem gliscentem, tenellum, & adhuc convolutum demetebant, ut vel recentem comederent, vel in condimento servarent. *Idem.*

c *In calamintham.*] Theophrasto cap. 5. lib. 2. hist. & cap. 22. lib. 2. caus. & cap. 8. lib. 5. sisymbrium in mintham degenerat, non calamintham. *Idem.*

d *Unicaule.*] Hæmodero, Theophr. lib. & cap. 8. hist. & cap. 22. lib. 5. caus. Hæmoderon quasi *αἱμόδερον*, quod cutem tanquam cruentam habeat. Est autem Dioscoridis orobranche. *Idem.*

a *Naporum*

auctor est [1] Sabinus Tyro in libro Cepuricôn, quem Mœcenati dicavit. Idem contra formicas, non minimum hortorum exitium, si non sint rigui, remedium monstravit, limum marinum aut cinerem obturandis earum foraminibus. Sed efficacissime heliotropio herba necantur. Quidam & aquam diluto latere crudo inimicam eis putant. [a] Naporum medicina est, [b] siliquas una seri, sicut olerum cicer. Arcet enim erucas. Quo si omisso jam [2] natæ sint, remedium est absynthii succus decocti inspersus, & sedi quam aizoum vocant: genus hoc herbæ diximus. Semen olerum si succo ejus madefactum seratur, olera nulli animalium obnoxia futura tradunt. [c] In totum vero [3] nec erucas, si palo imponantur in hortis ossa capitis ex equino genere fœminæ duntaxat. Adversus erucas & cancrum fluviatilem in medio horto suspensum auxiliari narrant. [d] Sunt qui sanguineis virgis [4] tangunt ea, quæ [5] nolunt his obnoxia esse. Infestant culices hortos riguos præcipue, si sint arbusculæ aliquæ. Hi galbano accenso fugantur.

1 Sabinius. Ch.

2 enatæ. V.

3 necari. nec erucis. V. Dal.

4 tangant. Ch.

5 nolint infestari. Infestant. M.

CAP. XI.

Quæ magis sint fortia vel minus, & quibus salsa aqua prosint.

[e] NAM quod ad * permutationem seminum attinet, quibusdam ex iis firmitas major est, ut

a *Naporum medicina est.*] Ne pulices radiculis noceant, inserendum ervum. Theophr. *Dalec.*

b *Siliquas una seri.*] Ὄροβον, Theophrastus ervum. Plinius legit λόβους. *Idem.*

c *In totum vero nec erucas.*] Scribe, *in totum vero necat urucas*, ex antiquo exemplari. Æstimanda nomenclatura; semper enim in illo *uruca*, non *eruca*. Pint.

d *Sunt qui, &c.*] Ejus fruticis mentio fit cap. 10. lib. 24. & cap. 18. & 37. lib. 16. *Dalec.* *Sunt qui sanguineis virgis tangant.*] Considera an sit commodius legi *saligneis*, quam *sanguineis*. Pint.

e *Nam quod ad permutationem seminum attinet.*] Scribendum puto *perdurationem*, non *permutationem*. de duratione enim seminum hic agitur, non permutatione. *Idem.* *Nam quod ad permutationem seminum attinet, &c.*] Sequentia sic lege: *Sed ex his quæ sunt fortissima,*

nullum

ut coriandro; betæ, porro, nasturtio, sinapi, erucæ, cunilæ, & fere acribus. Infirmiora autem [1] sunt atriplici, ocymo, cucurbitæ, cucumi: [a] & æstiva omnia hibernis magis durant, minime autem gethyum. Sed ex his quæ sunt fortissima, nullum ultra quadrimatum utile est, duntaxat serendo. [b] Cunilis & ultra tempestiva sunt. Peculiaris medicina [c] raphano, betæ, rutæ, cunilæ, in salsis aquis, quæ [2] & alioqui plurimum suavitati & fertilitati conferunt. Cæteris dulcium aquarum rigua prosunt. Utilissimæ ex iis, quæ frigidissimæ & quæ potu suavissimæ. [d] Minus utiles è stagno, & quas [3] elices inducunt, quoniam herbarum semina invehunt. Præcipue tamen imbres alunt. Nam & [4] bestiolæ innascentes [5] necantur.

1 sunt gethyo atriplici. *Tb.*

2 & alioqui, *in M. deest.*

3 ilices. *Cb.*

4 bestiolis. *V.*

5 necant. V.

CAP.

nullum ultra quadrimatum utile est. Culinis & ultra tempestiva sunt. Semina non durant & permanent utilia ad serendum ultra quadrimatum. At culinis ultra spatium sunt tempestiva. πρὸς τὴν μαγειρικὴν χρείαν. Vide *Salmas.* pag. 1282. a. b.

* *Permutationem.*] Ita vocat τὴν ἀλλοίωσιν, ætatis cursum, quo durant, & integram naturam, nec permutatam servant. *Dalec.*

a *Et æstiva omnia hibernis magis durant.*] Aut tollendum est verbum *durant*, tanquam adulterinum; aut legendum *minus durant.* unde statim subjungit, *minime autem gethyum.* Theophrastus lib. 7. cap. 6. *Infirmiora vero gethyum; id enim durare nequit; atriplex, ocimum, cucurbita, cucumis, in plenum æstiva magis quam hiberna.* Aut igitur locus mendosus est, & ut diximus castigandus: aut Plinius aliter Theophrasti verba accepit atque ego intelligenda puto. *Pint.*

b *Cunilis & ultra tempestiva sunt.*] Scribo *culinis*, non *cunilis*, ex Theophrasto lib. 7. cap. 6. *Nullum*, inquit, *ultra quadrimatum durare potest, ita scilicet ut ad sementem utile sit: sed bima sane meliora, trima nihil fere deteriora, quadrima jam deteriora, verum ad usum cibarium diutius permanent.* Idem.

c *Raphano.*] Brassicæ, Theophrast. cap. 7. lib. 2. causs. *Dalec.*

d *Minus utiles è stagno.*] Pessimæ salsæ, & quæ difficile rarescunt; τῷ καὶ δυσμενῆ. Theophr. Plin. legit καὶ τὰ λιμναῖα. Legitur & apud Theoph. utiles esse, ὀχετευταὶ, quæ canalibus ducuntur, quoniam herbarum semina invehunt. Plinius legit ἄχονσαι: aut fortassis id vocabulum mutandum putavit, quod alienas herbas videret hortis esse noxias, ut id quidem in pratis sit optandum, fugiendum in horto. At Theophrasti mens fuit, aquas illas terram etiam nudam herbis vestire invecto earum semine: quod si præstant, multo magis sperandum in horto culto & consito genitales fore: & alioquin quævis aqua, dum cruda non sit, etiam pluvia, tantopere laudata Theophrasto, herbas ubivis gignit. *Idem.*

a Ratio

CAP. XII.

[a] *Ratio rigandorum hortorum, & quæ translata meliora fiant, & de succis hortensiorum & saporibus.*

HIs horæ rigandi [1] matutina atque vespera, ne infervescat aqua Sole. Ocimo tantum & meridiana: etiam satum celerrime erumpere putant, inter initia ferventi aqua aspersum. Omnia autem translata meliora grandioraque fiunt, maxime porri [2] napique. In translatione & medicina est, desinuntque sentire injurias, ut gethyum, porrum, [3] raphani, apium, lactucæ, [4] rapæ, cucumis. Omnia autem silvestria fere sunt & foliis minora & caulibus, [5] succo acriora, sicut cunila, origanum, ruta. Solum vero ex omnibus lapathum silvestre melius: hoc in sativis [b] rumex vocatur, nasciturque fortissimum: traditur certe semel satum durare, [6] nec vinci unquam à terra maxime juxta aquam. Usus ejus [c] cum ptisana tantum in cibis leviorem gratioremque saporem præstat. Silvestre ad multa [7] medicamina utile est. Adeoque nihil omisit cura, ut carmine quoque comprehensum reperiam, in [8] fabis caprini fimi singulis cavatis, si porri, erucæ, lactucæ, apii, intubi, nasturtii semina inclusa serantur, mire provenire. Quæ sunt [9] & silvestria, [10] eadem in sativis sicciora intelliguntur & [11] acriora. Nanque & succorum saporumque dicenda differentia est, vel major in his quam pomis. Sunt autem acres cunilæ, origani, nasturtii, sinapis. Amari, absynthii, centaurei. Aquatiles, cucumeris,

1 matutino. *Ch.*
2 radicula. *Th.*
3 raphanidas. *Th.*
4 rapa. *Ch.*
5 succoque. V.
6 nec unquam vitiari terra. *M.*
7 medicamenta. *M.*
8 globis, V.
9 & in *M. deest.*
10 iisdem sativis V.
11 acutiora. V.

a *Ratio rigandorum.*] Theophr. cap. 5. lib. 7. hist. Colum. sub finem lib. 10. *Dalec.*

b *Rumex vocatur.*] Infra cap. 21. lib. 20. fola oxalis silvestris, rumex dicitur. *Idem.*

c *Cum ptisana, &c.*] Quoniam Hippocrates lapathum cum ptisana dari vetuit, hæc tria vocabula, *Cum ptisana tantum*, Cornarius delet. Malim legere, *Usus nisi cum ptisana tantum in cibis.* Idem.

a *Aculi*

ris, cucurbitæ, lactucæ. [a] Acuti [1] tantum cunilæ. Acuti & odorati, apii, anethi, fœniculi. [b] Salsus tantum è saporibus non nascitur, aliquando extra [c] insidit pulveris modo, [d] [2] & circulis tantum aquæ: ut intelligatur vana, seu plerunque, vitæ persuasio. [e] Panax piperis saporem reddit, & magis etiam siliquastrum, ob id piperitidis nomine accepto. [f] Libanotis odorem thuris, [g] [3] murrha myrrhæ. De panace abunde dictum est. Libanotis locis [4] putribus & macris ac roscidis seritur semine. Radicem habet olusatri, nihil à thure differentem. Usus ejus post annum stomacho saluberrimus. Quidam eam nomine

1 tami. *M. utroque, & Ch. Lego,* tami. *de quo cap.* 15 *l.* 21. *sic & Turn.*

2 & cuniculis. *V.*

3 myrris.

4 putridis. *V.*

a *Acuti tantum cunilæ.*] Scribe: *acuti, thumi, cunilæ.* Loquitur de saporibus, & acutos esse sapores ait, thumi & cunilæ, id est, ὡς θύμου καὶ τῆς θύμβρας. *Salmas.* pag. 225.

b *Salsus tantum, &c.*] Lege: *Salsus autem è saporibus non nascitur. Aliquando extra insidit pulveris modo, ut cicerculis. Atque ut intelligatur vana ceu plerumque vitæ persuasio, panax piperis saporem reddit & magis etiam siliquastrum, ob id piperitidis nomine accepto, Libanotis odorem turis, smyrrha myrrhæ.* Salmasius 1284 a.

c *Insidit pulveris modo.*] Hanc comparationem velut incidentis pulveris Plinius suo sensu excogitavit. Ea nusquam Theophrastus utitur: quamvis multis locis scribat, in ciceris superficie quandam salsuginem colligi, qua pluviis abluta dum floret, & fructum gerit, planta statim emoritur. *Dalec.*

d. *Et circulis tantum aquæ.*] Locus est vitiatissimus. Sed ni fallor, minus vitiose legetur, *ut ciceris tantum cuti.* Theophrastus libro de causis plantarum, 6. *Sunt quorum summam partem duntaxat salsugo quadam obducit ut cicer.* Pint. *Et circulis tantum aquæ.*] Quod ait *aquarum circulis*, primum est ex opinione inter philosophos recepta, saporem fieri ex aqueæ humidæque substantiæ permixtione cum crassa & terrea, vi caloris ingeniti. Alterum è Democriti sententia, qui putabat figurarum varietate existere saporum differentiam. Itaque circulari figura, quæ ob rotunditatem volubilem nec altius subire potest, nec firmiter consistere, fieri salsum, qui fluxus, & caducus summam tantum partem obsidet. Scalenis vero & aliis figuris angulosis, quæ angulorum suorum acumine profundius immerguntur ac penitius descendunt, alios sapores perenniores, ac constantiores, qui totam materiam succo suo imbuunt ac perfundunt. Vide Theophrast. cap. 14. lib. 6. causs. & cap. 9. lib. ejusdem. *Dalec.*

e *Panax.*] Heraclei semen Dioscor. πυρωτικόν ἐστι igneum & fervens: aliorum, δριμύ, acre. *Idem.*

f *Libanotis.*] Libanotis Dioscoridi quadruplex: prima folio fœniculi, semine, quod cachrin vocant, & radice candidis: secunda folio similis, semine & radice nigris: tertia folio similis, sed absque caule, flore, semine, ἄκαρπος: quarta Theophrasti folio lactucæ. Præter has Libanotis est coronaria sive Rosmarinus, quam Plinius confundit cum superioribus. Theophr. tantum duo genera statuit, fructiferam, folio helejoselini, semine & radice candidis: & sterilem, folio lactucæ. *Idem.*

g *Murrha Myrrhæ.*] Scribo, *Smirnium myrrhæ:* liquet ex sequentibus: item Dioscoride, & Plinio alibi, & omnibus. *Pint.*

nomine alio rosmarinum appellant. Et smyrnium olus seritur iisdem locis, myrrhamque radice resipit. Eadem & siliquastro satio. Reliqua à cæteris & odore & sapore differunt, ut anethum. Tantaque est diversitas atque vis, ut non solum [1] aliud alio mutetur, sed etiam in totum auferatur. Apio eximunt coqui obsoniis acetum, eodem cellarii in saccis odorem vino gravem. Et hactenus hortensia dicta sint, ciborum gratia duntaxat. Maximum quidem opus in iisdem naturæ restat, quoniam proventus tantum adhuc, summasque quasdam tractavimus. Vera autem cujusque natura non nisi medico [2] effectu pernosci potest, opus ingens occultumque divinitatis, & quo nullum reperiri possit majus. Ne singulis id [3] rebus contexeremus, justa fecit ratio, cum ad alios medendi desideria pertinerent, longis utriusque dilationibus futuris, si miscuissemus. Nunc suis quæque partibus constabunt, poteruntque à volentibus jungi.

1 aliud, *subaudi*, sapor. *Dal.*

2 effectu. *Ch.*

3 herbis attexeremus. *V.*

C. PLINII SECUNDI
NATURALIS HISTORIÆ
LIBER XX.

PROOEMIUM.

MAXIMUM *hinc opus naturæ ordiemur, & cibos suos homini narrabimus, faterique cogemus ignota esse, per quæ* [1] *vivat. Nemo id parvum ac modicum existimaverit, nominum vilitate deceptus. Pax* [2] *simul in his aut bellum naturæ dicetur, odia,* [3] *amicitiæque rerum surdarum ac sensu carentium. Et quo magis miremur, omnia ea hominum causa (*[a] *quod Græci sympathiam appellavere)* [b] *quibus cuncta constant,* [c] *ignes aquis restinguentibus,* [d] *aquam Sole devorante, Luna pariente, altero alterius injuria deficiente sidere. Atque ut à sublimioribus recedamus, ferrum ad se trahente magnete lapide,* [e] *& alio rursus abigente à sese:*

1 vivat, ne id parvum. *Ch.*
2 secum. *Ch.*
3 amicitiaque. *Ch.*

a *Quod Græci sympathiam appellavere.*] Omissæ sunt hic evidenter à librariis duæ dictiones, legendumque, *quod Græci symphatiam & antipathiam appellavere.* Nam præterquam quod sequitur statim, quibus cuncta constant, Plinius ipse satis ostendit ita esse lib. 37. cap. 4. *De discordia*, inquit, *rerum concordiaque, quam antipathiam ac sympathiam appellavere Græci, non aliter clarius intelligi potest, &c.* Pint.

b *Quibus cuncta constant.*] Id est, quod apud Plutarchum libro de Homero, & de placitis Philosophorum, Empedocles principia duo rerum esse tradit, litem & concordiam. *Dalec.*

c *Ignes aquis restinguentibus.*] Æschylus apud Plutarchum lib. de primo frigido, aquam vocat ignis supplicium. *Idem.*

d *Aquam sole devorante.*] Melius in exemplari antiquo *aquas*, numero multorum: præcessit enim *aquis restinguentibus.* Porro duo, quæ sequuntur, verba, *luna pariente*, non duco Pliniana. *Pint.*

e *Et alio rursus abigente.*] Theamede, infra cap. 16. ultimo, lib. 36. *Dalec. Et alio rursus abigente à sese.*] Puto legendum sine conjunctione, *alio rursus à sese abigente:* ut pronomina & participia pari loco posita, mutuo sibi respondeant, serveturque ratio schematis homœoteleutou. *Pint.*

a *Adaman-*

[1] *à sese:* [a] *adamantem opum gaudium, infragilem omni cætera vi & invictum, sanguine hircino rumpente, quæque alia in suis dicemus locis,* [b] *paria vel majora* [2] *mira.* [c] *Tantum venia* [3] *sit, à minimis, sed à salutaribus ordienti, primumque ab* [4] *hortensibus.*

1 à sese adamantarum. Ch.
2 miraculo. Dal.
3 sit si à min. sed à sal. ordiemur. V.
4 hortensiis. M.

CAP. I.

De cucumere silvestri & elaterio.

CUcumim silvestrem esse diximus, multo infra magnitudinem sativi. Ex eo fit medicamentum, quod vocatur elaterium, succo expresso [d] è [5] semine. Cujus causa nisi [6] maturius incidatur, semen exilit, [e] oculorum etiam periculo. Servatur autem decerptus una nocte: postero die inciditur harundine. [f] Semen quoque cinere conspergitur, ad coërcendam succi abundantiam: qui expressus suscipitur [g] aqua cœlesti, atque subsidit, deinde Sole cogitur in pastillos, ad magnos mortalium usus. Obscuritates & vitia oculorum sanat, genarumque hulcera. Tradunt hoc succo tactis radicibus vitium, non attingi uvas ab avibus. Radix autem ex aceto cocta podagris illinitur, succoque dentium dolori medetur. Arida cum resina impetiginem & scabiem, [7] quæ psoram & lichenas vocant, paroti-

5 fructu, sicque toto capite. Ex Diosc.
6 maturus. Ch.
7 quæque. Ch.

a *Adamantem opum gaudium, infragilem omni cetera vi & invictum.*] Scribendum reor, *Adamantem omni cetera vi invictum.* reliqua falso inserta puto. Codex autem antiquus *adamanta* agnoscit, non *adamantem.* Pint.

b *Paria vel majora mira.*] *Miratum* non *mira* in eodem habetur. *Idem.*

c *Tantum venia sit à minimis, sed à salutaribus ordienti.*] Commodius legetur, *Tantum venia si à minimis, &c.* Idem.

d *E semine.*] E fructu. καρπὸν hic Plinius *semen* intempestive reddit. *Dal.*

e *Oculorum etiam periculo.*] Nam cum exilit à pediculo, acrem succum emittit, qui oculos contactu lædit. *Idem.*

f *Semen quoque, &c.*] Ad hauriendam protinus succi abundantiam, quidam, ait Dioscorides, cribratos cineres humi inspergunt, & medium cavantes triplicatum linteum obtendunt, per quod elaterium cum humore suo diffunditur. Id autem siccatum in pila conterunt. Longe aliter hæc Plinius. *Idem.*

g *Aqua cœlesti.*] Dioscorides segmina cribro jam illisa, aqua dulci perfundit, & rursum exprimit, totiesque postea lavat, quoad innatans aqua pura maneat. *Idem.*

parotidas & [a] panos sanat, & cicatricibus colorem reddit. Et foliorum succus auribus surdis cum aceto instillatur. [1] Elaterium tempestivum est [b] autumno: [c] nec ullum ex medicamentis longiore ævo durat. Incipit [d] à trimatu. Si quis recentiore uti velit, pastillos in novo fictili igne lento in aceto domet. Melius, quo [2] vetustius: fuitque jam ducentis annis servatum, ut auctor est Theophrastus. Et usque ad quinquagesimum [e] lucernarum lumina extinguit. Hoc enim veri experimentum est, si admotum prius quam extinguat, scintillare sursum ac deorsum [3] cogat. [f] Pallidum ac læve herbaceo ac scabro melius, ac leniter amarum. Putant conceptus adalligato semine adjuvari, si terram non attigerit. Partus vero si in arietis lana alligatum inscientis lumbis fuerit, [g] ita ut protinus [4] ab exitu rapiatur extra domum. Ipsum cucumim qui magnificant, nasci præcipuum in Arabia, [5] mox Cyrenis, alii in Arcadia tradunt, [h] similem heliotropio, cujus inter folia & ramos provenire magnitudine nucis juglandis [6] semen. Esse autem ad speciem scorpionis cauda reflexa, sed candida. Aliqui etiam

ab

1 Elaterio tempestivus est. *Ch.*

2 vetustius erit, jamque. *M.*

3 cogit. *M.*

4 ab ea eximatur & rapiatur. *M.*

5 mox in Arcadia. Cyrenis alii tradunt. *Ch.*

6 semen autem esse ad speciem scorpionum cauda replexa. *Ch.*

a *Panos sanat.*] Τὰ φύμαλα, τὰ πολυποειδῆ, tumores pani similes, sub faucibus & auribus ac inguinibus. Nonius in Optione,

Qui me miserum miseriorem reddidit,
quam panus puerum.

Dalec.

b *Autumno.*] Nam planta Augusto floret, fructus autem Septembri perficitur. *Idem.*

c *Nec ullum ex, &c.*] Theoph. cap. 14. lib. 9. Hist. *Idem.*

d *A trimatu.*] Dioscorides in prologo præter veratrum nigrum & album, alia medicamenta scribit inutilia esse à trimatu: elaterium vero à bimatu ad decennium utile esse dejectionibus. *Idem.*

e *Lucernarum lumina extinguit.*] Dioscoridi lucernarum luminibus objectum, facile flagrat, & ardescit. *Idem.*

f *Pallidum ac, &c.*] Cum candore nonnihil humidum. *Idem.*

g *Ita ut protinus ab exitu rapiatur extra domum.*] Scribo *enixu*, non *exitu*, ex apographo scripto. *Pint.* *Ab exitu rapiatur extra domum.*] De semine accipiendum, quod raptim ab exitu fœtus efferri domo vult, quod omnis mora periculosa sit, tanta vis educendi inest. *Gelen.*

h *Similem heliotropio.*] Herbarii omnes comparant cum sativo. Suspicor in auctore Græco, unde Plinius hæc sumpsit, scriptum fuisse ἄγριον σίκυον εἶναι ἄλλως τρόπον, alteri cucumeri similem esse, Pliniumque legisse ἡλιοτροπίῳ. Quidam Heliotropio similem esse colore foliorum interpretantur. *Dalec.*

a *Anginas.*]

ab eo ſcorpionium cucumim vocant, efficaciſſimum contra ſcorpionum ictus & ſemine & elaterio, & ad purgandum uterum alvoſque. Modus portione virium ab dimidio obolo ad ſolidum. Copioſius necat. Sic & contra phthiriaſin bibitur & [1] hydropiſes. Illitum [a] anginas & arterias cum melle & oleo vetere ſanat.

1 hydropicis. M.

CAP. II.

De anguino cucumere ſive erratico, & de ſativo, & de pepone.

MUlti hunc eſſe apud nos qui anguinus [2] vocatur, ab aliis erraticus, [3] arbitrantur. Quo decocto ſparſa mures [4] de ejus medicina non attingunt. [5] Iidem podagris [6] cum [7] articulorum morbis decoctum in aceto, illinunt præſentaneo remedio. Lumborum vero dolori ſemine [8] ſolo ſiccato, dein trito triginta denariorum pondere in hemina dato aquæ. Sanat & tumores ſubitos [9] illitum cum lacte mulierum. Purgat eas elaterium. Sed gravidis abortum facit. Suſpirioſis prodeſt. Morbo vero regio in nares conjectum. Lentigines ac maculas è facie tollit in Sole illitum. Multi eadem omnia ſativis attribuunt. Magnum etiam in eis momentum. Nanque & eorum ſemen, quantum tres digiti apprehenderint, cum cumino tritum, potumque in vino tuſſientibus auxiliatur. Sed & [10] phreniticis in lacte mulieris. Et dyſentericis acetabuli menſura. Purulenta autem expuentibus cum cumino pari pondere, & jocineris vitiis in aqua mulſa. Urinam movet ex vino dulci; & in renum dolore clyſteri-

2 vocetur. Ch.
3 arbitrantur, cujus decocto. V.
4 *Hæc*, de ejus medicina, *ſupervacua videntur.*
5 Idem. M
6 &. V.
7 articuli. Ch.
8 ſole ſiccato, dein trito (*ſic &* Ch.) xx. M. trium. Ch.
9 conjectum cum lacte. *Dioſ.*
10 nephriticis. V.

a *Anginas.*] Morbum faucium graviſſimum. Plaut. in Moſtel.
In anginam ego nunc me velim verti, ut veneſica illi
Fauces prehendam, atque enecem ſceleſtam ſtimulatricem
Lucilius apud Nonium,
Inſperato abiit, quem una angina abſtulit hora.
Dalec.

 a *Caro*

clyſteribus ſimul cum cumino infunditur. Pepones qui vocantur, refrigerant maxime in cibo, & emolliunt alvum. [a] Caro eorum epiphoris oculorum aut doloribus imponitur. Radix ſanat hulcera concreta in modum favi, quæ ceria vocant. [1] Eadem contra vomitiones ſiccatur, & in farinam tuſa datur quatuor obolis in aqua mulſa, ita ut qui biberit, quingentos poſtea paſſus ambulet. Hæc farina & in ſmegmata adjicitur. Cortex quoque vomitionem movet, faciem purgat. Hoc & folia cujuſcunque [2] ſativi illita. Eadem cum melle [3] epinyctidas ſanant: cum vino, canis morſus. Item millepedæ, [4] ſpea Græci vocant, oblongam, piloſis pedibus, pecori præcipue [5] nocivam. Morſum tumor inſequitur, & putreſcit [6] locus. Ipſe cucumis odore defectum [7] animi. Coctos deraſo cortice, ex oleo, aceto & melle, jucundiores eſſe certum eſt.

1 Eadem ad ciendas. *Cornar. ex Dioſc.*

2 ſativi. Illita eadem. *M.*

3 & epin. *Ch.*

4 ſepa *Lucano* tabificus ſeps multipedæ, ſepe. *Ch.*

5 noxiam. *Vet.*

6 locus ipſe. Cucumis. *M.* locus. Reficit cucumis odore defectos animo. *V.*

7 animi revocat. Deraſo, *V.*

CAP. III.

De cucurbita ſilveſtri, & rapo.

CUcurbita quoque ſilveſtris invenitur, [b] ſomphos à Græcis appellata, inanis, (unde & nomen) digitali craſſitudine, non niſi in ſaxoſis naſcens. Hujus commanducatæ ſuccus ſtomacho admodum prodeſt. Colocynthis vocatur alia, ipſa plena, ſed minor quam ſativa. [c] Utilior pallida, quando ejus ſunt medicinæ. Herbacea arefacta per ſe inanit alvum. Infuſa quoque clyſteribus, inteſtinorum [8] omnium vitiis medetur & renum & lumborum, & paralyſi: [d] ejecto ſemine, aqua mulſa in

8 omnibus. *Ch.*

a *Caro eorum, &c.*] Dioſcoridi τὸ βρέγμα: infuſum: Ruellius legit, τὸ ξέσμα, ramentum contra infantium ſyriaſin imponitur ſincipiti, & admotum fronti pro anacollemate, oculorum fluxiones cohibet. *Dalec.*

b *Somphos.*] Vulgo momordica. *Idem.*

c *Utilior pallida, quando ejus ſunt medicinæ.*] Deme poſtrema quattuor verba ex apographo ſcripto. *Pint.*

d *Ejecto ſemine, &c.*] Aëtius ſapam, aut vinum dulce vetus ſeminibus exemptis

in ea decoquitur ad dimidias, sic tussienti [1] infunditur obolis quatuor. [a] Prodest & stomacho, farinæ aridæ [2] pilulis cum decocto melle sumptis. In morbo regio utiliter semina ejus sumuntur, & protinus aqua mulsa. Carnes ejus cum absinthio & sale dentium dolorem tollunt. Succus vero cum aceto calefactus mobiles sistit. Item spinæ & lumborum ac coxendicum dolores, cum oleo si infricetur. Præterea, mirum dictu, semina ejus si fuerint pari numero adalligata [3] febribus, sanare dicuntur, quas Græci periodicas vocant. Sativæ quoque rasæ succus tepefactus auribus medetur. Caro ejus interior sine semine clavis pedum, & suppurationibus, [4] quæ Græci vocant apostemata. Decoctæ autem universæ succus, dentium motus stabilit, & dolores inhibet. Vinum cum ea fervefactum, oculorum etiam impetus. Folia ejus cum recentibus cupressi, contusa, & imposita: ipsa quoque tosta in argilla, ac trita cum adipe anseris vulneribus [5] medetur. Nec non ramentis corticis [6] recentes prodagras refrigerat, & [b] ardores capitis, infantium maxime. Et [7] ignes sacros de strigmentis, vel his impositis, vel seminibus. Succus ex strigmentis, illitus cum rosaceo & aceto, [c] febrium ardores refrigerat. Aridæ cinis impositus mire combusta sanat. Chrysippus medicus damnabat eas in cibis. Sed omnium consensu stomacho utilissimæ judicantur, & interaneo-

1 *Vide num legendum* bibitur. *Dal.* sic tutissimo infunduntur oboli quat. *Ch.*

2 pulvis cum dec. mel. sumptus. V.

3 febres sanare. V.

4 quas. V.

5 medentur. M.

6 recens. *Ch.*

7 sacros vel strigmentis impositis.

ptis infundit, & colatum per pannum vinum, calfactumque bibendum dat: Paulus passum, Dioscorides mulsum aut passum incoquit, & sub dio refrigeratum bibi præcipit. *Dalec.*

a *Prodest & stomacho.*] Lego ex Diosc. *Obest stomacho. Farina arida pilula cum decocto melle sumuntur.* Medulla fructus, inquit Dioscorides, purgatoriam vim habet quatuor obolis sumptis cum mulsa. Quin etiam si & cum nitro, myrrha, melle cocto in catapotium coacta. *Idem.*

b *Ardores capitis, &c.*] Τῶν παιδίων σειρίασιν. Paulus cap. 13. lib. 1. Ardores capitis, adustionem infantium vocat cap. 15. lib. 30. infantium destillationes cap. 21. lib. 22. *Idem.*

c *Febrium ardores refrigerat.*] Adustionem cutis in ardenti febre Ruell. apud Dioscoridem. Ego vero ambustam igni summam cutem, ἄκρως κεχαυμένην ἐπιφάνειαν. Strigmenta vocat τὰ ξύσματα, ramenta. *Idem.*

rancorum vesicarumque exhulcerationibus. Est & rapo vis medica. [a] Perniones fervens impositum sanat. [b] Item frigus pellit è pedibus aqua decoctum. Et jus fervens podagris etiam frigidis medetur: & crudum tusum cum sale, [c] cuicunque vitio pedum. Semen illitum & potum in vino, contra serpentes & toxica salutare esse proditur. A multis vero antidoti vim habere in vino & oleo. Democritus in totum ea abdicavit in cibis, propter inflationes. Diocles magnis laudibus [1] tulit, etiam Venerem stimulari ab eis professus: Item Dionysius: magisque, si eruca condirentur. [2] Costa quoque articulorum dolori cum adipe [3] prodesse. Silvestre rapum in arvis maxime nascitur, fruticosum, semine candido, duplo majore, quam papaveris. Hoc [4] ad lævigandam cutem in facie, totoque corpore, utuntur, mista urina pari mensura. Ervi, hordei, tritici, & lupini radix ad omnia inutilis.

1 extulit. *Vet. M.*

2 Tosta. *M. & Ch.* Cocta. *Vet. Cato, Salmasius.*

3 prodest. *Ch.*

4 ad albicandam. *M. utrunque. Lego potius,* dealbandam. *Dal.* ad lævigandum. *Ch.*

CAP. IV.

De naporum differentiis, & raphano silvestri, & de raphano sativo, & pastinaca.

[d] NAporum duas differentias & in medicina Græci servant. [1] Angulosis foliorum caulibus florentis, quod bunion vocant, purgationibus fœminarum, & vesicæ & urinæ utile decoctum, potum ex aqua mulsa, vel succi drachma. Semen dysentericis tostum, tritumque in aqua calida, è cyathis

1 Angulosis caulib. folio apii, flor. anethi, quod. *Ex Diosc. Dal.* alterum angulosis caulib. florentem, &c. *Cornarius.*

a *Perniones fervens.*] Excavatæ radici si ceratum rosaceum immittatur, & cinere ferventi coquatur, sic ut ceratum eliquescat, ulceratis pernionibus proficit. Dioscor. Perniones Moreti auctor eleganter describit hoc versu;
' *Continuis rimis calcanea scissa rigebant.*
Dalec.

b *Item frigus pellit è pedibus aqua decoctum. Et jus fervens podagris etiam frigidis medetur.*] Quinque prima verba superioribus agglutina: reliqua sic legito: *Aqua decocti ejus fervens, podagris, &c.* ex apographo scripto. *Pint.*

c *Cuicunque vitio pedum.*] Clavis, pernionibus, tumoribus frigore excitatis, & aliis hoc genus. *Dalec.*

d *Naporum duas differentias.*] Bunii & buniadis, quæ negligentius confundit Plinius. *Idem.*

a *Pitui-*

this quatuor. Sed urinam inhibet, si non lini semen una bibatur. Alterum genus buniada appellant, & raphano & rapo simile: seminis præclari contra venena: ob id & in antidotis utuntur illo. Raphanum & silvestrem esse [1]diximus. Laudatissimum in Arcadia, quanquam & alibi nascitur, utilior urinæ duntaxat ciendæ. Cætero bilem [2]detrahunt. Præterea cortices in vino. Præterea, quæ circa eos dicta sunt, stomachum purgant, [a]pituitam extenuant, urinam concitant. Est & [3]sativi usus in Italia, & armoraciam vocant. [4]Et sativi vero decocti mane poti ad ternos cyathos, comminuunt & ejiciunt calculos. Iidem in posca decocti contra serpentium morsus illinuntur. Ad tussim etiam mane jejunis raphanus [5]prodest cum melle: Semen eorum tostum ipsumque commanducatum ad [b]lagonoponon: Aquam foliis ejus decoctis bibere, vel succum ipsius cyathis binis contra phthiriases: [6]phlegmoni ipsos illinere tusos, livori vero recenti corticem cum melle: [c]veternosis autem quam acerrimos mandere, semenque tostum, dein contritum cum melle, suspiriosis. Iidem & contra venena prosunt. [d]Cætero & scorpionibus [7]adversatur: [8]vel ipso, vel semine infectis manibus impune

1 diximus, laudatissimum in Arcadia. Qui alibi. M.

2 detrahit cortex in vino. Præterea. V.

3 *legendum prorsus* silvestris usus. In Italia.

4 Et, *in M. d.*

5 prodest. Cum melle semen. M.

6 phlegmonis. D.

7 adversantur. M.

8 vel, *in M. d.*

a *Pituitam extenuant, urinam concitant. Est & sativi usus in Italia, & armoraciam vocant sativam.*] Antiqua lectio, *pituitam extenuant, urinam concitant. Catere æstivosius in Italia armoraciam vocant.* Scribo, *Catero æstivosius ipse. Italia armoraciam vocat.* Dioscorides lib. 2. *Agrestis vero raphanus, quam Romani armoraciam vocant, folia sativa similia habet, multoque magis lapsana: radicem habet gracilem, mollem, sapore acri. Coquuntur oleorum modo folia & radix in cibo, estque illi calefaciendi & urinam ciendi vis: veruntamen ipsa æstuosa est.* Pint.

b *Lagonoponon.*] Ilium cruciatus è flatu, & calculo. *Dalec.*

c *Veternosis, &c.*] Veternum, sive animi, sive corporis stupiditatem & ignaviam vocant: *stolidum* Catullus, *grave ac funestum* Horat. appellat. Catullus,

Nunc cum volo de tuo ponte mittere pronum,
Si pote stolidum repente excitare veternum.

Victorius cap. 11. lib. 13. *Idem.*

d *Catero & scorpionibus adversatur.*] Antiqua lectio, *Cateras eis scorpionibus adversatur.* Scribo, *Cerastis & scorpionibus adversatur*, ex Dioscoride lib. 2. *Et contra cerastæ*, inquit, *morsus cum vino utiliter bibitur.* Pint.

ne [1] tractabis : impositoque raphano scorpiones moriuntur. Salutares & contra fungorum aut hyoscyami venena, æque ut Nicander tradit. Et contra viscum quoque dari Apollodori duo [2] jubent, sed [3] Citieus semen ex aqua tritum, Tarantinus succum. Lienem item extenuant: jocineri prosunt, & lumborum doloribus. Hydropicis quoque ex aceto aut sinapi [4] sumpti, & lethargicis. * Praxagoras & iliosis dandos censet, Plistonicus [5] & [a] cœliacis. [b] Intestinorum hulcera sanant: at purulenta præcordiorum, si cum melle edantur. Quidam ad hæc coquere eos in luto [6] illitos malunt: sic & fœminas purgari. Ex aceto & melle sumpti, intestinorum animalia detrahunt. Item ad tertias decocto eorum poto cum vino enterocelis prosunt, sanguinem quoque [c] inutilem sic extrahunt. Medius ad hæc & sanguinem excreantibus coctos dari jubet : & puerperis ad lactis copiam augendam. Hippocrates [7] capitis mulierum defluvia fricari raphanis: & super umbilicum imponi contra tormenta vulvæ. Reducunt & cicatricem ad colorem. Semen quoque ex aqua impositum, sistit hulcera, quæ phagedænas vocant. Democritus Venerem hoc cibo stimulari putat : ob id fortassis voci nocere aliqui tradiderunt. Folia quæ in oblongis duntaxat nascuntur, excitare oculorum aciem dicuntur. Ubi vero acrior raphani medicina admota sit, hyssopum dari protinus imperant. Hæc antipathia est. At aurium gravitati succum raphani instillant. Nam vomituris [d] [8] summo cibo esse eos, utilissimum est. Pastina-

1 tractabilibus: imposito raph. scorpionibus. *M.*
2 jubent, Scilleus & Tarentinus. Scilleus semen. *M.*
3 Cilleus. *Ch.*
*4 exsumpti. *M. Lege*, præsumpti.
5 & colicis *Vet.* cœliacis. *Ch.*
*6 illitos, *In M. d. Lego*, eos luto oblitos. *M.*
7 capillos mul. defluos. *M.*
8 primo. *Diosc. supra cap. 5. lib. 19. jejunis dandos.*

a *Cœliacis.*] Stomacho tamen adversari Dioscorides testatur. Verum cœliacis prodest, quoniam urinas ciet. *Dalecamp.*

b *Intestinorum hulcera sanant.*] Illa detergendo : alioquin irritant. *Idem.*

c *Inutilem.*] In vesica concretum & intestinis: ex mariscis, & utero. *Idem.*

d *Summo cibo esse eos.*] Jejunis, cap 5. lib. 19. *Idem.*

a *Hibiscum.*]

Pastinacæ simile [a] hibiscum, quod molochen agriam vocant, & aliqui pistolochiam, [1] hulceribus cartilaginis & ossibus fractis medetur. Folia ejus ex aqua pota alvum solvunt, serpentes abigunt. Apum, vesparum, crabronum ictibus illata medentur. Radicem ejus ante Solis ortum erutam involvunt lana coloris, [b] quem nativum vocant, præterea ovis quæ fœminam peperit, strumisque vel suppuratis alligant. Quidam ad hunc usum [2] auro effodiendam censent: cavendumque ne terram attingat. [3] Celsus & podagris quæ sine [4] tumore sint, radicem ejus [5] ex vino decoctam imponi [6] jubet.

1 uberibus, cartilagini. M.

2 aurora. V.

3 Celsus, in M. d.

4 humore. M.

5 in. Ch.

6 jubent. M.

CAP. V.

De staphylino sive pastinaca, & gingidio, & sisere, & seseli, & inula, & de cape.

ALterum genus est staphylinos, quod pastinacam [7] erraticam vocant. Ejus semen contritum & in vino potum, tumentem alvum, & suffocationes mulierum doloresque lenit in tantum ut vulvas corrigat, illitum quoque è passo ventri earum [8] prosit: viris vero [9] prodest, cum panis portione æqua tritum, [10] ex vino potum contra ventris dolores. Pellit & urinam & phagedænas hulcerum sistit recens cum melle impositum, [11] vel aridum farina inspersum. Radicem ejus Dieuches contra jocineris ac lienis, ilium, lumborum, & renum vitia, ex aqua mulsa dari jubet. Cleophantus & [12] dysentericis veteribus. Philistio in lacte coquit, & ad stranguriam dat radicis uncias quatuor: Ex aqua hydropicis, similiter & opisthotonicis, & pleuriticis, & comitialibus. Habentes eam feriri à serpen-

7 erraticam, in M. d.

8 prodest. M.

9 prosit. Ch.

10 aut ex. Dal.

11 vel arida ejus farina inspersa. Radicem Dieuches. Vet. vel aridæ farinæ inspersum. Ch.

12 dysenteriis. V.

a *Hibiscum.*] Elaphoboscum Officinarum. Pastinaca pratensis, cap. 15. lib. 21. Hibiscum, cap. 5. lib. 19. *Dalec.*

b *Quem nativum vocant.*] Is aut niger est, aut fuscus, Φαιός. *Idem.*

a Venerem

1 ac qui anguſt. lædi. *Vet.* ſerpentibus negantur: [1] aut qui ante guſtaverint, non lædi. Percuſſis imponitur cum axungia. Folia contra cruditates manduntur. Orpheus amatorium ineſſe ſtaphylino dixit, fortaſſis quoniam [a] Venerem ſtimulari hoc cibo certum eſt: ideo conceptus
2 adjuvari. *Cb.* [2] adjuvare aliqui prodiderunt. Ad reliqua & ſativa pollet. Efficacior tamen ſilveſtris, magiſque in
3 ſerpentium. *M.* petroſis nata. Semen ſativæ quoque contra [3] ſcorpionum ictus, ex vino aut poſca, ſalutare eſt. Radice ejus circunſcalpti dentes, dolore liberantur. Syria in hortis operoſiſſima eſt. Indeque proverbium Græcis: Multa Syrorum olera. Simillimam ſtaphylino herbam ſerit, quam alii [b] gingidion vocant, tenuius tantum & amarius, ejuſdemque ef-
4 & conditum. *Dioſc.* fectus. Eſtur coctum [4] crudumque ſtomachi ma-
5 exactos. gna utilitate. Siccat enim [5] ex alto omnes ejus humores. Siſer erraticum ſativo ſimile eſt & effectu:
6 tergit. *M.* [c] ſtomachum excitat, faſtidium [6] abſterget. Ex aceto laſerpitiato ſumptum, aut ex pipere & mulſo,
7 Opinion. *Cb.* vel ex garo, urinam ciet, ut [7] Opion credit, & Venerem. In eadem ſententia eſt & Diocles. Præ-
8 & poſt. *Vet.* terea cordi convenire convaleſcentium, [8] aut poſt
9 eſſe perquam. *Vet.* multas vomitiones [9] perquam utile. Heraclides contra argentum vivum dedit, & Veneri ſubinde offenſanti, ægriſque ſe recolligentibus. Hiceſius ideo ſtomacho utile videri dixit, quoniam nemo
10 inutile. *Vet.* tres ſiſeres edendo continuaret: eſſe tamen [10] utile convale-

a *Venerem ſtimulari, &c*] Quæ id præſtant medicamenta, Græci ἐντατικὰ vocant, utilia, quod, inquit Ægineta, ἐπὶ τῶν ἀτονούντων μορίων. Africanus in Aſtroſophiſtis, citante Fulgentio Placide, vocat συσίδας, ἀπὸ τοῦ σύειν, id eſt, ἐντείνειν: ad quod verbum alluſit, qui apud Comicum ἀσυνάμαχα ſe vocavit: ὅτι σύειν οὐκ ἐδύναμαι, & qui apud Athenæum dixit, Dianam μισεῖν τὰ σύμμαχα, nimirum pudendi diſtenſionem, ac Venerem. Had. Jun. cap. 13. lib. 4. *Dalec.*

b *Gingidion vocant.*] Vulgo *Biſnaga.* Idem.

c *Stomachum excitat.*] Radix ori ſuavis eſt, utilis ſtomacho, urinam ciet, appetentiam invitat. Dioſcorid. ſed de vulgari ac ſativo hæc omnia. *Idem.*

a *Creticum*

convalescentibus ad vinum transeuntibus. Sativi privatim succus cum lacte caprino potus sistit alvum. Et quoniam plerosque similitudo nominum [1]Græcorum confundit, contexemus & de [2]sili: sed hoc est [3]vulgaris notitiæ. Optimum Massiliense: lato enim grano & fulvo est. Secundum Æthiopicum, nigrius. [a]Creticum odoratissimum omnium. Radix jucundi odoris est. Semen [4]ejus esse & vultures dicuntur. Prodest homini ad tussim veterem, rupta, convulsa, in vino albo potum. Item opisthotonicis, & jocinerum vitiis, & torminibus, & stranguriæ, duarum aut trium [5]ligularum mensura. [b]Sunt & folia utilia, ut [c]quæ partus adjuvent etiam quadrupedum. Hoc maxime pasci dicuntur cervæ pariture. [d][6]Illinitur & igni sacro. Multumque in summo cibo concoctionibus confert, vel folio vel semine. Quadrupedum quoque alvum sistit, sive tritum potui infusum, sive [7]mandendo commanducatum è sale. Boum morbis [8]tritum infunditur. Inula quoque à jejunis commanducata, dentes confirmat, si ut eruta est, terram non attingat: condita tussim emendat. Radicis vero decoctæ succus tineas pellit: siccatæ autem in umbra farina tussi, & convulsis, & inflationibus, & arteriis medetur. Venenatorum morsus abigit. Folia ex vino [9]lumborum dolori illinuntur. Cæpæ silvestres non sunt. Sativæ olfactu ipso [e]& delacrymatione caligini medentur, magis vero succi

1 Græcorum, *in M. d.*
2 Seseli. *Diosc.*
3 vulgaris. *Ch.*
4 ejus, *in M. d.*
5 lingularum. *M. & Ch.*
6 Illinuntur & igne. *Ch.*
7 edendo manducatum cum sale. *M.*
8 & contritum. *M.* medetur, vel si contritum. *V.*
9 ischiadi. *Diosc.*

a *Creticum odoratissimum omnium.*] Tordylium Dioscor. qui & quod mox sequitur, *Radix inc. &c.* de Massiliensi scribit. *Dalec.*

b *Sunt & folia utilia, ut quæ partus adjuvent etiam quadrupedum: hoc maxime pasci dicuntur cervæ pariture.*] Depravate etiam ibi scribitur: *contexemus & de sili: sed hoc est vulgaris notitiæ.* Emenda: *contexemus & de seseli, hoc est vulgata notitia. optimum Massiliense.* Salmas. pag. 224.

c *Quæ partus adjuvent.*] De semine id Dioscorides. *Dalec.*

d *Illinitur & igni sacro.*] Cum in scirrhum transit. *Idem.*

e *Et delacrymatione caligini, &c.*] Significat delacrymationem acrimonia cæparum excitam oculorum caligini prodesse. *Gelen.*

a *Coctas*

succi inunctione. [1]Somnum etiam facere traduntur, & hulcera oris sanare, commanducatæ cum pane. Et canis morsus, virides ex aceto [2]illitæ, aut siccæ cum melle & vino, ita ut post diem tertium solvantur. Sic [3] & tritæ sanant. Coctam in cinere & epiphoris multi imposuere cum farina hordeacea, & genitalium hulceribus. Succo & [4] cicatrices oculorum, & albugines, & argema inunxere: & serpentium morsus, & omnia [5] hulcera cum melle. Item auricularum cum lacte mulierum: & in iisdem sonitum ac gravitatem emendantes, cum adipe anserino, aut cum melle [6] stillavere. Et ex aqua bibendum dedere repente obtumescentibus. In dolore quoque ad dentes colluendos instillavere, & plagis bestiarum omnium, privatim scorpionum. Alopecias fricuere & psoras tusis cæpis. [a] Coctas dysentericis vescendas dedere, & contra lumborum dolores, purgamenta quoque earum cremata in cinerem illinentes ex aceto serpentium morsibus [7] ipsasque [8] multipedæ ex aceto. Reliqua inter medicos mira diversitas. Proximi [9] inutilia esse præcordiis & concoctioni, inflationemque & sitim facere dixerunt. Asclepiadis [10] schola, ad colorem quoque [11] validum profici hoc cibo. Et si jejuni quotidie edant, firmitatem valetudinis custodiri: stomacho [12] utilia esse, [b] spiritus agitatione: ventrem mollire, hæmorrhoidas pellere subditas pro balanis: succum cum succo fœniculi contra incipientes [13] hydropises mire proficere. Item contra anginas, cum ruta & melle. Excitari [14] eisdem lethargicos. [c] Varro, quæ [15] sale, & aceto

1 Somnium. *Cb.*
2 illitæ cum aceto, ruta, melle. *Diosc.*
3 & attrita sanant. Tostam in cinerem. *V.*
4 νεφέλια, nubeculas.
5 vulnera. *Cb.*
6 instillavere. *D.*
7 ipsas quoque. *M.*
8 sepis. T e. 2.
9 inutiles. *Vet.*
10 scholæ. *M.*
11 vividum. *Vet.* pallidum. *Aliud.*
12 utiles esse accogitationi, ventrem mollire. M. utile esse spiritus à cogitatione. *Cb.*
13 hydropes. M. hyposchyses. *Diosc.*
14 eadem. *Cb.*
15 sale pisto cum aceto madefacta est. *Vet.*

a *Coctas dysentericis, &c.*] Galenus cap. 1. lib. 2. Method. Themison apud Celsum cap. 15. lib. 4. Mercurialis cap. 3. lib. 1. Var. *Dalec.*

b *Spiritus agitatione.*] Concitato ructu; nam ructus ventris exercitatio est. *Idem.*

c *Varro quæ sale.*] In Varronis Geoponicis, quæ ad nos pervenerunt, hoc non legitur. *Idem.*

a *Porrum*

& aceto pista est aresfactaque, vermiculis non infestari, auctor est.

CAP. VI.

De porro sectivo, & capitato, & de allio.

[a] POrrum sectivum profluvia sanguinis sistit in naribus contrito eo obturatis, vel gallæ misto, aut mentæ: Item ex abortu profluvia, poto succo cum lacte mulierum. Tussi etiam veteri ac pectoris & pulmonis vitiis medetur. Illitis foliis sanantur & ambusta, & epinyctides: ita vocatur [1] hulcus, quæ & syce, in angulo oculi [2] perpetuo humore manans. Quidam eodem nomine appellant pustulas liventes, ac noctibus inquietantes. Et alia hulcera cum melle trito: Vel bestiarum morsus ex aceto: item serpentium. [3] Aurium vero vitia cum felle caprino, vel pari mensura mulsi: stridores cum lacte mulieris: capitis dolores, si in nares fundatur: dormiturisve, in aurem duobus succi cochlearibus, uno mellis. Succus & ad serpentium scorpionumque [4] ictus bibitur cum mero, & ad lumborum dolores cum vini hemina potus. Sanguinem vero excreantibus & phthisicis, distillationibus longis, vel succus, vel ex ipso cibus prodest. Item morbo regio, vel hydropicis. Et ad renum dolores, cum ptisanæ succo acetabuli mensura. Idem modus cum melle, vulvas purgat. [5] Estur vero & contra fungorum venena: imponitur & vulneribus. Venerem stimulat, [b] sitim sedat: ebrietates discutit. Sed oculorum aciem hebetare traditur: inflationem quoque facere, quæ tamen stomacho non noceat, ventremque [6] molliat. [7] Voci splendorem affert.

1 hulcus aciem hebetans & in ang. *Alii. Certe in M. hæc verba, quæ & syce desunt.*

2 perpetim. *M.*

3 Aliorum. *Ch.*

4 potus. *Ch.*

5 Tostus vero estur. *Vet.*

6 mollire. ... *Diosc.*

7 vocis. *Ch.*

a *Porrum sectivum.*] De capitato solum Dioscorides tractavit. Plinius ex auctoribus variis hæc omnia confuse miscet ac consarcinat. *Dalec.*

b *Sitim sedat.*] Hoc parum credibile, quoniam calidum & siccum est. *Idem.*

a *Pulmonis*

afert. Capitato major est ad eadem effectus. Sanguinem rejicientibus succus ejus cum [1] gallæ aut thuris farina, vel acacia, datur. Hippocrates & sine alia mistura dari jubet: vulvasque [2] contractas aperire putat: fœcunditatem etiam fœminarum hoc cibo [3] augeri. Contritum ex melle hulcera purgat. Tussim & distillationes thoracis, [a] pulmonis & arteriæ vitia sanat, datum in sorbitione ptisanæ vel crudum, [4] præter capita, sine pane, ita ut alternis diebus sumatur: [b] vel si [5] purulenta excreentur. Sic & voci vel Veneri, [c] somnoque multum confert. Capita bis aqua mutata cocta, alvum sistunt, & [6] fluxiones veteres. Cortex decoctus illitusque inficit canos. Allio magna vis, magnæ utilitates contra aquarum & locorum mutationes. Serpentes abigit, & scorpiones odore: atque, ut aliqui tradidere, & bestiarum omnium ictibus medetur, potu vel cibo, vel illitu: privatim contra hæmorrhoidas prodest, cum vino redditum vomitu. Ac ne contra araneorum murium venenatum morsum valere miremur, aconitum, quod alio nomine pardalianches vocatur, debellat: item hyoscyamum: canum morsus, [7] in quæ vulnera cum melle imponitur. Ad serpentium quidem ictus potum cum [d] restibus suis efficacissime ex oleo illinitur: attritisque corporum partibus, [8] vel si in vesicas intumuerint. Quin & suffitu eo [9] secundas partus evocari existimavit Hippocrates: cinere eorum cum oleo, capitis hulcera manantia sanitati restituens.

1 galla, aut. *V.*
2 contractis aperire se putat. *Ch.*
3 augere. *Ch.*
4 ita ut tria capita sine pane alternis diebus sumantur. *V.*
5 pura. *Ch.*
6 inflationes. *V.*
7 inque. *M.*
8 vel si vesica intumuerit. *M.*
9 secundas & partus. *V.* secundas à partu. *Aliud. Lego,* secundos partus, *ut*] c. 11.

a *Pulmonis & arteriæ sanat vitia.*] Rectius in antiquo codice *pulmonis & arteriarum sanat vitia.* Nam canalem illum qui gulæ conjunctus est, quoque meat spiritus, & Cicero in libris ad Herennium: & præter Ciceronem alii, *arterias* numero multorum libentius quam numero unitatis appellant. *Pint.*

b *Vel si purulenta excreentur.*] *Pura* non *purulenta*, in eodem. *Idem.*

c *Somnoque multum confert.*] Dioscoridi *δυσόνειρον*, tumultuosum somnum parit. *Dalec.*

d *Restibus suis.*] Radiculis bulbo subadnexis. Alii, *vestibus*, id est, membranosis corticibus. *Idem.*

ſeſtituens. Suſpirioſis coctum, aliqui crudum [1] id dedere. Diocles hydropicis cum centaurio, aut [a] in fico duplici ad evacuandam alvum: quod efficacius præſtat viride cum coriandro in mero potum. Suſpirioſis aliqui & tritum in lacte dederunt. Praxagoras & contra morbum regium vino miſcuit: & contra ileum in oleo & pulte, ſic illinens ſtrumis quoque. Antiqui & inſanientibus dabant crudum. Diocles phreneticis elixum. Contra anginas tritum imponi & [2] gargarizare prodeſt. Dentium dolorem tribus capitibus in aceto tritis [3] imminuit, vel ſi decocti aqua colluantur, addaturque ipſum in cava dentium. Auribus etiam inſtillatur ſuccus cum adipe anſerino: phthiriaſes & [4] prurigines potum, tuſum item cum aceto & nitro compeſcit: diſtillationes cum lacte coctum, vel tritum [5] permiſtumve caſeo molli: quo genere & raucitatem extenuat: Vel phthiſin, in fabæ ſorbitione. In totum autem coctum utilius [6] eſt crudo, elixumque toſto: ſic & voci confert. [7] Tineas & reliqua animalia interaneorum pellit, in aceto mulſo coctum. [b] Teneſmo in pulte medetur: Temporum doloribus illitum elixum, & puſtulis coctum cum melle, deinde tritum: Tuſſi cum adipe vetuſto decoctum, vel cum lacte: [c] Aut ſi ſanguis etiam excreetur, vel [8] purulenta, ſub pruna coctum, & cum mellis pari modo ſumptum: Convulſis ruptis cum ſale & oleo. Nam cum

1 id tritum dedere. M.

2 gargariſſare. Ch.

3 minuit. Ch.

4 porrigines. Vet. & Ch. πίτυρα. Dioſc. furfures.

5 permiſtumque. V.

6 eſt, in M. d.

7 Tænias. Alii.

8 pura. Ch.

a *In fico duplici.*] Inter duas ficos exceptum: vel, fico portione dupla addito. *Dalec.*

b *Tenaſmo in pulte medetur*] Sic legunt alii. Scribo *teneſmo* non *tenaſmo*, tum ex archetypo noſtro, tum etiam ex Galeno in Diffinitionibus ſi legitima eſt fœtura, & Iſagoge item ex Paulo tertio, & Dioſcoride ſæpe, omnibuſque gregatim medicis, ne citando tundam. Dici vero poteſt & *teneſmos* & *tineſmos*, à verbo græco τείνεσθαι, hoc eſt intendi. Paulus libro citato eleganter, ut omnia, hunc morbum diffinit his verbis: *Teneſmus eſt continua & implacabilis deſidendi cupiditas, qua nihil præter modica cruenta vel mucoſa egeritur.* Pint.

c *Aut ſi ſanguis etiam excreetur vel purulenta.*] Non *purulenta*, ſed *pura*, in eodem, ut ſupra etiam notatum eſt. *Idem.*

cum adipe tumores [1] suspectos sanat. Extrahit fistulis vitia cum sulphure & resina, etiam [a] harundines cum pice. Lepras, lichenas, lentigines exhulcerat, sanatque cum origano, vel cinis ejus ex oleo & garo illitus. Sic & sacros ignes. Suggillata aut liventia ad colorem reducit, combustum ex melle. Credunt & comitialem morbum [2] sanare, si quis eo in cibo utatur ac potione. Quartanas quoque excutere potum caput unum cum laserpitii obolo in vino austero. [b] Tussim & alio modo ac pectorum suppurationes quantaslibet sanat, [3] fractæ incoctum fabæ, atque ita in [4] cibo sumptum, donec sanitatem restituat. Facit & somnos, atque in totum rubicundiora corpora. Venerem quoque stimulat cum coriandro viridi tritum, potumque è mero. Vitia ejus sunt, quod oculos hebetat, inflationes facit, stomachum lædit copiosius sumptum, [c] sitim gignit. Cætero contra pituitam, & gallinis & gallinaceis prodest mistum farre in cibo. Jumenta urinam reddere, atque non torqueri tradunt, [5] si trito natura tangatur.

1 ne in abscessum, vel gangrænam transeant. *Alii.* cancerosus. *Alii.* pestilentes, aut venenatos. *Alii.*

2 sanari. *M. & Ch.*

3 factæ. *Ch.*

4 cibos. *Ch.*

5 si eo trito. *M.*

CAP. VII.

De lactuca silvatica, sive caprina, & esopo, & isati, & lactuca sativa.

LActucæ sponte nascentis primum est genus ejus, [d] quam caprinam vocant, qua pisces in mare

a *Harundines cum pice.*] Harundinum infixas assulas: nam ex harundine sagittæ fiebant. *Dalec.* *Etiam harundines cum pice.*] Scribo *hirudines*, hoc est sanguisugas, non *harundines*, ex antiquo exemplari. *Pint.*

b *Tussim & alio modo.*] Sensus est: Tussim & hoc modo sanari, & illo altero remedio, jam contra quartanas dicto. *Gelen.*

c *Sitim gignit.*] Galeno cap. ult. lib. 12. methodi, allium sitim prorsus nullam facit. *Dalec.*

d *Quam caprinam vocant.*] Marinam, ex Corn. Celso, cap. 12. lib. 2. Eam autem tithymallum esse idem Celsus exponit cap. 7. lib. 5. Sed cum ex tithymalli generibus platyphyllos verbasco simile folium habeat, quod à lactucæ figura non admodum diversum est, platyphyllon lactucam marinam dictum privatim fuisse docti putant. Dioscorides succo lactucæ

mare dejecta protinus necantur, qui sunt in proximo. Hujus lac spissatum, mox in aceto pondere obolorum duum, adjecto aquæ uno cyatho, hydropicis datur. [1] Caule & foliis contusis, asperso sale, nervi [a] incisi sanantur. Eadem trita ex aceto, colluta matutinis bis mense, dentium dolorem prohibent. Alterum est genus [b] quod Græci [2] esopon vocant. Hujus folia trita, & cum polenta illita, hulceribus medentur. [3] Hæc in arvis nascitur. [c] Tertium genus est in silvis nascens, isatin vocant. [d] Hujus folia trita cum polenta vulneribus prosunt. Quarto infectores lanarum utuntur, [4] quod glastum vocant: simile erat lapatho silvestri foliis, [5] nisi quod [6] plura habet & nigriora. Sanguinem sistit. Phagedænas & putrescentia hulcera, [7] quæ serpunt, sanat: item tumores ante suppurationem. Contra ignem sacrum radice vel foliis prodest, [e] vel ad lienes [8] pota. Hæc propria singulis. Communia autem [f] sponte nascentibus, candor, caulis interdum cubitali longitudine, & [9] ipso, & foliis scabritia. Ex his rotunda folia & brevia habentem sunt [g] [10] qui hieraciam vocent, quoniam accipitres scalpen-

1 Caule vero &c. V.

2 cæsapon. Ch. sesapon. V.

3 Hæ in arvis inuascuntur. M.

4 hæc ultima non leguntur in Ch.

5 nisi plura habeset &c. Ch.

6 pinguliora. Diosc.

7 & quæ. Vet.

8 potu. Vet.

9 thyrso. M. in ipso. Vet.

10 qui heracliam. Ch.

lactucæ silvestris poto ex posca ad duos obolos, aquam per alvum elici tradit. Lactucas in universum herbas omnes, quæ lacteum succum amarum fundunt, Plin. hic appellasse videtur imprudenter. *Dalec.*

a *Incisi sanantur.*] At potius puncti. Lac enim tithymalli cum fermento mixtum nervorum puncturis confert. Eo se usum fuisse in quodam rustico Galenus refert lib. 3. κ. γέν. *Idem.*

b *Quod Græci esopon vocant.*] Quod Græci œsopon, οἴσοπον vocant. Nimirum succo turgentem, ἀπὸ τοῦ οἴσειν τὸν ὀπόν. Alii, ἀπὸ τῆς ἄσης, id est, τῆς λύπης, καὶ ὀποῦ, ἄσοπον dictam volunt, quod succo sit ob amarorem ingrato: id quod mihi placet. Alii à verbo ἄσαι *implere*, asopon, quasi succo lacteo plenam, dictam malunt. Lactuca ἴσοπος, id est, ὀπώδης, sive ὀποῦ μεστή, Endivia silvestris officinarum, quæ folia habet profundissime laciniata & incisa. Pro lactuca silvestri pingit Dodonæus. *Idem.*

c *Tertium genus, &c.*] Quoniam Dioscorides glasti silvestris folia, lactucæ similia esse prodidit, ignoranter Plinius cum lactucis eam plantam confundit: erroremque illum altero cumulat, cum post glastum silvestre, sativum etiam lactucis adjungit. *Idem.*

d *Hujus folia, &c.*] De sativo id Dioscorides, nulla facta mentione polentæ. *Idem.*

e *Vel ad lienes pota.*] De silvestri id Dioscorides. *Idem.*

f *Sponte nascentibus.*] Silvestri lactucæ. Diosc. *Idem.*

g *Qui hieraciam vocent.*] Lege, Hieraciam,

1 ungendo. *M.* ſcalpendo eam ſuccoque oculos [1] tingendo, obſcuritatem, cum ſenſere, diſcutiant Succus omnibus candidus, viribus [2] quoque papaveri ſimilis: carpitur per meſſes inciſo caule: conditur in fictili novo, ad multa præclarus. [a] Sanat omnia oculorum vitia cum lacte mulierum. [3] Arcet nubeculas, cicatrices [b] aduſtioneſque omnes, præcipue caligines. Imponitur etiam oculis in lana contra epiphoras. Idem ſuccus alvum purgat, in poſca potus ad duos obolos. [4] Serpentium ictibus medetur in vino potus. Et folia [5] toſta thyrſique triti ex aceto bibuntur. Vulneri illinuntur maxime contra ſcorpionum ictus. Verum contra phalangia commiſto vino [6] ex aceto. Aliis quoque venenis reſiſtunt, exceptis quæ ſtrangulando necant, aut iis quæ veſicæ nocent: item pſimmythio excepto. Imponuntur & ventri ex melle atque aceto, ad detrahenda vitia alvi. Urinæ difficultates, ſuccus emendat. Crate-vas eum & hydropicis obolis duobus in aceto & cyatho vini dari jubet. Quidam & è ſativis colligunt [7] ſuccum minus efficacem. Peculiares earum vires [8] partim jam dictæ ſunt, ſomnum faciendi, Veneremque inhibendi, æſtum refrigerandi, ſtomachum [c] purgandi, ſanguinem augendi. [d] [9] Non paucæ reſtant: quoniam & inflationes diſcutiunt, ructuſque lenes faciunt, [10] concoctiones adjuvant. Crudita-

2 quibus papaver. *M.*

3 arcema nubiculas. *Ch.*

4 Scorpionum & phalangiorum. *Dioſc.*

5 toſta *in* M. *d.* trita. *Vet.*

6 &. *M.*

7 ſucco minus efficaci. *M.*

8 particulatim. *V.*

9 Nunc non. *M.*

10 *hæc ultima clauſula, & tota proxima ſequens, deſunt in M.* concoctionem. *Ch.*

racium. Plinius hieracium cum lactuca oſcitanter confundit, nec alibi uſquam Hieracii naturam explicat. Dioſcoridis de hieracio hæc verba ſunt: φύλλα ἔχει ἐκ διαστημάτων ἐπικεχαραγμένα ἀραιῶς, σόγχῳ ἐμφερῆ τὴν περιφέρειαν. Plin. deceptus ſignificatione vocis περιφερὲς, pro ambitu *rotunditatem* vertit. *Dal.*

a *Sanat omnia oculorum vitia cum lacte mulierum. Arcet nubeculas, cicatrices, &c.*] In vetuſto exemplari, non *Arcet nubeculas* habetur, ſed *Arcema nubeculas*. Scribo, *Sanat omnia oculorum vitia cum lacte mulierum, argema, nubeculas, cicatrices, &c.* Pint.

b *Aduſtioneſque omnes*] Ἐπικαύσεις Dioſcoridi, ἐπικαύματα Æginetæ, nempe ulcera ſordida, cruſta tecta, qua exempta oculi humor ſæpe effluit. *Daleçamp.*

c *Purgandi.*] Imo, *Roborandi.* Stomachicis ſativam lactucam crudam prodeſſe tradidit Dioſcorides. *Idem.*

d *Non paucæ reſtant.*] *Pauci* in vet. codice, non *paucæ*, ut referat effectus. *Pint.*

a *Præcor-*

Cruditatem ipsæ [1] nequaquam faciunt. Nec ulla res in cibis aviditatem incitat inhibetque eadem: in causa [2] alterutraque modus est. Sic & alvum copiosiores solvunt, modicæ sistunt. Lentitiam pituitæ digerunt, atque ut aliqui tradiderunt, sensus purgant. [3] Stomachi dissoluti utilissime [4] adjuvantur: in eo usu [5] & oxypori obolis asperitatem addito dulci ad [6] intinctum aceti temperantes, si crassior pituita sit, [7] scillite aut vino absinthite, si & tussis sentiatur, hyssopite admisto. Dantur cœliacis cum intubo erratico, & ad duritiam [a] præcordiorum. Dantur & melancholicis candidæ copiosiores, & ad vesicæ vitia. Praxagoras & dysentericis dedit. Ambustis quoque prosunt recentibus, priusquam pustulæ fiant, cum [8] sale illitæ. Hulcera etiam, quæ serpunt, coërcent, initio cum [9] aphronitro, mox in vino. Tritæ igni sacro illinuntur. Convulsa & luxata caulibus tritis cum polenta ex aqua frigida leniunt. Eruptiones papularum, ex vino & polenta. In cholera quoque coctas [10] patinis dederunt: ad quod utilissimæ quam [11] maximi caulis & amaræ. Quidam [12] lacte infundunt. Defervefacti hi caules & stomacho utilissimi traduntur, sicut summo [13] sativa maxime lactuca, & amara lactensque, [b] quam meconidem vocavimus. Hoc lac & oculorum claritati cum muliebri lacte utilissimum esse [14] præcipitur, [15] dum tempestive capiti inunguntur. Oculorum quoque vitiis, quæ frigore in iis facta sunt. Miras & alias invenio laudes: Thoracis etiam vitiis prodesse, non secus quam abrotonum,

1 nunquam. *M.*
2 alterutrimque. *M.* utrimque. *Vet.*
3 Stomachos dissolutos util. adjuvant. *M.*
4 adjuvant, uti ne eo usu abluantur. Oxyporopalæ, &c. *Vet.* *Aquæus in vulgata lectione legit* oxyporopolæ.
5 & oxyporo lactucæ, &c. & aceto temperant. *Vet.* & oxyporo oleris. *Alind.*
6 intinctum temperantes: si cr. pit. sit, & aceto scillite aut, &c. *Ch.*
7 scillite vino aut. *Vet.*
8 lacte muliebri. *Dioscor.*
9 assonitro. *M.*
10 patinis in *M.* *d.*
11 maximo caule. *M.*
12 lacti. *M. & Ch.*
13 æstiva. *M. & Ch.*
14 percipitur. *M.*
15 & cum tempora capitis inunguntur, oculorum quoque. *Vet.*

a *Præcordiorum.*] Hypochondriorum, lienis, & hepatis. *Dalec.*

b *Quam meconidem, &c.*] Μηκωνὶς vera silvestris est & depicta & descripta à me in Botanico. Amaro gustu, & papaveri viribus esse prorsus similem Dioscorides ait, ideoque nonnullos succum ejus lacteum Meconio permiscere. Inde meconis cognominata est. Vide supra cap. 8. lib. 19. *Idem.*

rotonum, cum melle Attico. Purgari & fœminas hoc cibo. Semen sativarum contra scorpiones dari. Semine trito ex vino poto & libidinum imaginationes in somno compesci. Tentantes aquas non nocere lactucam edentibus. Quidam tamen frequentiores in cibo officere claritati oculorum tradiderunt.

CAP. VIII.

De generibus betæ, & intubis, & cichorio, & seri, genera duo.

NEc beta sine remedio est utraque. Sive candidæ, sive nigræ radix recens, & madefacta, suspensa funiculo, contra serpentium morsus efficax esse dicitur. Candida beta cocta, & cum allio crudo sumpta contra [1] tineas: nigræ radices ita in aqua coctæ, [a] porriginem tollunt: atque in totum efficacior esse traditur nigra. Succus ejus capitis dolores veteres & [2] vertigines, item sonitum aurium sedat, infusus iis: [3] ciet urinam. Medetur dysentericis injecta, & morbo regio. Dolores quoque dentium sedat illitus succus. Et contra serpentium ictus valet, [4] sed hujus radici duntaxat expressus. Ipsa vero decocta, pernionibus occurrit. [b] [5] Albæ succus epiphoras sedat, fronte illita: [6] aluminis pauco admisto, ignem sacrum. Sine oleo [7] trita licet, adustis medetur. Et contra eruptiones papularum, coctaque eadem contra hulcera quæ serpunt, illinitur: & [c] alopeciis cruda, & hulceribus quæ in capite manant. Succus ejus cum melle naribus inditus caput purgat. [d] Coquitur & cum

1 tænias. *Pal.*

2 vertigines infusus naribus: item son. aur. sedat: ciet urin. *V.*

3 cit. *M.*

4 sed is radice. *V.*

5 Alba epiphoras. *M.*

6 alumine. *V.*

7 trita scilicet. *V.* trita illitu adustis. *Alii Pal.*

a *Porriginem, &c.*] Furfures & lendes, πίτυρα καὶ κονίδας. Dioscor. *Dalec.*

b *Alba succus, &c.*] De utraque id Dioscor. *Idem.*

c *Alopeciis cruda.*] Scalpello prius vellicatis. *Idem.*

d *Coquitur, &c.*] Cibum eum veteres τευτλοφακῆν dixerunt. *Idem.*

a *Ut*

cum lenticula addito aceto, [a] ut ventrem molliat. Validius [1] cocto fluxiones stomachi sistit & ventris. Est & beta silvestris, quam [2] limonion vocant, alii neuroides, [3] multum minoribus tenuioribusque ac densioribus foliis, undecim sæpe caulium. Hujus folia ambustis utilia, [b] [4] guttantia adstringunt. Semen acetabuli mensura dysentericis prodest. Aqua & [5] è radice coctæ maculas vestium elui dicunt, itemque membranarum. Intubi quoque non extra remedia sunt. Succus eorum cum rosaceo & aceto capitis dolores lenit. [6] Idem cum vino potus, [7] jocineribus & vesicæ, & epiphoris imponitur. Erraticum apud nos quidam [c] [8] ambugiam appellavere. In Ægypto cichorium vocant, quod silvestre sit. [d] Sativum autem serin, quod est minus & venosius. Cichorium refrigerat. In cibo sumptum & illitum collectiones, [9] succusque decocti ventrem solvit. Jocineri & renibus, & stomacho prodest. Item si in aceto decoquatur, urinæ tormina discutit. Item morbum regium è mulso, si sine febre sit. Vesicam adjuvat. Mulierum quidem purgationibus decoctum in aqua adeo prodest, ut emortuos partus trahat. Adjiciunt Magi, succo [10] totius cum oleo perunctos favorabiliores fieri, &, quæ velint, facilius impetrare. [11] Quod quidem propter singularem salubritatem aliqui [12] chreston appellant, alii pancration. [e] Et silvestre genus,

1 cocta fluctuationes. *V.* legitur &, cocta, *in Ch.*
2 limonium. *Ch.*
3 multo. *Dal.*
4 gustatu. *V.*
5 cum radice, nempe struthio. *Dal.*
6 Idemque. *Ch.*
7 jocineris. *Ch.*
8 ambubejam, *ex Celso.* ambubulam. *Ch.*
9 succus decocti. *V.*
10 intybi. *Vet.*
11 Hoc. *Vet.*
12 chreteston. *Ch.*

a *Ut ventrem molliat.*] Ut ventrem sistat. Dioscor. Hic Plinius in medicinæ præceptis parum exercitatus. *Dalec.*

b *Guttantia adstringunt.*] Scribo, *gustantium os astringunt.* ex vet. cod. *Pintianus.*

c *Ambugiam appellavere*] *Ambubulam* vetus exemplar agnoscit, non *ambugiam*: Cornelius Celsus *ambubejam* vocat. Quidam & in eo & in Plinio *ambulejam* legendum censent: quod ea vox congruat cum erratico intubo. *Idem.*

d *Sativum autem serin.*] Hoc loco Ægyptiorum consuetudine Seris tantum sativa est: paulo post vero & sativa & silvestris, quam etiam & cichorium & picrida vocari Dioscorides scribit. *Dal.*

e *Et silvestre genus alii hedypnoida appellant.*] Scribo, *Est & silvestre genus alterum: hedypnoida vocant*, ex V. C. Nam indicatum est alterum genus betæ silvestris quam limonion dicunt: & sequitur paulo infra, *Rupta & convulsa utroque genere juvantur.* Pint.

nus, [1]alii [a] hedypnoida vocant, latioris folii. Stomachum diſſolutum aſtringit cocta: crudaque ſiſtit alvum. Et dyſentericis prodeſt, magis cum lente: Rupta & convulſa utroque genere juvantur. Item quibus genitura valetudinis morbo effluat. Seris & ipſa lactucæ ſimillima, duorum generum eſt: ſilveſtris melior. Nigra [2] iſta & æſtiva. Deterior hiberna, & candidior. [b] Utraque [3] tamen ſtomacho utiliſſima, præcipue quem humor vexat. Cum aceto in cibo refrigerant vel illitæ: diſcutiuntque & [4] alios, quam ſtomachi. Cum polenta ſilveſtrium radices [5] ſtomachi cauſa ſorbentur: & cardiacis illinuntur ſuper ſiniſtram mammam [6] ex aceto. Omnes hæ & podagricis utiles & ſanguinem rejicientibus: Item quibus genitura [7] fluit, alterno dierum potu. [c] Petronius Diodotus, qui [8] antilegomena ſcripſit, in totum damnavit [9] ſerin multis modis arguens. Sed aliorum omnium opinio reſiſtit.

1 aliud. V.
2 eſt. M.
3 amara ſtom. utiliſſima, præc. quem uror. Ch.
4 alias aquam. V.
5 ſtomachicis. V.
6 & ex aceto. Ch.
7 fluat, altero. Ch.
8 antholoгoumena. Ch.
9 ſerian. Ch.

CAP. IX.

De braſſica, & lapſana & de braſſica marina, & ſcilla, & de bulbis, & bulbine.

BRaſſicæ laudes longum eſt exequi, cum & Chryſippus medicus privatim volumen ei dicaverit per ſingula membra hominis digeſtum, [d] & Dieuches: ante omnes autem Pythagoras & Cato non parcius celebrarint. Cujus ſententiam vel eo diligen-

a *Hedypnoida.*] Quod in cibo ſumpta jucundiorem animam & ſuaviorem faciat. *Dalec.*

b *Utraque tamen ſtomacho utiliſſima*] Lego, *Utraque tamen amara. Stomacho utiliſſima*, ex V. C. confirmante etiam antiquam lectionem Dioſcoride 2. lib. *Pint. Utraque tamen, &c.*] Imbecillo & ardore æſtuanti, καυσουμένῳ Dioſcorides. *Dalec.*

c *Petronius Diodotus qui Antilegomena ſcripſit.*] Rectior antiqua lectio, *Antholegomena*, hoc eſt. florilegia. Poſſet etiam non minus bene legi *antholegoumena*. Pint.

d *Et Dieuches*] Antiqua lectio, *& Diocles*. Poteſt autem utroque modo legi, ut patet ex elencho. *Idem.*

a In

diligentius persequi par est, ut noscatur qua medicina usus sit annis DC. Rom. populus. [a] In tres species divisere eam Græci antiquissimi. Crispam, quam [1] selinada vocaverunt, à similitudine apii foliorum, stomacho utilem, alvum modice mollientem. Alteram leam, latis foliis [2] è caule exeuntibus. Unde caulodem quidam vocavere, nullius in medicina momenti. Tertia est proprie appellata [b] crambe, tenuioribus foliis, & simplicibus densissimisque, amarior, sed efficacissima. [c] Cato crispam maxime probat, dein [3] levem grandibus foliis, caule magno. [d] Prodesse tradit capitis doloribus, oculorum caligini [4] scintillationibusque, [5] vel stomacho, præcordiis, crudam ex aceto & melle, [6] coriandro, ruta, mentha, laseris radicula sumptam acetabulis duobus matutino: tantamque esse vim, ut qui terat hæc, validiorem fieri se sentiat. Ergo vel cum his tritam, sorbendam, vel ex hoc intinctu sumendam. Podagræ autem morbisque [7] articulariis illini cum rutæ, coriandri & salis mica, hordei farina. Aqua quoque ejus decocta, nervos articulosque mire [8] juvari. Si foveantur vulnera, & recentia & vetera, etiam carcinomata, quæ nullis aliis medicamentis sanari possint. Foveri prius aqua calida jubet, ac bis die tritam imponi. Sic etiam [9] fistulas eluxatas, & tumores evocari, quæque discuti opus sit. Insomnia etiam, vigiliasque tollere [10] decoctam, si jejuni [11] edant

quam-

1 *Legendum videtur*, selinoidea, *sive* selinoide, *ex Catone c. 157. de re rust. unde hæc omnia sunt desumpta.*
2 è magno caule. *Cato.*
3 lævem. *Dal.*
4 scintillationique. *Ch.*
5 lieni, stomacho, præcordiis.
6 ruta, coriandro, salis mica, & hordei. *V.*
7 articularibus. *V.*
8 juvari, si foveantur. Item vulnera.
9 fistulas sanare & luxata. *ex Catone.*
10 unctam & caldam. *Cato.*
11 edent. *Ch.*

a *In tres, &c.*] De raphano id scripsit supra cap. 5. lib. 19. *Dalec.*

b *Crambe.*] Vulgatum est Græcis adagium, *δὶς κράμβη θάνατος*: quod expressit Poëta:

Occidit miseros crambe repetita magistros.

Vide Polit. cap. 33. Miscellan. *Idem.*

c *Cato.*] Catoni lenis acerrima, & vehementissima; post apiana; & ultimo loco lævis. *Idem.*

d *Prodesse tradit capitis doloribus.*] Athenis puerperis in cibum dabant, veluti τῶν ὠδίνων antipharmacum. Nicander brassicam veluti sacram, *μάντιν* vocavit. Apud Ananium, Teleclidem, Epicharmum, Eupolin in Baptis, jusjurandum per brassicam concipitur, quo modo Zeno per capparin jurabat. Rhodogin. cap. ult 27. Athenæus lib. 9. *Idem.*

quamplurimam ex oleo, & sale. Tormina, si decocta iterum decoquatur, addito oleo, sale, cumino, polenta. Si ita sumatur sine pane, magis profuturam. [a] Inter reliqua bilem [1] detrahi per vinum nigrum pota. Quin & urinam ejus qui brassicam esitaverit, [2] asservari, [b] calefactamque nervis remedio esse. Verba ipsius subjiciam, ad exprimendam sententiam: Pueros pusillos si laves ea urina, nunquam debiles fieri. Auribus quoque ex vino succum brassicæ tepidum instillari suadet. Idque etiam tarditati audientium prodesse asseverat. [c] [3] Et impetigines eadem sanari sine hulcere. Græcorum quoque opiniones jam & Catonis causa poni convenit, in iis duntaxat, quæ ille prætermiserit. Biles detrahere non percoctam putant. Item alvum solvere, eandemque bis coctam sistere. Vino adversari, ut inimicam vitibus. [d] Antecedente in cibis caveri ebrietatem, postea sumpta crapulam discuti. Hunc cibum & oculorum claritati conferre multum: succum vero [4] crudæ vel angulis tantum tactis cum Attico melle, plurimum. Facillime concoqui, ciboque eo sensus purgari. Erasistrati schola clamat, nihil esse utilius stomacho nervisque, ideo & paralyticis & tremulis dari jubet, & sangui-

1 detrahit. *Ch.*

2 adjuvari jubet. *Ch.*

3 Porcæ petigines. *Cato. Turn. id est*, vulvæ.

4 crudæ angulis, vel tantum tactis. *M.*

a *Inter reliqua, &c.*] In torminibus, citra febrem, post sumptam brassicam vinum atrum statim Cato dat, & ægrum ita cito sanum fieri asserit. Negligenter hæc Plinius. *Dalec.*

b *Calefactamque, &c.*] Locus hic monstrat legendum apud Catonem: *Et hoc, si quando usu venerit, qui nervis debilis erat, hac res sanum facere potest, &c.* Idem.

c *Et impetigines, &c.*] Depetiginem vocat Lucilius lib. 30.

Illuvies, scabies, oculos huic deque petigo
Conscendere.

Cato: *Depetigini pauca brassicam apponito, sanam faciet.* Idem.

d *Antecedente in, &c.*] Ab eo effectu Græci ἀκραίπαλον vocant, ut amygdalas amaras. Aristot. Problem. sect. 3. Plutarch. in sympos. In Georgicis Cassiani traditur Lycurgi lacrymis, quem Liber pater vitibus alligaverat, natam brassicam, eamque propterea vino adversari. Galen. lib. 1. κατὰ τόπους, ex Apollonio succum brassicæ laudat cum rosaceo & folium ejusdem aqua calida maceratum, & capiti circumpositum, in capitis dolore ex temulentia. Vide supra cap. 24. ult. lib. 17. infra cap. 1. lib. 24. *Idem.*

a *Purgatio-*

sanguinem excreantibus. Hippocrates cœliacis & dysentericis bis coctam cum sale. Item ad [1] tenesmon & renum causa; lactis quoque ubertatem puerperis hoc cibo fieri judicans, & [a] purgationem fœminis. [2] Crudus quidem caulis si mandatur, [b] partus quoque emortuos pellit. Apollodorus adversus fungorum venena semen aut succum bibendum censet. Philistion opisthotonicis succum ex lacte caprino cum sale & melle. Invenio & à podagra liberatos edendo eam, decoctæque jus bibendo. Hoc & cardiacis [3] datum & comitialibus morbis addito sale. [4] Item [5] spleneticis in vino albo per dies XL. Ictericis, nec non & phreneticis [6] radicis crudæ succum gargarizandum bibendumque demonstrat. Contra vero singultus cum coriandro & anetho, & melle ac pipere, ex aceto. Illitam quoque prodesse [7] inflationibus stomachi. Item serpentium ictibus & sordidis hulceribus, ac vetustis, vel ipsam aquam cum hordeacea [8] farina: succum ex aceto, vel cum fœno Græco. Sic aliqui & articulis, podagrisque imponunt. Epinyctidas, [9] ac quicquid aliud serpit in corpore, imposita levat. Item repentinas caligines: has & si manditur ex aceto. Suggillata vero & alios livores [10] pura illita. Lepras, & psoras cum alumine rotundo ex aceto. Sic [11] & fluentes capillos retinet. Epicharmus testium & genitalium malis hanc utilissime imponi asserit. Efficacius eandem cum faba trita. Item convulsis cum ruta. Contra ardorem febrium & stomachi [12] vitia cum rutæ semine: & ad secundas. Et muris aranei morsus, foliorum aridorum farina [13] alterutra parte exinanit. Ex omnibus brassicæ generibus

1 tenesmum. *Ch.*

2 Crudi quidem caules si mandantur. *M.*

3 datur. *V.*

4 Idem. *V.*

5 splenicis. *Ch.*

6 raucis. *Ch.*

7 inflammationibus. *V.*

8 farina. Succum ex aceto & fœno græco aliqui *Diosc.*

9 &. *Ch.*

10 cum sulphure. *V.*

11 effluentes. *Ch.*

12 vitia cum aceto, cum rutæ semine ad secundas, & muris aranei. *V.*

13 altius tumentes partes. *V.*

a *Purgationem fœminis.*] Decoctum potu menses & alvum ciet. Succus cum lolii farina inditus menses trahit. *Diosc.*

b *Partus quoque emortuos, &c.*] Flos in pesso subditus abortum facit. *Dal.*

a *Cyma.*]

neribus suavissima est [a] cyma, etsi inutilis habetur, difficilis in coquendo, & renibus contraria. Illud quoque non est omittendum, aquam decoctæ ad tot usus laudatam fœtere humi effusam. Stirpium brassicæ aridorum cinis, inter caustica intelligitur.
1 vetusto ac. Cb. Ad coxendicum dolores cum adipe [1] pervetusto. At cum lasere & aceto in vicem psilothri evulsis illitus pilis, nasci alios prohibet. Bibitur & cum oleo subfervefactus vel per se elixus ad convulsa & rupta intus, lapsumque ex alto. Nulla ergo sunt crimina brassicæ? imo vero apud eosdem animæ gravitatem facere, dentibus & gingivis nocere: & in Æ-
2 edi. V. gypto propter amaritudinem non [2] estur. Silvestris, sive erraticæ, immenso plus effectus laudat Cato, adeo ut aridæ quoque farinam in olfactorio
3 pulvere. Cato. collectam, vel [3] odore tantum naribus rapto, vitia earum graveolentiamque sanare affirmet. Hanc alii [b] petræam vocant, inimicissimam vino, quam præcipue vitis fugiat: aut si non possit fugere, moriatur. [c] Folia habet bina, parva, rotunda, lævia, plantis oleris similior, candidior sativa & hirsutior. Hanc inflationibus mederi, melancholicis quoque ac vulneribus recentibus, cum melle, ita ne solvantur ante diem septimum: strumis, fistulis, in aqua contritam, [d] Chrysippus auctor est. Et alii vero

a *Cyma.*] Dioscoridi lib. 2. cap. 146. τὸ κράμβης κύημα εὐστομαχώτερον μὲν, δριμύτερον δὲ, καὶ οὐρητικώτερον: *cyma utilior stomacho, sed acrior, & ad urinam ciendam efficacior:* κῦμα Græci dicunt, quasi κύημα. In fœminino tamen genere Plinius utitur. Cymas etiam πρωτοτόμους καυλοὺς vocant. Vide c. 8. lib. 9. Decoctum prototomi caulis ἀντιπαθῶς nephriticos sanare ex Antiocho Galenus testatur l 10. κατὰ τόπους. *Dalec.*

b *Petræam vocant.*]Quia in maritimis præruptis nascitur. Dioscor. *Idem.*

c *Folia habet bina.*] Plinius hic marinæ & silvestris historiam confundit. Folia rotunda, parva, lævia marinæ sunt. Nemo bina esse tradit. Res ipsa falsum esse hoc monstrat. Similitudo cum brassica hortensi, folia candidiora & hirsutiora quam in sativa, & (quod ait Dioscorides) amara silvestris brassicæ sunt. *Idem.*

d *Chrysippus auctor est. Et alii vero.*] Dictio *vero* expungenda, & conjunctionem *&* cum minore litera scriptam, adjunge

vero compeſcere mala corporis quæ ſerpant: [a] nomas vocant. Item excreſcentia abſumere. Cicatrices ad planum redigere. Oris hulcera & tonſillas manducatam & coctam ſucco gargarizato cum melle tollere. Item pſoras & lepras veteres, ipſius tribus partibus cum duabus aluminis in aceto acri illitis. Epicharmus ſatis eſſe eam contra canis rabioſi morſum imponi. Melius ſi cum laſere, & aceto acri. Necari quoque canes ea, ſi detur, ex carne. Semen ejus toſtum auxiliatur contra ſerpentes, [1] fungorumque venena, tauri ſanguinem. Folia cocta [2] ſpleneticis in cibo data, & cruda illita cum ſulphure & nitro proſunt. Item mammarum duritiæ. Radicum cinis uvæ in faucibus tumenti tactu medetur: & parotidas cum melle illitus reprimit: ſerpentium morſus ſanat. [b] Virium braſſicæ unum & magnum argumentum addemus & mirabile. Cruſtæ ſi occupent intus vaſa omnia, in quibus aquæ fervent in tantum, ut non ſit eas avellere, ſi braſſica in [3] iis decoquatur, abſcedunt. [c] Inter ſilveſtres braſſicas & lapſana eſt, pedalis altitudinis, hirſutis foliis, napi ſimillimis, niſi candidior eſſet flore. Coquitur in cibo. Alvum [4] leniter emollit. Marina braſſica vehementiſſime ex omnibus alvum ciet. Coquitur propter acrimoniam cum pingui carne, ſtomacho inimiciſſima. Scillarum in medicina alba eſt quæ maſculus, fœmina nigra.

1 fungos, tauri ſang. *Ch.*

2 ſpleni-cis. *Ch. hic & alias ſæpe.*

3 Iis. *Ch.*

4 lenit & mollit. *Ch.*

junge præcedentibus, ex codice antiquo. *Pint.*

a *Nomas vocant.*] Aliis multis locis ſic reddidit ἑρπητας Dioſcoridis. *Dalecamp.*

b *Virium braſſicæ unum & magnum argumentum addemus & mirabile. Cruſtæ ſi occupent intus vaſa omnia.*] Locus eſt corruptiſſimus, quem ſi non emendavero, ſuggeram tamen aliis emendandi materiam. In antiquo exemplari ad hunc modum legitur: *Virium braſſicæ unum & magnum argumentum addemus, à mirabile, cruſtæ occupant intus vaſa omnia.* Legendum fortaſſe, non *à mirabile*, ſed *ab atra bile.* Pint.

c *Inter ſilveſtres, &c.*] Silveſtria olera, Dioſc. Lampſanam ſive Ceram, braſſicam quoque ſilveſtrem ab Arcadibus vocatam fuiſſe ſcribit Theophr. cap. 15. lib. 9. hiſtor. Vide ſupra cap. 8. lib. 19. *Dalec.*

a *Utiliſſima*

nigra. Quæ candidissima fuerit, [a] utilissima erit. Huic aridis tunicis direptis [b] quod reliquum è vivo est, consectum [c] suspenditur lino [d] modicis intervallis. Postea [e] arida frusta in cadum aceti quam asperrimi pendentia [1] immerguntur, ita ne ulla parte vas contingant. [2](Hoc fit ante ante solstitium diebus XLVIII.) Gypso deinde oblitus cadus ponitur sub tegulis, totius diei Solem accipientibus. Post eum numerum dierum tollitur vas, scilla eximitur, acetum transfunditur. Hoc clariorem oculorum aciem facit. Salutare est stomachi laterumque doloribus, [3] parum sumptum binis diebus. Sed tanta vis est, ut avidius haustum tinctæ animæ momento aliquo speciem præbeat. Prodest & gingivis, & dentibus, vel per se commanducata. [4] Tineas & reliqua ventris animalia pellit ex aceto & melle sumpta. Linguæ quoque recens subjecta præstat, ne hydropici [5] sitim sentiant. Coquitur [6] plurimis modis: in olla, quæ conjiciatur in clibanum aut furnum, vel [f] adipe aut luto illita, aut frustatim in patinis. Et cruda siccatur, deinde conciditur, coquiturque in aceto, tum serpentium ictibus imponitur. Tosta quoque purgatur, & medium ejus iterum in aqua coquitur. Usus sic coctæ ad hydropicos. Ad urinam ciendam tribus obolis cum melle & aceto potæ. Item ad [7] splenericos & stomachi-

1 merguntur. *Cb.*

2 *In Cb. hæc clausula sequitur eam, cui hic præponitur, hoc modo:* Gypso deinde, &c. Hoc fit, &c.

3 paucum. *V.*

4 Tænias. *V.*

5 sitiant. *Cb.*

6 pluribus. *Cb.*

7 splenicos. *Cb.*

a *Utilissima erit.*] Ad parandum acetum scillinum. *Dalec.*

b *Quod reliquum è vivo est.*] Legendum reor, *quod reliquum è medio est.* ut non multo post, *Tosta quoque purgatur, & medium ejus iterum in aqua coquitur.* Videtur quoque suffragari Dioscorides lib. 2. de scylla agens: *Sumitur ex ea abjectis extimis cunctis partibus, quod maxime intimum est.* Pint.

c *Suspenditur.*] Et siccatur in umbra. *Dioscor.*

d *Modicis intervallis.*] XL. diebus. *Idem.*

e *Arida frusta.*]Mina in sextariis duodecim. *Idem.*

f *Adipe aut luto illita.*] Apud Dioscorid. est, τῷ σταίτι, quod eo loco significat, non τὴν πιμελὴν nempe aut sevum; aut adipem, sed farinæ aqua subactæ massam paratam ad panificium. Vulgus *pastam* vocat. Hesychius ζύμην, quasi fermentum dicas. Eadem incuria Plinius lapsus est cap. 6. lib. 33. *Dalec.*

a Si

ſtomachicos, [a] ſi non ſentiant hulcus, quibus [1] innatet cibus. Ad tormina, regios morbos, tuſſim veterem cum ſuſpirio. Diſcutit & foliis [2] ſtrumas, quadrinis [3] diebus ſoluta. Furfures capitis, & hulcera manantia illita [4] ex eo cocta. Coquitur & in melle cibi gratia, maxime uti coctionem facias. Sic & [b] interiora purgat. Rimas pedum ſanat in oleo cocta, & miſta reſinæ. Semen ejus lumborum dolori ex melle imponitur. [c] Pythagoras ſcillam in limine quoque januæ ſuſpenſam malorum medicamentorum introitum pellere tradit. [d] Cæterum bulbi ex aceto & ſulphure vulneribus in facie medentur. Per ſe vero triti nervorum contractioni, & ex

1 innatat. *Dal.*

2 ſtrumas: quadrinis diebus furfures capiti. *M.*

3 diebus ſola. Furfures. *V.*

4 ex oleo cocta. *Alii & Ch.*

a *Si non ſentiant hulcus.*] Cavendus ſcillæ uſus iis, quibus ulcerata ſunt interanea. *Dioſcor.*

b *Interiora purgat.*] Craſſa, γλοιώδη per alvum educit. *Dalec.*

c *Pythagoras ſcillam in limine quoque januæ ſuſpenſam, malorum medicamentorum introitum pellere tradit.*] Aliter in antiquo codice, etſi eodem ſenſu: *Pythagoras ſcillam quoque in limine januæ ſuſpenſam contra malorum, &c.* Hæc lectio ſi recipitur, ſcribendum erit in fine clauſulæ non *pellere*, ſed *pollere*. Nihilominus exiſtimo locum eſſe corroſum truncatumque, omiſſis aliquot verbis, atque adeo aliis inverſis. Apponam verba Theophraſti, unde hauſit Plinius, deinde aperiam ſententiam meam. Is igitur auctor, lib. 7. cap. 12. ita ſcribit: *Omnia igitur capitata radice vivacia majorem in modum ſentiuntur, ſed præcipue ſcilla, utpote quæ ſuſpenſa vivere poſſit, & quidem plurimum temporis. Poteſt etiam fructus recondendos ſervare, ut poma punica detracto pediculo: & ſatorum nonnulla celerius apud eam germinant. Traditur & ante portas ſatam remedio eſſe contra veneficiorum noxam.* Ex his Theophraſti verbis apparet aliquot in Plinio verba deeſſe. Lacunoſum igitur locum ad hunc modum fortaſſe reſtituemus: *Pythagoras ſcillam ſuſpenſam diu vivere: in limine quoque januæ ſatam, contra malorum medicamentorum introitum pollere tradit.* Nec me movet citari à Plinio Pythagoram, non Theophraſtum: potuit enim idem ab utroque prodi. *Pint.* *Pythagoras ſcillam, &c.*] Veneficia ſolitos arcere, expiareque noxios, priſcos homines ſcilla, oſtendunt hi verſus Hipponactis,

Βάλλοντες ἐν χειμῶνι, καὶ ῥαπίζοντες
Κράδῃσι, καὶ σκίλλῃσιν, ὥστε φαρ-
μακοῖς.

Projectas etiam ſtatuas, & ſimulacra, per contemptum inſultantes ſcilla impetebant. Theocritus in Thalyſiis:

Κ' ἢν μὲν ταῦθ' ἔρδῃς ὦ Πὰν φίλε,
μή τί τυ παῖδες
Ἀρκαδικοὶ σκίλλαισιν ὑπὸ πλευράς
τε καὶ ὤμους
Τανίκα μαστίσδοιεν, ὅτε κρέα τυτθὰ
παρείη.

Scillas prope ſepulchra etiam olim ſerebant. Unde proverbium, *Scillas ſepulchro evellere*, de amente & furioſo. Theocritus,

Σκίλλας ἰὼν γραίας ἀπὸ σάματος
αὐτίκα τίλλοις.

Dalec.

d *Cæterum bulbi ex aceto & ſulphure vulneribus in facie medentur.*] Scribo, *Cæteri bulbi ex aceto & ſulfure ulceribus in facie medentur*, ex vetuſto exemplari. *Pint.*

a *Rubentes*

ex vino porrigini: cum melle canum morsibus. [1] Erasistrato placet cum pice. Sanguinem idem eos sistere tradit illitos cum melle. Alii si è naribus fluat, coriandrum & farinam adjiciunt. Theodorus & lichenas ex aceto bulbis curat, & erumpentia in capite cum vino austero aut ovo. Et bulbos epiphoris idem illinit, & sic lippitudini medetur. Æque vitia quæ sunt in facie, eorum [a] rubentes maxime, in sole illiti cum melle & nitro emendant: lentiginem cum vino, [2] aut cucumi cocto. Vulneribus quoque mire prosunt per se, aut (ut Damion) ex mulso, si quinto die solvantur. Iisdem & auriculas fractas curat, [b] & testium pituitas. In articulorum doloribus miscent farinam. In vino cocti [3] illiti ventri, [4] duritiem præcordiorum emolliunt. Dysentericis in vino ex aqua cœlesti temperato dantur. Ad convulsa intus, cum silphio pilulis fabæ magnitudine. Ad sudorem tusi illinuntur. Nervis utiles: ideo & paralyticis dantur. Luxata in pedibus, qui sunt rufi ex his, citissime sanant cum melle & sale. Venerem maxime Megarici stimulant. [5] Hortensii partum cum sapa aut passo sumpti. Silvestres interaneorum plagas & vitia cum silphio pilulis devoratis sedant. Et sativorum semen contra phalangia bibitur in vino. Ipsi ex aceto illinuntur contra serpentium ictus. Semen antiqui bibendum insanientibus dabant. Flos bulborum tritus crurum maculas varietatesque igne factas emendat. Diocles oculos hebetari ab iis putat. Elixos assis minus utiles esse adjicit, & difficile concoqui ex vi uniuscujusque naturæ. Bulbinem Græci vocant herbam porraceis foliis, rubicundo bulbo. Hæc traditur

1 ut Eraf. *Dal.*

2 aut cymino cocti. V. cum aut cucumi *Cb.*

3 & illiti. V.

4 duritiam. *Cb.*

5 Esculenti. *Diosc.*

a *Rubentes maxime.*] Silvestres, quibus radicis cortex rubet. Infra cap. 10. l. 25. hoc genus *pericarpum* vocat. *Dalec.*

b *Et testium pituitas.*] Oedematosos, & flatuosos, serososve tumores. *Idem.*

a Et

traditur vulneribus mire utilis duntaxat recentibus. Bulbus, quem vomitorium vocant ab effectu, folia habet nigra, cæteris longiora.

CAP. X.

De asparagis, & corruda, & Libyco, [a] [1] *& orminio.* 1 & hormenia. V.

UTilissimus [2] stomacho cibus asparagi, ut traditur. Cumino quidem addito inflationes stomachi colique discutiunt, [3] iidem oculis claritatem afferunt. Ventrem leniter molliunt. Pectoris & spinæ doloribus intestinorumque vitiis prosunt, vino [4] cum coquuntur addito. Ad lumborum & renum dolores, semen trium obolorum pondere, [5] pari cumini bibitur. Venerem stimulant. Urinam cient utilissime, [6] præterquam quod [b] vesicam exhulcerant. Radix quoque plurimorum prædicatione trita, & ex vino albo pota, calculos quoque exturbat, lumborum & renum dolores sedat. Quidam & ad vulvæ dolorem radicem cum vino dulci propinant. Eadem in aceto decocta contra [7] elephantiasin proficit. Asparago trito [8] cum oleo perunctum pungi ab apibus negant. Silvestrem asparagum [9] aliqui corrudam, aliqui Libycum vocant, Attici [10] orminium. Hujus ad supra dicta omnia efficacior vis, [c] & candidiori major. Regium morbum extenuat. Veneris causa aquam eorum decoctam bibi jubent ad heminam. Ad idem & semen valet cum anetho, ternis [11] utrunque obolis. Datur & ad serpentium ictus succus decoctus.

2 Inter utilissimos stomachi cibos asparagi traduntur. Ch.
3 *Hæc clausula ultima in M. d.*
4 cum coquantur, adjecto. Ch.
5 partes Ch.
6 præter quod. M.
7 elephantiam. M.
8 ex. Ch.
9 aliqui corrudam, *in M. d.*
10 hormenium. V.
11 utriusque. Ch.

Radix

a *Et orminio.*] Hormenio ὁρμένιον, ἀπὸ τοῦ ὁρμᾶν, quia Venerem excitat, ἀφροδισιαστικόν ἐστι. Vide supra cap. 8. lib. 19. & Athenæum lib. 2. apud quem scribitur perpetuo cum ι, ὅρμινος & ὁρμίνιον. Porro apud Juvenal. Satyr. 7. *Afrorum hormenia* legendum est, ubi vulgo *epimenia*, vel *epimendia* legitur. Hormenium Avenionenses hodie vocant *Romieconin*, vocabulo ad Græcum nomen alludente. *Dalec.*

b *Vesicam exhulcerant.*] Præsertim corrudæ. *Idem.*

c *Et candidiori major.*] Candidiores nascuntur locis aridioribus. *Idem.*

a *Voss.*

a *Occidi*

Radix miscetur radici marathri inter efficacissima auxilia. Si sanguis per urinam reddatur, semen [1] asparagi, & apii, & cumini ternis obolis in vini cyathis duobus quinis diebus, Chrysippus dari jubet. [2] Sic & hydropicis contrarium esse, quamvis urinam moveat, docet: Item Veneri: Vesicæ quoque, nisi decoctum: quæ aqua si canibus detur, [a] occidi eos. In vino [3] decoctæ radicis succum, si ore contineatur, dentibus mederi.

1 & aspar. Ch.

2 Is &.

3 decoctum aqua. Si canibus. M.

Cap. XI.

De apio, & apiastro, & helioselino, & oreoselino.

Apio gratia vulgo est. Namque rami largis portionibus per jura innatant, & in condimentis peculiarem gratiam habent. Præterea [b] oculis illitum cum melle, ita ut subinde foveantur ferventi succo decocti aliisque membrorum epiphoris: per se tritum, aut cum pane, vel polenta impositum, mire auxiliatur. Pisces quoque si ægrotent in piscinis, apio viridi [4] recreantur. Verum apud eruditos non aliud erutum terra [c] in majore sententiarum [5] varietate est. Distinguitur sexu. Chrysippus fœminam esse dicit crispioribus foliis & duris, crasso caule, sapore acri & fervido. Dionysius nigriorem, brevioris radicis, vermiculos gignentem: Ambo neutrum ad cibos admittendum, [d] immo omnino nefas: [e] nam id defunctorum epulis feralibus dicatum

4 creatum. V.

5 autoritate. M.

a *Occidi eos.*] Dioscorides id tantum fama hominumque sermonibus vulgatum ait. *Dalec.*

b *Oculis.*] Inflammatis. Dioscor. *Idem.*

c *In majore, &c.*] Noxium sit, an innoxium. *Idem.*

d *Immo omnino nefas.*] Arnobius lib. 5. advers. gentes: *Oblivioni etiam sacra Corybantia donentur, in quibus sanctum mysterium illud traditur. Frater trucidatur à fratribus, interempti ex sanguine apium nascitur: prohibitum mensis olus illud apponi, ne à manibus mortui inexpiabilis contraheretur offensio.* Idem.

e *Nam id defunctorum, &c.*] Apud Plutarchum Timoleontis milites ad pugnam castris educti, mulis apium ferentibus obviis infaustum augurium putavere, quoniam apii coronæ sepulchris imponerentur, unde proverbii specie *apio egere* dicitur, qui periculosius ægrotat.

tum [1] esse, visus quoque claritati inimicum. Caule fœminæ vermiculos gigni. Ideoque eos qui ederint, sterilescere, [2] mares fœminasque. In [3] puerperiis vero ab eo cibo [a] comitiales fieri qui ubera hauriunt. Innocentiorem tamen esse marem. Eaque causa est, ne inter nefastos [4] frutices damnetur. [b] Mammarum duritiam impositis foliis emollit. Suaviores aquas potui incoctum præstat. Succo maxime radicis cum vino lumborum dolores mitigat. Eodem jure instillato gravitatem aurium. Semine urinam ciet, [5] menstrua ac secundos partus. Etsi foveantur semine decocto, sugillata reddit [6] colori. [c] Cum ovi albo illitum, aut ex aqua coctum potumque renibus medetur: In frigida tritum oris hulceribus. Semen cum vino, vel radix cum veteri vino vesicæ calculos frangunt. Semen datur & arquatis ex vino albo. [d] Apiastrum Hyginus quidem melissophyllon appellat. [7] Sed inconfessa damnatione est, venenatum in Sardinia. Contexenda enim sunt omnia, ex eodem nomine apud Græcos [8] pendentia. Olusatrum quod Hipposelinum vocant, adversatur scorpionibus. [e] Poto semine torminibus [9] interaneis medetur. Itemque [f] difficultatibus urinæ semen ejus decoctum ex mulso potum.

1 esse in *M. d.*
2 *Hæc duo verba in M. desunt.* mares fœminasve. *Ch.*
3 puerperis. *M. & Ch.*
4 frutex. *Ch.*
5 menstrua, secundas, ac partus. *Vet.* menstrua ac secundas, partus. *Ch.*
6 colorem. V.
7 Sed confessa. V.
8 splendentia. *M.*
9 interaneorum. V. & interaneis. *Ch.*

tat. Magius cap. 17. 2. Vide quod notatum in cap. 8. 19. & Alexand. ab Alex. cap. 7. 2. explicantem Ciceronis dictum, *prætextam sibi texi apio*, ubi quidam legunt *Appio*. & cap. 26. 5. *Dalec.*

a *Comitiales fieri, &c.*] Galenus in consilio pro epileptico apium in comitialibus & laudat & imperat. *Idem.*

b *Mammarum.*] Lacte concreto turgidarum, χυδελαύντων Dioscor. *Idem.*

c *Cum ovi albo illitum.*] Antiquum exemplar, *cum vino albo illitum.* Quam lectionem confirmant verba, quæ paulo infra sequuntur: *Semen datur & arquatis ex vino albo.* Pint.

d *Apiastrum Hyginus, &c.*] Apiastrum Hyginus melissophyllon appellat, non quod quicquam cognationis habeat cum apii generibus, sed ab apibus, quia gratissimum illis sit. Apiastrum vero tanquam apium silvestre, hic ranunculum secundum, sive sardinium vocatum fuisse Plinius, quod equidem sciam, solus tradit, negligenter sane & perturbate diversa hæc confundens. *Dalec.*

e *Poto semine torminibus interaneis medetur.*] *Potatum*, non *Poto*, in vet. cod. ut cum minore litera scriptum adjungatur superioribus. *Pint.*

f *Difficultatibus.*] Stillicidio, στραγγυρίαις. Dioscor. *Dalec.*

tum. [a] Radix ejus in vino decocta calculos pellit, & lumborum ac lateris dolores. Canis rabiosi morsibus potum & illitum medetur. Succus ejus algentes calefacit potus. Quartum genus ex eodem faciunt aliqui oreoselinon, [1] palmum alto frutice ac recto semine [b] cumino simile, urinæ & menstruis efficax. Heleoselino vis privata contra araneos. Sed & oreoselino fœminæ purgantur è vino.

1 palmum. d. in V. C.

CAP. XII. *De petroselino, & ocimo.*

ALIO genere petroselinon quidam appellant in saxis natum, præcipuum ad vomicas, cochlearibus binis succi additis in cyathum marrubii succi, atque [2] ita [3] aquæ calidæ tribus cyathis. Addidere quidam [4] buselinon, differens brevitate caulis à sativo & radicis colore russo, ejusdem effectus. [5] Prævalere contra serpentes potu & [6] linitu. Ocimum quoque Chrysippus graviter increpuit, inutile stomacho, urinæ, [c] oculorum quoque claritati. Præterea insaniam facere & lethargos & [7] jocinoris vitia: ideoque capras id aspernari, hominibus quoque fugiendum [8] censet. Addunt quidam, tritum si operiatur lapide, scorpionem gignere: [d] commanducatum & in sole positum, vermes afferre. [e] [9] Afri vero, si eo die feriatur quispiam à scorpione, quo ederit [10] ocimum, servari non posse. Quinimo tradunt aliqui manipulo ocimi cum cancris decem marinis

2 ita, in V. d.
3 caldæ aquæ. Ch.
4 & oposelinon. Manuscr.
5 prævalet. V. Peculiare, &c. potum & litum. Alii V.
6 linitum. M.
7 jocineris. Ch.
8 censens. Ch.
9 Alii. M.
10 ocimum, sanari. Quinimo. M.

a *Radix ejus in vino decocta.*] *Radix in vino cocta*, in eodem cætera superfluunt. & paulo post particula *ejus* redundat, legendumque *succus algentes calefacit potus*. Pint.

b *Cumino simile.*] Anetho, Theophrastus cap. 6. lib. 7. histor. foliis & ramulis cicutæ, Dioscor. apud quem pro καὶ κεφάλιον, legendum ὡς φύλλα. *Dalec.*

c *Oculorum quoque claritati.*] Copiosiore cibo. ἀμβλυωπὶς ἐστι Dioscoridi. *Idem.*

d *Commanducatum & in sole positum vermes afferre. Afri vero si eo die, &c.*] Scribo *commanducatum & in sole positum vermes. Affirmant vero si eo die, &c.* ex vetusto exemplari. *Pint.*

e *Afri vero.*] Contra Dioscorides ait, Afros credere, si feriatur scorpione, qui ocimum ederit, nullo dolore confli̇ctari. *Dalec.*

e *Epipheris.*]

marinis vel fluviatilibus trito, convenire ad id scorpiones [1] à proximo omnes [2] Diodorus in empiricis, etiam pediculos facere ocimi cibum. Secuta ætas acriter defendit: [3] nam id esse [4] capras. Nec cuiquam mentem [5] motam: & scorpionum terrestrium ictibus, [6] marinorumque venenis mederi ex vino addito [7] aceto exiguo. Usu quoque compertum deficientibus ex aceto odoratum salutare esse. Item lethargicis & inflammatis [8] refrigerationi. Illitum capitis doloribus cum rosaceo, aut myrteo, aut aceto: Item oculorum [a] epiphoris impositum ex vino. Stomacho quoque utile, [9] inflationes & ructum ex aceto dissolvere sumptum. Alvum sistere impositum, urinam ciere. Sic & morbo regio & hydropicis [10] prodesse. Choleras eo & distillationes stomachi inhiberi. Ergo etiam cœliacis Philistio dedit: & coctum dysentericis, [11] & colicis Plistonicus. Aliqui & in tenesmo & sanguinem excreantibus in vino, duritia quoque præcordiorum. Illinitur mammis, [b] extinguitque lactis proventum. Auribus utilissimum infantium, præcipue cum adipe anserino. Semen tritum & haustum naribus sternutamenta movet, & [c] distillationes [12] quoque capiti illitum: vulvas purgat in cibo, ex aceto. Verrucas misto [13] atramento sutorio tollit. Venerem stimulat. Ideo etiam equis asinisque [d] admissuræ tempore ingeritur.

1 ex. *Ch.*
2 Diodotus. *M.* & *Ch.*
3 nam, *in V. d.*
4 capras, nec minus quam mentham aut rutam. Scorpionum. *V.*
5 mutari. *M.*
6 Draconumque marinorum. *Ex Dioscor.*
7 aceti. *Ch.*
8 refrigerandis. *V.*
9 inflationis ructum. *M.*
10 prodesse etiam Cholericis. Eo distillationes. *M.* choleris distillationes, &c. *Ch.*
11 & contra plistonicum. *Ch.*
12 siccat capiti. *Ex Dioscor.*
13 æramento. *Ch.*

CAP.

a *Epiphoris.*] Doloribus, ex vino Chio. Dioscor. *Dalec.*

b *Extinguitque lactis, &c.*] Sumptum, lac evocat. Dioscor. *Idem.*

c *Distillationes, &c.*] De succo id Dioscorides tradit. *Idem.*

d *Admissuræ tempore ingeritur.*] Præter hæc Plinii, Plutarcho ocymum ab electro non trahitur, ut nec quæ oleo sunt illita. In Symposiac. *Idem.*

CAP. XIII.

De silvestri ocimo, & eruca, & nasturtio, & ruta.

[a] SIlvestri ocimo vis efficacior ad eadem omnia, peculiaris [b] ad vitia, quæ vomitionibus crebris contrahuntur. [1] Vomicisque [2] vulvæ, contraque bestiarum morsus radix in vino est efficacissima. Erucæ semen scorpionum venenis & muris aranei medetur. Bestiolas omnes innascentes [3] corpori arcet: Vitia cutis in facie cum melle illitum. Lentigines ex aceto. Cicatrices nigras reducit ad candorem cum felle bubulo. Ajunt verbera [4] subituris potum ex vino duritiam quandam contra sensum inducere. In condiendis obsoniis tanta est suavitas, ut Græci euzomon appellaverint. Putant sub trita eruca si foveantur, oculi claritatem restitui. Tussim infantium [5] sedari. Radix ejus in aqua decocta fracta ossa extrahit. Nam de Venere stimulanda diximus: tria folia silvestris erucæ sinistra manu decerpta, & trita in aqua mulsa si bibantur. E contrario [c] nasturtium Venerem inhibet, animum [6] exacuit. Ut diximus, [d] duo ejus genera. Alvum purgat, detrahit bilem [7] potum in aqua x. pondere.

1 vomicis, Cb.
2 contra bestiarum morsus radice efficacissima. M. vulvæ contra bestiarum morsus è vino radice efficacissima. Cb.
3 corpore, Cb.
4 subituros poto, &c induere. V. legitur & indueret in Cb.
5 sedere. Cb.
6 exacuit, ut diximus. Duo ejus genera. Album. V.
7 potum x. pondere in aquæ VII. Cb.

a *Silvestri ocimo.*] Sic Plinius appellare videtur ocymoides Dioscoridis: quanquam facultates à Plinio memoratas Dioscorides multas taceat. *Dalecampius*

b *Ad vitia.*] Ventriculi imbecillitatem. *Idem.*

c *Nasturtium Venerem inhibet.*] Dioscoridi Nasturtii semen *συνουσίαν παρορμᾷ*. Cassianus in Geoponicis c. 27. lib. 12. *κάρδαμον φησὶ ἀφροδισίων ἀφελκυστικὸν εἶναι*, sicut & Plinius. Κάρδαμον Græci vocant ἀπὸ τῆς καρδίας; quod cordatos & prudentes faciat. Ajunt enim τοὺς ἐσθίοντας κάρδαμον ὀξυτέρους τὴν διάνοιαν γίνεσθαι. Sputum & urinam inhibere iidem tradunt, ob validam siccandi vim: ideoque Persis in usu frequenti esse, qui mejere, spuere, mungi coram aliis turpissimum putant. Rhodiginus cap. 24. lib. 26. Vide supra cap. 8. lib. 19. Itaque Ammianus Marcellinus scribit, Persarum cadavera ob victus parsimoniam durescere stipitum more, nec in saniem liquari, nostra vero mox cæsa tabescere, ac putrescere, ut mortui nullius facies post quatriduum agnoscatur. *Idem.*

d *Duo ejus genera.*] Nempe silvestre & hortense, quod indicant quæ mox sequuntur, *Silvestri vero, &c.* Silvestris nullam Dioscorides mentionem facit, nec albi & nigri seminis. *Idem.*

a *Capitis*

dere. Cum lomento strumis illitum opertumque brassica præclare medetur. Alterum est nigrius, quod [a] capitis vitia purgat. Visum [1] compurgat. Commotas mentes sedat ex aceto sumptum. Lienem ex vino potum vel cum [2] fico. Tussim ex melle, si quotidie jejuni sumant. Semen ex vino omnia intestinorum animalia pellit efficacius addito mentastro. Prodest & contra suspiria & tussim cum origano & vino dulci. Pectoris doloribus decoctum in lacte caprino. Panos discutit cum pice, extrahitque [3] corpori aculeos. Et maculas illitum ex aceto: Contra carcinomata adjicitur ovorum album. Et lienibus illinitur ex aceto. Infantibus vero è melle utilissime. Sextius adjicit, ustum serpentes fugare, scorpionibus resistere. [b] Capitis dolores contrito & alopecias emendari addito sinapi, gravitatem aurium [4] trito imposito auribus cum fico. Dentium dolores infuso in aures succo. Porriginem & [c] hulcera capitis cum adipe anserino. Furunculos concoquit [d] cum fermento. Carbunculos ad suppurationem perducit, & rumpit. Phagedænas hulcerum expurgat cum melle. Coxendicibus & lumbis cum polenta ex aceto illinitur: Item licheni: Item unguibus scabris: quippe natura ejus caustica est. Optimum autem Babylonium. Silvestri vero ad omnia ea effectus major. In præcipuis autem medicaminibus ruta est. Latiora sativæ folia, rami fruticosiores. Silvestris [5] horrida ad effectum est, & ad omnia acrior. Succus exprimitur, tusa & aspersa modice aqua, & in [e] pyxide Cypria

1 quoque. Commotas. V. clarificat. Com. *Alii* V.

2 fico sumptum. *Ch.*

3 corpore V.

4 Trito & imp. *Alii.*

5 fervida. V.

a *Capitis vitia purgat.*] Sternutatione provocata. *Dalec.*

b *Capitis dolores contrito & alopecias emendari.*] In vetusto exemplari, *capitis dolori contraire, alopecias emendare.* Pint.

c *Hulcera.*] Dioscoridi favos purgat, τὰ κηρία. *Dalec.*

d *Cum fermento.*] Illitum cum muria. Dioscor. *Idem.*

e *Pyxide Cypria*] Æris Cyprii. *Idem.*

 a *Venenû*

Cypria asservatur. Hic copiosior datus [a] veneni [1] noxiam obtinet, in Macedonia maxime juxta flumen [2] Aliacmonem. Mirumque cicutæ succo extinguitur: adeo etiam venenorum venena sunt, quando cicutæ succus [b] prodest manibus colligentium rutam. Cætero inter prima miscetur antidotis, præcipueque [c] Galatica. Quæcunque autem ruta & per se pro antidoto valet, [d] foliis tritis, & ex vino sumptis. Contra aconitum maxime & viscum. Item fungos, sive in potu detur, sive in cibo. Simili modo contra serpentium ictus, utpote cum mustelæ dimicaturæ cum his, rutam prius edendo se muniant. [3] Valent & contra [4] scorpionum ictus, & araneorum, apum, crabronum, vesparum aculeos, & cantharidas, ac salamandras, canisve rabiosi morsus: acetabuli mensura succus è vino bibitur, & folia trita vel commanducata imponuntur cum melle & sale, vel cum aceto & pice decocta: [e] Succo vero perunctos aut eam habentes, negant feriri ab his maleficiis. Serpentesque, si uratur ruta, nidorem fugere. Efficacissima tamen est silvestris radix cum vino sumpta. Eandem adjiciunt efficaciorem esse sub dio potam. Pythagoras & in hac marem minoribus herbaceique coloris foliis à fœmina discrevit: eam lætioribus foliis & colore. [f] Idem oculis noxiam putavit falso, quoniam scalptores & pictores hoc cibo utuntur oculorum causa.

Cum

1 noxam. *M.*
2 Anacimum. *Ch.*
3 Valet. *V.*
4 scorpionum, & contra araneorum, &c. *ictus*, expuncta. *Ch.*

a *Veneni noxiam obtinet.*] De herba id Dioscor. non de succo. *Dalec.*

b *Prodest manibus, &c.*] Nam quod ait Columella cap. ult. lib. 11. nisi velata & tecta manu ruta tractetur, prurigo & tumor incessit, perniciosaque ulcera nascuntur. Dioscoridi vero, dum colligitur ad murias, præsertim montana, cutem inflat cum rubore, pruritu, & inflammatione vehementi. *Idem.*

c *Galatica.*] Silvestrem tantum rutam è Galatia Diosc. laudat. *Idem.*

d *Foliis tritis.*] De rutæ semine id Dioscorides, non de herba. *Idem.*

e *Succo vero perunctos, aut eam habentes, negant feriri ab his maleficiis.*] Melius in eodem, *Succo perunctos, aut etiam habentes, negant feriri ab his maleficiis.* & paulo post *potatam* legitur, non *potam*, & sæpius alias sic. *Pint.*

f *Idem oculis, &c.*] Graves oculorum dolores, περιωδυνίας. *Dalec.*

2 *Levit*

Cum pane quoque vel nasturtio sativæ atque [1] silvestris propter visum. Ut ajunt, multi succo ejus cum melle Attico inuncti discusserunt caligines, vel cum lacte mulieris puerum enixæ, vel puro succo angulis oculorum tactis. Epiphoras cum polenta imposito. [a] Lenit autem capitis dolores pota cum vino, aut cum aceto & rosaceo illita. Si vero sit cephalea, cum farina hordeacea, & aceto. Eadem cruditates discutit, mox inflationes, [2] dolores stomachi veteres. Vulvas aperit, corrigitque conversas [3] illita in melle toto ventre & pectore. Hydropicis cum [4] ficu, & decocta ad dimidias partes, potaque ex vino. Sic bibitur & ad pectoris dolores, laterumque & lumborum, tusses, suspiria: pulmonum, jocinerum, renum vitia, [b] horrores frigidos. Ad [5] crapulæ gravedines decoquuntur folia poturis. Et in cibo vel cruda, vel decocta conditave prodest. Item torminibus in hyssopo decocta, & cum vino. [c] Sic & sanguinem sistit [6] interiorem & narium indita, sic & collutis dentibus prodest. Auribus quoque in dolore succus infunditur, custodito, ut diximus, modo. E silvestri vero [7] contra tarditatem & sonitum cum rosaceo, vel cum laureo oleo, aut cumino & melle. Succus & phreneticis ex aceto tritæ instillatur in tempora & cerebrum. Adjecerunt aliqui & serpillum, & laurum, illinentes capita, & colla. Dederunt & lethargicis ex aceto olfaciendum. Dederunt & comitialibus bibendum decoctæ [8] succum in cyathis quatuor ante accessiones, quarum frigus intolerabile

1 silvestris succo, multi, ut ajunt, propter visum cum melle. V.

2 & dolores. *Dal.*

3 illito cum. V.

4 fico. *Ch.*

5 crapulam & gravedines. V.

6 interioribus indita. *V. Alii ex Diosc.* sistit, trita & naribus indita.

7 contra tarditatem vero sonitusque. *Ch.*

8 succum cyathis quatuor & ante. V.

a *Lenit autem capitis dolores.*] Scribo, *Epiphoras cum polenta imposita lenit. Item capitis dolores.* Pint.

b *Horrores frigidos.*] Febrium, circuitu repetentes. Diosc. *Dalec.*

c *Sic & sanguinem sistit interiorem & narium indita.*] Desideratur verbum *tussim: & narium indita tussim.* Minus vero male legetur commutatis verbis, deinde etiam correctis: *Sic & sanguinem sistit narium, & intra os indita tussim.* Pint.

bile est: alsiosisque crudam in cibo. Urinam quoque vel cruentam pellit. Fœminarum etiam purgationes, secundasque, etiam emortuos partus, ut Hippocrati videtur, ex vino dulci nigro pota. Itaque [1] illitam & vulvarum causa etiam suffire jubet. Diocles & cardiacis imponit ex aceto & melle cum farina hordeacea. Et contra ileum decocta farina in oleo, & velleribus collecta. Multi vero & contra purulentas excreationes siccæ drachmas duas, sulphuris unam & dimidiam sumi censent: Et contra cruentas, ramos tres in vino decoctos. Datur & dysentericis cum caseo in vino contrita. Dederunt & cum bitumine infriatam potioni propter anhelitum. Ex alto lapsis [2] seminis tres [a] uncias. Olei libra vinique sextario illinitur cum oleo coctis foliis [3] partibus quas [b] frigus adusserit. Si urina movet (ut Hippocrati videtur) mirum est quosdam dare velut inhibentem [4] potui contra incontinentiam urinæ. Psoras & lepras cum melle & alumine illita emendat. Item vitiligines, verrucas, strumas, & similia, cum strychno [5] & adipe suillo ac taurino sevo. Item ignem sacrum ex aceto & oleo, vel psimmythio: carbunculum ex aceto. Nonnulli laserpitium una illini jubent, sine quo epinyctidas pustulas curant. Imponunt & mammis turgentibus decoctam, & pituitæ [c] eruptionibus cum cera. [d] Testium vero epiphoris cum ramis laureæ [6] teneris,

1 illini & vul. caus. et. suffiri. V.

2 drachmas. V. obolos. Alii V.

3 artubus quos. M.

4 potu. V.

5 cum adipe suillo, hircino, ac taurino. V.

6 teneris. Adeo pecularis est in visc. his effectus. M.

a *Seminis tres uncias.*] Ut fundatur ac liquetur sanguis, qui concretus est. *Dal.*

b *Frigus adusserit.*] Adurere frigus dicitur, quoniam quæ ejus vehementia moriuntur, extincto suo calore, nigrescant perinde ac igne exusta. Virgil. 1. Georg.

------ aut Boreæ penetrabile frigus adurat.

Lucanus;

Urebant montana nives.

Tacitus 3. *Ambusti multorum artus vi frigoris, & quidam inter excubias exanimati sunt.* Quod *penetrabile frigus* dixit Virgilius, id Lucretius nunc *penetrale* vocat, nunc *manale*. Magius cap. 17. lib. 1. *Idem.*

c *Eruptionibus, &c.*] Τοῖς ἐξανθήμασιν, eruptionibus papularum, cum myrto & cerato. Dioscor. *Idem.*

d *Testium vero epiphoris cum ramis laurea teneris.*] Verbum *vero* delendum: & *lauri* lege, non *laurea*, ex archetypo nostro. *Pint.*

2 *Ramos,*

neris, adeo peculiari in visceribus his effectu, ut silvestri ruta cum axungia veteri illitos [a] ramices sanari prodant. Fracta quoque membra semine trito cum cera imposito. Radix rutæ sanguinem oculis suffusum, & toto corpore cicatrices aut maculas illita emendat. Ex [1] reliquis quæ traduntur, mirum est, cum ferventem rutæ naturam esse conveniat, fasciculum ejus in rosaceo decoctum addita uncia aloës, perunctis sudorem reprimere. Itemque [b] [2] generationes impediri hoc cibo, ideo [3] profluvio genitali datur, & Venerem crebro per somnia imaginantibus. Præcavendum est gravidis abstineant hoc cibo: necari enim partus invenio. Eadem ex omnibus satis quadrupedum quoque morbis in maximo usu est, sive difficile spirantibus, sive contra maleficorum animalium ictus, infusa per nares ex vino: aut si [4] sanguisuga exhauserit, ex aceto: & [5] quocunque in simili morborum genere, ut in homine [6] temperato.

1 reliquis quoque quæ. M.
2 generationem impedire. Ch.
3 in profl. Ch.
4 sanguisugam hauserint.
5 in quoc. simili. V.
6 temperata. V.

CAP. XIV.

De mentastro, & menta, & pulegio, & nepeta, & de cumino.

MEntastrum silvestris menta est, [c] differens specie foliorum quasi figura ocimi, [d] pulegii colore.

a *Ramices, &c.*] Sic herniam carnosam testium τὴν σαρκοκήλην vocat. Ramices autem, pulmonis venas Plautus vocat in Mercatore:

— *Tua causa rupi ramices: jamdudum sputo sanguinem.*

Char. *Resinam ex melle Ægyptiam vorato: salvum feceris.*

In Pœnulo:

Tua causa nemo nostrum est rupturus ramices.

Herniam ἀπὸ τοῦ ἔρνους, & ramicem à ramo, per lasciviam appellarunt, quod intestinum, cum in scrotum descendit, ramum facere videatur. *Scaliger.*

b *Generationes impediri.*] Inde πήγανον ea dicitur, ὅτι πηγνύει τὴν γονήν, quoniam genituram densat & spissat. *Dalec.*

c *Differens specie foliorum quasi figura ocimi.*] Scribo, *differens specie foliorum quæ sunt figura ocimi*, ex antiquo codice. *Pint.*

d *Pulegii colore*] *Dictamni.* Rond. Nam dictamno, ut ementhastro folia lomentosa, cana, alba: pulegio vero minime talia. At cum Dioscorides hæc de secundo calaminthes genere ad verbum

[1] colore. Propter quod quidam ſilveſtre pulegium vocant. [a] Iis commanducatis & impoſitis ſanari elephantiaſin, Magni Pompeii ætate, fortuito cujuſdam experimento propter [2] pudorem facie illita compertum eſt. Eadem illinuntur bibunturque adverſus ſcolopendras, & ſerpentium ictus, drachmis duabus in vini cyathis duobus. Adverſus ſcorpionum ictus cum ſale, oleo, & aceto. Item adverſus ſcolopendras jus decocti, [3] adverſuſque omnia venena ſervantur folia arida, ad farinæ modum. Subſtratum vel accenſum [4] fugat ſcorpiones. Potum fœminas purgat à partu: ſed partus [5] necat. Orthnopoicis, torminibus [6] cholericis efficaciſſimum: item lumbis, podagris impoſitum. Succus auribus verminoſis inſtillatur. In regio morbo bibitur. Strumis illinitur. Somnia Veneris inhibet. Tineas pellit [7] ex aceto potum. Contra porriginem ex aceto infunditur capiti in Sole. Mentæ ipſius odor animum excitat, & ſapor aviditatem in cibis, [b] ideo embammatum miſturæ familiaris. Ipſa aceſcere [c] aut coire [8] denſareque lac non patitur. Quare lactis potionibus additur, ne hujus coagulati potu ſtrangulentur. [9] Datur in aqua aut mulſo: eadem vi [d] reſiſtere & generationi creditur, [10] cohibendo [11] genitalia denſari. Æque maribus

1 odore. *Dioſc.*
2 putorem. *M.*
3 Adverſus omnia. *M.*
4 fugat etiam. *Ch.*
5 necat. Ruptis, convulſis, ſed parcius orthopnoicis. *M.*
6 choleris. *Ch.*
7 cum ſale & melle. *Dioſc.*
8 denſarique. *D. ut paulo poſt*, deſerique. *Ch.*
9 Datæ. *M. & Ch.*
10 prohibendo genituram denſari æque maribus ac fœminis. Siſtit ſang. *V.*
11 genitali. *Ch.*

bum ſcripſerit, & de trium calaminthes ſpecierum facultate in univerſum tradiderit, quæ Plinius de menthaſtri viribus prodit, rerum ignoratione menthaſtrum cum primo calaminthes genere, quod foliis eſt ocymi, & cum ſecundo, quod foliis eſt pulegii, confudiſſe arbitror Plinium vocibus *μίνθης* & *καλαμίνθης* deceptum. *Dalec.*

a *Iis commanducatis, &c.*] Dioſcoridi calamintha eſitata prodeſt elephanticis, ſi lactis ſerum poſtea bibatur. *Idem.*

b *Ideo embammatum miſturæ, &c.*] Embammata Græce vocantur intinctus, ad excitandam orexim inventi. *Gelen.*

c *Aut coire, &c.*] Caſſianus cap. 24. lib. 12. Geoponicon, injecta mentha lacti ſpiſſari prohibet, etiamſi coagulum immittatur Idem rebus Venereis incommodam eſſe tradit, quemadmodum & Hippocrates lib. 2. τῆς διαίτης & Ariſtot. Problemate 2. ſect. 20. contra quam Dioſcorides ſcripſit τὰ ἀφροδίσια ἐρεθίζειν. *Dalec.*

d *Reſiſtere & generationi creditur.*] Vulvæ ante coitum admota conceptum impedit. Dioſc. Idipſum ſcripſit & Hippocrates lib. 2. de diæta. *Idem.*

a *Voci*

ribus ac fœminis sistit sanguinem: & purgationes [1] fœminarum inhibet. Cum amylo ex aqua pota, cœliacorum impetus. Syriation & vomicas vulvæ curavit. Ille & jocinorum vitia ternis obolis ex mulso datis. Item sanguinem excreantibus in sorbitionem. Hulcera in capite infantium mire sanat. Arterias humidas siccat, siccas astringit. Pituitas corruptas purgat in mulso & aqua. [a] Voci succus sub certamine utilis duntaxat, qui & [2] gargarizatur uva tumente, adjecta ruta & coriandro ex lacte. Utilis & contra tonsillas cum alumine, linguæ asperæ cum melle. Ad convulsa intus per se vitiisque pulmonis. Singultus [3] & vomitiones sistit [b] cum succo granati, ut Democritus monstrat. Recentis succus narium vitia spiritu [4] subductus emendat. Ipsa trita choleras, in aceto quidem pota. Sanguinis fluxiones intus. Ileum etiam imposita cum polenta: & si mammæ tendantur. Illinitur & temporibus in capitis dolore. Sumitur & contra scolopendras, & scorpiones marinos, & ad serpentes. Epiphoris [5] illinitur, & omnibus in capite eruptionibus: item sedis vitiis. Intertrigines quoque, vel si teneatur tantum, prohibet. Auribus cum [6] mulso instillatur. Ajunt & lieni mederi eam in horto gustatam, ita ne vellatur: si is qui mordeat, dicat se lieni mederi, per dies IX. Aridæ quoque farinam tribus digitis apprehensam, & stomachi dolorem sedare in aqua: & similiter [7] aspersam in potionem, ventris animalia expellere. Magna societas cum hac ad recreandos defectos animo pulegio [8] cum surculis suis in ampullas vitreas aceti [9] utrisque dejectis. Qua de causa dignior

1 fœminarum. Inhibet cum am. *M.*

2 gargaridiatur. *Gb.*

3 ut. *Gb.*

4 subducto. *V.*

5 linitur. *Gb.*

6 mulsa. *Diosc.*

7 aspera potione. *Gb.*

8 surculis in amp. *V.*

9 utriusque. *M.*

a *Voci succus, &c.*] Musicorum & Φωνάσκων. Juvat autem, quia fluxionem sistit in fauces euntem, & raucedines efficientem. *Dalec.*

b *Cum succo granati.*] Ternis ramulis potis cum succo granati acidi. Diosc. *Idem.*

a Fœmina

1 Varroni, quam è rosâ. *Cb.*
2 Fœminæ efficacius. *Cb.*
3 intercisiones sistit. *CM.*
4 menstrua. Secundas & vulvas *V.*
5 defunctis. *Cb.*
6 olfactum. *Cb.*
7 omnino tractetur. *V.* confricetur. *Pint.*
8 infricatur. *Cb.*
9 & in opisth. *V.* in op. *Cb.*
10 culices. *V.*

gnior è pulegio corona [1] vertigini, quam è rosis, cubiculis nostris pronunciata est. Nam & capitis dolores imposita dicitur levare. Quin & olfactu capita tueri contra frigorum æstusque injuriam, & ab siti traditur: neque æstuare eos, qui duos è pulegio surculos impositos auribus in sole habeant. Illinitur etiam in doloribus cum polenta & aceto. [a] [2] Fœmina efficacior. Est autem hæc flore purpureo. Mas candidum habet. Nauseas cum sale & polenta in frigida aqua pota inhibet. Sic & pectoris ac ventris dolorem. Stomachi autem ex aqua [3] item rosiones sistit, & vomitiones cum aceto & polenta. Intestinorum vitia melle decocta & nitro sanat. Urinam pellit ex vino: & si ammineum sit, & calculos & interiores omnes dolores. Ex melle & aceto sedat [4] menstrua, & secundas. Vulvas conversas corrigit. [5] Defunctos partus ejicit. Semen obmutescentibus [6] olfactu admovetur. Comitialibus in aceto cyathi mensura datur. [b] Si aquæ insalubres bibendæ sint, tritum aspergitur. [c] Salsitudines corporis, si [7] cum vino tradatur, minuit. Nervorum causa & in contractione cum sale & aceto & melle [8] confricatur [9] opisthotono. Bibitur ad serpentium ictus decoctum: ad scorpionum in vino tritum, maxime quod in siccis nascitur. Ad oris exulcerationes, [d] ad tussim efficax habetur. Flos recentis incensus, [10] pulices necat odore. Xenocrates pulegii ramum lana involutum, in tertianis ante accessionem olfactandum dari, aut stragulis

a *Fœmina efficacior.*] De hac maris & fœminæ distinctione nihil Dioscorides. *Dalec.*

b *Si aquæ, &c.*] Præsertim si pigræ & stagnantes. *Idem.*

c *Salsitudines corporis.*] Pruritus à salsa pituita concitatos. Suspicor in exemplari Græco fuisse ἀλύκας, id est, *anxietates*, quas Hippocrates Aphor. 56. lib. 7. discuti ait vino, pari aquæ portione diluto, eamque vocem inepte à Plinio *salsitudinem* versam fuisse. *Idem.*

d *Ad tussim efficax habetur.*] *Habentis*, non *habetur*, in V. C. Scribo, *habenti*, hoc est, si duntaxat habeatur, ut sæpe alias Plinius. *Pint.*

a Unde

gulis subjici, & ita collocari ægrum, inter remedia tradit. Silvestri ad eadem vis efficacior est, quod simile est [1]origano minoribus foliis, quam sativum: & à quibusdam [2]dictamnus vocatur. Gustatum à pecore caprisque, balatum concitat. [a] Unde quidam Græci literas mutantes [3]blechon vocaverunt. Natura tam fervens est, ut illitas partes exhulceret. [b] [4]In tussi ex perfrictione fricari ante balnea convenit, & ante accessionum [5]horrorem convulsis & torminibus. Podagris mire prodest. [c] Hepaticis cum melle [d] & sale bibendum datur, pulmonum vitia excreabilia facit. Ad lienem cum sale utile est, & vesicæ, & suspiriis & inflationibus, [6]decoctum succo æqualiter: & vulvas corrigit: & contra scolopendram terrestrem vel marinam, item [7]scorpiones: privatimque valet contra hominis morsum. Radix contra [e] increscentia hulcera

1 pulegio, sed folio majore. *Diosc.*
2 dictamnum. *V.* dictamnos. *Ch.*
3 blechona. *M.* *litera mutata*, blechonen. *Ch.*
4 Tussi inter frictiones fric. ante balinea. *Ch.*
5 horrorem. Convul. torm. & podag. *D.*
6 decoctum. Succus æqualiter & vul. *Dal.*
7 scorpiones valet, privatimque contra. *Dal.*

a *Unde quidam Græci literas mutantes, blechon vocaverunt.*] Scribo, *Unde quidam Græci litera mutata blechonen vocaverunt*, ex vetusto codice rectius. una enim tantum litera est, quæ mutatur, g in *b*. *glechon* enim vulgo dicta, ab aliis *blechon* vocata. Est autem locus ex Dioscoride sumptus; cujus interpretes Hermolaus & Marcellus verba Plinii depravata verbis Dioscoridis immiscentes, cum in Græcis exemplaribus non habeantur, haud sane recte fecerunt. Neque enim fidus interpres hujusmodi licentiam sibi assumere debet, perniciosam literis, & mali exempli: quo nomine à Marcello Hermolaus, & Marcellus ab aliis, nec injuria, reprehensi sunt. Illud vero notandum, in codicibus Dioscoridis impressis primæ & secundæ editionis: item in Aëtio lib. 1. & Galeno VI. de simplicium facultate, mendose *glichon* cum *i* in prima syllaba scriptum esse, cum scribi debeat cum *e*, *glechon*, sicque habeat Paulus Ægineta pergamena charta scriptus & vetus l. 7. & Oribasius lib. 2. etiam scriptus, quo utroque utor domesticis. Theophrastus quoque *glechon* nominat cum *e*, in 7. quam dictionem cur Theodorus intactam reliquerit nescio, cum in aliis vertendis sit plus nimio audax. Denique & Marcellus & Hermolaus tam in Dioscoride, quam in Corollario, & docti omnes non aliter proferunt. *Pint.*

b *In tussi ex perfrictione fricari ante balnea convenit.*]Scribe, *Tusso in perfrictiones fricari, &c.* ex eodem. *Idem.*

c *Hepaticis cum melle & sale bibendum datur.*] In eodem non *epaticis* legitur, sed *pasticis*. lego: *spasticis*, hoc est, convulsis. Dioscorides lib. 3. cap. de pulegio: *Cum melle*, inquit, *& aloë pulmonum vitia excreabilia facit: convulsis succurrit.* Ex quibus Dioscoridis verbis adducor, ut putem legendum hic potius *aloë* quam *sale*. Idem.

d *Et sale, &c.*] Inepte apud Dioscoridem, μετ' ἁλόης καὶ μέλιτος ποθεῖσα ἀνάγει τὰ ἐκ πνεύμονος: legendum enim μεθ' ἄλος. *Cornarius.*

e *Increscentia hulcera.*] In quibus caro supra modum excrescit. *Dalec.*

a Item

hulcera recens potentissima. Arida vero cicatricibus decorem affert. [a] Item pulegio est nepetæque societas. Decocta enim in aqua ad tertias discutiunt [b] frigora, mulierumque menstruis prosunt. Et æstate sedant calores. Nepeta quoque vires contra serpentes habet. Fumum ex ea nidoremque fugiunt, quam & substernere in metu [1] obdormituris utile est. Tusa ægilopis imponitur, & capitis doloribus recens cum tertia parte panis temperata aceto illinitur. Succus ejus instillatus naribus supinis, profluvium sanguinis sistit. Item radix, [2] quæ cum myrti semine in passo tepido gargarizata anginis medetur. Cuminum silvestre est prætenue, quaternis aut quinis foliis veluti serratis. Sed & sativo magnus usus, in stomachi præcipue remediis. Discutit [c] pituitas & inflationes, tritum & cum pane sumptum, vel potum ex aqua vinoque tormina quoque & intestinorum dolores. Veruntamen omne [d] pallorem bibentibus gignit. Ita certa ferunt Porcii Latronis clari inter magistros dicendi adsectatores similitudinem [3] coloris studiis contracti imitatos: & paulo ante Julium Vindicem [e] adsertorem illum à Nerone libertatis, [f] captatione [4] testamenti sic lenocinatum. Narium sanguinem pastillis inditum vel ex aceto recens sistit. Et

1 eo dormituri. *Gb.*

2 quæ cum semine in balneo garg. *M.*

3 pulsoris.

4 testamentis. *Gb.*

a *Item pulegio est nepetaque societas.*] Scribo, *iterum pulegio est, &c.* ex apographo nostro. recte. refertur enim illud *iterum*, ad verba quæ ante in hoc capite dicta sunt: *Magna societas ad recreandos defectus animi pulegio.* Pint.

b *Frigora.*] Quæ accessionum febrilium principiis invadunt. *Dalec.*

c *Pituitas.*] Vaporosos & crassos spiritus è pituita genitos. *Idem.*

d *Pallorem bibentibus gignit.*] Horat. epist. 3. lib. 1.

---- *quod si*
Pallorem casu, biberent exangue cuminum.

Pallens cuminum vocat & Persius Satyr. 5. *Idem.*

e *Adsertorem illum.*] Is cum Gallias pro prætore regeret, à Nerone primus omnium, qui exercitibus præerant, defecit. Sueton. in Ner. *Idem.*

f *Captatione testamenti.*] In captatione testamenti (cum ejus testamentum, ac hæreditatem Nero captaret) sic lenocinatum fuisse, Neronis cupiditati & voluptati obsecutum, ut ejus amicitia & benevolentia summos honorum gradus consequeretur, dum pallido colore simularet adversa valetudine se premi, qua brevi periret. *Idem.*

a *Tumenti-*

[1] Et oculorum epiphoris per se impositum, [a] tumentibus cum melle prodest. Infantibus imponi in [2] ventre satis est. Morbo regio in vino albo à balineis datur.

1 Testiculorum. Diosc.

2 ventrali. Dal.

CAP. XV.

De cumino Æthiopico, quod urinam stringit, & de cappari, & de ligustico sive panace, & cunila bubula.

[b] ÆThiopicum maxime in posca, & in [3] ligmate cum melle: Africano paulatim urinæ [c] incontinentiam cohiberi putant. Sativum datur ad jocineris vitia tostum, tritum in aceto. Item ad vertiginem. Iis vero quos [4] acriore vi urina mordeat, [d] in dulci tritum vino. Ad vulvarum vitia [e] in vino: præterque impositis vellere foliis: [f] testium tumoribus, tostum, tritumque cum melle, aut cum rosaceo & cera. Silvestre ad omnia eadem efficacius. Præterea ad serpentes cum oleo, ad scorpiones, ad scolopendras. [g] Sistit & vomitionem nauseasque ex vino, quantum apprehenderint tres digiti. Propter colum quoque bibitur illiniturque, vel penicillis fervens [5] adprimitur fasciis. Strangulationes vulvæ potum in vino aperit, tribus drachmis in tribus cyathis vini. Auribus instillatur

3 eclegmate. V.

4 acrierum urinis. Ch.

5 adstringitur. M.

a *Tumentibus.*] Hernia præsertim aquosa, vel flatuosa. *Dalec.*

b *Æthiopicum maxime in posca illinitur.*] Aliter in nostro exemplari: *His Æthiopicum maxime in posca & in ligmate.* scribo *& in eclegmate.* Pint. *Æthiopicum maxime, &c.*] Hodie etiamnum è Melita cumini genera duo afferunt: alterum acrimoniæ vehementioris, subnigrum, quod vocant *Commin fort*: alterum candicans, gustus lenioris, subdulce, quod appellant *Commin doux* (ab Hippocrate regium hoc vocari ait Dioscorides:) ea diversitate quæ in fœniculo dulci sativo, & acri silvestri spectatur. *Dalec.*

c *Incontinentiam.*] Ἀκρατείαν. Nec de hac facultate Dioscorides quicquam prodidit, nec de cumino Africano. *Idem.*

d *In dulci tritum vino.*] Τῷ γλυκεῖ, vino passo. *Idem.*

e *In vino.*] Ore sumptum. *Idem.*

f *Testium tumoribus.*] Dioscoridi cuminum sativum prodest collectionibus testiculorum, admotum cum uva passa, aut lolii farina, & cerato. Silvestre vero eidem morbo cum melle & uva passa. *Idem.*

g *Sistit & vomitionem, &c.*] Singultui & stomacho fluctuantis humoris copia exsoluto confert. *Diosc.*

latur ad sonitus atque tinnitus cum [1] sevo vitulino, vel melle. Suggillatis illinitur cum melle, & uva passa, & aceto. Lentigini nigræ ex aceto. Est cumino simillimum, quod Græci vocant ammi. Quidam vero Æthiopicum cuminum id esse existimant. Hippocrates [a] regium appellat, [b] videlicet, quia efficacius in Ægypto judicavit. Plerique alterius naturæ in totum putant, quoniam sit exilius & candidius. Similis autem & huic usus: Nanque & panibus Alexandrinis [2] subditur, & [3] condimentis interponitur. Inflationes & tormina discutit. [4] Urinam & menstrua ciet. Suggillata & oculorum epiphoras mitigat. Cum lini semine scorpionum ictus in vino potum drachmis duabus, privatimque cerastarum, cum pari portione [5] myrrhæ. Colorem quoque bibentium similiter mutat in pallorem. Suffitum cum uva passa & resina, [6] vulvas purgat. Tradunt facilius concipere eas, quæ odorentur id per coitum. De cappari satis diximus inter peregrinos frutices. Non utendum transmarino: innocentius Italicum est. Ferunt, eos qui quotidie id edunt, paralysi non periclitari, nec lienis doloribus. Radix ejus vitiligines albas tollit, si [7] trita in Sole fricentur. [8] Spleneticis prodest in vino potus radicis cortex duabus drachmis, [c] dempto balinearum usu. Feruntque [d] XXXV. diebus per urinam & alvum totum lienem emitti. Bibitur in lumborum doloribus ac paralysi. Dentium dolores sedat tritum ex aceto semen [9] decoctum, vel mandu-

1 sebo. Ch.
2 subigitur. V.
3 alimentis. M.
4 urinas. Ch.
5 myrrnæ. Ch.
6 vulvam. Ch.
7 tritæ. Ch.
8 Splenicis. Ch.
9 vel decoctum. Ch.

a *Regium appellat.*] Quæ regum imperio paret. Probabilius est sic dictum per [illegible], quod regia mensa dignum esset. *Dalec.*

b *Videlicet quia efficacius in Ægypto judicavit.*] Præpositio *in* non habetur in V.C. quare sic lego, *videlicet quia efficacius Ægyptio judicavit.* Pint.

c *Dempto balinearum usu.*] Ne splenetici medicamenti vim ab interioribus visceribus ad externas partes evocent, & sic impediant. *Dalec.*

d XXXV. *diebus*] Quadraginta diebus lienem absumi, cruentasque urinas reddi, & alvi purgamenta. *Dioscor.*

a *Sil*

manducata radix. Infunditur & aurium dolori decoctum oleo. Hulcera quæ phagedænas vocant, folia & radix recens cum melle sanant. [a] Sic & strumas discutit radix: parotidas [1] vermiculosque cocta in aqua. [b] Jocineris quoque malis medetur. Dant & ad [2] tineas in aceto & melle. Oris exhulcerationes in aceto decocta tollit, stomacho [3] inutiles esse inter auctores convenit. Ligusticum (aliqui [c] panacem vocant) stomacho [4] inutile est. Item convulsionibus & inflationibus. [d] Sunt & qui cunilam bubulam appellaverint, ut diximus, falso.

1 auriumque vermiculos. V.

2 tænias. Ch.

3 inutilem. V.

4 utile. V. & ex Dioscor. nam coctionem juvat. Legitur &, utile, in Ch.

CAP. XVI.

Item de cunila bubula, gallinacea sive origano heracleotico, cunilagine molli, libanotide, cunila sativa & montana.

[e] CUnilæ præter sativam plura sunt in medicina genera. Quæ bubula appellatur, semen pulegii habet, utile ad vulnera commanducatum impositumque, ut quinto post die solvatur. [5] Et [f] contra serpentes in vino bibitur, ac tritum plagæ imponi-

5 Et, in Vet. d.

a *Sic & strumas.*] Et duritias, σκληρίας. *Dioscor.*

b *Jocineris quoque malis medetur.*] Nonnulla hic verba addenda sunt à librariis prætermissa: *Jocineris doloribus tusa cum farina hordeacea imponitur. Vesicæ quoque malis medetur.* Pint.

c *Panacem vocant.*] Nec abs re, quia panaci Heracleotico, radice, caule, viribus, simile est. Dioscor. *Dalec.*

d *Sunt & qui, &c.*] Cratevas ligusticum nomine cunilæ bubulæ vocandum censuit, & falso, quoniam cunila bubula origanum silvestre est. *Idem.*

e *Cunilæ præter, &c.*] Cunila sativa, satureja hortensis. Cunila montana, satureja silvestris. Cunila Gallicana, origanum Heracleoticum. Cunila bubula, origanum silvestre. Cunilago, conyza. Cratevas ligusticum, quod & panaces dicunt, falso cunilam bubulam vocavit supra cap. 8. 19. circa finem. Hæ sic distinguendæ sunt appellationes. Cum historia cunilæ bubulæ Polycnemi descriptionem auctor confundit, quam fusius deinde repetit cap. 14. lib. 26. Cunila capitata cap. 10. lib. 32. Polycnemum, Sereno cephalote. *Idem.*

f *Contra serpentes in vino bibitur, ac tritum plagæ imponitur, &c. Item testudines cum serpentibus pugnatura hac se muniunt.*] Puto erratum esse in ordine verborum, scribendumque ad hunc modum: *Contra serpentes quoque in vino bibitur, ac tritum plagæ imponitur. Item testudines cum serpentibus pugnaturæ hac se muniunt, vulneraque ab his facta hac perfricant.* Nam & antiquus codex *perfricant* legit, non *perfricantur*. Pint.

imponitur. [a] Vulnera ab iis facta perfricantur. Item [b] testudines cum serpentibus pugnaturæ hac se muniunt: quidamque [1] in hunc usum [2] panacem vocant. Sedat & tumores, & virilium mala, sicca, vel foliis tritis; in omni usu mire congruens ex vino. Est alia cunila, gallinacea appellata nostris, Græcis [3] origanum heracleoticum. Prodest oculis trita addito sale. Tussim quoque emendat & jocinerum vitia. Laterum dolores cum [4] farina, oleo & aceto in sorbitionem temperata. Præcipue vero serpentium morsus. Tertium genus est ejus, quæ à Græcis mascula, à nostris cunilago vocatur, odoris fœdi, radicis [5] lignosæ, folio aspero. Vires ejus vehementissimas in omnibus [6] generibus earum tradunt. Manipulo quoque ejus [7] abjecto, omnes è tota domo [c] blattas convenire ad eam. Privatim adversus scorpiones ex posca pollere. Tribus foliis ex oleo peruncto homine, fugari serpentes. E contrario quæ mollis vocatur, pilosioribus foliis ac ramis aculeatis, trita mellis odorem habet, digitis [8] tractu ejus cohærescentibus. Altera thuris, [d] quam [9] libanotidem appellamus. Medetur utraque contra serpentes ex vino vel aceto. Pulices etiam contritæ cum aqua sparsæ necant. Sativa quoque suos usus habet. Succus ejus cum rosaceo auriculas juvat. Ipsa ad ictus bibitur. [e] [10] Fit ex ea montana, serpillo similis, efficax contra serpentes. Urinam movet: purgat & à partu mulieres. Concoctionem mire adjuvat, & ad cibos [11] aviditatem. Utraque vel in cruditate jejunis in potione aspersa.

Luxatis

1 ob hunc. *Vit.*
2 panaceam. *Ch.*
3 origanum silvestre & panax heracleus *Ex Diosc.*
4 faire. *Ch.*
5 linosæ. *Ch.*
6 his gener. *Ch.*
7 objecto. *V.*
8 tactu. *M. & Ch.*
9 libanotidam appellaverimus. *Ch.*
10 est & altera mont. *V.*
11 aviditatem utraque. *Dal.*

a *Vulnera ab iis, &c.*] Lege: *Vulnera ab his facta ibes fricant. Cutem testudines cum serpentibus pugnaturæ.* Salm. 1277. a, b.

b *Testudines cum serpentibus.*] Plutarchus lib. de solertia animal. Arist. lib. 9. histor. animal. *Dalec.*

c *Blattas.*] Culices abigit, pulices necat. Dioscor. *Idem.*

d *Quam libanotidem appellamus.*] Nihil horum Dioscorides in historia tertiæ Conyzæ. Plinius inscienter miscet hæc omnia. *Idem.*

e *Fit ex ea montana.*] De Heracleotico id Dioscorides. *Idem.*

a Sapi

Luxatis quoque utilis. Contra vesparum & similes ictus, ex farina hordeacea & posca, utilissima. Libanotidis alia genera [a] suis dicentur locis.

CAP. XVII.

De piperiti & origano, & oniti prasio, & tragorigano, & heraclio, & lepidio, & de gith, sive melanthio, & aniso.

PIperitis, [b] quam & siliquastrum appellavimus, contra morbos comitiales bibitur. [c] [1] Castor & aliter demonstrabat, caule rubro & longo, [d] densis geniculis, foliis lauri, semine albo, tenui, gustu piperis, utilem gingivis, dentibus, oris suavitati & ructibus. [e] Origanum [2] quod in sapore cunilæ æmulatur, ut diximus, plura genera in medicina, habet: onitin vel prasion appellant, non dissimile hyssopo. Privatim ejus usus contra [3] rosiones stomachi in tepida aqua, [4] & cruditates: [f] contra [5] araneas scorpionesque in vino albo: luxata & incussa in aceto, & oleo & lana. Tragoriganum similius est serpillo silvestri. Urinam ciet, tumores discutit, contra viscum potum viperæque ictum efficacissimum, stomachoque acida ructanti & [g] præcordiis. Tussientibus quoque cum melle datur, & pleuriticis, [6] & peripneumonicis. [h] [7] Heraclium

1 Castor taliter. *M.*
2 quod sapore cunilam æmulatur. *V.*
3 torsiones. *M.*
4 & contra crud. *Ch.*
5 araneos. *M. sic & hoc ipso cap. post paulo.*
6 & peripneumonicis, *in M.d.* peripleumoticis. *Ch.*
7 Origanum quoque tria genera habet, Heracleoticum nigrius. *Ex Diosc.*

a *Suis dicentur locis.*] De Libanotide jam tractavit cap. 12. & ult. lib. 19. *Dal.*

b *Quam & siliquastrum appellavimus.*] Vulgo piper Indicum, aut capsicon, trium generum. *Idem.*

c *Castor & aliter demonstrabat.*] Ut intelligamus alterum piperitidis genus. *Gelen.*

d *Densis geniculis.*] Hæc est lepidium. *Dalec.*

e *Origanum.*] *Origanum, ut diximus, plura genera in medicina habet: onitin, quod sapore cunilam æmulatur, non dissimile hyssopo, & quod prassion appellant. Privatim, &c.* Ex Diosc. Plinius prassion, quod est secundum tragorigani genus, confundit cum origani speciebus. *Idem.*

f *Contra araneas scorpionesque in vino albo.*] Dele dictionem *contra* ex apographo nostro, ne repetatur inutiliter. *Pint.*

g *Præcordiis.*] Æstuantibus à marina jactatione. Diosc. *Dalec.*

h *Heraclium quoque, &c.*] Lege, *Origanum quidem tria genera habet: Heracleoticum nigrius, &c.* Hæc quæ ex diversis auctoribus Græcis Plinius vel ejus liberti colligebant, nullo ordine, & prorsus indigesta transcribuntur. *Idem.*

clium quoque tria genera habet, nigrius, latioribus foliis, glutinosum. Alterum exilioribus, mollius, [a] sampsucho non dissimile, quod [1] aliqui [b] prasion vocare malunt. Tertium est [c] inter hæc medium, minus quam cætera [2] efficax. Optimum autem Creticum. Nam & jucunde olet. [d] Proximum Smyrnæum. [3] Deinde [e] Heracleoticum, ad potum utilius, quod onitin vocant. [f] Communis autem usus serpentes fugare, percussis esui dare decoctum, potu urinam ciere, ruptis, convulsis [4] mederi cum panacis radice, hydropicis cum fico, aut cum hyssopo, acetabuli mensuris decoctum ad sextam. Item ad scabiem, pruriginem, psoras [g] in [5] descensione balinearum. Succus auribus infunditur cum lacte. Tonsillis quoque & uvis medetur, & capitis hulceribus. [h] Venena opii & gypsi extinguit decoctum, si [i] cum cinere in vino bibatur. Alvum mollit acetabuli mensura. Suggillatis illinitur. Item dentium dolori, quibus etiam & candorem facit, cum melle & nitro. Sanguinem narium sistit. Ad parotidas decoquitur cum hordeacea farina. Ad arterias asperas cum galla & melle teritur: ad lienem folia cum melle & sale. Crassiores pituitas & [6] nigras extenuat coctum cum aceto & sale, sumptum paulatim. Regio [7] morbo tritum cum oleo in nares infunditur. Lassi perunguntur ex eo, ita ut ne venter attingatur. Epinyctidas cum pice

1 aliqui oniten. *Ex Diosc.*

2 efficax autem. Optimum Creticum. *M.*

3 Dorius. *Ch.*

4 medetur. *V.*

5 decessione. *M.*

6 nigra. *V.*

7 mortuo prodest. *V. & ex Diosc.*

a *Sampsucho.*] Hyssopo. *Dioscorides.*

b *Prasion.*] Oniten. *Idem.*

c *Inter hæc medium.*] Silvestre. *Idem.*

d *Proximum Smyrnæum. Deinde Heracleoticum ad potum utilius.*] In V. C. *Proximum Zmyrnium odorius. Heracleoticum ad potum utilius.* Legendum videtur *odoratius* non *odorius.* Pint.

e *Heracleoticum.*] Ex Heraclea Cretæ. *Dalec.*

f *Communis autem usus.*] Hæc omnia de Heracleotico Dioscorides. *Idem.*

g *In descensione balinearum.*] Ε'ντ λυργῷ, in balnearum solio. *Idem.*

h *Venena opii & gypsi extinguit decoctum.*] Datur iis qui cicutam aut opium biberunt, ex passo: qui gypsum aut Ephemeron, ex oxymelite. *Dioscorides.*

i *Cum cinere in vino bibatur.*] Cinerem hic lixivium appellat. Sic Columel. cap. 22. lib. 12. *Cinis autem odorem picis aufert, & eluit spurcitiam.* Dal.

a *Lepidium.*]

pice sanat. Furunculos aperit cum fico [1] trita. Strumas cum oleo & aceto & farina hordeacea. Lateris dolores cum fico illitum. Fluxiones sanguinis in genitalibus tusum, & aceto illitum. Reliquias purgationum à partu. [a] Lepidium inter urentia intelligitur. Sic & in facie cutem emendat exhulcerando, ut tamen cera & rosaceo facile sanetur. Sic & lepras & psoras tollit semper facile, & [2] cicatricum hulcera. Tradunt in dolore dentium [b] adalligatum brachio qua doleat, [c] [3] compescere dolorem. Gith ex Græcis, alii melanthion, alii [4] melaspermon vocant. Optimum, quam excitatissimi odoris, & quam nigerrimum. Medetur serpentium plagis & scorpionum. Illini ex aceto ac melle reperio, incensoque serpentes fugari. Bibitur drachma una [5] contra araneos. Distillationem narium discutit tusum in linteolo olfactum. Capitis dolores illitum ex aceto & infusum naribus. Cum irino oculorum epiphoras & tumores. Dentium dolores [d] coctum cum aceto. Hulcera oris tritum aut commanducatum. Item lepras & lentigines ex aceto. Difficultates spirandi addito [6] nitro potum. Duritias tumoresque veteres & suppurationes illitum. [7] Lac mulierum auget continuis diebus sumptum. Colligitur succus ejus, ut hyoscyami. Similiterque largior

1 tosta. *V.*
2 hulcerum cicatrices. *V.*
3 convertere. *Ch.*
4 melanspermon. *Dal.*
5 & contra. *Ch.*
6 vino. *V.*
7 Lacte. *Ch.*

a *Lepidium.*] Lepidium ἀπὸ τοῦ λεπίζειν, id est, *ἀποδέρειν* dictum, quod urenti acrimonia sua ulceret, excoriet, decorticet, eaque facultate, vel ferro notas fronti servorum inustas (τὰ στίγματα) deleat. Columella,

Atque oleris pulli radix, lachrymosaque cepa
Ponitur: & lactis gustum quæ condiat herba,
Dejectura [alii, *Deletura.*] *quidam fronti data signa fugarum:* [alii *fororum.*]
Vimque suam idcirco profitetur nomine Græco.

Dalec.

b *Adalligatum brachio qua doleat.*] Dioscorides collo appendit. *Idem.*

c *Compescere dolorem.*] Excitata pustula, quæ humoris impetum dentem vexantis ad brachium revocet. Sic quidam in eo morbo aurium radici medicamenta, quæ pustulas gignunt, admovent. *Idem.*

d *Coctum cum aceto.*] Et teda, ac collutum. *Dioscorid.*

[1] largius. *V.* [1]largior venenum est, quod miremur: [a] cum semen gratissime panes etiam condiat. Oculos quoque purgat: urinam & menses ciet. Quinimo linteolo [b] [2] alligatis tantum granis xxx. secundas trahi reperio. Ajunt & [c] clavis in pedibus mederi tritum in urina: culices suffitu necare: item muscas. Et anisum adversus scorpiones ex vino bibitur, Pythagoræ inter pauca laudatum, sive crudum, sive decoctum. Item viride aridumve, omnibus quæ condiuntur, quæque intinguntur desideratum. [d] Panis etiam crustis inferioribus subditum. [e] Saccis quoque additur. Cum amaris nucibus vina commendat. Quin ipsum oris halitum jucundiorem facit, fœtoremque tollit manducatum matutinis cum smyrino, & melle exiguo, mox vino [3] collutum. Vultum juniorem præstat. Insomnia levat suspensum in pulvino, ut dormientes olfaciant. Appetentiam ciborum præstat, quando id quoque inter artificia deliciæ fecere, ex quo labor desiit cibos poscere. Ob has causas quidam [f] anicetum id vocavere. Laudatissimum est Creticum, proximum Ægyptium. Hoc [g] ligustici vicem præstat in condimentis. Dolores capitis levat suffitum naribus. [h] Epiphoris oculorum [4] è vino radicem

[2] illigatis. *M.*

[3] colluti. *V.*

[4] Evenor rad. e. tus. imponit. Iollas ipsum. *M.* legitur, & in Cb. Evenenor, &c. ut in vulg.

a *Cum semen gratissime, &c.*] Vide supra cap. 8. ultimum, lib. 19. *Dal.*

b *Alligatis.*] Et in pesso subditis. *Dalec.*

c *Clavis in pedibus mederi.*] Circumscarificatis, mederi tritum in ur na vetere. *Dioscorid.* Idem.

d *Panis etiam crustis.*] Ut ammi & melanthium, fœniculum. *Idem.*

e *Saccis quoque additur. Cum amaris nucibus vina commendat.*] Scribo, *Saccis quoque additum cum amaris nucibus, vina commendat*, ex eodem. & paulo post *juveniorem* in eodem legitur, non *juniorem*: & *olefaciant* pro *olfaciant*. Pint. *Saccis quoque additur.*] Quibus vina colantur & transfunduntur. Vina enim per saccum olim transmittebant non tantum ut liquidiora, & castigatiora biberent; sed ut peregrinis odoribus in saccum coniectis, & odore & sapore magis placerent, qua ratione Hippocraticum vinum hodie nobis paratur. Theophrast. cap. 9. lib. 6. causs. vide supra cap. ult. lib. 14. *Dal.*

f *Anicetum.*] Omnibus aliis medicamentis præcellens. *Idem.*

g *Ligustici.*] Sativi, de quo cap. 8. ultim. lib. 19. *Idem.*

h *Epiphoris oculorum è vino radicem ejus tusam imponit Iollas: ipsum cum croco pari modo & vino.*] In apographo nostro, Epiphoris

dicem ejus tuſam imponit Iollas: Ipſum cum croco pari modo & vino, & per ſe tritum cum polenta ad magnas fluxiones, [1] extrahendiſque ſi qua in oculos inciderint. [1] extrahendaque. V. [a] Narium quoque [b] carcinodes conſumit illitum ex aqua. Sedat anginas cum melle & hyſſopo ex aceto gargarizatum. [2] Auribus infunditur cum roſaceo. [2] fractis. Dioſc. Thoracis [c] pituitas purgat toſtum: cum melle ſumptum melius. Cum acetabulo aniſi nuces amaras L. purgatas tere in melle ad tuſſim. [d] Faciliime vero aniſi drachmæ tres, papaveris duæ miſcentur melle ad fabæ magnitudinem, [e] & ternis diebus ſumuntur. Præcipuum autem eſt [f] ad ructus, ideo inflationibus ſtomachi, [3] & inteſtinorum torminibus, & cœliacis medetur. [3] &, in V. d. Singultus & olfactum decoctum potumque inhibet. Foliis decoctis digerit cruditates. Succus decocti cum apio olfactus ſternutamenta inhibet. Potum ſomnum [4] concitat: calculos pellit: vomitiones cohibet, & [g] præcordiorum tumores. [4] conciliat. V. Et pectorum vitiis, [h] nervis quoque, quibus ſuccinctum eſt corpus, utiliſſimum. Prodeſt ejus & capitis doloribus inſtillari ſuccum cum oleo decocti. Non aliud utilius ventri & inteſtinis putant, ideo dyſentericis & [5] in teneſmo datur toſtum. A- [5] in teneſmos. Ch. liqui addunt & opium, pilulis [6] in die ternis lupini [6] inde. V. magni-

Epiphoris oculorum evenenor radicem ejus tuſam imponit. Iollas ipſum cum croco, &c. Legendum puto, *Evenor*, non *Evenenor*, & nomen auctoris accipio, quamvis in elencho non inveniam, conſtabit id quoque paulo infra. *Pint.*

a *Narium quoque carcinodes.*] Canceroſum ulcus, aut polypum. *Dal.*

b *Carcinodes conſumit.*] *Carnes* non *carcinodes*, in V.C. habetur. *Pint.*

c *Pituitas purgat toſtum.*] Craſſos & pituitoſos ſuccos pulmonibus infarctos, & thoraci. *Dal.*

d *Facillime.*] Jucundiſſimo & utiliſſimo remedio. *Idem.*

e *Et ternis diebus ſumuntur.*] *Et terna diebus ſumuntur*, in vetuſto codice: quam lectionem confirmant verba mox paulo ſequentia: *Aliqui addunt & opium pilulis in die ternis lupini magnitudine.* Pint.

f *Ad ructus.*] Quæ ſequuntur omnia ex variis auctoribus Plinius coacervat, iiſdem facultatibus ſæpius etiam repertis. Horum nihil apud Dioſc. *Dalec.*

g *Præcordiorum tumores.*] Potiſſimum è flatu natos. *Idem.*

h *Nervis quoque.*] Membranis flatu craſſo diſtentis, vel acri lancinatis, quæ viſcera & corporis muſculos ambiunt. *Idem.*

magnitudine in vini cyatho dilutis. Dieuches & ad lumborum dolores ſucco uſus eſt. Semen hydropicis & cœliacis dedit tritum cum menta [a] è vino, radicem [1] ad renes. Dalion herbarius parturientibus ex eo cataplaſma impoſuit cum apio: item vulvarum dolori: deditque bibendum cum anetho parturientibus. [b] Phreneticis quoque [2] illinunt vel recens cum polenta. Sic & infantibus comitiale vitium aut [c] contractiones ſentientibus. Pythagoras quidem negat corripi vitio comitiali in manu habentes: Ideoque quamplurimum domi ſerendum. Parere quoque facilius olfactantes. Et ſtatim à partu dandum potui polenta aſperſa. Soſimenes contra omnes duritias ex aceto uſus eſt eo & contra laſſitudines, in oleo decoquens addito nitro. Semine ejus poto, laſſitudinis auxilium viatoribus ſpopondit. Heraclides ad inflationes ſtomachi ſemen tribus digitis cum caſtorei obolis duobus ex mulſo dedit. Similiter ad ventris aut inteſtinorum inflationes. Et orthopnoicis, quod ternis digitis [3] prehenderit ſeminis, tantundem hyoſcyami cum lacte aſinino. [d] Multi vomituris [4] acetabula ejus & folia lauri decem trita in aqua, bibenda inter cœnam ſuadent. [e] [5] Strangulationes vulvæ, ſi manducetur & linatur calidum, vel ſi bibatur cum caſtoreo [6] in aceto & melle, ſedat. Vertigines à partu cum ſemine cucumeris & lini pari menſura ternûm digitorum, vini albi tribus cyathis diſcutit.

1 & ad renes. *Dal.*
2 illevit recens. *M.*
3 prenderit. *Gb.*
4 acetabulum. *V.*
5 Strangulatus. *Gb.*
6 in, *in M. d.*

a *E vino radicem & ad renes.*] *Et venor* in codice antiquo, non *è vino.* legendum puto, ut dixi, *Evenor.* quo nomine pictor etiam celeber fuit Plinio 35. lib. *Pint.*

b *Phreneticis quoque illinunt.*] *Illinivit* in codice antiquo, non *illinunt*, ut referas ad eundem Dalionem. *Idem.*

c *Contractiones.*] Nervorum σπασμοῖς. *Dal.*

d *Multi vomituris.*] Ut robuſtior fit ad vomitionem perficiendam ventriculus. *Idem.*

e *Strangulationes vulvæ, ſi manducetur.*] Scribe, *Strangulatus* ex vetuſto codice, non *Strangulationes*, ſolita Plinii conſuetudine, quæ alii nomina aliis uſurpant inflexionibus, quarta ſemper uſurpandi. *Pint.*

a Anethum

tit. Tlepolemus ad quartanas ternis digitis seminis anisi & fœniculi usus est in aceto & mellis cyatho uno. Lenit articulares morbos, cum amaris nucibus illitum. Sunt qui & aspidum venenis adversari naturam ejus putent. Urinam ciet. Sitim cohibet. Venerem stimulat. Cum vino sudorem leniter præstat. Vestes quoque à tineis defendit. Efficacius semper recens, & quo nigrius. Stomacho tamen inutile est, præterquam inflato.

CAP. XVIII.

De anetho, sacopenio, & sagapeno, & de papavere albo & nigro, & quomodo succus herbarum colligendus est, & de opio.

[a] ANethum quoque ructus movet, & tormina sedat. Alvum sistit. Epiphoris radices illinuntur ex aqua vel vino. Singultus cohibet semen fervens, olfactum. Sumptum ex aqua, sedat cruditates. Cinis ejus [b] uvam in faucibus levat: oculos & genituram hebetat. [c] [1] Sacopenium, quod apud nos gignitur, in totum transmarino alienatur. Illud enim Hammoniaci lacrymæ simile, sagapenon vocatur. Prodest laterum & pectoris doloribus, convulsis, tussibus vetustis [2] excreationibusque, præcordiorum tumoribus. Sanat & vertigines, tremulos, opisthotonicos, lienes, lumbos, perfrictiones. Datur & olfactandum ex aceto in strangulatu vulvæ. Cæteris & potui datur, & cum oleo infricatur. Prodest & contra mala medicamenta.

1 Sacopenio, quod, &c. transmarinum. *Dal.*

2 Excreationibus, præcordiorumque tumoribus. V.

a *Anethum quoque ructus movet.*] Rhodiginus cap. 16. lib. 27. notat ἄνηθον Græcis florem quemvis dici ἀπὸ τοῦ ἄνω τείνεσθαι. Anethi comæ & seminis decoctum inflationes discutiunt Diosc. *Dal.*

b *Uvam in faucibus levat.*] Condylomata, Dioscoridi; Plinius legisse videtur κιονίδας. *Idem.*

c *Sacopenium.*] Sagapenum nostras, quod Sacopenium Plinius vocat, ut nomine à transmarino dividatur, succus est ferulæ nostratis, qui caule ad radicem vulnerato fluit, Diosc. vide supra cap. 8. lib. 19. *Idem.*

menta. Papaveris sativi [1] diximus genera: & sponte nascentis alia [2] promisimus. [a] Sed sativi albi calix ipse teritur, & è vino bibitur somni causa. Semen elephantiasi medetur. [b] E nigro papavere [c] [3] sapor gignitur [4] scapo inciso, ut Diagoras suadet, cum [d] turgescit: ut Iollas, cum deflorescit hora diei sereni, hoc est, [e] cum ros in eo exaruerit. Incidi jubent [f] sub capite [5] & calice. Nec in alio genere ipsum inciditur caput. Succus & [6] hic, & herbæ cujuscunque lana excipitur: aut si exiguus est, ungue pollicis, [g] [7] ut lactucis, & postero die magis quod inaruit. Papaveris vero [8] largus densatur, & in pastillos tritus in umbra siccatur, non [h] vi soporifera modo, verum si copiosior hauriatur, etiam mortifera per somnum: opion vocant. [i] Sic scimus

1 ita dix. *Ch.*
2 proxime. *M.*
3 opium. *V.* opos. *Alii.* sopor. *Ch.*
4 capite. *Dal.*
5 aut. *D.*
6 hujus. *Dal.*
7 aut conchulis *Diosc.*
8 largior. *V.*

a *Sed sativi albi calix ipse teritur.*] Scribendum, *E sativis albi calix, &c.* ex vet. cod. *Pint.*

b *E nigro papavere sapor gignitur.*] Lege, *sopor*, non *sapor*, ex eodem, ut paulo ante: *bibitur somni causa*, & paulo post: *non ut soporifera modo.* Quorum verborum ordinem invertendum censeo, legendumque *non soporifera modo vi.* Idem. *E nigro papavere.*] E nigro potius, quam albo papavere, opium fieri nusquam Dioscorides scribit. Valentius è nigro colligi verisimile est, imbecillius ex albo. *Dalec.*

c *Sapor gignitur.*] Saporis vocabulo τ̃ χυλὸς Græcorum Plinius voluit exprimere, duplici errore: altero quod liquor is ὀπὸς sit, id est, manans sponte lacryma, non autem χυλὸς, id est, succus herba trita expressus: quod ad id papaveris albi, non nigri, scapus inciditur. *Idem.*

d *Turgescit.*] Grandescit, & ad florem properat. *Idem.*

e *Cum ros in eo exaruerit.*] Circa meridiem. *Idem.*

f *Sub capite & calice.*] Sub capite, ante florem: & calice, post florem. *Idem.*

g *Ut lactucis*] Constantinus legit, *aut conchis*, In dictione ὀπὸς. Ego nihil muto. Glaucio enim & silvestribus lactucis succum detrahi solitum Dioscorides prodit, quo verum opium adulteraretur. *Idem.*

h *Vi soporifera modo.*] Virgilius 4. Æneidos:

Hesperidum templi custos, epulasque draconi
Quæ dabat, & sacros servabat in arbore ramos,
Spargens humida mella soporiferumque papaver.

Idem 6. cum ait,

Melle soporatam & medicatis frugibus offam,

medicatas fruges papavere conditas intellexisse videtur. Victorius capite 3. 4. *Idem.*

i *Sic scimus interemptum Licinii Cecinnæ Pretorii viri patrem in Hispania Bavili cum valetudo impatibilis odium vitæ fecisset.*] Romana & Parmensia, & quædam alia recentiora exemplaria sic legunt: *In Hispania bajulicum, quoniam valitudo impatibilis, &c.* Legendum fortasse in totum hoc pacto: *Sic scimus interemptum post, Licinii Cecinnæ pretorii viri patrem in Hispania Bubilium, cum ei valetudo impetibilis odium vitæ fecisset.*

ſcimus interemptum [1] Licinii Cecinnæ Prætorii viri patrem in Hiſpania [2] Bavili, cum valetudo impatibilis odium vitæ feciſſet: item pleroſque alios. Qua de cauſa magna concertatio extitit. [3] Diagoras & Eraſiſtratus in totum damnavere, ut mortiferum, infundi vetantes. Præterea, quoniam viſui noceret. Addidit Andreas, ideo non protinus excæcari eo, quoniam adulteraretur Alexandriæ. [a] Sed poſtea uſus ejus non improbatus eſt medicamento nobili, quod diacodion vocant. Semine quoque [b] ejus trito in [4] paſtillos, è lacte utuntur [c] ad ſomnum: item [d] ad capitis dolores cum roſaceo: [e] cum hoc & aurium dolori inſtillatur. Podagris illinitur cum lacte mulierum. Sic & foliis ipſis utuntur. Item ad ſacros ignes & vulnera ex aceto. Ego tamen damnaverim collyriis addi: [f] multoque [5] magis quas vocant lexipyretas, quaſque pepticas & cœliacas. [6] Nigrum tamen cœliacis in vino datur. Sativum omne magis [g] rotundat [7] capita. At ſilveſtri [8] longum ac puſillum, & ad omnes effectus valentius. Decoquitur & bibitur contra

tra

1 P. Licinii. *Ch.*

2 Bilbili. *Dal.*

3 Diagoras, ut ſcribit Eraſiſtratus, uſum ejus in totum damnavit oculorum lippitudini, & aurium vitiis infundi vetans, quoniam viſui, &c *Ex Dioſcor.*

4 paſtillo electo utuntur ad ſomnium. *Ch.*

5 magis confectionibus quas. *V.*

6 Nigri ſemen *Dioſcorides.*

7 caput. *V.*

8 longa & puſilla, & ad omn. ef. valentiora. *Ch.*

ciſſet. Nam codex antiquus *poſt Licini* legit: & *impetibilis* legit, non *impatibilis*, ab impetu videlicet, non à *patior.* De Babilio vero, aut hoc, aut alio ejuſdem nominis, Plinius 7. cap. de mortibus repentinis: *Bebius judex dum Babilium differri jubet.* Pintianus *Sic ſcimus interemptum, &c.*] Lege: *Sic ſcimus interemptum Licinii Cacinæ prætorii viri patrem in Hiſpania Bilbili, cum valetudo impetibilis odium vitæ feciſſet.* Perperam vulgò *impatibilis*, violentum, acerbum, difficilem valetudinem ſignificat. Et cap. xx. ejuſdem libri: *Prætorii viri pater eſt Hiſpaniæ princeps, quem ſcio propter impetibiles uvæ morbos filo ſuſpenſam è collo gerere.* Sic in aliis locis ubicunque *impatibile* hoc ſenſu reperietur apud Plinium, reponendum erit, *impetibile.* Vide Salmaſ. p. 876. a.

a *Sed poſtea uſus ejus, &c.*] Mneſidemus uſum duntaxat olfactandi probavit, conciliando ſomno, Dioſcor. *Dal.*

b *Ejus trito in paſtillos.*] Nigri Dioſc. *Idem.*

c *Ad ſomnum.*] Illito ex aqua fronti & temporibus. *Idem.*

d *Ad capitis dolores cum roſaceo.*] Hoc de opio Dioſcorides. *Idem.*

e *Cum hoc & aurium, &c.*] Cum amygdalino, croco, myrrha. Dioſcor. *Idem.*

f *Multoque magis quas vocant lexipyretas.*] Rectius in veteri exemplari *lexipyretus*, ex inſtituto Græcæ linguæ, quod ſit adjectivum compoſitum. Expende porro an ſit commodior lectio *alexipyretus*, hoc eſt febris expultrices. *Pint.*

g *Rotundat capita.*] Sativo caput oblongum Dioſcoridi. *Dalec.*

a *Decoquun-*

1 foventur. V. tra vigilias, eademque aqua [1] fovent ora. Opti-
2 pluat. Ch. mum in ſiccis, & ubi raro [2] pluit. Cum capita ipſa & folia [a] decoquuntur, ſuccus meconium vocatur, multum opio ignavior. Experimentum opii
3 in odore. Ch. eſt primum [3] odore: ſincerum enim [b] perpeti non
4 & ut. Ch. eſt; mox in lucernis, ut pura luceat flamma, [4] aut extinctum demum oleat: quæ in fucato non eveniunt. Accenditur quoque difficilius, & crebro extinguitur. Eſt ſinceri experimentum & in aqua, quia nebula innatat: fictum in puſtulas coit. Sed maxime mirum, æſtivo Sole deprehendi. Sincerum enim ſudat, & ſe diluit, donec ſucco recenti ſimile fiat. Mneſicles optime ſervari putat hyoſcyami ſemine adjecto: alii in faba.

CAP. XIX.

[c] *De erratico & ceratiti, & glaucio, ſive paralio, & heraclio ſive aphro, & de diacodio, & tithymalo.*

INter ſativa & ſilveſtria medium genus, [d] quoniam in arvis, ſed ſponte naſceretur, [e] rhœam
5 Empraticum. Ch. vocavimus & [5] erraticum. Quidam id decerptum protinus cum toto calice mandunt. Alvum exinaniunt capita quinque decocta in vini tribus heminis pota, & ſomnum faciunt. Silveſtrium unum ge-
6 vocant, ſive nigrum. Theophr. nus, ceratitin [6] vocant, nigrum, cubitali altitudine, radice craſſa & corticoſa, caliculo inflexo, ut cornicula. Folia minora & tenuiora, quam cæteris ſilveſtribus. Semen exile, tempeſtivum eſt meſſibus: alvum purgat dimidio acetabulo in mulſo. Folia trita cum oleo, argema jumentorum ſanant.

a *Decoquuntur.*] Tunduntur, prælo exprimuntur, & in mortario trita digeruntur in paſtillos, Dioſcor. *Dalec.*

b *Perpeti non eſt.*] Quia ſoporiferum, & caput gravans. *Idem.*

c *De erratico, &c.*] Theophr. cap. 13. lib. 9. hiſtor. *Idem.*

d *Quoniam in arvis.*] Ratio illa eſt, quod medium genus cenſeatur, non quod rhœas vocetur. Vide cap. 8. lib. 19. *Idem.*

e *Rhœam vocavimus, &c*] Rhœa idem. ῥοιὰ malum Punicum eſt, ῥοιὰς papaver. *Idem.*

a Glaucion

nant. Radix acetabuli menſura cocta in duobus ſextariis ad dimidias, datur ad lumborum vitia & jocineris. Carbunculis medentur ex melle folia. Quidam hoc genus [a] glaucion vocant, alii paralion. [b] Naſcitur enim [c] in afflatu maris, aut nitroſo loco. Alterum è ſilveſtribus genus heraclion vocatur, ab aliis [1] aphron, foliis (ſi procul intuearis) [d] ſpeciem paſſerum [2] præſentantibus, [e] radice in ſumma terræ cute, ſemine ſpumeo. [f] Ex hoc lina ſpendorem trahunt æſtate. Tunditur in pila comitialibus morbis, acetabuli menſura in [g] vino albo; [3] vomitiones [4] enim facit. Medicamento, quod [h] diacodion & arteriace vocatur, utiliſſimum. [i] Fit autem hujus papaveris aut cujuſcunque ſilveſtris capitibus CXX. in aquæ cœleſtis ſextariis tribus biduo maceratis, in eademque [5] diſcoctis: deinde [k] ſaccatis, iterumque cum melle decoctis ad dimidias partes vapore tenui. Addidere poſtea [l] drachmas

1 aphrodes. *Dioſc.*
2 repræſentantibus. V.
3 vomitionem. *Ch.*
4 autem. V.
5 decoctis: deinde ſiccatis. V. *Legitur & ſiccato, in Ch. & mox decocto ad dimid.*

a *Glaucion vocant, alii paralion.*] Quidam falſi cognatione foliorum, ex hoc glaucion fieri arbitrati ſunt. *Dioſcor.* Dalec.

b *Naſcitur enim, &c.*] Lege, *Naſcitur enim in afflatu maris, aut in petroſo loco.* τὰ παραθαλάσσια reddidit Plinius, *maris afflatum.* Salmaſ. pag. 247. b.

c *In afflatu maris.*] Sponte ubique ſatum provenit. *Dal.*

d *Speciem paſſerum.*] Struthio ſimilibus. Dioſc. Ineptiſſimus hic Plinius. *Id.*

e *Radice in ſumma terra cute.*] Radice perquam tenui. Herbula tota candida & ſpumoſa eſt: fructu inter folia candida. Dioſcorid. Pro ῥίζαν ἢ λεπτὴν ἐπιπολαίον, Plinius legit ἐπιπωλάζουσαν. *Idem.*

f *Ex hoc lina ſplendorem, &c.*] Suſpicor Plinium, cum apud auctorem, unde hæc ſumpſit, legiſſet papaver hoc foliis parvulis eſſe, ſimilibus ſtruthio, quo æſtate lanæ purgantur ab eriopolytis, & candorem trahunt, nec aſſecutus τοῦ ſpuθίου ſignificatum eſſet, incogitanter vim purgandi lina tribuiſſe huic plantæ. Dioſcorides ejus facultatis nuſquam meminit. *Idem.*

g *Vino albo.*] Mulſa, Dioſcor. vino mulſo, Theophr. *Idem.*

h *Diacodion & arteriace vocatur.*] Antiquum exemplar *Decadion & arterlace vocatur*, præfert. Conſidera an ſit verior lectio *Dodecadion*, hoc eſt duodenarium, quod ſit ex duodecim rebus conflatum, de quo infra. *Pint.*

i *Fit autem hujus papaveris.*] Dioſcoridi diacodion tantum fit ex ſativi papaveris capitibus. Fallitur Plinius. *Dal.*

k *Saccatis.*] Colatis. Hac voce poſthac utitur, cap 2. lib. 29. Vide Turn. cap. 14. lib. 13. Adverſar. *Idem.*

l *Drachmas ſenas croci, &c.*] Heras apud Galenum lib. 7. κατὰ τόπους; harum rerum tantum unam drachmam miſcet ineptiſſimum eſt, quod papaveris generibus ob nominis ſimilitudinem tithymalum Plinius interponit. *Idem.*

a Capite

mas senas croci, hypocisthidis, thuris, acaciæ, & passi Cretici sextarium. Hæc ostentatione; simplex quidem & antiqua illa salubritas papavere & melle constat. Tertium genus est [1] tithymalon, mecona vocant, alii [2] paralion, folio [3] lævi, albo, [a] capite magnitudinis fabæ. Colligitur uva florente. Siccatur in umbra. Semen potum purgat alvum, dimidio acetabulo in mulso. Cujuscunque autem papaveris caput viride, vel siccum, illitum epiphoras oculorum lenit. Opium ex vino meraculo si protinus detur, scorpionum ictibus resistit. Aliqui hoc tantum nigro tribuunt, si capita ejus vel folia terantur.

1 tithymalos. Dal.
2 arthallion. Ch.
3 lini. Diosc.

CAP. XX.

De portulaca sive peplio, coriandro, & atriplici.

EST & portulaca, [b] quam peplion vocant, [c] [4] non multum sativa efficacior. Cujus memorabiles usus traduntur. [d] Sagittarum venena, & serpentium hæmorrhoidum & presterum [5] restingui, pro cibo

4 non, in V. d.
5 restringi. V.

a *Capite magnitudinis fabæ.*] Capite in caulis summo rotundo, in quo fructus ervi magnitudine, colore varius: flos albus. *Dalec.*

b *Quam peplion vocant.*] Inepte Plinius silvestrem portulacam ejusdem generis ac naturæ cum sativa, nisi quod sponte provenit, confundit cum Peplio herba diversissima, ideo tantum, quod peplion agrestem portulacam nonnulli vocaverunt. Quidam legunt, *telephion.* quoniam sedum tertium acre & ulcerans Dioscorides, & agrestem portulacam nominari scribat, & telephium. *Idem.*

c *Non multum sativa efficacior.*] Ob magnam acrimoniam & fervorem. *Idem.*

d *Sagittarum venena & serpentium hæmorrhoidum & presterum restringi.*] Ante castigationes Hermolai *hæmorrhoidum & præsigrum* legebatur: ipse pro verbo illo *præsigrum*, *presterum* substituit; quod mihi non probatur. Potius scribendum credo pro *& præsigrum*, *ait Petrichus*: ut sit nomen auctoris cujus in elencho fit mentio. vitiose tamen in impressis omnibus codicibus *Petrsdius* legitur pro *Petrichus.* Patet id tum ex antiquo exemplari, tum ex Nicandri interprete in Theriacis, *Petrichum in Ophiacu* citante. Utitur & ejus testimonio Plinius infra cap. 23. qui & cum Nicandri interprete Ophiaca eum composuisse in elencho tradit. Item *restingui*, in exemplari vetusto habetur, non *restringi.* Cæterum quod attinet ad *presteras*, ut vix fidam castigationi meæ, facit quod libro 32. capite tertio, circa finem, rursus *præsigrum* fit mentio. quanquam ibi pro *præsigras*, *presteras* correctiores scripserint. Quamobrem amplio judicium. *Pint.*

e *Resistit*

cibo sumpta, & plagis imposita extrahi. Item hyoscyami, pota è passo expresso succo. Cum ipsa non est, semen ejus simili effectu prodest. [a] Resistit & aquarum vitiis, capitis dolori, hulceribusque in vino tusa & imposita. Reliqua hulcera commanducata cum melle sanat. [b] Sic & infantium [c] cerebro imponitur, umbilicoque prociduo. In epiphoris vero omnium, [1] fronte temporibusque 1 fronti. Dal.
cum polenta. Sed ipsis oculis, è lacte & melle. Eadem, [d] si [2] procident, prodest, foliis tritis cum 2 procedant. Ch.
corticibus fabæ. Pustulis [e] cum polenta & sale & aceto. Hulcera oris tumoremque gingivarum commanducata cruda sedat: item dentium [f] dolores. Tonsillarum hulcera, succus decoctæ. [g] Quidam adjecere paulum murræ. Nam [3] & mobiles dentes 3 &, in M. d. & Ch.
stabilit [4] commanducata. Cruditates sedat, vocemque firmat, & sitim arcet. Cervicis dolores, 4 manducata. Cruda. Ch.
cum galla & lini [5] semine pari mensura sedat. Mammarum vitia, cum melle [6] & Cimolia creta. Salutaris & suspiriosis, semine cum melle hausto. [h] Sto- 5 semine & melle pari. Ch. 6 aut. Ch.
machum [7] in acetariis sumpta corroborat. Arden- 7 in, in Ch. d.
tibus febribus [i] imponitur cum polenta. Et alias manducata refrigerat etiam intestina. Vomitiones sistit. Dysenteriæ & [k] vomicis estur ex aceto, vel bibitur

a *Resistit & aquarum vitiis.*] Peplion bilem, pituitam, aquas educit. *Dal.*

b *Sic & infantium.*] Ad setivam jam hæc pertinent. *Idem.*

c *Cerebro imponitur.*] Inflammato seiriasi morbo. *Idem.*

d *Si procident, prodest.*] Oculi. Hoc vitium nunc πρόπτωσιν Græci vocant, nunc ἐκπιεσμόν. *Idem.*

e *Cum polenta & sale & aceto.*] Eruptionibus papularum in capite, cum vino. Diosc. *Idem.*

f *Dolores.*] Stupores, Dioscorid. *Idem.*

g *Quidam adjecere paulum murræ. Nam & mobiles dentes stabilit.*] Codex citatus, *Quidam adjecere paulum murenum. Mobiles dentes stabilit.* Legendum forte, non *paulum murenum*, sed *paulum murrhini*. hoc est vini myrrha conditi, de quo supra. *Pint.*

h *Stomachum in acetariis, &c.*] Stomachi & intestinorum ardores, & æstum placat. Diosc. *Dalec.*

i *Imponitur cum polenta.*] Ventri & Hypochondriis. Dioscor. *Idem.*

k *Vomicis.*] Cruentis excreationibus. Dioscor. *Idem.*

bibitur cum cumino. [a] Teneſmis autem cocta, & comitialibus cibo vel potu prodeſt. [b] Purgationibus mulierum, acetabuli menſura in ſapa. Podagris calidis, cum ſale illita, & ſacro igni. Succus ejus potus renes juvat, ac veſicas. Ventris animalia pellit. Ad vulnerum dolores ex oleo cum polenta imponitur. Nervorum duritias emollit. Metrodorus, qui ἐπιτομὴν τῶν ῥιζοτομουμένων ſcripſit, purgationibus à partu dandam cenſuit. Venerem inhibet, Veneriſque ſomnia. Prætorii viri pater eſt, Hiſpaniæ princeps, quem ſcio propter [1] impatibiles uvæ morbos, radicem ejus, filo ſuſpenſam è collo gerere, præterquam in balineis, [2] & ita liberatum incommodo omni. Quinetiam inveni apud auctores, caput illitum ea diſtillationem anno toto non ſentire. Oculos tamen hebetare putatur. Coriandrum [c] inter ſilveſtria non invenitur. Præcipuum tamen eſſe conſtat Ægyptium. Valet contra ſerpentium genus unum, quod amphisbænas vocant, potum impoſitumque. Sanat & alia vulnera. Epinyctidas, puſtulas tritum. Sic & omnes tumores collectioneſque cum melle aut uva paſſa. [d] Panos vero ex aceto tritum. Seminis grana tria in tertianis devorari jubent aliqui ante acceſſionem: vel plura illini fronti. Sunt qui & ante Solis ortum cervicalibus ſubjici efficaciter putent. Vis magna ad refrigerandos ardores viridi. Hulcera quoque, [e] quæ ſerpunt, ſanat cum melle vel uva paſſa: item teſtes, [f] ambuſta, carbunculos, aures: cum lacte mulieris

1 impetibiles. *ut ſæpe monuimus.*

2 &, *in Ch. d.*

a *Teneſmis.*] Hæmorrhoidibus, Dioſc. *Dalec.*

b *Purgationibus mulierum.*] Immodicis, & nimis effuſis. ſic & mox. *Id.*

c *Inter ſilveſtria non invenitur.*] Satu tantum, non ſponte, naſcitur. Nuper tamen ſilveſtre repertum in Hiſpania. *Idem.*

d *Panos.*] Et ſtrumas. Dioſcorid. *Idem.*

e *Quæ ſerpunt.*] Herpetas & ignes ſacros ſanat cum pane aut polenta: item teſtes inflammatos. Dioſcor. *Idem.*

f *Ambuſta.*] Igneas ſummæ cutis inflammationes, Dioſcor. πυρώδεις φλεγμονὰς κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν. *Idem.*

a *Vulnerum*

mulieris epiphoras oculorum: ventris & inteſtinorum fluxiones ſemen ex aqua potum. Bibitur & in choleris cum ruta. Pellit animalia interaneorum, cum mali Punici ſucco & oleo ſemen potum. Xenocrates tradit [1] rem, ſi vera eſt: menſtrua contineri uno die, ſi unum granum biberint fœminæ: biduo, ſi duo & totidem diebus quot grana ſumpſerint. Marcus Varro, coriandro ſubtrito cum aceto, carnem incorruptam æſtate ſervari putat. Atriplex & ſilveſtre eſt, [2] accuſatum à Pythagora, tanquam faceret hydropicos, morboſque regios & pallorem, coqueretur difficillime: ac ne in hortis quidem juxta id naſci quicquam, niſi languidum, [3] culpavit. Addidere Dionyſius & Diocles, plurimos gigni ex eo morbos. Nec niſi mutata [4] ſæpius aqua coquendum: ſtomacho contrarium eſſe, lentigines & papulas gignere. Miror, quare difficulter in Italia id naſci tradiderit Solon Smyrnæus. Hippocrates [a] vulvarum vitiis id infundit cum beta. Lycus Neapolitanus contra cantharidas bibendum dedit. Panos, furunculos incipientes, duritias omnes, vel cocto vel crudo utiliter illini putavit. Item ignem ſacrum, [b] cum melle, [5] aceto nitroque: ſimiliter podagras. Ungues ſcabros detrahere dicitur ſine hulcere. Sunt qui & morbo regio dent ſemen ejus [6] cum melle, [c] arterias & tonſillas nitro addito perfricent, alvum moveant, cocto [7] vel per ſe, vel cum malva aut lenticula, concitantes vomitiones. Silveſtri capillos tingunt, & ad ſupra dicta utuntur.

1 rem miram, ſi vera eſt. *M.* & *Ch.*

2 & ſativum accuſ. *M. V.*

3 putavit. *V.*

4 ſæpe. *Ch.*

5 acetoque nigro. *Man.* aceto nigro. *Ch.*

6 Cum mulſa. *Dioſc.*

7 vel, in *V. d.*

8 ſcripta. *V.* & *Ch.*

CAP.

a *Vulvarum vitiis.*] Inflammationibus. *Dalec.*

b *Cum melle.*] Mulſa. Dioſcor. *Idem.*

c *Arterias & tonſillas.*] Acri fluxione exaſperatas. *Idem.*

CAP. XXI.

1 moloche.

De malva, [1] malope, & althæa, & [a] lapatho, & oxylapatho, & hydrolapatho & hippolapatho, & bulapatho.

E Contrario in magnis laudibus malva eſt utraque, & ſativa & ſilveſtris. Duo genera earum amplitudine folii diſcernuntur. Majorem Græci [2] malopen vocant in ſativis. Alteram ab emolliendo [3] ventre dictam putant malachen. [b] E ſilveſtribus, cui grande folium & radices albæ, althæa vocatur, ab excellentia effectus à quibuſdam [4] ariſtalthæa. Omne ſolum, in quo ſerantur, pinguius faciunt. Huic contra omnes aculeatos ictus [5] efficacior vis, præcipue ſcorpionum, veſparum, ſimiliumque,

2 molochen. Ex Ath. lopen. Ch.
3 ventrem. Ch.
4 Plitolicia. Ch.
5 efficax. V. & Ch.

a *Lapatho.*] Lapathi Dioſcoridi quatuor genera: oxylapathum ſilveſtre: oxylapathum ſativum: oxalis rotunda ſilveſtris, nos & ſativam habemus: oxalis ſive anaxyris. Quatuor his generibus idem addit hippolapathon, nulla facta mentione aut hydrolapathi, aut bulapathi. Hydrolapathum auctoris, eſt Dioſcoridis hippolapathum, in paludibus naſcens. Hippolapathum auctoris lapathi ſilveſtris genus, amplo & lato folio, deſcriptum à Dodonæo pro tertia ſpecie lapathi. Bulapathum vero, planta, quam Totambonam officinæ vocant. *Dalec.*

b *E ſilveſtribus, cui grande folium & radices alba, althea vocatur, ab excellentia effectus à quibuſdam Ariſtalthea.*] Diverſa eſt codicis antiqui lectio. Scribo igitur ſic: *E ſilveſtribus cui grande folium & radices albæ, Althæa vocatur, ab excellentia effectus. Quibuſdam Pliſtolochia.* Nam ab excellentia effectus dictam eſſe Althæam, ſatis indicat Dioſcorides l. 4. nomen illi aſſerens à multiplici poteſtate & uſu eſſe factum. Scribitur autem ea dictio cum Æ diphthongo in ſecunda ſæpius. deduci enim videtur à verbo Græco, ἀλθαίνω, quod apud nos *medeor* valet. apud Galenum autem 7. de ſimplicibus, & Theophraſtum 9. de plantarum hiſtoria, cum *e* ſimplici ſcriptum invenio, quod poteſt tolerari, ut deſcendat à verbo ἄλθω, ejuſdem qua ἀλθαίνω ſignificationis: etſi alias apud eundem Theophraſtum cum Æ diphthongo inveniatur. Porro *altheam* vocatam eſſe alio nomine Pliſtolochiam Plinius ſupra oſtendit hoc ipſo lib. cap. 4. his verbis: *Paſtinacæ ſimile hibiſcum, quod molochen agriam vocant, aliqui Pliſtolochiam.* Molochen autem & Althæam idem eſſe & Dioſcorides 3. & Theophraſtus 9. auctores ſunt. Hermolaus tamen Ariſtaltheam, vocem, ut nos putamus, adulterinam & commentitiam, in Corollario in Dioſcoridem agnoſcit pro vera & legitima à Plinio tantum deſumptam. perperam, ut cenſemus. Certe in exemplari noſtro *Pliſtolochia* non *Ariſtalthea* legitur, & neque Dioſcorides, neque Galenus, Paulusve, medicorum aut quod ſciam ullus, ejus vocis meminit. Pro perſuaſo vero habeo ſciolum aliquem eam commentum eſſe, quod Græcæ linguæ ignorantia neſciret quomodo hæc vox *Althæa* excellentiam effectus ſignificaret. novam igitur ipſe excogitavit; ſatis evidenti exemplo, quanto diſciplinarum periculo indocti audeant ſeſe corrigendis libris immiſcere, & receptam priſcamque antiquorum codicum lectionem mutare. *Pint.*

a *Valent*

liumque, & muris aranei. Quin & trita cum oleo qualibet earum peruncti ante, vel habentes eas non feriuntur. Folium impositum scorpionibus torporem affert. [a] Valent & [1] contra venena. Aculeos omnes extrahunt illitæ crudæ [2] cum nitro, potæ vero decoctæ cum radice sua, leporis marini [3] venena [4] restringunt: & ut quidam dicunt, si vomatur. De eisdem mira & alia traduntur. Sed maxime, si quotidie quis succi ex qualibet earum sorbeat cyathum dimidium, omnibus morbis cariturum. Hulcera manantia in capite sanant in urina putrefactæ, lichenas & hulcera oris cum melle. Radix decocta, furfures capitis & dentium mobilitates. Ejus, quæ unum caulem habet radice circa dentem qui [5] doleat [6] punge, donec desinat dolor. Eadem strumas & parotidas panosque, addita hominis saliva, [7] purgat citra vulnus. Semen in vino nigro potum à pituita & nauseis liberat. Radix mammarum vitiis occurrit, adalligata in lana nigra. Tussim in lacte cocta, & sorbitionis modo sumpta, quinis diebus emendat. Stomacho [8] inutiles Sextius Niger dicit. Olympias Thebana, abortivas esse cum adipe anseris: aliqui purgari fœminas, foliis earum manus plenæ mensura, in oleo & vino sumptis. Utique constat parturientes foliis substratis celerius [9] solvi, protinus à partu revocandum, ne vulva sequatur. Dant & succum bibendum parturientibus jejunis, in vino [10] decocta hemina. Quin & semen [11] tritum adalligant brachio, genitale non continentium. Adeoque eæ Veneri

1 contra presterum venena. *M.* contra physim venena. *Cb.*
2 cum anetho. *M.V.* cum nitro. *Cb.*
3 venenum. *Man.* cum radice succo, lep. mar. venenum restinguitur. *Cb.*
4 restinguunt. V.
5 dolet. *M.*
6 perunge. V. pungit *Cb* Lego, pungito.
7 pungunt. *Cb.*
8 utiles. *M.*
9 solvi: sed id protinus. V. solvi, sed protinus à partu revocanda, V. *alii*.
10 decoctæ. *Cb.*
11 tritum, in *Cb.* d.

a *Valent & contra venena.*] *Valent & contra psitim venena*, in antiquo cod. ut forte legendum sit non *psitim*, sed *psimithii*, hoc est, cerussæ, quam venenatam esse & Dioscorides & Nicander, & medici omnes testantur. Valere autem contra cerussam, malvæ decoctum Dioscorides tradit libro ultimo. *Idem.* *Valent & contra venena.*] Si jus decoctarum à bibentibus continuo revomatur. Diosc. *Dalec.*

Veneri naſcuntur, ut ſemen unicaulis aſperſum genitali, fœminarum aviditates augere ad infinitum, Xenocrates tradat. [1] Item tres radices juxta adalligatas, teneſmo & dyſentericis utiliſſime infundi. Item ſedis vitiis, vel ſi foveantur. Melancholicis quoque ſuccus datur cyathis ternis tepidus, & inſanientibus [2] quaternis. Decoctæ comitialibus heminæ ſucci. [3] His & calculoſis, & inflatione & torminibus, aut [4] opiſthotonico laborantibus, tepidus illinitur. Et ſacris ignibus, & ambuſtis, decocta in [5] oleum folia imponuntur: & ad vulnerum impetus cruda cum pane. Succus decoctæ nervis prodeſt, & veſicæ, & inteſtinorum roſionibus. Vulvas & cibo & [6] infuſione emollit in oleo: ſuccus decoctæ [7] pori meatus ſuaves facit. Althææ in omnibus ſupra dictis efficacior radix: præcipue convulſis ruptiſque. Cocta in aqua alvum ſiſtit. [a] Ex vino albo ſtrumas & parotidas, & mammarum [8] inflammationes & [b] [9] panos in vino folia decocta & illita tollunt. Eadem arida in lacte decocta, quamlibet pernitioſæ tuſſi citiſſime medentur. Hippocrates vulneratis, [10] ſitientibuſque [c] defectu ſanguinis, radicis decoctæ ſuccum bibendum dedit: & ipſam vulneribus cum melle & reſina, item [11] contuſis, luxatis, tumentibus, [12] & muſculis, nervis, articulis impoſuit: [13] & aſthmaticis ac dyſentericis in vino bibendum dedit. [d] Mirum, aquam radice ea [14] addita addenſari ſub [15] dio atque

1 Itemque. *Cb.*
2 quaternis, *in M. deeſt.*
3 Is. V.
4 opiſthotono. V.
5 oleo. V.
6 inſeſſione. V.
7 urinæ. V decoctæ potus halitus ſuaves. *Alii.* V. oriſque meatus ſuaves. *Alii.* permeatus. *Cb.*
8 inflationes. *Cb.* inflammationes tollit.
9 Panos in vi. fol. dec. & illita. Eadem. V.
10 ſiccеſcentibuſque. V.
11 convulſis. *M.*
12 &, *in V. d.*
13 *ut* P ſpaſticis, dyſ. *Cb.*
14 addita. *in M. d.*
15 divo. *Cb.*

a *Ex vino albo.*] Aut cum mulſa. Dioſcor. *Dalec.*
b *Panos.*] Abſceſſus. Dioſcor. *Id.*
c *Defectu ſanguinis.*] Atrophia. *Id.*
d *Mirum aquam radice ea addita addenſari ſub dio atque lacteſcere.*] Multo etiam fidelior hac in parte codex noſter, *Mirum aquam radice addita ea addenſari ſub dio, atque glacieſcere.* Theophraſtus libro nono, capite decimonono: *Spinam enim quandam enarrant quæ aquam, injecta congelet: & radicem althææ poſſe addenſare ajunt, ſi tritam injeceris, ſub dioque humorem poſueris.* Quæ Theophraſti verba invenies à Dioſcoride tralata tertio ejus libro, cap. de Althæa. *Pint.*

a *Efficacior*

atque [1] lactescere. [a] Efficacior autem, quo recentior. [b] Nec lapathum dissimiles effectus habet. Est autem [2] & silvestre, quod alii oxalidem appellant, [3] sativo proximum, foliis acutis, colore betæ candidæ, radice minima: nostri vero [c] rumicem, alii [d] lapathum cantherinum, ad strumas cum axungia efficacissimum. [e] Est & alterum genus, fere oxylapathon vocant, sativo [4] item similius, & acutiora habet folia ac rubriora, non nisi in palustribus nascens. [f] Sunt qui hydrolapathon tradunt in aqua natum. Est & aliud hipolapathon majus sativo, candidiusque ac spissius. Silvestria scorpionum ictibus medentur, & [5] ferire prohibent habentes. [g] Radix aceto decocta [6] si coletur, succus dentibus auxiliatur: si vero bibatur, morbo regio. Semen [h] stomachi inextricabilia vitia sanat. Hippolapathi radices privatim ungues scabros detrahunt. Dysentericos semen duabus drachmis in vino [7] potum liberat. Oxylapathi semen lotum in aqua cœlesti, sangui-

1 lentescere. *V* latescere. *Quidam. id est, In laticem verti.*
2 &, *in M. d.*
3 sapore. *Ch.*
4 idem *M.* id est. V. sativo id quidem similius, sed. *Alii* V.
5 feriri. V.
6 si colluatur succus. V.
7 optimum. *Ch.*

a *Efficacior autem, &c.*] Nam peptica & malactica vis spatio temporis elanguescit. *Dalec.*

b *Nec lapathum dissimiles, &c.*] Non hoc dicit, Lapathum herbam esse silvestrem, sed præter sativum esse etiam aliud lapathi genus silvestre. Quare melius legitur adjecto, *&c. Est autem & silvestre.* Gelen.

c *Rumicem.*] Supra cap. 12. lib. 19. Lapathum sativum rumex dicitur, non silvestre. *Dalec.*

d *Lapathum cantherinum.*] Ut Columella lib. 1. cap. 9. hexastichon hordeum cantherinum vocari ait, quod cantheriis, id est, equis pabulum detur, sic lapathum cantherinum hoc rumicis genus vocari probabile est, quod eo valde cantherii delectentur. In equis cantherii, quod in porcis majales, in ovium genere verveces. Lucilius,

Penula, si quaris, cantherius, servus segestre,
Utilior mihi, quam sapiens.

Rumicem fœcundum, epitheto peculiari, auctor Moreti vocat. *Idem.*

e *Est & alterum genus fere, oxylapathon appellant, sativo idem similius.*] Legendum reor, *feri*, hoc est, *silvestris*, non *fere.* Vetus quoque codex *item* legit, non *idem.* Pint.

f *Sunt qui hydrolapathon.*] Integra & nihil mutata lectione, quidam à Plinio significari volunt lapathi aquatici genus quarto loco descriptum à Dodonæo, in nostris stagnis frequens. *Dalec.*

g *Radix aceto decocta si coletur, succus dentibus auxiliatur.*] Scribe, *Radix aceto decocta, si colluantur, dentibus auxiliatur*, ex V. C. Quæ lectio fautorem habet Dioscoridem libro 2. de lapatho, sic prodentem: *Decoctis in vino etiam rumicibus, in dolore dentes & aures utiliter colluuntur. Pint.*

h *Stomachi inextricabilia vitia sanat.*] Stomachi fastidia, τὴν ἄσην. *Dioscor.* & cœliacos affectus. *Idem.*

sanguinem rejicientibus adjecta acacia lentis magnitudine prodest. [a] Præstantissimos pastillos faciunt ex foliis & radice, addito nitro & [1] jure exiguo. In usu aceto diluunt. Sed sativum in epiphoris oculorum illinunt [2] frontibus. [b]Radice meliceridas & lepras curant. In vino vero decocta, strumas & parotidas & calculos: [c] [3] Poto vino & [4] lienes, cœliacos æque & dysentericos & tenesmos. Ad eademque omnia efficacius jus lapathi: [5] & ructus facit & [d] urinam ciet, & caliginem oculorum discutit: item pruritum corporis, in solia balinearum additum, aut prius ipsum illitum sine oleo. Firmat & commanducata radix dentes. Eadem decocta cum vino, sistit alvum: folia [6] solvunt. Adjecit [7] Solon (ne quid omittamus) bulapathon, radicis tantum altitudine differens, [e] & erga dysentericos [8] effectu, potum ex vino.

1 thure. *Cornarius.*
2 fronti & temporibus. V.
3 semine poto è vino. *Cornarius.*
4 lienes inlita cœliacos. *Ch.*
5 quod. V.
6 solvunt adjecto sale. Neque hic omittemus. *M.*
7 Solo *Ch.*
8 efficacius. *M.*

CAP. XXII.

De sinapis tribus generibus, & marrubio, & serpyllo, & sisymbrio, sive thymbræo, & de lini semine, & blito.

SInapi, cujus [f] in sativis tria genera diximus, Pythagoras principatum habere ex his, quorum sublime

a *Præstantissimos pastillos.*] Ad scabiem, lepras, impetigines. *Dalec.*

b *Radice meliceridas & lepras curant.*] Scribo, *lichenas & lepras*, ex antiquo exemplari, suffragante etiam Dioscoride lib. 2. *Sanant*, inquit, *rumicum omnium radices in aceto cocta, crudaque mox emplastri modo imposita, lepras, impetigines scabrosque ungues.* Sic enim melius legetur quam ut Hermolaus castigavit, qui pro *cherias*, ut antea in codicibus excussis legebatur, *meliceria* ipse substituit. Quod etsi Dioscorides quoque scribat, tamen accedenti ad alteram ejus sententiam, de antiquissimi & emendatissimi codicis scriptura, nullus relinquitur dubitationis locus. Esse autem lichenas Græce, quæ à Latinis impetigines dicantur, apertius est quam ut expositione egeat. P.

c *Poto vino & lienes.*] Cum aceto, *Dioscor.* Legit Cornarius, *Semine poto è vino lienes; &c.* Dioscorides vero habet: *silvestris* (nempe mollis) *& oxylapathi, oxalidis semen ex aqua aut vino bibitur contra dysenterias, cœliacos affectus, stomachi fastidia, &c.* nulla lienis facta mentione. *Dalec.*

d *Et urinam ciet.*] Menses. Dioscor. *Idem.*

e *Et erga dysentericos effectu, potum ex vino.*] Ut intelligamus hoc quoque differre à reliquis lapathi generibus, quod peculiarem vim contra dysenteriam habeat. *Gelen.*

f *In sativis tria genera diximus.*] Lib. 19. cap. 8. *Dalec.*

a *Contra*

[1] sublime vis feratur, judicavit, quoniam non aliud magis in nares & cerebrum penetret. Ad serpentium ictus & scorpionum tritum cum aceto illinitur. Fungorum venena discutit. [a] Contra pituitam tenetur in ore, donec liquescat, aut gargarizatur cum aqua mulsa. Ad dentium dolorem manditur: [b] ad uvam gargarizatur cum aceto & melle. Stomacho utilissimum contra omnia vitia, pulmonibusque. Excreationes faciles facit in cibo sumptum: datur & suspiriosis. Item comitialibus tepidum cum succo cucumerum. Sensus, atque sternutamentis caput purgat, alvum mollit, menstrua & urinam ciet. Hydropicis [2] imponitur: cum fico & cumino tusum ternis partibus comitiali morbo. [3] Et vulvarum [c] conversione suffocatas excitat odore, aceto misto: item lethargicos. Adjicitur tordilion. [d] Est autem id semen ex seseli. Et si vehementior somnus lethargicos premat, cruribus aut etiam capiti illinitur cum fico ex aceto. Veteres dolores thoracis, lumborum, coxendicum, humerorum, & in quacunque [4] corporis ex alto vitia extrahenda sunt, illitum caustica vi emendat, pustulas faciendo. [5] At in magna duritia sine fico impositum: vel si vehementior [6] urigo timeatur, [e] per duplices pannos. Utuntur ad alopecias cum rubrica, psoras, lepras, phthiriases, [7] lithanicos, opisthotonicos. Inungunt quoque scabras genas, aut [8] caligantes oculos cum melle. Succusque tribus modis exprimitur in fictili, calescitque in eo in Sole modice.

1 in sublime. V.

2 imponitur cum fico & cumino, &c.
3 Ex. V.
4 parte corp. Ch.
5 Ad magnam duritiem. M.
6 ustio. Ch.
7 tetanicos.
8 calig. ocu. succo cum melle, qui tribus modiis (sub. feminis) exprimitur, & in fictili deinde Sole modice crassescit. Exit & è caul. suc. lactescens, qui ita, &c. *partim ex Manusc. partim è conjectura. Manusc. habent*, oculos melle, succoque tribus modiis, &c. deinde, succus latens ei ne cui ita, &c.

a *Contra pituitam tenetur in ore.*] Mansum capitis pituitam elicit. ἀποφλεγματίζει. Diosc. *Dalec.*

b *Ad uvam gargarizatur, &c.*] Ad tonsillas, diuturnasque & callosas arteriæ scabritias succus mixtus cum mulsa gargarizatur. *Idem.*

c *Conversione.*] Strangulatu. Diosc. *Idem.*

d *Est autem id semen ex seseli.*] Tordylium quidam Creticum seseli vocant. Diosc. *Idem.*

e *Per duplices pannos.*] Inter duplicatum pannum. *Idem.*

dice. [a] Exit & è cauliculo ſuccus lacteus, qui ita
cum induruit, dentium dolori medetur. Semen
ac radix, cum immaduere muſto, conteruntur, ma-
1 confirmandas. Ch. nuſque plenæ menſura ſorbentur ad [1] firmandas fau-
ces, ſtomachum, oculos, caput, ſenſuſque om-
2 saluberrimæ. Ch. nes: mulierum etiam laſſitudines, [2] ſaluberrimo
genere medicinæ. Calculos quoque diſcutit po-
3 in. Ch. tum [3] ex aceto. Illinitur & livoribus ſuggillatiſque
cum melle & adipe anſerino, aut cera Cypria. Fit
4 ex eo ſem. Ch. & oleum [4] ex ſemine madefacto in oleo expreſſo-
que, quo utuntur ad nervorum rigores, lumborum-
que & coxendicum perfrictiones. [b] Sinapis natu-
ram effectuſque eoſdem habere traditur adarca,
[c] inter ſilvas tacta in cortice calamorum ſub ipſa co-
ma naſcens. Marrubium plerique inter primas her-
bas commendavere, quod Græci praſion vocant,
alii linoſtrophon, nonnulli philopeda, aut philo-
chares, notius quam ut indicandum ſit. Hujus fo-
lia ſemenque contrita proſunt contra ſerpentes, pe-
ctorum & lateris dolores, tuſſim veterem. Et iis
5 rejiciunt. M. [d] qui ſanguinem [5] rejecerint, eximie utile, [e] ſco-
pis ejus cum panico aqua decoctis, ut aſperitas ſuc-
ci mitigetur. Imponitur ſtrumis cum adipe. Sunt
qui viridis ſemen quantum duobus digitis capiant,
cum farris pugillo decoctum, addito exiguo olei &
6 ſorberi jejunis. M. & Ch. ſalis, [6] ſorbere jejunos ad tuſſim jubeant. Alii ni-
hil comparant in eadem cauſa marrubii & fœniculi
ſuccis ad ſextarios ternos expreſſis, decoctiſque ad
7 tum. Ch. ſextarios duos, [7] cum addito mellis ſextario, rur-
ſus

a *Exit & è cauliculo ſuccus lacteus.*] Falſum hoc: non enim planta hæc lacteum ſuccum fundit. *Dalec.*

b *Sinapis naturam, &c.*] Lege, *Sinapis naturam effectuſque eoſdem habere traditur Adarci inſtar ſalis coacta, in cortice calamorum naſcens.* Salmaſ. 1301.a.

c *Inter ſilvas tacta, &c.*] Lib. 16. cap. 36. quo tractantur arbores in ſilvis naſcentes. Inepte Plinius & illic & hic ardacen inter plantas memorat. Vide ſupra cap. 36. lib. 16. & infra cap. 10. lib. 32. circa finem. *Dalec.*

d *Qui ſanguinem rejecerint.*] Tabidis. Dioſc. *Idem.*

e *Scopis.*] Faſciculis manualibus. *Idem.*

a *Et*

ſus decocta ad ſextarios duos, ſi cochlearii menſura in die ſorbeatur [1] in aquæ cyatho. [a] Et virilium vitiis tuſum cum melle mire prodeſt. Lichenas purgat ex aceto. Ruptis, convulſis, ſpaſticis nervis ſalutare. Potum alvum ſolvit cum ſale & aceto. Item menſtrua & ſecundas mulierum. Arida farina cum melle [b] ad tuſſim ſiccam efficaciſſima eſt. Item ad [c] gangrænas & pterygia. Succus vero auriculis, & naribus, & [d] morbo regio, minuendæque bili cum melle prodeſt. Item contra venena inter pauca potens. Ipſa herba ſtomachum & excreationes pectoris purgat. Cum iride & melle urinam ciet. Cavenda tamen exhulceratæ veſicæ & renum vitiis. Dicitur ſuccus [2] claritatem oculorum adjuvare. Caſtor marrubii duo genera tradit: nigrum, & quod magis probat, candidum. In ovum inane ſuccum addit is, [3] ipſumque ovum infundit melle æquis portionibus tepefactum, [e] vomicas rumpere, purgare, perſanare promittens: illitis etiam vulneribus à cane factis [4] tuſo cum axungia veteri. Serpyllum [f] à ſerpendo putant dictum. Quod in ſilveſtri evenit, in petris maxime. Sativum non ſerpit, [g] ſed ad palmi altitudinem increſcit. Pinguius volun-

1 cum. *Dal.*

2 & clar. *Ch.*

3 ipſumque infuſo melle, &c. perſanare promittit: illinit etiam vulnera à cane facta tuſo. V.

4 tuſum cum ax. vetere. *Ch.*

a *Et virilium vitiis, &c.*] Folia cum melle illita, ſordida ulcera purgant, nomas ſiſtunt. Dioſc. *Dalec.*

b *Ad tuſſim ſiccam efficaciſſima eſt.*] Ob humoris craſſitiem. *Idem.*

c *Gangrænas & pterygia.*] Cancrum eſſe gangrænam putat Nonius, quamvis eas ægritudines medici diſtinguant. Lucil. lib. 1. Sat.

---- ſerpere uti gangræna malum atque Herpes ita poſſet.

Varro περὶ ἐξαγωγῆς, *Non vituperamus, cum ſciamus digitum præcidi oportere, ſi ob eam rem gangræna non ſit ad brachium ventura.* Idem lib. 2. de vita Pop. Roman. metaphorice: *Quo facilius animadvertatur per omnes articulos populi hanc mali gangrænam ſanguinolentam permeaſſe, nempe morum labem & corruptionem.* Idem.

d *Morbo regio.*] Naribus morbum regium purgat. Dioſc. *Idem.*

e *Vomicas rumpere.*] Internos abſceſſus. *Idem.*

f *A ſerpendo putant dictum.*] A ſerpendo putant dictum, quod in ſativo evenit in petris maxime. (à maceriis demiſſum prolixius creſcit. D.) ſilveſtre ac voluntarium non ſerpit, ſed ad palmi altitudinem increſcit. Sativum origano ſimile foliis ramiſque, ſed candidioribus. Dioſcor. *Idem.*

g *Sed ad palmi altitudinem increſcit.*] Parvi: nimirum ad quatuor digitorum, ſive trium pollicum altitudinem. *Idem.*

a Et

voluntarium, & candidioribus foliis ramisque adversus serpentes efficax, maxime cenchrin & scolopendras terrestres ac marinas, & scorpiones decoctis [1] in vino ramis foliisque. Fugat & odore omnes si [2] uratur. [a] Et contra marinorum venena praecipue valet. Capitis doloribus decoctum in aceto [b] illinitur temporibus ac fronti cum rosaceo. Item phreneticis, lethargicis: contra tormina, & urinae [3] difficultatem, anginas, vomitiones, drachmis quatuor datur. Ex aqua bibitur & ad jocinerum [c] [4] desideria. Folia obolis quatuor dantur ad lienem ex aceto. [d] Ad cruentas excreationes teritur in cyathis duobus aceti & mellis. [e] Sisymbrium silvestre à quibusdam [5] thymbraeum appellatum, pedali non amplius altitudine. Quod in riguis nascitur, [f] simile nasturtio est. [g] Utrunque efficax adversus aculeata animalia, ut crabrones & similia. [h] Quod in sicco ortum odoratum est, & inseritur coronis angustiore folio. Sedant [i] utraque capitis dolorem. Item [6] epiphoras. Alii panem addunt: alii per se decoquunt in vino. Sanat & epinyctidas, [k] cutisque vitia in facie mulierum intra quartum diem noctibus

1 ex. *Ch.*

2 uretur. *Ch.*

3 difficultates. *Ch.*

4 ardores, phlegmonas. *Diosc.* dolores. V. desiderium. *Ch.*

5 serpyllum. *Diosc.*

6 epiphoras, ut Philin. tradit. V. epiph. ut Plinius tradit. *Ch. corrupta, sed ex qua lectione illa Veteris confirmatur.*

a *Et contra marinorum venena, &c.*] Leporis, draconis, pastinacae, &c. *Dalec.*

b *Illinitur temporibus.*] Καταβρέχεται Dioscor. affunditur. *Idem.*

c *Desideria.*] Ardores, phlegmonas. Dioscor. *Idem.*

d *Ad cruentas excreationes.*] Dioscoridi cruentos vomitus sedat ejus succus, ad drachmas quatuor potus ex aceto. *Idem.*

e *Sisymbrium silvestre à quibusdam.*] Sisymbrium à quibusdam appellatum silvestre serpyllum. *Dioscorid.* Apud Aristophanem sisymbrio sponsi coronantur hilares alioqui, & nuptiarum expectatione laeti, unde νυμφίων βίος, solutus & voluptarius, ὑμεῖς δὲ μὴ ἀγροῖκοι ζῆτε νυμφίων βίον. Rhod. cap. 24. lib. 28. *Idem.*

f *Simile nasturtio est.*] Gustu, Diosc. *Idem.*

g *Utrunque efficax.*] Prius, Diosc. *Idem.*

h *Quod in sicco ortum, &c.*] Quod in sicco ortum menthae hortensi simile est, odoratius, latiore folio, & coronis inseritur. *Dioscor.* Idem.

i *Utraque capitis.*] Prius, Diosc. idque folio fronti & temporibus illito. *Idem.*

k *Cutisque vitia.*] Ephelidas, maculas sole contractas, & lentigines in facie. Dioscorides *mulierum*, non addit, atque id de posteriore. *Idem.*

a *Motu*

ctibus impositum, diebusque detractum. Vomitiones, singultus, tormina, stomachi dissolutiones cohibet sive in cibo sumptum, sive succo potum. Non edendum gravidis, nisi mortuo conceptu. Quippe etiam impositum ejicit. [a] Movet urinam cum vino potum, silvestre [1] & calculos. [b] Quos vigilare opus sit, excitat infusum capiti cum aceto. Lini semen cum aliis quidem in usu est: & per se mulierum [c] cutis vitia emendat in facie. Oculorum aciem succo adjuvat. [d] Epiphoras cum thure & aqua, aut cum myrrha ac vino sedat: parotidas cum melle aut adipe, aut cera: stomachi [2] solutiones inspersum polentæ modo: anginas in aqua & oleo decoctum, & cum aniso illitum. Torretur, ut alvum sistat. Cœliacis, & dysentericis imponitur ex aceto. Ad jocineris dolores estur cum uva passa. Ad phthisin utilissime è semine fiunt ecligmata. Musculorum, nervorum, articulorum, [3] cervicum duritias, cerebri [e] membranas mitigat farina seminis, nitro aut sale, aut cinere additis. Eadem cum fico [4] idem concoquit ac maturat. Cum radice vero cucumeris silvestris extrahit quæcunque corpori inhæreant. Sic [5] & fracta ossa. Serpere hulcus in vino decocta prohibet, eruptiones pituitæ cum melle. Emendat ungues scabros cum pari modo nasturtii: [6] & testium vitia & ramices cum resina & murrha, & gangrænas ex aqua. Stomachi dolores cum fœno Græco sextariis utriusque decoctis in aqua mulsa. Intestinorum & thoracis perniciosa vitia, clystere in oleo [7] & melle. Blitum

1 ejicit. V.
2 dissolutiones. Dal. ut paulo ante.
3 cervicis. V.
4 & idem. M. totidem. V. item. Dal.
5 effracta. Ch.
6 & in M. d.
7 aut. Ch.

a *Movet urinam cum vino potum.*] Utrumque & mox, silvestre, prius. Dioscor. *Dalec.*
b *Quos vigilare opus sit.*] Somnolentos, veternosos, lethargicos. *Idem.*
c *Cutis vitia emendat.*] Ephelidas, & varos, crudum illitum cum nitro & fico. Dioscor. *Idem.*
d *Epiphoras cum thure.*] Omnem inflammationem cum aqua, melle, exiguo oleo, aut cum melle cocto. Discor. *Idem.*
e *Membranas mitigat.*] Inflammatas. *Idem.*

tum [a] iners videtur ac sine sapore, aut acrimonia ulla. [b] Unde convicium fœminis apud Menandrum faciunt mariti. Stomacho inutile est. [c] Ventrem adeo turbat, ut choleram faciat aliquibus. Dicitur tamen adversus scorpiones potum è vino prodesse, & clavis pedum illini: item lienibus & temporum dolori ex oleo. Hippocrates menstrua [1] sisti eo cibo putat.

1 cieri *Ex Hipp. l. 2. de diæt.* Ch.

CAP. XXIII.

De meu, & fœniculo, & hippomarathro vel [2] myrsineo, & cannabi, & de ferula, & carduis.

2 murrhineo, *vel* murrhino. *Dal.*

MEU [3] in Italia non nisi à medicis seritur, & iis admodum paucis. [d] Duo genera ejus. Nobilius Athamanticum vocant, illi tanquam ab Athamante inventum, hi quoniam laudatissimum [e] in Athamante reperiatur, foliis [4] aniso simile, & caule aliquando [5] bicubitali, radicibus multis [6] & obnigris, quibusdam altissimis. Minus ruffum, quam illud alterum. Ciet urinam in aqua [7] potum, [f] radice trita vel decocta. Inflationes stomachi mire discutit. Item tormina & [g] vesicæ vitia: vulvarumque

3 Meon. M. Meum. *Ch.*
4 anetho. *Diosc. & V.*
5 bipedali. *Ch.*
6 oblongis, nigris. *M.*
7 potum. Radice tr. vel decocta inflationes. *V.*

a *Iners videtur ac sine sapore.*] Εὐηθὲς, ἀτελὲς, μωρὸν λάχανον. *Dalec.*

b *Unde convitium fœminis, &c.*] Βλιτίδες αἱ dicuntur, ἀτελεῖς. Plauto *lutea*, & *blitea*, à luto & blito. Catullus:

Non assis facies, ô blitum lupanar,

id est, meretrix fatua. *Scalig. in Varr.* Plautus in Trucul.

Blitea & lutea est meretrix, nisi quæ in vino sapit, ad rem suam.

Lutea contemptissima, nullius pretii, è luto facta. βλὰξ, stolidus, ineptus, insulsus. βλιτὰς γυνὴ Suidæ iners, stupida, fatua. βλιτομάμμας Aristophani, stolidus more puellulorum. Inde vox Gallica, *Belitre.* Idem.

c *Ventrem adeo turbat.*] Theopompus comicus apud Athenæum 14. παῦσαι κυβεύων μειράκιον, καὶ τοῖς βλίτοις διατρώγειν τὸ λοιπὸν, κοιλίαν σκληρὰν ἔχεις, τὰ πτερύγια τῶν ἰχθυδίων ἐσθίεις. Victorius cap. 13. lib. 3. *Idem.*

d *Duo genera ejus.*] Macedonicum scilicet & Hispanicum. Non quidem ea duo diversa genera sunt: cæterum iis in locis plurimum gignitur. *Idem.*

e *In Athamante reperiatur.*] Monte Phthiotidis Thessaliæ, supra cap. 8. lib. 4. *Idem.*

f *Radice trita vel decocta.*] Citra coctionem. Dioscor. *Idem.*

g *Vesicæ vitia.*] Farctæ ac præclusæ. Dioscor. *Idem.*

a *Unde*

rumque [1] articulis cum melle, infantibus cum apio illitum imo ventri urinas movet. Fœniculum nobilitavere serpentes gustatu, ut diximus, senectam exuendo, oculorumque aciem succo ejus reficiendo: [a] unde intellectum est, [2] hominum quoque caliginem præcipue eo [3] levari. Colligitur hic [b] caule turgescente. In Sole siccatur, inungiturque ex melle. Ubique hoc est. [4] Laudatissimus [c] in Iberia [d] è lacrymis fit, & ex semine recenti. Fit [5] etiam è radicibus, prima germinatione incisis. Est & in hoc genere silvestre, quod alii hippomarathron, alii [6] myrsineum vocant, foliis majoribus, gustu acriore, procerius, brachiali crassitudine, radice candida. Nascitur in calidis, sed saxosis. Diocles & aliud hippomarathri genus tradit, longo & angusto folio, semine coriandri. Medicinæ [7] in sativo, ad scorpionum ictus & serpentium, semine in vino poto. Succus & auribus instillatur, vermiculosque in his necat. Ipsum condimentis prope omnibus inseritur: oxyporis etiam aptissime. [e] Quin & panis crustis subditur. Semen [f] stomachum dissolutum astringit, vel in febribus sumptum. Nauseam [g] ex aqua tritum sedat. Pulmonibus & jocineribus laudatissimum. [h] Ventrem sistit, cum modice sumitur, urinam [8] exciet, & tormina mitigat deco-

1 art. cum melle prodest. Infant. V. articulis dolentibus prodest: thoracis item fluxionibus cum melle. Infant. *Alii V.*

2 hominem, &c. levare. *Ch.*

3 relevari. *M.*

4 Laud. tamen in Ib. V.

5 & è. *Ch.*

6 murrhineum, quod murrham oleat radix: *vel*, murrhinum. *Dal.*

7 insitivo. *Ch.*

8 excitat, & tor. mit. totum dec. V. ad tormina totum decoctum. *Ch.*

a *Unde intellectum est, &c.*] Nicander in Theriacis:

---- μαράθρου ἐνήχυτον ὄρπηξ
Βοσκηθεὶς ὠκεῖαν καὶ αὐγάζεται πί-
θησι.

Dalec.

b *Caule turgescente.*] E scapo, foliis, viridi semine, ramulis, & radicibus prima germinatione. *Dioscor.* Idem.

c *In Iberia.*] In Iberia caulem medium, dum floret, rustici demetunt, & igni admovent. Calfactus is succum lacteum [ὀπὸν] exudat gummi similem, altero succo efficaciorem ad oxydercica & ocularia medicamenta. *Dioscor.* confuse & perturbate hoc Plinius. *Idem.*

d *E lacrymis fit.*] Gummoso liquore, quem igne vicinus caulis veluti lacrymatur. *Idem.*

e *Quin & panis crustis subditur.*] Ut ammi, melanthium & anisum. *Idem.*

f *Stomachum dissolutum astringit.*] Stomachi fervorem extinguit. *Idem.*

g *Ex aqua tritum sedat.*] Frigida potum. Dioscor. *Idem.*

h *Ventrem sistit.*] Hippomarathron radice aut semine poto. *Dioscor.* Idem.

a *Mammas*

1 mammas replet radice cum ptis. sumpta. Renes. V.
2 decocti. Ch.
3 radicis succo. V.
4 vel. V.
5 Mycon. Ch.
6 nigrior & foliis asperior. Ch.

decoctum, lactisque defectu potum [a] [1] mammas replet: Radix cum ptisana sumpta [b] renes purgat, sive [2] decocto succo, sive semine sumpto. Prodest & hydropicis radix ex vino cocta. Item convulsis. Illinuntur folia tumoribus [c] ardentibus ex aceto. [d] Calculos vesicæ pellunt. Geniture abundantiam quoquo modo haustum facit. [e] Verendis amicissimum, sive ad fovendum radice cum vino cocta, sive contrita in oleo illitum. Multi tumoribus & suggillatis cum cera illinunt. Et [3] radice in succo vel cum melle contra canis morsum utuntur, [4] & contra multipedam ex vino. Hippomarathron ad omnia vehementius. Calculos præcipue pellit. Prodest [f] vesicæ cum vino leni, & fœminarum menstruis hærentibus. Efficacius in eo semen, quam radix. Modus in utroque, quod duobus digitis tritum additur in potionem. [g] Petridius, qui Ophiaca scripsit, [h] & [5] Miction, qui rhizotomumena, adversus serpentes nihil hippomarathro efficacius putavere. Sane & Nicander non in novissimis posuit. [i] Cannabis in silvis primum nata est, [6] nigriore folio & asperiore. Semen ejus extinguere genituram virorum dicitur. [k] Succus ex eo vermiculos aurium, & quod-

a *Mammas replet.*] Si sativi coma, vel semen cum ptissana sumatur, aut si hippomarathri foliorum decoctum hauriatur. *Dioscor.* Dalec.

b *Renes purgat.*] Renum doloribus prodest. *Idem.*

c *Ardentibus ex aceto.*] Ex incendio factis, vel carbunculis. *Idem.*

d *Calculos vesicæ pellunt.*] De Hippomarathro id Dioscor. *Idem.*

e *Verendis amicissimum.*] Tumentibus, ulceratis, pruriginosis. *Idem.*

f *Vesicæ cum vino leni.*] Stranguriæ. Dioscor. *Idem.*

g *Petridius qui Ophiaca scripsit.*] Scribendum *Petrichus*, non *Petridius*, ut supra ostensum est, ex Nicandri interprete & antiquo exemplari. *Pint.*

h *Et Miction qui Rhizotomumena.*] Scribo *Micton*, non *Miction*: & *Rhizotomica*, non *Rhizotomumena*, ex Nicandri interprete, in Theriacis Mictonem citante in Rhizotomicis. *Idem.*

i *Cannabis.*] In vetusta inscriptione sepulchri Patavini legitur *Canabetum* simplici *n*. Ea sic habet: *Inferendi, in area humandi, sepeliendique jus potestasque esto, in huic area, quam ego definii, & à fronte maceriam duxi, & titulum posui, ultra eam aream & maceriam in fronte in agro versus late P. X. retro usque ad Canabetum huic area cedet, in qua pedatura neque humari, neque tumulum fieri volo, ut habeat ea area & à latere accessum suum.* Brissonius c. 16. lib. 2. *Dalec.*

k *Succus ex eo vermiculos aurium.*]

Cannabis

& quodcunque animal intraverit, ejicit, sed cum dolore capitis. [a] Tantaque vis ei est, ut aquæ infusa, coagulare eam dicatur. Et ideo jumentorum [b] alvo succurrit pota in aqua. Radix contractos articulos emollit in aqua cocta: item podagras & similes impetus. [c] Ambustis cruda illinitur, sed sæpius mutatur priusquam [1] arescat. Ferula semen anetho simile habet. Quæ ab uno caule dividitur in cacumine, fœmina putatur. Caules eduntur decocti, [2] commendanturque musto ac melle stomacho utiles. [3] Sin plures sumpti, capitis [4] dolores faciunt. [d] Radix denarii pondere in vini cyathis duobus, bibitur adversus serpentes. Et ipsa radix imponitur. [5] Sic & torminibus medetur. [e] Ex oleo autem & aceto, contra sudores immodicos, vel in febribus proficit. Succus ferulæ alvum [6] solvit fabæ magnitudine devoratus. Et viridi [7] ferula ramusculus, utilis est ad omnia ea vitia. [f] Ad sanguinem sistendum decem grana seminis bibuntur, in vino trita, vel medulla. Sunt qui comitialibus [8] morbis dandum putant Luna quarta, sexta, septima, [9] ligulæ mensura. Natura ferularum murænis infestissima est: tactæ siquidem ea moriuntur. Castor [g] radicis succum & oculorum claritati conferre multum putavit. Et de carduorum satu inter hortensia

1 inaresfcat. V.
2 condiuntur. V.
3 sed. V.
4 dolorem. Ch.
5 Sementor. Diofcor.
6 sistit. V.
7 medulla vultui utilis est, & ad omnia ejus. M. Et viride merulla vultuis utile est, &c. Ch.
8 bis dandum putent. Ch.
9 lingulæ. Ch.

Cannabis recentis decoctum expressa valide herba, piscatores terrestrium lumbricorum cavernulis effundentes eos statim evocant. Ejusdem succus, aut decoctum, tineas equorum ventri inhærentes ejicit & necat. *Dalec*

a *Tantaque vis ei est.*] Cum Plinius legisset cannabis silvestris virgas esse althææ similes, oscitanter & incogitanter cannabi tribuit, quod althææ proprium est, ut aquam spisset, quod antea traditum est, cap. 21. *Idem.*

b *Alvo succurrit.*] Concitatæ. Dioscor. *Idem.*

c *Ambustis cruda illinitur.*] Inflammationes mulcet illita, & tumores discutit. Dioscor. *Idem.*

d *Radix.*] Medulla, Dioscor. *Idem.*

e *Ex oleo autem & aceto.*] Sudores ciet, cum oleo perunctio corpore. Dioscor. *Idem.*

f *Ad sanguinem sistendum.*] Ad cruentas excreationes medulla pota confert, naribus indita sanguinem erumpentem sistit. Dioscor. *Idem.*

g *Radicis succum.*] Sagapenum, quod imo caule ad radicem vulnerato fluit. Dioscor. *Idem.*

hortensia diximus: quapropter & medicinam ex iis non differamus. [a] Silvestrium genera sunt duo, [b] unum fruticosius à terra statim: [c] alterum unicaule crassius. Utrique folia pauca, spinosa, muricatis cacuminibus. Sed alter florem purpureum mittit inter medios aculeos, [d] celeriter canescentem, & abeuntem cum aura: scolymon Græci vocant. Hic antequam floreat contusus atque expressus, illito succo alopecias replet. Radix cujuscunque ex aqua decocta [1] potoribus sitim facere narratur. Stomachum corroborat: & vulvis [2] (si credimus) etiam conferre aliquid traditur, [e] ut mares gignantur. [f] Ita enim Chæreas Atheniensis scripsit, & Glaucias, qui circa carduos diligentissimus videtur. [g] Manducatus carduus, [h] odorem commendat oris.

1 potionibus. *M.* potioribus. *Ch.*
2 sic. *Ch.*

CAP. XXIV.

Theriaca compositio, medicaminis Antiochi.

3 Sed discessuri, *in Ch. non legitur.*

SED [3] discessuri ab hortensibus, unam compositionem ex his clarissimam subtexemus, adversus venenata animalia, incisam lapide versibus in limine ædis Æsculapii. [i] Serpylli duûm denariorum

a *Silvestrium genera sunt duo: unum fruticosius à terra statim: alterum unicaule crassius.*] Hoc μονοστελεχὲς & μονόκαυλον Theophrasto, illud θαμνῶδες ταῖς ῥάβδοις. Immemor ergò sui Plinius *fruticosum* heic, pro frutectoso posuit. Frutectosa est ebenus, quam θαμνῶδες δένδρον ideo vocat Theophrastus. Vide *Salmas.* p. 1031. b.

b *Unum fruticosius.*] Scolymus Theophrasti, qui infra describitur lib. & c. 22. *Frutex est nunquam cubitali altior, &c.* Dalec.

c *Alterum unicaule crassius.*] Scolymus Dioscoridis. *Idem.*

d *Celeriter canescentem.*] Marcore candicantem, ob id γήρεια, γηρείμους, & γηρείμυλος Græci, ut pappos Latini vocant. Rhodig. cap. 7. 6. *Idem.*

e *Ut mares gignantur.*] Medicorum vulgus Chamæleontæ, id est, silvestris cardui florem, ad conceptus efficacissimum esse putat. *Idem.*

f *Ita enim Chæreas Atheniensis scripsit, & Glaucias qui circa, &c.*] Brevius in antiquo exemplari: *Ita certe Glaucias scripsit qui circa, &c.* reliqua superfluunt. *Pint.*

g *Manducatus carduus odorem commendat oris.*] Lege: *Mastiche cardui silvestris odorem commendat oris.* Salmas. pag. 228.

h *Odorem commendat oris.*] Radix illita, & decocta, in vinoque pota, totius corporis & alarum graveolentiam emendat. *Dalec.*

i *Serpylli duum denariorum pondus: opopanacis & milii, &c. digeruntur in pastillos victoriati pondere.*] Vides *denarium* pro drachma,

rum pondus: opopanacis & [a] milii tantundem singulorum, trifolii pondus denarii: anethi & fœniculi seminis, [1] & anisi, & ammii, & apii, denariorum senûm singulis generibus, ervi farinæ duodecim. Hæc tusa cribrataque vino [2] quam possit excellenti, digeruntur in pastillos, victoriati pondere. Ex his singuli dantur ex vini misti cyathis ternis. Hæc theriaca magnus Antiochus Rex adversus omnia [3] venena usus traditur.

1 & anisi in V. d.

2 quantum.

3 ven nata. Ch. e

drachma, *victoriatum* pro tribus obolis. Sic & lib. xxi. cap. 22. & xxix. cap. 1. Sic cap. 4. & 6. & 10. lib. xxx. cap. 14. & 15. Sic *dua sexta denarii*, pro duobus obolis. Vide *Gronov.* de sestert. p. 195.

a *Milii.*] *Mei*, ex Galeno lib. 2. de antidotis. Hujus remedii alia descriptio est apud Plinium medicum lib. 3. c. pen. *Chiffletius.*

Veneri nascuntur, ut semen unicaulis aspersum genitali, fœminarum aviditates augere ad infinitum, Xenocrates tradat. [1] Item tres radices juxta adalligatas, tenesmo & dysentericis utilissime infundi. Item sedis vitiis, vel si foveantur. Melancholicis quoque succus datur cyathis ternis tepidus, & insanientibus [2] quaternis. Decoctæ comitialibus heminæ succi. [3] His & calculosis, & inflatione & torminibus, aut [4] opisthotonico laborantibus, tepidus illinitur. Et sacris ignibus, & ambustis, decocta in [5] oleum folia imponuntur: & ad vulnerum impetus cruda cum pane. Succus decoctæ nervis prodest, & vesicæ, & intestinorum rosionibus. Vulvas & cibo & [6] infusione emollit in oleo: succus decoctæ [7] pori meatus suaves facit. Althææ in omnibus supra dictis efficacior radix: præcipue convulsis ruptisque. Cocta in aqua alvum sistit. [a] Ex vino albo strumas & parotidas, & mammarum [8] inflammationes & [b] [9] panos in vino folia decocta & illita tollunt. Eadem arida in lacte decocta, quamlibet pernitiosæ tussi citissime medentur. Hippocrates vulneratis, [10] sitientibusque [c] defectu sanguinis, radicis decoctæ succum bibendum dedit: & ipsam vulneribus cum melle & resina, item [11] contusis, luxatis, tumentibus, [12] & musculis, nervis, articulis imposuit: [13] & asthmaticis ac dysentericis in vino bibendum dedit. [d] Mirum, aquam radice ea [14] addita addensari sub [15] dio atque

1 Itemque. *Cb.*
2 quaternis, *in M. deest.*
3 Is. *V.*
4 opisthotono. *V.*
5 oleo. *V.*
6 infessione. *V.*
7 urinæ. *V* decoctæ potus halitus suaves. *Alii. V.* orisque meatus suaves. *Alii.* per meatus. *Cb.*
8 inflationes. *Cb.* inflammationes tollit.
9 Panos in vi. fol. dec. & illita. Eadem. *V.*
10 siccescentibusque. *V.*
11 convulsis. *M.*
12 &, *in V. d.*
13 ut & spasticis, dys. *Cb.*
14 addita. *in M. d.*
15 divo. *Cb.*

a *Ex vino albo.*] Aut cum mulsa. Dioscor. *Dalec.*

b *Panos.*] Abscessus. Dioscor. *Id.*

c *Defectu sanguinis.*] Atrophia. *Id.*

d *Mirum aquam radice ea addita addensari sub dio atque lactescere.*] Multo etiam fidelior hac in parte codex noster, *Mirum aquam radice addita ea addensari sub dio, atque glaciescere.* Theophrastus libro nono, capite decimonono: *Spinam enim quandam enarrant quæ aquam, injecta congelet: & radicem althaæ posse addensare ajunt, si tritam injeceris, sub dioque humorem posueris.* Quæ Theophrasti verba invenies à Dioscoride tralata tertio ejus libro, cap. de Althæa. *Pint.*

a *Efficacior*

atque [1] lactescere. [a] Efficacior autem, quo recentior. [b] Nec lapathum dissimiles effectus habet. Est autem [2] & silvestre, quod alii oxalidem appellant, [3] sativo proximum, foliis acutis, colore betæ candidæ, radice minima: nostri vero [c] rumicem, alii [d] lapathum cantherinum, ad strumas cum axungia efficacissimum. [e] Est & alterum genus, fere oxylapathon vocant, sativo [4] item similius, & acutiora habet folia ac rubriora, non nisi in palustribus nascens. [f] Sunt qui hydrolapathon tradunt in aqua natum. Est & aliud hipolapathon majus sativo, candidiusque ac spissius. Silvestria scorpionum ictibus medentur, & [5] ferire prohibent habentes. [g] Radix aceto decocta [6] si coletur, succus dentibus auxiliatur: si vero bibatur, morbo regio. Semen [h] stomachi inextricabilia vitia sanat. Hippolapathi radices privatim ungues scabros detrahunt. Dysentericos semen duabus drachmis in vino [7] potum liberat. Oxylapathi semen lotum in aqua cœlesti, sangui-

1 lentescere. V latescere. *Quidam*. *id est*, *in laticem verti*.
2 &, *in* M. d.
3 sapore. *Ch*.
4 idem *M*. id est. V. sativo id quidem similius, sed. *Alii* V.
5 feriri. V.
6 si colluatur succus. V.
7 optimum. *Ch*.

a *Efficacior autem, &c.*] Nam peptica & malactica vis spatio temporis elanguescit. *Dalec*.

b *Nec lapathum dissimiles, &c.*] Non hoc dicit, Lapathum herbam esse silvestrem, sed præter sativum esse etiam aliud lapathi genus silvestre. Quare melius legitur adjecto, &. *Est autem & silvestre*. Gelen.

c *Rumicem*.] Supra cap. 12. lib. 19. Lapathum sativum rumex dicitur, non silvestre. *Dalec*.

d *Lapathum cantherinum*.] Ut Columella lib. 1. cap. 9. hexastichon hordeum cantherinum vocari ait, quod cantheriis, id est, equis pabulum detur, sic lapathum cantherinum hoc rumicis genus vocari probabile est, quod eo valde cantherii delectentur. In equis cantherii, quod in porcis majales, in ovium genere verveces. Lucilius,

Penula, si quæris, cantherius, servus segestre.
Utilior mihi, quam sapiens.

Rumicem fœcundum, epitheto peculiari, auctor Moreti vocat. *Idem*.

e *Est & alterum genus fere, oxylapathon appellant, sativo idem similius*.] Legendum reor, *feri*, hoc est, *silvestris*, non *fere*. Vetus quoque codex *item* legit, non *idem*. Pint.

f *Sunt qui hydrolapathon*.] Integra & nihil mutata lectione, quidam à Plinio significari volunt lapathi aquatici genus quarto loco descriptum à Dodonæo, in nostris stagnis frequens. *Dalec*.

g *Radix aceto decocta si coletur, succus dentibus auxiliatur*.] Scribe, *Radix aceto decocta, si colluantur, dentibus auxiliatur*, ex V. C. Quæ lectio fautorem habet Dioscoridem libro 2. de lapatho, sic prodentem: *Decoctis in vino etiam rumicibus, in dolore dentes & aures utiliter colluuntur*. *Pint*.

h *Stomachi inextricabilia vitia sanat*.] Stomachi fastidia, τὴν ἄσην. *Dioscor*. & cœliacos affectus. *Idem*.

sanguinem rejicientibus adjecta acacia lentis magnitudine prodest. [a] Præstantissimos pastillos faciunt ex foliis & radice, addito nitro & [1] jure exiguo. In usu aceto diluunt. Sed sativum in epiphoris oculorum illinunt [2] frontibus. [b] Radice meliceridas & lepras curant. In vino vero decocta, strumas & parotidas & calculos: [c] [3] Poto vino & [4] lienes, cœliacos æque & dysentericos & tenesmos. Ad eademque omnia efficacius jus lapathi: [5] & ructus facit & [d] urinam ciet, & caliginem oculorum discutit: item pruritum corporis, in solia balinearum additum, aut prius ipsum illitum sine oleo. Firmat & commanducata radix dentes. Eadem decocta cum vino, sistit alvum: folia [6] solvunt. Adjecit [7] Solon (ne quid omittamus) bulapathon, radicis tantum altitudine differens, [e] & erga dysentericos [8] effectu, potum ex vino.

1 thure. Cornarius.
2 fronti & temporibus. V.
3 semine poto è vino. Cornarius.
4 lienes inlita cœliacos. Ch.
5 quod. V.
6 solvunt adjecto sale. Neque hic omittemus. M.
7 Solo Ch.
8 efficacius. M.

Cap. XXII.

De sinapis tribus generibus, & marrubio, & serpyllo, & sisymbrio, sive thymbræo, & de lini semine, & blito.

SInapi, cujus [f] in sativis tria genera diximus, Pythagoras principatum habere ex his, quorum sublime

a *Præstantissimos pastillos.*] Ad scabiem, lepras, impetigines. *Dalec.*

b *Radice meliceridas & lepras curant.*] Scribo, *lichenas & lepras*, ex antiquo exemplari, suffragante etiam Dioscoride lib. 2. *Sanant*, inquit, *rumicum omnium radices in aceto cocta, crudaque mox emplastri modo imposita, lepras, impetigines scabrosque ungues.* Sic enim melius legetur quam ut Hermolaus castigavit, qui pro *eberias*, ut antea in codicibus excusis legebatur, *meliceridas* ipse substituit. Quod etsi Dioscorides quoque scribat, tamen accedenti ad alteram ejus sententiam, de antiquissimi & emendatissimi codicis scriptura, nullus relinquitur dubitationis locus. Esse autem lichenas Græce, quæ à Latinis impetigines dicuntur, apertius est quam ut expositione egeat. P.

c *Poto vino & lienes.*] Cum aceto, *Dioscor.* Legit Cornarius, *Semine poto è vino lienes, &c.* Dioscorides vero habet: *silvestris* (nempe mollis) *& oxylapathi, oxalidis semen ex aqua aut vino bibitur contra dysenterias, cœliacos affectus, stomachi fastidia, &c.* nulla lienis facta mentione. *Dalec.*

d *Et urinam ciet.*] Menses. Dioscor. *Idem.*

e *Et erga dysentericos effectu, potum ex vino.*] Ut intelligamus hoc quoque differre à reliquis lapathi generibus, quod peculiarem vim contra dysenteriam habeat. *Gelen.*

f *In sativis tria genera diximus.*] Lib. 19. cap. 8. *Dalec.*

a *Contra*

[1] sublime vis feratur, judicavit, quoniam non aliud magis in nares & cerebrum penetret. Ad serpentium ictus & scorpionum tritum cum aceto illinitur. Fungorum venena discutit. [a] Contra pituitam tenetur in ore, donec liquescat, aut gargarizatur cum aqua mulsa. Ad dentium dolorem manditur: [b] ad uvam gargarizatur cum aceto & melle. Stomacho utilissimum contra omnia vitia, pulmonibusque. Excreationes faciles facit in cibo sumptum: datur & suspiriosis. Item comitialibus tepidum cum succo cucumerum. Sensus, atque sternutamentis caput purgat, alvum mollit, menstrua & urinam ciet. Hydropicis [2] imponitur: cum fico & cumino tusum ternis partibus comitiali morbo. [3] Et vulvarum [c] conversione suffocatas excitat odore, aceto misto: item lethargicos. Adjicitur tordilion. [d] Est autem id semen ex seseli. Et si vehementior somnus lethargicos premat, cruribus aut etiam capiti illinitur cum fico ex aceto. Veteres dolores thoracis, lumborum, coxendicum, humerorum, & in quacunque [4] corporis ex alto vitia extrahenda sunt, illitum caustica vi emendat, pustulas faciendo. [5] At in magna duritia sine fico impositum: vel si vehementior [6] urigo timeatur, [e] per duplices pannos. Utuntur ad alopecias cum rubrica, psoras, lepras, phthiriases, [7] lithanicos, opisthotonicos. Inungunt quoque scabras genas, aut [8] caligantes oculos cum melle. Succusque tribus modis exprimitur in fictili, calescitque in eo in Sole modice.

1 in sublime. V.
2 imponitur cum fico & cumino, &c.
3 Ex. V.
4 parte corp. Cb.
5 Ad magnam duritiem. M.
6 ustio. Cb.
7 tetanicos.
8 calig. ocu. succo cum melle, qui tribus modiis (*sub. feminis*) exprimitur, & in fictili deinde Sole modice crassescit. Exit & e caul. suc. lactescens, qui ita, &c. *partim ex Manusc. partim è conjectura. Manusc. habent*, oculos melle, succoque tribus modiis, &c. deinde, succus latens ei necui ita, &c.

a *Contra pituitam tenetur in ore.*] Mansum capitis pituitam elicit. ἀποφλεγματίζει. Diosc. *Dalec.*

b *Ad uvam gargarizatur, &c.*] Ad tonsillas, diuturnasque & callosas arteriæ scabritias succus mixtus cum mulsa gargarizatur. *Idem.*

c *Conversione.*] Strangulatu. Diosc. *Idem.*

d *Est autem id semen ex seseli.*] Tordylium quidam Creticum seseli vocant. Diosc. *Idem.*

e *Per duplices pannos.*] Inter duplicatum pannum. *Idem.*

dice. [a] Exit & è cauliculo ſuccus lacteus, qui ita
cum induruit, dentium dolori medetur. Semen
ac radix, cum immaduere muſto, conteruntur, ma-
1 confirmandas. Ch. nuſque plenæ menſura ſorbentur ad [1] firmandas fau-
ces, ſtomachum, oculos, caput, ſenſuſque om-
2 saluberrimæ. Ch. nes: mulierum etiam laſſitudines, [2] ſaluberrimo
genere medicinæ. Calculos quoque diſcutit po-
3 in. Ch. tum [3] ex aceto. Illinitur & livoribus ſuggillatiſque
cum melle & adipe anſerino, aut cera Cypria. Fit
4 ex eo ſem. Ch. & oleum [4] ex ſemine madefacto in oleo expreſſo-
que, quo utuntur ad nervorum rigores, lumborum-
que & coxendicum perfrictiones. [b] Sinapis natu-
ram effectuſque eoſdem habere traditur adarca,
[c] inter ſilvas tacta in cortice calamorum ſub ipſa co-
ma naſcens. Marrubium plerique inter primas her-
bas commendavere, quod Græci praſion vocant,
alii linoſtrophon, nonnulli philopeda, aut philo-
chares, notius quam ut indicandum ſit. Hujus fo-
lia ſemenque contrita proſunt contra ſerpentes, pe-
ctorum & lateris dolores, tuſſim veterem. Et iis
5 rejiciunt. M. [d] qui ſanguinem [5] rejecerint, eximie utile, [e] ſco-
pis ejus cum panico aqua decoctis, ut aſperitas ſuc-
ci mitigetur. Imponitur ſtrumis cum adipe. Sunt
qui viridis ſemen quantum duobus digitis capiant,
cum farris pugillo decoctum, addito exiguo olei &
6 ſorberi jejunis. M. & Ch. ſalis, [6] ſorbere jejunos ad tuſſim jubeant. Alii ni-
hil comparant in eadem cauſa marrubii & fœniculi
ſuccis ad ſextarios ternos expreſſis, decoctiſque ad
7 tum. Ch. ſextarios duos, [7] cum addito mellis ſextario, rur-
ſus

a *Exit & è cauliculo ſuccus lacteus.*] Falſum hoc: non enim planta hæc lacteum ſuccum fundit. *Dalec.*

b *Sinapis naturam, &c.*] Lege, *Sinapis naturam effectuſque eoſdem habere traditur Adarci inſtar ſalis coacta, in cortice calamorum naſcens.* Salmaſ. 1301.a.

c *Inter ſilvas tacta, &c.*] Lib. 16. cap. 36. quo tractantur arbores in ſilvis naſcentes. Inepte Plinius & illic & hic ardacen inter plantas memorat. Vide ſupra cap. 36. lib. 16. & infra cap. 10. lib. 32. circa finem. *Dalec.*

d *Qui ſanguinem rejecerint.*] Tabidis. Dioſc. *Idem.*

e *Scopis.*] Faſciculis manualibus. *Idem.*

a *Et*

ſus decocta ad ſextarios duos, ſi cochlearii menſura in die ſorbeatur [1] in aquæ cyatho. [a] Et virilium vitiis tuſum cum melle mire prodeſt. Lichenas purgat ex aceto. Ruptis, convulſis, ſpaſticis nervis ſalutare. Potum alvum ſolvit cum ſale & aceto. Item menſtrua & ſecundas mulierum. Arida farina cum melle [b] ad tuſſim ſiccam efficaciſſima eſt. Item ad [c] gangrænas & pterygia. Succus vero auriculis, & naribus, & [d] morbo regio, minuendæque bili cum melle prodeſt. Item contra venena inter pauca potens. Ipſa herba ſtomachum & excreationes pectoris purgat. Cum iride & melle urinam ciet. Cavenda tamen exhulceratæ veſicæ & renum vitiis. Dicitur ſuccus [2] claritatem oculorum adjuvare. Caſtor marrubii duo genera tradit: nigrum, & quod magis probat, candidum. In ovum inane ſuccum addit is, [3] ipſumque ovum infundit melle æquis portionibus tepefactum, [e] vomicas rumpere, purgare, perſanare promittens: illitis etiam vulneribus à cane factis [4] tuſo cum axungia veteri. Serpyllum [f] à ſerpendo putant dictum. Quod in ſilveſtri evenit, in petris maxime. Sativum non ſerpit, [g] ſed ad palmi altitudinem increſcit. Pinguius volun-

1 cum. Dal.

2 & clar. Ch.

3 ipſumque infuſo melle, &c. perſanare promittit: illinit etiam vulnera à cane facta tuſo. V.

4 tuſum cum ax. vetere. Ch.

a *Et virilium vitiis, &c.*] Folia cum melle illita, ſordida ulcera purgant, nomas ſiſtunt. Dioſc. *Dalec.*

b *Ad tuſſim ſiccam efficaciſſima eſt.*] Ob humoris craſſitiem. *Idem.*

c *Gangrænas & pterygia.*] Cancrum eſſe gangrænam putat Nonius, quamvis eas ægritudines medici diſtinguant. Lucil. lib. 1. Sat.

---- *ſerpere uti gangræna malum atque Herpes ita poſſet.*

Varro περὶ ἐξαγωγῆς. *Non vituperamus, cum ſciamus digitum præcidi oportere, ſi ob eam rem gangræna non ſit ad brachium ventura.* Idem lib. 2. de vita Pop. Roman. metaphorice: *Quo facilius animadvertatur per omnes articulos populi hanc mali gangrænam ſanguinolentam permeaſſe, nempe morum labem & corruptionem.* Idem.

d *Morbo regio.*] Naribus morbum regium purgat. Dioſc. *Idem.*

e *Vomicas rumpere.*] Internos abſceſſus. *Idem.*

f *A ſerpendo putant dictum.*] A ſerpendo putant dictum, quod in ſativo evenit in petris maxime. (à maceriis demiſſum prolixius creſcit. D.) ſilveſtre ac voluntarium non ſerpit, ſed ad palmi altitudinem increſcit. Sativum origano ſimile foliis ramiſque, ſed candidioribus. Dioſcor. *Idem.*

g *Sed ad palmi altitudinem increſcit.*] Parvi: nimirum ad quatuor digitorum, ſive trium pollicum altitudinem. *Idem.*

voluntarium, & candidioribus foliis ramisque adversus serpentes efficax, maxime cenchrin & scolopendras terrestres ac marinas, & scorpiones decoctis [1] in vino ramis foliisque. Fugat & odore omnes si [2] uratur. [a] Et contra marinorum venena præcipue valet. Capitis doloribus decoctum in aceto [b] illinitur temporibus ac fronti cum rosaceo. Item phreneticis, lethargicis: contra tormina, & urinæ [3] difficultatem, anginas, vomitiones, drachmis quatuor datur. Ex aqua bibitur & ad jocinerum [c4] desideria. Folia obolis quatuor dantur ad lienem ex aceto. [d] Ad cruentas excreationes teritur in cyathis duobus aceti & mellis. [e] Sisymbrium silvestre à quibusdam [5] thymbræum appellatum, pedali non amplius altitudine. Quod in riguis nascitur, [f] simile nasturtio est. [g] Utrunque efficax adversus aculeata animalia, ut crabrones & similia. [h] Quod in sicco ortum odoratum est, & inseritur coronis angustiore folio. Sedant [i] utraque capitis dolorem. Item [6] epiphoras. Alii panem addunt: alii per se decoquunt in vino. Sanat & epinyctidas, [k] cutisque vitia in facie mulierum intra quartum diem noctibus

1 ex. *Ch.*

2 uretur. *Ch.*

3 difficultates. *Ch.*

4 ardores, phlegmonas. *Diosc.* dolores. V. desiderium. *Ch.*

5 serpyllum. *Diosc.*

6 epiphoras, ut Philin. tradit. V. epiph. ut Plinius tradit. *Ch.* *corrupta, sed ex qua lectione illa Veteris confirmetur.*

a *Et contra marinorum venena, &c.*] Leporis, draconis, pastinacæ, &c. *Dalec.*

b *Illinitur temporibus.*] Καταβρέχεται Dioscor. affunditur. *Idem.*

c *Desideria.*] Ardores, phlegmonas. Dioscor. *Idem.*

d *Ad cruentas excreationes.*] Dioscoridi cruentos vomitus sedat ejus succus, ad drachmas quatuor potus ex aceto. *Idem.*

e *Sisymbrium silvestre à quibusdam.*] Sisymbrium à quibusdam appellatum silvestre serpyllum. *Dioscorid.* Apud Aristophanem sisymbrio sponsi coronantur hilares alioqui, & nuptiarum expectatione læti, unde νυμφίων βίος, solutus & voluptarius, ὑμεῖς μὲν ἄρα ζῆτε νυμφίων βίον. Rhod. cap. 24. lib. 28. *Idem.*

f *Simile nasturtio est.*] Gustu, Diosc. *Idem.*

g *Utrunque efficax.*] Prius, Diosc. *Idem.*

h *Quod in sicco ortum, &c.*] Quod in sicco ortum menthæ hortensi simile est, odoratius, latiore folio, & coronis inseritur. *Dioscor.* Idem.

i *Utraque capitis.*] Prius, Diosc. idque folio fronti & temporibus illito. *Idem.*

k *Cutisque vitia.*] Ephelidas, maculas sole contractas, & lentigines in facie. Dioscorides *mulierum*, non addit, atque id de posteriore. *Idem.*

a *Motu*

ctibus impositum, diebusque detractum. Vomitiones, singultus, tormina, stomachi dissolutiones cohibet sive in cibo sumptum, sive succo potum. Non edendum gravidis, nisi mortuo conceptu. Quippe etiam impositum ejicit. [a] Movet urinam cum vino potum, silvestre [1] & calculos. [b] Quos vigilare opus sit, excitat infusum capiti cum aceto. Lini semen cum aliis quidem in usu est: & per se mulierum [c] cutis vitia emendat in facie. Oculorum aciem succo adjuvat. [d] Epiphoras cum thure & aqua, aut cum myrrha ac vino sedat: parotidas cum melle aut adipe, aut cera: stomachi [2] solutiones inspersum polentæ modo: anginas in aqua & oleo decoctum, & cum aniso illitum. Torretur, ut alvum sistat. Cœliacis, & dysentericis imponitur ex aceto. Ad jocineris dolores estur cum uva passa. Ad phthisin utilissime è semine fiunt ecligmata. Musculorum, nervorum, articulorum, [3] cervicum duritias, cerebri [e] membranas mitigat farina seminis, nitro aut sale, aut cinere additis. Eadem cum fico [4] idem concoquit ac maturat. Cum radice vero cucumeris silvestris extrahit quæcunque corpori inhæreant. Sic [5] & fracta ossa. Serpere hulcus in vino decocta prohibet, eruptiones pituitæ cum melle. Emendat ungues scabros cum pari modo nasturtii: [6] & testium vitia & ramices cum resina & murrha, & gangrænas ex aqua. Stomachi dolores cum fœno Græco sextariis utriusque decoctis in aqua mulsa. Intestinorum & thoracis perniciosa vitia, clystere in oleo [7] & melle. Blitum

1 ejicit. V.

2 dissolutiones. Dal. ut paulo ante.

3 cervicis. V.

4 & idem. M. totidem. V. item. Dal.

5 effracta. Ch.

6 & in M. d.

7 aut. Ch.

a *Movet urinam cum vino potum.*] Utrumque & mox, silvestre, prius. Dioscor. *Dalec.*

b *Quos vigilare opus sit.*] Somnolentos, veternosos, lethargicos. *Idem.*

c *Cutis vitia emendat.*] Ephelidas, & varos, crudum illitum cum nitro & fico. Dioscor. *Idem.*

d *Epiphoras cum thure.*] Omnem inflammationem cum aqua, melle, exiguo oleo, aut cum melle cocto. Discor. *Idem.*

e *Membranas mitigat.*] Inflammatas. *Idem.*

tum [a] iners videtur ac sine sapore, aut acrimonia ulla. [b] Unde convicium fœminis apud Menandrum faciunt mariti. Stomacho inutile est. [c] Ventrem adeo turbat, ut choleram faciat aliquibus. Dicitur tamen adversus scorpiones potum è vino prodesse, & clavis pedum illini: item lienibus & temporum dolori ex oleo. Hippocrates menstrua [1] sisti eo cibo putat.

1 cieri *Ex Hipp. l. 2. de diæt.* Ch.

CAP. XXIII.

De meu, & fœniculo, & hippomarathro vel [2] myrsineo, & cannabi, & de ferula, & carduis.

2 murrhineo, *vel* murrhino. *Dal.*

MEU [3] in Italia non nisi à medicis seritur, & iis admodum paucis. [d] Duo genera ejus. Nobilius Athamanticum vocant, illi tanquam ab Athamante inventum, hi quoniam laudatissimum [e] in Athamante reperiatur, foliis [4] aniso simile, & caule aliquando [5] bicubitali, radicibus multis [6] & obnigris, quibusdam altissimis. Minus russum, quam illud alterum. Ciet urinam in aqua [7] potum, [f] radice trita vel decocta. Inflationes stomachi mire discutit. Item tormina & [g] vesicæ vitia: vulvarumque

3 Meon. M. Meum. *Ch.*
4 anetho. *Diosc. & V.*
5 bipedali. *Ch.*
6 oblongis, nigris. *M.*
7 potum. Radice tr. vel decocta inflationes. *V.*

a *Iners videtur ac sine sapore.*] Εὐηθὲς, ἀπλὲς, μωρὸν λάχανον. *Dalec.*

b *Unde convitium fœminis, &c.*] Βλιτίδες eæ dicuntur, ἀπλεῖς. Plauto *lutea*, & *blitea*, à luto & blito. Catullus:

Non assis facies, ô blitum lupanar,

id est, meretrix fatua. *Scalig. in Varr.* Plautus in Trucul.

Blitea & lutea est meretrix, nisi quæ in vino sapit, ad rem suam.

Lutea contemptissima, nullius pretii, è luto facta. βλάξ, stolidus, ineptus, insulsus. βλιτὰς γυνὴ Suidæ iners, stupida, fatua. βλιτομάμμας Aristophani, stolidus more puellulorum. Inde vox Gallica, *Belitre.* Idem.

c *Ventrem adeo turbat.*] Theopompus comicus apud Athenæum 14. παύσουσι κύβδοσιν μαγειρικόν, καὶ τοῖς βλίτοις διαχρῇ τὸ λοιπόν, κοιλίαν σκληρὰν ἔχεις, τὰ πτερύγια τῶν ἰχθυδίων ἀπέλαβες. Victorius cap. 13. lib. 3. *Idem.*

d *Duo genera ejus.*] Macedonicum scilicet & Hispanicum. Non quidem ea duo diversa genera sunt: cæterum iis in locis plurimum gignitur. *Idem.*

e *In Athamante reperiatur.*] Monte Phthiotidis Thessaliæ, supra cap. 8. lib. 4. *Idem.*

f *Radice trita vel decocta.*] Citra coctionem. Dioscor. *Idem.*

g *Vesicæ vitia.*] Farctæ ac præclusæ. Dioscor. *Idem.*

a *Unde*

rumque [1] articulis cum melle, infantibus cum apio illitum imo ventri urinas movet. Fœniculum nobilitavere ſerpentes guſtatu, ut diximus, ſenectam exuendo, oculorumque aciem ſucco ejus reficiendo: [a] unde intellectum eſt, [2] hominum quoque caliginem præcipue eo [3] levari. Colligitur hic [b] caule turgeſcente. In Sole ſiccatur, inungiturque ex melle. Ubique hoc eſt. [4] Laudatiſſimus [c] in Iberia [d] è lacrymis fit, & ex ſemine recenti. Fit [5] etiam è radicibus, prima germinatione inciſis. Eſt & in hoc genere ſilveſtre, quod alii hippomarathron, alii [6] myrſineum vocant, foliis majoribus, guſtu acriore, procerius, brachiali craſſitudine, radice candida. Naſcitur in calidis, ſed ſaxoſis. Diocles & aliud hippomarathri genus tradit, longo & anguſto folio, ſemine coriandri. Medicinæ [7] in ſativo, ad ſcorpionum ictus & ſerpentium, ſemine in vino poto. Succus & auribus inſtillatur, vermiculoſque in his necat. Ipſum condimentis prope omnibus inſeritur: oxyporis etiam aptiſſime. [e] Quin & panis cruſtis ſubditur. Semen [f] ſtomachum diſſolutum aſtringit, vel in febribus ſumptum. Nauſeam [g] ex aqua tritum ſedat. Pulmonibus & jocineribus laudatiſſimum. [h] Ventrem ſiſtit, cum modice ſumitur, urinam [8] exciet, & tormina mitigat deco-

1 art. cum melle prodeſt. Infant. V. articulis dolentibus prodeſt: thoracis item fluxionibus cum melle. Infant. *Alii V.*

2 hominem, &c. levare. *Ch.*

3 relevari. *M.*

4 Laud. tamen in Ib. V.

5 & è. *Cb.*

6 murrhineum, quod murrham oleat radix: *vel*, murrhinum. *Dal.*

7 inſitivo. *Cb.*

8 excitat. & tor. mit. totum dec. V. ad tormina totum decoctum. *Cb.*

a *Unde intellectum eſt, &c.*] Nicander in Theriacis:

---- μαράθρου ἐνήχυτος ὄρπηξ
Βοσκηθεὶς ἀκμῶπι κὴ αὐγήεντα τίθησι.

Dalec.

b *Caule turgeſcente.*] E ſcapo, foliis, viridi ſemine, ramulis, & radicibus prima germinatione. *Dioſcor.* Idem.

c *In Iberia.*] In Iberia caulem medium, dum floret, ruſtici demetunt, & igni admovent. Calfactus is ſuccum lacteum [ὀπὸν] exudat gummi ſimilem, altero ſucco efficaciorem ad oxydercica & ocularia medicamenta. *Dioſcor.* confuſe & perturbate hoc Plinius. *Idem.*

d *E lacrymis fit.*] Gummoſo liquore, quem igne vicinus caulis veluti lacrymatur. *Idem.*

e *Quin & panis cruſtis ſubditur.*] Ut ammi, melanthium & aniſum. *Idem.*

f *Stomachum diſſolutum aſtringit.*] Stomachi fervorem extinguit. *Idem.*

g *Ex aqua tritum ſedat.*] Frigida potum. Dioſcor. *Idem.*

h *Ventrem ſiſtit.*] Hippomarathron radice aut ſemine poto. *Dioſcor.* Idem.

a *Mammas*

1 mammas replet radice cum ptis. sumpta. Renes. V.
2 decocti. Cb.

decoctum, lactisque defectu potum [a] [1] mammas replet: Radix cum ptisana sumpta [b] renes purgat, sive [2] decocto succo, sive semine sumpto. Prodest & hydropicis radix ex vino cocta. Item convulsis. Illinuntur folia tumoribus [c] ardentibus ex aceto. [d] Calculos vesicæ pellunt. Genituræ abundantiam quoquo modo haustum facit. [e] Verendis amicissimum, sive ad fovendum radice cum vino cocta, sive contrita in oleo illitum. Multi tumoribus & suggillatis cum cera illinunt. Et [3] radice in succo vel cum melle contra canis morsum utuntur, [4] & contra multipedam ex vino. Hippomarathron ad omnia vehementius. Calculos præcipue pellit. Prodest [f] vesicæ cum vino leni, & fœminarum menstruis hærentibus. Efficacius in eo semen, quam radix. Modus in utroque, quod duobus digitis tritum additur in potionem. [g] Petridius, qui Ophiaca scripsit, [h] & [5] Miction, qui rhizotomumena, adversus serpentes nihil hippomarathro efficacius putavere. Sane & Nicander non in novissimis posuit. [i] Cannabis in silvis primum nata est, [6] nigriore folio & asperiore. Semen ejus extinguere genituram virorum dicitur. [k] Succus ex eo vermiculos aurium, & quod-

3 radicis succo. V.
4 vel. V.
5 Mycon. Cb.
6 nigrior & foliis asperior. Cb.

a *Mammas replet.*] Si sativi coma, vel semen cum ptissana sumatur, aut si hippomarathri foliorum decoctum hauriatur. *Dioscor.* Dalec.

b *Renes purgat.*] Renum doloribus prodest. *Idem.*

c *Ardentibus ex aceto.*] Ex incendio factis, vel carbunculis. *Idem.*

d *Calculos vesicæ pellunt.*] De Hippomarathro id Dioscor. *Idem.*

e *Verendis amicissimum.*] Tumentibus, ulceratis, pruriginosis. *Idem.*

f *Vesicæ cum vino leni.*] Stranguriæ. Dioscor. *Idem.*

g *Petridius qui Ophiaca scripsit.*] Scribendum *Petrichus*, non *Petridius*, ut supra ostensum est, ex Nicandri interprete & antiquo exemplari. *Pint.*

h *Et Miction qui Rhizotomumena.*] Scribo *Micton*, non *Miction*: & *Rhizotomica*, non *Rhizotomumena*, ex Nicandri interprete, in Theriacis Mictonem citante in Rhizotomicis. *Idem.*

i *Cannabis.*] In vetusta inscriptione sepulchri Patavini legitur *Canabetum* simplici *n*. Ea sic habet: *Inferendi, in area humandi, sepeliendique jus potestasque esto, in huic area, quam ego definii, & à fronte maceriam duxi, & titulum posui, ultra eam aream & maceriam in fronte in agro versus late P. X. retro usque ad Canabetum huic area cedet, in qua pedatura neque humari, neque tumulum fieri volo, ut habeat ea area & à latere accessum suum.* Brissonius c. 16. lib. 2. *Dalec.*

k *Succus ex eo vermiculos aurium.*]

Cannabis

& quodcunque animal intraverit, ejicit, sed cum dolore capitis. [a] Tantaque vis ei est, ut aquæ infusa, coagulare eam dicatur. Et ideo jumentorum [b] alvo succurrit pota in aqua. Radix contractos articulos emollit in aqua cocta: item podagras & similes impetus. [c] Ambustis cruda illinitur, sed sæpius mutatur priusquam [1] arescat. Ferula semen anetho simile habet. Quæ ab uno caule dividitur in cacumine, fœmina putatur. Caules eduntur decocti, [2] commendanturque musto ac melle stomacho utiles. [3] Sin plures sumpti, capitis [4] dolores faciunt. [d] Radix denarii pondere in vini cyathis duobus, bibitur adversus serpentes. Et ipsa radix imponitur. [5] Sic & torminibus medetur. [e] Ex oleo autem & aceto, contra sudores immodicos, vel in febribus proficit. Succus ferulæ alvum [6] solvit fabæ magnitudine devoratus. Et viridi [7] ferula ramusculus, utilis est ad omnia ea vitia. [f] Ad sanguinem sistendum decem grana seminis bibuntur, in vino trita, vel medulla. Sunt qui comitialibus [8] morbis dandum putant Luna quarta, sexta, septima, [9] ligulæ mensura. Natura ferularum murænis infestissima est: tactæ siquidem ea moriuntur. Castor [g] radicis succum & oculorum claritati conferre multum putavit. Et de carduorum satu inter hortensia

1 inarescat. V.
2 condiuntur. V.
3 sed. V.
4 dolorem. Ch.
5 Semen tor. Dioscor.
6 sistit. V.
7 medulla vultui utilis est, & ad omnia ejus. M. Et viride merulla vultuis utile est, &c. Ch.
8 bis dandum putent. Ch.
9 lingulæ. Ch.

Cannabis recentis decoctum expressa valide herba, piscatores terrestrium lumbricorum cavernulis effundentes eos statim evocant. Ejusdem succus, aut decoctum, tineas equorum ventri inhærentes ejicit & necat. *Dalec*

a *Tantaque vis ei est.*] Cum Plinius legisset cannabis sivestris virgas esse althææ similes, oscitanter & incogitanter cannabi tribuit, quod althææ proprium est, ut aquam spisset, quod antea traditum est, cap. 21. *Idem.*

b *Alvo succurrit.*] Concitatæ. Dioscor. *Idem.*

c *Ambustis cruda illinitur.*] Inflammationes mulcet illita, & tumores discutit. Dioscor. *Idem.*

d *Radix.*] Medulla, Dioscor. *Idem.*

e *Ex oleo autem & aceto.*] Sudores ciet, cum oleo perunctо corpore. Dioscor. *Idem.*

f *Ad sanguinem sistendum.*] Ad cruentas excreationes medulla pota confert, naribus indita sanguinem erumpentem sistit. Dioscor. *Idem.*

g *Radicis succum.*] Sagapenum, quod imo caule ad radicem vulnerato fluit. Dioscor. *Idem.*

hortensia diximus: quapropter & medicinam ex iis non differamus. [a] Silvestrium genera sunt duo, [b] unum fruticosius à terra statim: [c] alterum unicaule crassius. Utrique folia pauca, spinosa, muricatis cacuminibus. Sed alter florem purpureum mittit inter medios aculeos, [d] celeriter canescentem, & abeuntem cum aura: scolymon Græci vocant. Hic antequam floreat contusus atque expressus, illito succo alopecias replet. Radix cujuscunque ex aqua decocta [1] potoribus sitim facere narratur. Stomachum corroborat: & vulvis [2] (si credimus) etiam conferre aliquid traditur, [e] ut mares gignantur. [f] Ita enim Chæreas Atheniensis scripsit, & Glaucias, qui circa carduos diligentissimus videtur. [g] Manducatus carduus, [h] odorem commendat oris.

1 potionibus. *M.* potioribus. *Ch.*
2 sic. *Ch.*

CAP. XXIV.

Theriaca compositio, medicaminis Antiochi.

3 Sed discessuri, *in Ch. non legitur.*

SED [3] discessuri ab hortensibus, unam compositionem ex his clarissimam subtexemus, adversus venenata animalia, incisam lapide versibus in limine ædis Æsculapii. [i] Serpylli duûm denariorum

a *Silvestrium genera sunt duo: unum fruticosius à terra statim: alterum unicaule crassius.*] Hoc μονοστελεχὲς & μονόκαυλον Theophrasto, illud θαμνώδης ταῖς ῥάβδοις. Immemor ergò sui Plinius *fruticosum* heic, pro frutectoso posuit. Frutectosa est ebenus, quam θαμνῶδες δένδρον ideo vocat Theophrastus. Vide *Salmas.* p. 1031. b.

b *Unum fruticosius.*] Scolymus Theophrasti, qui infra describitur lib. & c.22. *Frutex est nunquam cubitali altior, &c.* Dalec.

c *Alterum unicaule crassius.*] Scolymus Dioscoridis. *Idem.*

d *Celeriter canescentem.*] Marcore candicantem, ob id γήρεια, γηρόμενς, & γηρίμαλα Græci, ut pappos Latini vocant. Rhodig. cap. 7. 6. *Idem.*

e *Ut mares gignantur.*] Medicorum vulgus Chamæleontæ, id est, silvestris cardui florem, ad conceptus efficacissimum esse putat. *Idem.*

f *Ita enim Chæreas Atheniensis scripsit, & Glaucias qui circa, &c.*] Brevius in antiquo exemplari: *Ita certe Glaucias scripsit qui circa, &c.* reliqua superfluunt. *Pint.*

g *Manducatus carduus odorem commendat oris.*] Lege: *Mastiche cardui silvestris odorem commendat oris. Salmas.* pag. 228.

h *Odorem commendat oris.*] Radix illita, & decocta, in vinoque pota, totius corporis & alarum graveolentiam emendat. *Dalec.*

i *Serpylli duum denariorum pondus: opopanacis & milii, &c. digeruntur in pastilles victoriati pondere.*] Vides *denarium* pro drachma,

rium pondus: opopanacis & [a] milii tantundem singulorum, trifolii pondus denarii: anethi & fœniculi seminis, [1] & anisi, & ammii, & apii, denariorum senûm singulis generibus, ervi farinæ duodecim. Hæc tusa cribrataque vino [2] quam possit excellenti, diguruntur in pastillos, victoriati pondere. Ex his singuli dantur ex vini misti cyathis ternis. Hæc theriaca magnus Antiochus Rex adversus omnia [3] venena usus traditur.

1 & anisi in V. d.

2 quantum.

3 venenata. Ch.

drachma, *victoriatum* pro tribus obolis. Sic & lib. XXI. cap. 22. & XXIX. cap. 1. Sic cap. 4. & 6. & 10. lib. XXX. cap. 14. & 15. Sic *dua sexta denarii*, pro duobus obolis. Vide *Gronov.* de sestert. p. 195.

a *Milii.*] *Mei*, ex Galeno lib. 2. de antidotis. Hujus remedii alia descriptio est apud Plinium medicum lib. 3. c. pen. *Chiffletius.*

C. PLINII SECUNDI NATURALIS HISTORIÆ


LIBER XXI.

PROOEMIUM.

[a] *De natura florum & coronamentorum.*

CAP. I.

De mira florum varietate.



N hortis seri & coronamenta jussit [b] Cato, inenarrabili florum maxime subtilitate: quando nulli potest facilius esse loqui, quam rerum naturæ [c] pingere, lascivienti præsertim & in magno gaudio fertilitatis
[1 variæ. *Ch.*] tam [1] varie ludenti. Quippe reliqua, usus alimentique gratia genuit: [d] ideoque secula annosque tribuit iis. Flores vero odoresque in diem gignit: magna, (ut palam est) admonitione hominum, quæ
[2 celerius. *Ch.*] spectatissime floreant, [2] celerrime marcescere.
[3 sufficit. V.] Sed ne pictura quidem [3] sufficiente imagini colo-
[4 misturarumque. V.] rum reddendæ, [4] misturarum varietati, [e] sive alterni

a *De natura florum.*] Theophr. cap. 6. lib. 6. & cap. 3. lib. 7. histor. Plutarch. lib. 3. conviv. quæst. Athen. lib. 15. *Dalec.*

b *Cato.*] Cap. 8. *Idem.*

c *Pingere.*]

Tot fuerant illic, quot habet natura colores,
Pictaque dissimili flore nitebat humus.

De campis Ætnæis, in quibus rapta Proserpina est. *Idem.*

d *Ideoque secula annosque tribuit iis. Flores vere odoresque in diem gignit.*] Secus in codice vetere: *Ideoque secula annosque tribuit. His vero flores odoresque, &c.* ut pronomen *His*, referat coronamenta. & paulo post *celerius*, non *celerrime*, in eodem habetur. *Pint.*

e *Sive alterni atque multiplices, &c.*] Lege: *Sive alterni atque multiplices inter se nectantur, sive privati generis funiculis, in orbem, in obliquum, in ambitum.* De florum varietate & mixtura, multi-

terni atque multiplices inter ſe nectantur, ſive privatis generum funiculis in orbem, in obliquum, in ambitum, quædam coronæ per coronas currunt.

CAP. II.

De ſtrophiolo ſerto, & qui primum flores miſcere cœperint, & [a] *quando primum corolla inventa eſt, vel appellata, & quare.*

TEnuioribus utebantur antiqui, [b] [1] ſtrophia appellantes: unde nata ſtrophiola. Quin & vocabulum ipſum [2] tarde communicatum eſt, [c] inter ſacra tantum & bellicos honores coronis ſuum nomen vindicantibus. Cum vero [d] è floribus [4] fierent ſerta, à ſerendo ſerviæ appellabantur: quod apud Græcos quoque non adeo antiquitus placuit. Arborum

1 ſtropos. *Turn.* ſtroppos. *Ch.*
2 tarde inde com.
3 ſerium. *M. & Ch.*
4 fierent, ſerta à ſerendo appell. *Turn.*

multiplicique uſu in coronis nectendis loquitur, quorum imagini exprimendæ, nec pictura ſufficit, ſive alterni & multiplices nectantur inter ſe; ſive privati generis funiculis in orbem, in obliquum, in ambitum. Sequens caput ſic incipere debet: *Quadam corona per coronas currunt: tenuioribus utebantur antiqui, ſtroppos appellantes, unde nata ſtrophiola.* Nihil hæc ad flores, aut è floribus coronas: duæ aut tres tæniæ invicem tortæ, coronam faciebant, quam vocabant *ſtroppum.* hoc eſt, quod ait, *quaſdam coronas per coronas currere.* nam totidem coronæ, quot tæniæ tortæ. addit: *Cum vero è floribus fierent, ſerta à ſerendo ſerieve appellabantur.* à ſerie, id eſt, ordine, vel à ſerendo *ſerta* dicebantur coronæ, quæ è floribus fiebant. *Salmaſ.* pag. 371. a. Vel ſic lege: *Sive alterni atque multiplices inter ſe nectantur: ſive pro brevitate generis funiculis in orbem, &c.* Vide Salmaſium pagina 1068. b.

a *Quando primum.*] Janum omnium primum nummum percuſſiſſe, rates & naves inveniſſe, coronas reperiſſe, illiſque fuiſſe uſum, tradit Athenæus lib. 15. ac ideo multas civitates Italiæ ac Siciliæ in ſua pecunia, altera parte bicipitem eum cudere, altera vel navem, vel ratem, vel coronam. Victor. cap. 16. lib. 36. *Dalec.*

b *Strophia appellantes.*] Strophium nunc corona eſt: Virg. in Copa:

Et gravidum roſeo necte caput ſtrophio.

Nunc faſcia pectoralis, quæ tumorem papillarum cohibet, Nonio. Turpilius: *Me miſeram quid agam? inter vias epiſtola excidit mihi, infelix inter tuniculam & ſtrophium quam collocaveram.* Plaut. in Aulul.

Pro illis crocatis ſtrophiis, ſumptu uxorio.

Brod. cap. 11. 4. *Strupos*, vetus. *Strupum & ſtropum* antiquitas coronam dixit. Feſtus. Turn. cap. 1. lib. 29. Strophia ἀπὸ τοῦ ϛρίφειν, à contorquendis floribus dum conſeruntur & connectuntur. *Idem.*

c *Inter ſacra tantum.*] Quæ coronati peragebant. *Idem.*

d *E floribus fierent ſerta.*] Apud Apul. 10. Aſini, Gratiæ & Horæ Venerem Deam ſuam propitiant jaculis floris ſerti, & ſoluti. Coronas ex floribus, ϛεφάνυς ἰοθαλέας Philoxenus vocat apud Athenæum lib. 9. pag. 203. verſ. 5. Apud eundem ἀγροφάνυς Dromon vocat, quæ ſingulis convivis diſpertiebantur. *Idem.*

borum enim ramis coronari [a] in sacris certaminibus, mos erat primum. Postea [1] variari cœptum mistura [2] versicolori. Florumque invicem odores coloresque [b] accendere Sicyonii, ex ingenio Pausiæ pictoris atque Glyceræ [c] coronariæ, dilectæ admodum illi, cum opera ejus pictura imitaretur, & illa provocans variaret, essetque certamen artis ac naturæ: quales etiam nunc extant artificis illius tabellæ atque in primis appellata Stephanoplocos, qua pinxit ipsam. Idque factum est post [3] Olympiadem centesimam. Sic coronis è floribus receptis, paulo mox subiere, quæ vocantur Ægyptiæ, ac deinde hibernæ, cum terra flores negat, [d] ramento è cornibus tincto. Paulatimque & Romæ subrepsit appellatio, corollis inter initia propter gracilitatem nominatis: mox & [4] corollariis, postquam è lamina ærea tenui inaurata aut inargentata dabantur.

1 variare.

2 versicolori florum quæ in od. col. accenderet, Sicione. Turn. & Ch.

3 Olympiada. Ch.

4 corollatis postquam è lamna. Ch.

CAP. III.

Quis primum coronam foliis aureis & argenteis dedit, & de honore coronarum apud antiquos, & de Scipionis honore, & de pactilibus coronis, & Cleopatræ reginæ facto.

[e] CRassus dives, primus argento auroque folia imitatus, ludis suis coronas dedit. Accesseruntque

a *In sacris certaminibus.*]

Τέσσαρές εἰσιν ἀγῶνες ἀν' Ἑλλάδα, τέσσαρες ἱροί,
Οἱ δύο μὲν θνητῶν, οἱ δύο δ' ἀθανάτων
Ζηνὸς, Λητοΐδαο, Παλαίμονος, Ἀρχεμόροιο.
Ἆθλα δὲ τῶν κότινος, μῆλα, σέλινα, πίτυς.

Ludi ii & sacra certamina fuerunt, Olympia, Pythia, Nemea, Isthmia. *Dalec.*

b *Accendere Sicyonii.*] Strabo in Brutiis, circa Vibonem agrum scripsit tanta florum copia scatere, ut eo collectura Proserpina è Sicilia diverterit, & coronæ è floribus illic primum textæ sint. Ennius in Sotadico apud Varronem, *Ibant malacam viere Veneriam corollam*, nempe apud Hephæstionem, *ποίης τέρεν ἄνθος μαλακὸν ματεῦσαι*. *Scalig.* in *Varronem*. Dal.

c *Coronariæ.*] Strophiarios vocat Plautus, strophiorum, id est, coronarum, artifices. *Idem.*

d *Ramento è cornibus tincto.*] Idem fit hodie pennis gallinarum albis, cujusque floris & colorem & figuram imitantibus, idem fit charta picta ac concisa, singulos flores repræsentante. Idem fit & à Vestalibus præsertim Italicis, sericeis filis germanum floris colorem, nativamque figuram exprimentibus. *Id.*

e *Crassus dives.*] Eum creditoribus suis

runtque & [a] lemnisci, quos adjici ipsarum coronarum honos erat [b] propter Hetruscas, quibus jungi nisi aurei non debebant. Puri diu fuere ii. Cælare eos primus instituit P. Claudius Pulcher, [c] [1] bracteasque etiam philyræ dedit. Semper tamen auctoritas vel ludicro quæsitarum fuit. Namque ad certamina in Circum [d] per ludos & ipsi descendebant, [e] & servos suos quique mittebant. Inde illa

1 bractearumque etiam philyras. V.

suis decoxisse posthac tradit c.10. l.33. quemadmodum & Valer. cap. 11. lib.6. *Dalec.*

a *Lemnisci.*] Magius cap. 17. 2. *Laniscos* legi vult, quod urnarum & sepulchrorum serta lanis coloriis, & tæniis ornarentur, ut antiquissimum coronarum genus lanearum fuit, quas in sepulchris tænias multis sculptas videmus, interdum striatas. Cæcilius in Androgyno: *Sepulchrum plenum tæniarum.* Plutarchus in Philopœmene defunctorum urnas tæniis cingi & redimiri docet. Supra, cap.2. lib.18. Spiceam coronam alba vitta Acca Laurentia collocavit. Varroni lib. 6. de ling. Lat. infulæ dicuntur, quasi infilæ, quod intra hostiarum cornua velamenta è lana adderentur. *Itaque nunc*, inquit, *cum ad sepulchrum frondes & flores ferunt, lanas addunt.* Hæc quidem Magius πιθανῶς καὶ ἀξιοπίστως: verum si è lana lemnisci forent, quod ait Plinius, cælari non possent, nisi quis sic existimet, quod è lana principio fuit, ex ære postea, auro, argentove factum. Apud Germanos coronæ sponsarum lemniscos etiam nunc habent, nempe undique pendentia foliola aurea, nunc cælata, nunc rudia, quæ Galli vocant *paillettes*, veluti paleolas. Festo, Lemnisci fasciolæ colorisiæ dependentes ex coronis: sic dictæ quod antiquissimæ fuerint laneæ coronæ. *Idem.*

b *Propter Hetruscas.*] Tertullianus Hetruscas duas ex auro, quæ in triumphis ferebantur, describit, alteram civicam quernam, alteram victricem lauream. *Coronant*, inquit, *& publicos ordines laureis publica causa: magistratus vero insuper aureis, ut Athenis & Romæ. Praferuntur etiam illis Hetruscæ. Hoc vocabulum est coronarum, quas gemmis & foliis ex auro quercinis ob Jovem insignes ad deducendas tensas, cum palmatis togis sumunt.* Ac rursum: *Triumphi laurea foliis struitur, hac adumbratur lemniscis, & inauratis laminulis, unguentis delibuitur, &c.* Idem.

c *Bracteasque.*] Id est, exiguos appendices squamulis similes cælatos. Intelligendum P. Claudium Pulchrum non tantum coronis addidisse lemniscos, sed etiam pro philyris pendulis quibusdam velut tæniis ac fasciis adtexuisse adnexisseque bracteas aureas, vel argenteas. Legendum puto, *bractearumque etiam philyras dedit.* Idem.

d *Per ludos.*] Ludos Consuales significat à Romulo institutos in honorem Neptuni equestris, qui artem equitandi docuit. Illis equi ac muli, tum juncti, tum soluti, magno spectatorum studio, per circum decurrebant, mulusque pro victima sacrificabatur. Alii Equitia intelligunt ab eodem reperta, quæ in Martio campo celebrabantur. Vide Alex. ab Alex. c. 26. lib.5. *Idem.*

e *Et servos suos quique mittebant.*] Lege: *Servos suos equosque mittebant. Inde illa xij. tabularum lex: Qui coronam parit, ipse pecuniave ejus, virtutisve ergo duitur ei*, pro *detur* ἀρχαϊκῶς. addit Plinius interpretans verba legis: *quam servi equive meruissent, pecunia partam lege dici nemo dubitavit.* Et post sequitur, *dum intus positus esset.* dele *intus.* coronam igitur virtute partam & ei qui peperisset, & ejus parenti sine fraude esse impositam lex jubet, & dum *positus* est, id est, collocatus, & dum toris effertur. Tota ergò lex ita fuit concepta: *Qui coronam parit ipse pecuniave ejus, virtutisve ergo*

illa XII. tabularum lex: [a] Qui coronam [b] parit, ipse pecuniave ejus, virtutis ergo [1] arguitur. Quam servi equive meruissent pecunia partam lege dici, nemo dubitavit. Quis ergo honos? [c] ut ipsi mortuo, parentibusque ejus, dum intus [d] positus esset, forisve [2] ferretur, sine fraude esset, imposita. Alias in usu promiscuo ne [3] ludicræ quidem erant. Ingensque & [4] hinc severitas. L. Fulvius argentarius, bello Punico secundo, cum corona rosacea interdiu è pergula sua in forum prospexisse dictus, [e] ex auctoritate Senatus in carcerem [5] adductus, non ante

1 arduitor. *Lipsius*. virtutis suæ ergo dividitor ei. *Turn*. virtutisve ergo dividitor ei. V. virtutisve ergo dividitur ei *Ch.*
2 efferretur. V.
3 ludiæ. *Turn. ex V. cod.*
4 his. *M.* hic. *Ch.*
5 abductus. *Ch.*

ergo duitur ei, ut ipsi mortuo parextique ejus, dum positus escit, forisve feretur, sine fraude siet imposita. Salmasius pagina 122.

a *Qui coronam.*] Hic duplicis coronæ mentio fit. Prioris, virtute partæ: de qua Cicero libris de legibus: *Jam illa significatio est laudis ornamenta ad mortuos pertinere, quod coronam virtute partam, & ei qui peperisset, & ejus parenti sine fraude esse lex impositam jubet, &c.* Posterioris, quam pecunia comparasset, nimirum vel equus vel servus, superiore minus honorata & laudata. Imperator Alexander civilium munerum vacationem iis non permisit, qui æmulis corruptis & rodemptis coronati fuerant. Rævardus cap. 15. in leg. duodecim tabul. qui sic interpretatur, eum argui, vituperari ac reprehendi, qui pactione coronam sit adeptus, virtutis ergo, ne id fraudi sit iis, qui virtutem citra dolum quærunt. Quod autem pertinet ad mortuorum coronas, Servius adnotavit, olim cadavera per dies septem domi servari solita, rogo dari octavo die, sepeliri nono. Turneb. cap. 1. 29. legit, *dividitor*, id est, detrahitor, adimitor, si pactione adeptus sit, non virtute. Veteribus *dividia* tædium fuit. *Dividus* Actio apud Nonium, separatus. *Dal.* *Qui coronam parit, ipse pecuniave ejus virtutis ergo arguitur.*] Vetustum exemplar, *qui coronam parit, ipse pecuniave ejus virtuti sua ergo dividitur ei.* Scribendum reor: *Qui coronam parit, ipse pecuniave ejus, virtutis sua ergo duitur ei*, ut sit antiquo more dictum *duitur*, pro *datur*. nam Sexto Pompejo auctore *duis* dicebant pro *dederis*. Pint.

b *Parit.*] *Pacit, pactione acquisiverit.* Rævard. cap. 15. in leg. 12. tab. Plinium tamen legisse, *parit*, ostendunt sequentia verba, *Pecunia partam*, nisi *pactam* legas. *Dalec.*

c *Ut ipsi mortuo parentibusque ejus, dum intus positus esset, forisve, &c.*] In vetusto codice, *merito* legitur, non *mortuo*: & *impositus*, non *intus positus*. Quid si legas non *impositus*, sed *in potibus*, hoc est in conviviis. ut infra hoc capite: *In potu atque hilaritate præcipue odorum vi surrepente.* Pint. *Ut ipsi mortuo, &c.*] Græcis mos etiam fuit coronatos mortuos efferre. Cicero in orat. pro L. Flacco, Smyrnæorum plebiscito decretum fuisse narrat, ut mortuus Castricius in oppidum introferretur, quod aliis non concedebatur: deinde, ut ferrent ephebi: postremo, ut aurea corona imponeretur mortuo. Apud Aristophanem ἐν Ἐκκλησιαζούσαις, maritus uxorem increpans, quod se in lectulo dormiente, veluti cadaver reliquisset. ᾤχου καταλιποῦσα ὡσπερεὶ προκείμενον, μόνον οὐχὶ στεφανώσασ', οὐδ' ἐπιθεῖσα λήκυθον. *Dal.*

d *Positus esset.*] Græcis est, προτίθεσθαι, de cujus verbi notione & prisca consuetudine vide quæ notata sunt supra ad cap. 11. lib. 16. *Idem.*

e *Ex auctoritate senatus in carcerem adductus.*] Antiquum exemplar, *Missus*, non *adductus*. Confirmans eam lectionem

ante finem belli emiſſus eſt. P. Munatius, cum demptam [a] Marſyæ coronam è floribus capiti ſuo impoſuiſſet, atque ob id duci eum in vincula Triumviri juſſiſſent, appellavit Tribunos Plebis. [b] Nec interceſſere illi, aliter quam Athenis, ubi [1] comeſſabundi juvenes ante meridiem [2] conventus ſapientium quoque doctrinæ frequentabant. Apud nos exemplum licentiæ hujus non eſt aliud quam filia Divi Auguſti, cujus luxuria noctibus coronatum Marſyam, literæ illius Dei gemunt: Florum quidem populus Romanus honorem Scipioni tantum [3] habuit. Serapio cognominabatur, propter ſimilitudinem [4] ſuarii cujuſdam negotiatoris. [c] Ob id erat in Tribunatu plebei admodum gratus, dignuſque Africanorum familia. [5] Nec erat in bonis funeris impenſa. Aſſes ergo contulit populus, ac funus

1 comiſſabundi. *Ch.*
2 conventus quoque ſapientium doctrinæ cauſſa, &c. *Dal.*
3 adhibuit. *M.*
4 mancipii ſuarii. *Te.* 12. *lib.* 7.
5 Defuit in. *M.*

nem verba quæ ſtatim ſequuntur: *non ante finem belli emiſſus eſt.* Pint.

a *Marſia coronam.*] Marſias Liberi patris miniſter in civitatibus libertatis fuit indicium. *Dales.*

b *Nec interceſſere illi, &c.*] Senſus eſt, Tribunos non interceſiſſe, ſed caſtigandum cenſuiſſe Munatium, ſeveriore & longe alia diſciplina Romanorum, quam Athenienſium, apud quos juvenes comeſſabundi, poti, vino madidi licenter ac inſolenter Philoſophorum ſcholas adeunt, illos audituri. Nam corruptiſſimi & perditiſſimi fuerunt Athenienſium mores, ut inquit Theopompus apud Athenæum libro 12. juvenibus apud tibicines & ſcorta verſantibus, aliquanto grandioribus occupatis in teſſerarum luſu & ejuſmodi petulantia: univerſoque populo plus ſumptus faciente in publicas epulas ac viſcerationes, quam in gubernanda civitate. Eo vero crimen probroſius, quod Philoſophis operam darent, quorum monitis ac præceptis revocari debuerant ab ea intemperantia, cum Romæ Philoſophi nulli eſſent, qui juvenes ad virtutem & probitatem erudirent. Putat Cujacius hic ſignificari Polemonem, qui cum, auctore Laertio, comitatus ſodalibus aliquando ebrius ac coronatus ſcholam diſputantis de temperantia Xenocratis ingreſſus fuiſſet, ab eo nihil deterrito, ſed acrius & animoſius rem quam cœperat, tractanti, ſic eſt caſtigatus, & ad saniorem mentem reductus, ut eam vitæ impuritatem peroſus, philoſophiæ ſe totum tradiderit, & vita functo Xenocrate ejus ſcholæ præfuerit. Horat. Serm. 2.

---- Quæro, faciaſne quod olim
Mutatus Polemon: ponas inſignia morbi,
Faſciolas, cubitale, focalia: potus ut ille
Dicitur ex collo furtim carpſiſſe coronas.

Athenienſium Juvenum, faces vibrantium, Erynniumque cultu pavorem incutientium proterviam in Socratem, multa jam nocte à cœna domum redeuntem, narrat Rhodig. cap. 40. 21. *Idem.*

c *Ob id erat in tribunatu plebei, &c.*] Tres hoc in loco errores Plinii annotat nobiliſſimus & doctiſſimus Baro Rich. Strein. de famil. Rom. Cornel.

funus elocavit, [1]quaque præferebatur, [a] flores è prospectu omni sparsit. Et jam tunc coronæ Deorum honos erant, & [b] Larium publicorum privatorumque, [c] ac sepulchrorum & Manium. [d] Summaque auctoritas [e][2] pactili [3] coronæ. [f] Sutiles aliorum sacris invenimus, & solennes cœnis. Transiere deinde ad [g] rosaria: eoque luxuria processit, ut non esset gratia nisi [h] mero folio; sutilibus mox petitis ab India, aut ultra Indos. Lautissimum quippe habetur è nardi folio eas dari, aut veste

1 & qua parte ferebatur. *M.*

2 fictili. *Ch.*

3 coronæ ut in Saliorum sacris invenimus solemnes & cœnis. *Turn.*

a *Flores è prospectu omni sparsit. Et jam tunc, &c.*] Rosa, myrto apud Euripidem in Electra & Plutarchum in Aristide poto apud Theophrast. 6. historiar. & aliis omne genus floribus ornata coronataque sepulchra olim fuisse, è multis scriptorum locis cognoscimus. Anacreon oda in Rosam: *τόδε καὶ νοσοῦσιν ἀρκεῖ, τόδε καὶ νεκροῖς ἀμύνει.* Sophocles in Electra: *καὶ δὴ λέγω σοι πᾶν ὅσον κατειδόμην, ἐπεὶ γὰρ ἦλθον πατρὸς ἀρχαῖον τάφον, ὁρῶ κολώνης ἐξ ἄκρας νεορρύτους πηγὰς γάλακτος, καὶ περιστεφῆ κύκλῳ πάντων ὅσ' ἐστὶν ἀνθέων θήκην πατρός.* Serta illa, ut videre est in urnis ac sepulchris antiquis, tæniis laneis coloriis, id est, suo tantum & nativo colore tinctis, implicabantur & nectebantur. Magius c. 17. l. 2. *Dal.*

b *Larium publicorum.*] Lar apud Plautum in Aulularia,

Aut filia una est, ea quotidie mihi
Aut thure, aut vino, aut aliquo semper supplicat:
Dat mihi coronas. Idem.

c *Ac sepulchrorum.*] Decemviri olim sustulerunt sumptuosam respersionem, id est, murratam potionem: longas coronas, quibus ornabantur busta, sepulchra, sellæ curules, theatra, currus triumphantium: nam rotundis homines utuntur: & acerras, de quibus adnotatum supra cap 17. lib. 12. *Idem.*

d *Summaque auctoritas.*] Legend. *Summaque auctoritas pactili coronæ, uti Saliorum sacris invenimus sollemnes cœnas. Transiere deinde rosaria, eoque luxuria processit, ut non esset gratia nisi è mero folio sutilis mox petitis ab India, aut ultrà Indos. Lautissimum quippe habetur è nardi folio eas dari, aut veste Serica versicolori unguentis madidas. Hunc habet novissimè exitum luxuria fœminarum.* fœminarum luxuria sericæ vestes. Vide *Salmas.* p. 557. a.

e *Pactili coronæ.*] Plectilis meminit Plautus in Bacchidibus:

Pro galea scaphium, pro insigni sit corolla plectilis.

πλεκτὸς Xenophani Colophonio apud Athenæum, κυλιστὸς Eubulo comico. Apud Græcos sponsæ, quæ ad virum ituræ erant, ex obviis floribus coronam sibi texebant, quam sub flammeo capiti imponerent. Probrosum enim fuisset emptam gestare. Alex. ab Alex. cap. 5. 2. *Dalec.*

f *Sutiles aliorum sacris invenimus.*] Leg. *Saliorum.* De horum institutione, ritu, saltationibus, carmine, ancyliis & conviviis sumptuosis abunde multa Alex. ab Alex. cap. 26. lib. 1. Salius Arcas Æneæ comes, Saliorum Marti Gradivo sacrorum saltationem instituit. Ab eo dicti Salii. *Varro.* In denariis Romanis Salius effingitur amictus veste longa, dextra manu caduceum tenens, sinistra clypeum, capite galea tecto prominenti, ad utramque aurem apice oblongo & acuto. *Ursinus* 23. Idem.

g *Rosaria.*] Coronas è foliis rosis. *Idem.*

h *Mero folio.*] Merum folium dicit aroma Indicum, non autem floris rosæ folia. *Idem.*

a In

vestė serica versicolores unguentis madidas. Hunc habet novissime exitum luxuria fœminarum. Et apud Græcos quidem de coronis privatim scripsere [1] Mnestheus atque Callimachus medici, quæ nocerent capiti: quoniam & in hoc est aliqua valetudinis portio, [a] in potu atque hilaritate præcipue [b] odorum vi surrepente fallaciter, [2] scelerata Cleopatræ solertia. Namque [3] apparatu belli Actiaci gratificationem ipsius reginæ Antonio timente, nec nisi prægustatos cibos sumente, [c] fertur pavore ejus lusisse, extremis coronæ floribus veneno illitis ipsaque capiti imposita, mox procedente hilaritate invitavit Antonium, ut coronas biberent. Quis ita timeret insidias? Ergo concerpta in scyphum incipienti haurire opposita manu: [d] En ego sum inquit, illa, chare Antoni, quam tu nova prægustantium diligentia caves: [4] adeo mihi, si possim sine te vivere, occasio aut ratio [5] deest: Inde eductum custodia bibere jussit, illico expirante. [e] De floribus extra [6] supradictos scripsit Theophrastus apud Græcos.

1 Mnestheus. Ch. & Turn.
2 scelerata. Ch.
3 in app. Ch.
4 ideo. M. At mihi si possim sine te vivere, occidendi ratio adest. V.
5 adest. Inde ductum in custodiam bibere jussit, illico expirantem. M. deest. Inde eductum custodiam, &c. Turn. Inductam custodiam, &c. expirantem. Ch.
6 supradictis. Ch.

a *In potu atque hilaritate.*] In epulis coronatos accubuisse ostendunt Aristophanes in Equitibus, Plautus in Pseudolo. Ovidius:

Ebrius incinctis philyra conviva capillis
Saltat & imprudens utitur arte meri.

Martialis:

Pinguescat nimio madidus mihi crinis amomo,
Lassenturque rosis tempora sutilibus.

Rhodiginus cap. 26. & 28. lib. 27. Huc spectat quæstio apud Plutarch. in Sympos. 1. 3. An inter pocula coronis & sertis utendum sit. *Dalec.*

b *Odorum vi surrepente fallaciter; scelerata Cleopatra solertia.*] Scribendum puto non *fallaciter* sed *fallacis &*: jungendaque ea verba inferioribus, ut in totum legatur sic: *Fallacis & scelerata Cleopatra solertia. Namque in apparatu belli Actiaci.* ita enim in codice vetere habetur. *Pint.*

c *Fertur pavore ejus lusisse.*] Sic quidem exemplar antiquum, sed placet magis legatur, *pavori ejus illusisse.* Idem.

d *En ego sum, inquit, illa chare Antonj.*] Non *chare* legit idem exemplar, sed *in arce*, lego *Marce.* Idem.

e *De floribus extra supra dictos.*] Romana & Parmensis & reliquæ impressiones, non *De floribus* habent, sed *De coronis.* At exemplar nostrum *De floribus* præfert, sicque omnino legendum. Cæterum verba illa mox paulo sequentia, *Flores persequutus est nemo*, emendanda erunt, scribendumque est vice versa, *Coronis persequutus est nemo.* Vocum igitur permutatio facta est. Nam si legamus, *flores persequutus est nemo*, quid obsecro in libris, quos statim ante memorat, inscriptis Anthologicon, hoc est florilegiorum, tractabatur nisi flores? *Idem.*

Græcos. Ex noſtris autem inſcripſere aliqui libros Anthologicon: flores vero [1] perſecutus eſt nemo quod equidem inveniam. Nec nos nunc ſcilicet coronas nectemus: id enim frivolum eſt: ſed de floribus, quæ videbuntur digna, memorabimus. Pauciſſima noſtri genera coronamentorum inter hortenſia novere, ac pene violas roſaſque tantum.

1 profecutus. M.

Cap. IV.

De roſa in coronis, & de generibus ejus, & ubi ſeratur.

Roſa naſcitur ſpina verius, quam frutice, [a] in rubo quoque proveniens, illic etiam jucundi odoris, quamvis [b] anguſti. Germinat omnis primo incluſa [c] granoſo cortice. Quo mox intumeſcente, & [d] in virides alabaſtros faſtigiato paulatim rubeſcens dehiſcit [e] ac ſeſe pandit, in calicis medio ſui [2] ſtantis complexa luteos apices. Uſus ejus in coronis prope [3] minimus eſt. Oleo maceratur, idque jam à Trojanis temporibus, [f] Homero teſte. Præterea in unguenta tranſit, ut diximus. Per ſe medicas artes præbet. Emplaſtris atque collyriis inſeritur mordaci [4] ſubtilitate. [g] Menſarum etiam deliciis [5] inungendis minime noxia. Genera ejus noſtri fecere celeberrima Præneſtinam & Campanam.

2 ſtanteis. V.
3 nimius. V.
4 utilitate. *Alii.*
5 integendis. *V.* perungendis. *Gb.*

a *In rubo quoque proveniens.*] Cynoſbato. *Dalec.*

b *Anguſti.*] Late ſe non ſpargentis. *Idem.*

c *Granoſo cortice.*] Veluti granis aſperſo & ſcabro. *Idem.*

d *In virides alabaſtros faſtigato.*] Papillatos corymbos vocat Hieronymus. Dehiſcentem in calathum fundi ajunt. Rhod. cap. 26. 27. *Cohivum & conivum* Gloſſarii auctor vocat *κάλυκας ῥόδα μεμυκότα.* Vide Scalig. in Feſtum, voce Conivola. *Idem.*

e *Ac ſeſe pandit, &c.*] Lege: *ac ſeſe pandit in calices, medio ſui ſtantes amplexa luteos apices.* Salmaſ.

f *Homero teſte.*] Iliados ψ. *ῥοδόεντι ἐλαίῳ.* *Dal.*

g *Menſarum etiam deliciis.*] Solebant Romani non ſolum menſas ad convivia ſtructas, ut nunc fit, roſarum foliis contexere, ſed etiam epularum ferculis ea inſpergere, tuta & minime noxia voluptate. Quidam exponunt menſas citreas in ſummis deliciis habitas inungi roſarum ſucco, qui ob amarorem intactas & illæſas eas ſervaret à carie & tineis. Heliogabalus in recumbentes convivas per laquearia, veluti per impluvium, roſas effundi jubebat. Quidam & pulvinos tricliniares ac cubitorios roſis farciebant. *Idem.*

a *Diſſe-*

nam. Addidêre alii Milesiam, [1] cujus sit ardentissimus colos, non [2] excedentis duodena folia. Proximam ei Trachiniam minus rubentem. Mox Alabandicam viliorem, albicantibus foliis. [3] Utilissimam vero plurimis, sed minutissimis spineolam. [a] Differunt enim multitudine foliorum, asperitate, lævore, colore, odore. Paucissima quina folia, ac deinde numerosiora: cum sit genus ejus, quam centifoliam vocant: quæ est in Campania Italiæ, [4] Græciæ vero circa Philippos: sed ibi non suæ terræ proventu. Pangræus [5] mons in vicino fert, numerosis foliis ac [6] parvis: unde accolæ transferentes conserunt, [7] ipsaque plantatione proficiunt. Non autem talis odoratissima est, [8] nec cui latissimum [9] maximumque folium. Breviterque indicium est odoris, [b] scabritia corticis. Cepio Tiberii Cæsaris principatu, negavit centifoliam in coronas addi, præterquam extremos velut ad [10] cardines, nec odore, nec specie probabilem, & quæ Græca appellatur à nostris, à Græcis [c] lychnis, non nisi in humidis locis proveniens, nec unquam excedens quinque folia, [11] violæ magnitudine, odore nullo. Est & alia Græcula appellata, convolutis foliorum paniculis, nec dehiscens nisi manu coacta, semperque nascenti similis, latissimis foliis. Alia funditur è caule malvaceo, folia [12] oleæ habente, [13] mosceuton vocant. Atque inter has media magnitudine autumnalis, quam coroneolam [14] vocant. Omnes sine odore, præter coroneolam & in

1 cui. Ch.
2 excedenteis. V.
3 Vilissimam. M. & Ch.
4 Græcis vero. V.
5 namque mons. M.
6 parvis. Inde. V.
7 ipsæque. V.
8 sed. Theoph.
9 margines. V.
10 maximumve. M.
11 violæque (sic Ch.) magnitudinem. M.
12 ulmi. V.
13 aceton. M. Lege, moscheaton.
14 appellant. Ch.

a *Differunt etiam multitudine, &c.*] Hæc ex Theophrast. cap. 6. lib. 6. histor. *Dalec.*

b *Scabritia corticis.*] Ejus quod infra rosam est asperitas. Theophrast. *Corticem* vocat corticosum alabastrum, qui semen continet, ut paulo post sequitur. *Idem.*

c *Lychnis.*] Quidam inodoratam & pusillam rosam rubram indicari volunt, Vere & autumno prodeuntem, quam vulgo vocamus *Damas rouge*. Alii lychnidem Dioscoridis coronariam herbam, flore violæ, purpurascente, à Plinio intempestive recenseri putant inter rosarum genera. Nostrates certe ob similitudinem, quam is flos habet cum rosa, lychnidem vocant, *Passerose*. Idem.

a *Contenta*

& in rubo natam: tot modis adulterantur. Et alias vera [1] quoque plurimum solo prævalet. Cyrenis odoratissima est: ideoque ibi unguentum pulcherrimum. Carthagine Hispaniæ, hieme tota præcox. Refert & cœli temperies. Quibusdam enim annis minus odorata provenit. Præterea [2] locis omnis siccis quam humidis odoratior. Seri [3] nec pinguibus vult, nec argillosis locis, nec riguis, [a] contenta raris, proprieque ruderatum agrum amat. Præcox Campana, [4] sera Milesia. Novissime tamen desinit Prænestina. Fodiuntur altius quam fruges, levius quam vites. Tardissime proveniunt semine, quod in ipso cortice est, sub ipso [5] flore opertum lanugine: ob id potius [b] caule conciso inseruntur: [c] [6] & ocellis radicis, ut harundo, unum genus inseritur pallidæ spinosæ, longissimis virgis quinquefoliæ, [7] quæ è Græcis altera est. Omnis autem recisione atque ustione proficit: translatione quoque, [8] ut vitis optime ocyssimeque provenit, surculis quaternum digitorum longitudine, aut ampliore, post Vergiliarum occasum sata: dein per Favonium translata, pedalibus intervallis crebroque circumfossa. Qui præcocem faciunt, pedali circa radicem scrobe aquam calidam infundunt, germinare incipiente calice.

1 quæque. V.
2 locis in M. d.
3 neque ping. neque arg. Ch.
4 est, sera. M.
5 fere. M. Lego, quod sub ipso cortice est fere, opertum. M.
6 At. V.
7 quæ. Græcula. M. Lego, à Græculis altera est. Dal
8 ut vitis optima. Ch.

Cap. V.

De lilio, tria genera, & ratione ea inserendi.

Lilium rosæ nobilitate proximum est, & quadam cognatione unguenti oleique, quod lirinon

a *Contenta raris.*] Scribendum puto *contenta ruderibus.* unde & statim subjungit: *Proprie ruderatum agrum amat.* legendum *ruderaceum*, non *ruderatum*, ex vetusto codice. & mox paulo *novissima*, non *novissime*, in eodem. *Pint.*

b *Caule concisa inseruntur.*] Malleolis ex caule decisis. *Dalec.*

c *Et ocellis radicis.*] De Lilio id Theophrastus capite 2. libro 2. historiar. *Idem.*

a Candi

non appellatur. Et [1] impositum etiam maxime rosas decet, medio proventu earum incipiens. Nec ulli florum excelsitas major, [2] interdum cubitorum trium, languido semper collo & non sufficiente capitis oneri. [a] Candor ejus eximius, foliis foris striatis, & ab angustiis in latitudinem paulatim sese laxantibus, effigie calathi, resupinis per ambitum labris, [b] tenuique [3] filo & [4] semine, stantibus in medio crocis. Ita odor colorque duplex & alius calicis, alius staminis, differentia angusta. In unguenti vero oleique usu, & folia non spernuntur. Est flos non dissimilis illi in herba quam convolvulum [5] vocant, [c] nascens per fruteta, nullo odore, nec crocis intus, candorem tantum referens, ac veluti naturæ rudimentum lilia facere condiscentis. Alba lilia iisdem omnibus modis seruntur, quibus rosa: & hoc amplius lacryma sua, [d] ut hipposelinum: nihilque est fœcundius, una radice quinquagenos sæpe emittente bulbos. Est & rubens lilium, quod Græci [6] crinon vocant. Alii florem ejus [7] cynorrhodon. Laudatissimum in Antiochia & Laodicea Syriæ, mox in Phaselide. Quartum locum obtinet in Italia nascens. Sunt & [8] purpurea lilia, aliquando gemino caule, carnosiore tantum radice, majorisque bulbi, sed unius:

1 Appositum. V.

2 caule interdum. V.

3 pilo *Ch.* 4 staminis. V. & staminum. *Alii.*

5 vocant. Nascitur. V.

6 crinon agrion. V.

7 crinorrhodon. V.

8 præterea loiria. *Ex Theoph.*

a *Candor ejus eximius.*] Lege: *Candor ejus eximius, foris striati & ab angustiis in latitudinem paulatim sese laxantis effigie calathi, &c.* Post: *Tertio generi cætera eadem, calix herbaceus.* posuit *herbaceum* pro eo quod in Dioscoride est, *χορώδης*. lege ego *helvaceus*, pro herbaceus. idem mendum infrà cap. XIX. *Narcissi duo genera in usum medici recipiunt: unum purpureo flore, alterum herbaceum.* Scribendum, *helvaceum.* Color *helvaceus* & *helveus* est inter russum & album. ita Festus: *hic plane est melinus & luteus color vel croceus.* Salmas. 102.

b *Tenuique filo & semine.*] Videtur scribendum *stamine* non *semine.* ut ex sequentibus paulo infra patet. Item *pilo* non *filo* præfert idem exemplar. *Pint.*

c *Nascens per fruteta.*] Ea est, quæ Iasione à Theophrasto, & ab auctore dicitur posthac cap. 17. & cap. 22. lib. 22. *Dalec.*

d *Ut Hipposelinum.*] Theophrastus cap. 4. 1. causs. lilio & Hipposelino addit & alia quædam, quæ tamen non recenset nominatim. ὀπωχυμοῦς vocat has plantas auctor librorum de Plantis, qui Aristoteli adscribuntur, cujus vocis loco in exemplari depravato legitur *opigaii.* *Idem.*

unius: narcissum vocant. Hujus alterum genus flore candido, calice purpureo. Differentia à liliis est & hæc, quod narcissis folia [a] in radice sunt, probatissimis in Lyciæ montibus. [b] [1] Tertio generi cætera eadem, calix herbaceus. [c] Omnes serotini. Post Arcturum enim florent, ac per æquinoctium [2] autumnum. [d] Inventa est & in his ratio inserendi monstrificis hominum ingeniis. [e] Colliguntur namque mense Julio [3] scapi arescentes, liliaque suspenduntur in fumo. Dein nudantibus se [f] nodulis, in fæce nigri vini vel Græci mense Martio macerantur, ut colorem [4] percipiant, atque ita in scrobiculis seruntur heminis fæcis circunfusis. Sic fiunt purpurea lilia: mirumque, ita tingi aliquid, ut nascatur infectum.

1 Alteri, &c. croceus. *Ex Diosc.*

2 autumni. V.

3 bulbique. V. scapi florescentes liliaque. *Ex Cassian.*

4 accipiant. *V.*

CAP. VI.

De violis & de caltha, & de bacchare, combreto, asaro & croco.

VIolis honos proximus. [g] [5] Earum plura genera. Purpureæ, luteæ, albæ: . [6] plantis omnes,

5 Earumque *Ch.*

6 plantæ. V.

a *In radice sunt.*] In caule nulla. *Dalec.*

b *Tertio generi cætera eadem.*] Lego, *alteri generi.* Nam tantum duo genera Narcissi sunt, alterum quod florem in medio purpureum habet, πορφυροειδής: alterum, quod croceum, κροκώδης. Plinius legisse videtur ποώδης. Idem, quod in medio floris extat *calicem* vocat, nullius Græci auctoris exemplo. *Idem.*

c *Omnes serotini.*] Uterque Narcissus nobis floret Martio & Aprili. Theophr. cap. ult. lib. 6. alterum genus leirii per autumnum cum croco & silvestri & sativo floret. *Idem.*

d *Inventa est & in his ratio inserendi.*] Forte non *inserendi*, sed *inficiendi*, sed legendum est, ut liquet ex his quæ insequuntur; præsertim ex ultimis capitis verbis: *Mirumque ita tingi aliquid ut nascatur infectum.* Pint.

e *Colliguntur namque scapi arescentes, liliaque suspenduntur in fumo.*] Scribo, *Colliguntur namque scapi arescentis lilii, qui suspenduntur in fumo:* tum ex scripto exemplari, tum etiam ex Græco auctore, de re rustica, quem alii Constantinum, alii Heronem appellant Geoponicon lib. 11. qui hoc idem docet eisdem ferme verbis. *Idem.*

f *Nodulis.*] *Nodulos* vocat radiculas bulbis similes, quas, ut Cassius prodit, caules in fumo suspensi emittunt, *Dal.*

g *Earum plura genera.*] Nicander in Georgicis duo tantum genera facit, ὠχρὸν, & χρυσεῖον, pallidum & luteum.

Ἀλλὰ τὰ μὲν ἀντήρεις, τὰ δὲ καὶ εἰραίας φυτῇσιν

Ἄνθη ἰσοπληθῆ. ξανθὴ γε μὲν ἰάσι διοσμή.

Ὠχρὸν

nes, ut olus, satæ. Ex iis vero, quæ sponte apricis & macris locis proveniunt, purpureæ, latiore folio statim ab radice [1] carnosa exeunt, solæque [2] Græco nomine à cæteris discernuntur, [3] appellata [a] Ia, [4] ut ab his Ianthina vestis. [b] Sed [5] sativis maxima auctoritas luteis. [c] Genera [6] iis Tusculana, & quæ marina appellatur, [7] folio aliquanto latiore, sed minus odorato. In totum vero sine odore, minutoque folio [d] calathiana, munus autumni, cæteræ vêris. Proxima ei caltha est concolori [8] amplitudine. Vincit numero foliorum marinam, [9] quinque non excedentem. Eadem odore superatur: est enim gravis [10] caltha. Non levior ei, [e] quam scopam

1 carnosæ. V.
2 Græco, in Ch. d.
3 appellatæ. V & M.
4 & ab. M. & ab his Iacinthina Ch.
5 sativarum. M.
6 autem. Ch.
7 flore. Dal.
8 similitudine. V.
9 quinque folia non. M.
10 calthæ. M.

Ὠχρὸν χρυσείῳ τι φύζν εἰς ὦπα ἰδέσθαι
Στέψαι. Ἰωνιάδες νύμφαι στέφος ἁγνὸν Ἴωνι
Πισαίοις στεψάμεναι ἐνὶ κλήροισιν, ὄρεξαν
Ἤνυσε γὰρ χλούνην μετ' ἀ' ἰοστεφέος, σκυλάκεσσιν
Ἀλφειοῦ δὲ λόετρον ἰὼν ἐπιλωφάνγυιον
Ἑσπέριος νύμφαισιν Ἰαονίδεσσι νυχεύειν.

Scaliger.

* *Plantis omnis, ut olus, sata.*] Luteas & albas semine nos serimus, purpureas planta. *Dal.*

a *Ia.*] Μελάνια. Theophr. *Idem.*

b *Sed sativis maxima auctoritas, &c.*] Lege: *E sativis maxima auctoritas luteis. genera Tusculana, & quæ marina appellatur, folio aliquanto latiore, sed minus odorato. In totum vero sine odore minutoque folio Calatina, munus autumni, cætera veris. Proxima ei caltha est & concolor. Amplitudine vincit & numero foliorum Marinam quinque non excedentem.* Viola *Calatina* dicta à Calatia oppido Italiæ. Vide *Salmas.* p. 1160. b.

c *Genera iis Tusculana.*] Scriptum exemplar, *genera autem Tusculana.* & paulo post *Calatina*, non *Calathiana.* ut forte neutro modo scribendum sit: sed *caltiana*, permutatis literis, à similitudine caltæ, ut sequentia statim ostendunt. nisi quis deduci malit à calatho. *Pint.*

d *Calathiana*] Calathianam alii esse volunt thylacitidem, à Dodonæo pictam calathianæ titulo: alii ejusdem campanulam. At utraque cœrulea est, calathiana vero lutea, si calthæ concolor est. nam caltham luteam esse monstrant hi versus Virgilii & Columellæ:

Mollia luteola pingit vaccinia caltha,
Pressaque flammeola rumpatur fiscina caltha.

Calathianam ego puto esse digitalem luteam, flore luteo, calatho simili; caltham vero nostram calendulam. Dioscoridi caltha chrysanthemum, sive buphthalmos dicitur. *Dalec.*

e *Quam scopam regiam appellant.*] Sideritim quidem esse puto, sed Achilleam, cujus folia odorem multum spirant, non insuavem, verum medicatum, auctore Dioscoride, ut pro *latissimo folio* cap. 5. lib. 25. legendum sit *tenuissimo*, nisi latissimum folium intelligamus totius plantæ comam latissime se spargentem. Nam multis virgis multumque spatii occupantibus ea planta subrigitur. Coronis autem expetitur flos ex albo aureus. Quamobrem inter luteos flores hic à Plinio recensetur. *Idem.*

a *Unde*

ſcopam regiam appellant: quanquam folia ejus olent, non flores. [1] Bacchar quoque radicis tantum odoratæ [2] eſt, à quibuſdam nardum ruſticum appellatum. Unguenta ex ea radice fieri ſolita apud antiquos, Ariſtophanes priſcæ Comœdiæ Poëta teſtis eſt. [a] Unde quidam errore falſo barbaricam eam [3] appellabant. Odor eſt [4] ei cinnamomo proximus. Gracili ſolo nec humido provenit. Simillimum ei, combretum appellatur, foliorum exilitate uſque in fila attenuata, & procerius quam bacchar. [b] Nec hæc ſunt tantum, ſed eorum quoque error [5] corrigendus eſt, qui bacchar ruſticum nardum appellavere. Eſt enim alia herba ſic cognominata, quam Græci aſaron vocant, cujus ſpeciem figuramque diximus in nardi generibus. Quinimo aſaron invenio vocitari, [c] quoniam in [6] coronis non addatur. [d] [7] Crocum ſilveſtre optimum: ſerere in Italia minime expedit, ad [e] ſcrupula uſque ſingula areis decoquentibus. Seritur radicis bulbo. [f] Sativum latius, majuſque & nitidius, ſed multo levius

1 Baccharis. *Ex Dioſc.*
2 Eſt, quæ à, &c. appellatur. *c.* 20. *l.* 21.
3 appellant. *M.*
4 radicis. *Ex Dioſc.*
5 regendus. *Ch.*
6 coronas. *M.*
7 Crocum & ſilveſtre eſt, ſerere, &c. Sativum latius, optimum, majuſque, &c. *V.*

a *Unde quidam errore, &c.*] Lege: *Unde quidam errore falſo baccarida ea appellabant.* Unguenta ex baccaris radice fiebant apud Græcos antiquos, ut Ariſtophanes teſtis eſt. Inde quidam ex Græcis unguenta appellarunt *βακχαρίδας*, errore falſo. Mox ſequitur, quod ita legend. *& procerius quam baccar, nexui tantum.* dicit combretum nexui tantum eſſe, id eſt, ad corollas necti. ſic *veſtiu amictui, linteum exterſui, &c.* Vide *Salmaſ.* pag. 1068. a, b.

b *Nec hæc ſunt tantum.*] Primum verbum redundat ex vetuſto codice. Et ſtatim, *Sed eorum quoque error corrigendus eſt.* rurſus redundat particula *ſed*, ex eodem. *Pint.*

c *Quoniam in coronis, &c.*] *Quoniam coronas non ornet*: *σαίρειν*, ornare, verrere, mundare: *γῆ σεσαρωμένη* Plutarcho in Catone, floribus ornatus ager: *νεμομένη*, paſcuus: *σπειρομένη*, ſationalis, vel ſeminalis, arvum: *ῥαινομένη*, riguus. *Dalec.*

d *Crocum ſilveſtre optimum.*] Non quidem ſponte naſcens, agreſte, inurbanum, ſed exoticum aliunde invectum. Italicum enim fructuoſum & quæſtoſum non eſt. *Idem.*

e *Scrupula uſque ſingula, &c.*] Areæ ſingulæ vigeſima quarta parte minus fructus reddunt quam impenſæ factum eſt. Scrupulum vigeſimaquarta unciæ pars eſt. Quod ſi ad drachmam id exigas, cujus ſcrupulum tertia pars eſt, ſenſus eſt: tertia parte minus fructus percipi, quam impenſa conſtiterit. *Idem.*

f *Sativum latius, majuſque & nitidius, &c.*] Lege: *Sativum latius majuſque & nitidius ſed multo lenius; denegans ubique, nec fœcundum, etiam Cyrenis ubi ſemper flores laudatiſſimi.* denegat creditum malus debitor & decoctor. ſic crocum non tantum in Italia decoquere

areis

levius degenerans. Sed nec ubique fœcundum, etiam Cyrenis, ubi ſemper flores laudatiſſimi. [a] Prima nobilitas Cilicio, & ibi in Coryco monte: dein Lycio, monte Olympo: mox Centuripino Siciliæ. [b] Aliqui Phlegræo ſecundum locum dedere. Adulteratur nihil æque. Probatio ſinceri, [c] ſi impoſita manu [1] crepat, [d] veluti fragile. Humidum enim, quod evenit adulteratione, [2] cedit. Altera probatio: ſi manu prolata ad ora leniter faciem oculoſque mordeat. Eſt per ſe genus ſativi blandiſſimum vulgo, [3] cum ſit [e] medio candidum, dialeucon vocant. Contra Cyrenaico vitium, quod omni croco nigrius eſt, & celerrime marceſcit. Optimum ubicunque quod pinguiſſimum, & [4] brevibus capillis: peſſimum vero, quod ſitum redolet. Mutia-

1 crepitat. Alii. crepit. Gb.

2 ſilet. Turn.

3 quod ſit. Dal.

4 brevis capilli. Gb.

areis ejus à quo ſeritur, ſed ubique denegare dicit, etiam Cyrenis, ubi flores laudatiſſimi. Et paulo infra lege: *probatio ſinceri, ſi impoſita manu crepitet, veluti fragile: humidum enim quod evenit adulteratione ſidit. Altera probatio, ſi manu impoſita, & relata ad ora leniter faciem oculoſque mordeat. Eſt per ſe genus ſativi blandiſſimum vulgo, cum ſit mediocre: dialeucon vocant. Cum ſit mediocre*, id eſt, cum de optimis non ſit. *Salmaſ.* 107.

a *Prima nobilitas Cilicio, &c.*] Lege: *Prima nobilitas Cilicio, & ibi in Coryco monte: dein Lycia Olympo: mox, &c.* Et paulo poſt ſcribe, *Crocum ſilveſtre optimum, ſerere in Italia minime expedit, ad ſcripula uſque ſingula areis decoquens.* ſeges comparatur debitori, qui ſi bonum nomen eſt, cum fœnore reddit quod accepit, ſi minus creditori ſuo decoquit. Ita & croci ſeges areis decoquere dicitur eleganter, quæ impenſam domini fruſtratur. dicit porro *ad ſcripula uſque ſingula.* nimis laxe hoc concipi videtur, lege: *ad ſcripula uſque in ſingul. x.* in ſingulos denarios uſque ad ſcripula decoquit. nihil verius. Vide *Salmaſ* p. 106. & 107.

b *Aliqui Phlegræo ſecundum locum dedere.*] Vocem *Phlegræo* agnoſcit in Plinio Hermolaus in Corollario Dioſcoridis. In archetypo tamen noſtro non *Phlegræo* legitur, ſed *Heræo*. Legendum puto *Ægæo*, ab *Ægis* Æoliæ urbe: ex Dioſcoride libro primo, qui primam bonitatem tribuit croco Corycio: ſecundam Lycio: tertiam ei quod eſt ex *Ægis* urbe Æoliæ. Quare in Plinio malim legere, *tertium locum dedere*, quam *ſecundum*. Hermolaum autem profiteor me demirari, qui in Dioſcoridis tralatione, *ab Ægybus urbe Æolia* ſcribat, cum *y* in ſecunda, & tertia inflexione, non *ab Ægis*, ut rectius convertit Marcellus. præſertim cum conſtet ex Stephano & aliis Ægas primi ordinis, Æoliæ eſſe urbem: *Ægys* autem tertii, non Æoliæ, ſed Laconiæ. *Pint.* *Aliqui Phlegræo.*] Phlegra oppidum Macedoniæ maritimum. Phlegræus ager Campanus, ſive Laborienſis, Puteolis vicinus, fertiliſſimus panici, farris, roſarum. Ex iis duobus locis, vel alterutro fortaſſis, crocus nobilis & excellens fuit. *Dal.*

c *Si impoſita manu crepat.*] Hoc mediæ ætatis indicium eſt. *Idem.*

d *Veluti fragile.*] Nam fragile Dioſcorides improbat. *Idem.*

e *Medio candidum.*] Dioſcoridi Corycium, quod optimum eſt: in oblongo calice paululum candidi monſtrat. *Idem.*

Mutianus auctor est, in Lycia anno septimo aut octavo [a] transferri in locum subactum, atque ita degenerans renovari. Usus ejus in coronis nusquam. Herba enim est folio angusto pene in capillamenti modum. Sed vino mire congruit, præcipue dulci, [b] tritum ad theatra replenda. Floret Vergiliarum occasu paucis diebus, folioque florem expellit. Viret [1] bruma & colligitur. Siccatur umbra, melius etiam hiberna. Carnosa & illi radix, vivaciorque quam cæteris. [c] Gaudet calcari & [2] atteri, pereundoque melius provenit. Ideo juxta semitas [d] ac fontes lætissimum.

1 Bruma. Collectum siccatur, &c. est illi. *M.*

2 atteri pede, quo melius. *M.* atteri pede pereundoque melius. *V.*

CAP. VII.

De floribus antiquis & de odoramentorum diversitate, saliunca, & polio.

[e] TRojanis temporibus jam erat honos ei. Hos certe flores Homerus treis laudat, loton, crocon, hyacinthum. Omnium autem odoramentorum, atque adeo herbarum differentia est in colore, & odore, & succo. [3] Odorato sapor raro ulli

3 Odoratis. *M.*

a *Transferri in locum subactum.*] Idem fit & passim in Gallia. *Dalec.*

b *Tritum ad theatra replenda.*] Seneca epistola 91. *Hodie utrum tandem sapientiorem putas, qui invenit quemadmodum in immensam altitudinem crocum latentibus fistulis exprimat, &c.* Martialis,

Et Cilices nimbis qui maduere suis.

nempe Cilicio croco. Spartianus in Hadriano: *In honorem Trajani balsama & crocum per gradus theatri fluere jussit.* Brod. c. 6. 5. Theophr. lib. de odoribus, ἀλλὰ συμβαίνει τῷ ὄντι καθάπερ ἥδυσμα γίνεσθαι τῷ πόματι τὴν ὀσμὴν, τῷ μὲν γὰρ γλυκεῖ καὶ μάλιστα διαφέρειν διὰ τὸ μηδὲν ἔχειν. Seneca cap. 9. lib. 2. quæst. natur. id *sparsionem* vocat. Poëta,

Pulpita solennes non oluere crocos.

Idem.

c *Gaudet calcari & atteri.*] Nam foliis attritu & calcatu corruptis, & necatis, totum alimentum in radicem absumitur, quæ anno sequenti plenior, flores plures & meliores edit: adde & quod radix alimento turgida, quod in folia exhaustum non est, diutius vivit, & tardius flaccescit. Aliter tamen rusticis videtur, qui studiosissime tum pecus arcent, tum homines à locis croco consitis. Vide Victorium cap. 8. 14. *Idem.*

d *Ac fontes lætissimum.*] Plinius in Theophrasto legit, ἐν τοῖς κρουνοῖς, non, ut legimus, ἐν τοῖς κοιλώτοις. Legit quoque, καταπατουμένης πάντῃ (non κάτω) τῆς ῥίζης. *Turneb.*

e *Trojanis temporibus, &c.*] Priora istius capitis pertinent ad præcedens caput, usque ad *Omnium.* Salmas. pagina 108.

a Quia

ulli non amarus: è contrario dulcia raro odorata. Itaque & vina mustis odoratiora, & silvestria magis omnia sativis. Quorundam odor suavior è longinquo, propius admotus hebetatur, ut violæ. Rosa recens à longinquo olet, sicca propius. Omnis autem verno [1] tempore acrior, & matutinis: [1 tepore. Ch.] quiquid ad meridianas horas diei vergit, hebetatur. Novella quoque vetustis minus odorata. Acerrimus tamen odor omnium æstate media. Rosa & crocum odoratiora, cum serenis diebus leguntur: & omnia in calidis, quam in frigidis. In Ægypto tamen minime odorati flores, [a] quia nebulosus & roscidus aër est à Nilo flumine. Quorundam suavitati gravitas inest. Quædam, [2] cum virent, non [2 dum. Ch.] olent, propter humorem nimium: ut buceros, quod est fœnum Græcum. Acutus odor non omnium sine succo est, ut violæ, rosæ, croco. Quæ vero ex acutis succo carent, eorum [3] omnium odor [3 omnibus. V. omnino. Alii V.] gravis, ut [b] in lilio utriusque generis. [c] Abrotonum & amaracus acres habent odores. Quorundam flos tantum jucundus, reliquæ partes ignavæ, ut violæ ac rosæ. Hortensium odoratissima quæ sicca, ut ruta, menta, apium, & quæ in siccis nascantur. Quædam vetustate odoratiora, ut cotonea: eademque decerpta, quam in suis radicibus. Quædam non

a *Quia nebulosus & roscidus, &c.*] Non consentit hæc ratio cum eo quod scripsit cap. 9. 5. Nilum, unum omnium nullas auras expirare, quod & Lipsius animadvertit lib. 2. Variarum, Plinium excusare conatus, sed æquiore animo, quam justa caussa. Locus hic è Theophrasto petitus est cap. 27. 6. Causs. cujus verba hæc sunt: ἐν Αἰγύπτῳ γὰρ χείριστα τὰ ἄνθη καὶ τὰ στεφανώματα ὡς εἰπεῖν, ὅτι ὁ ἀὴρ ὁμιχλώδης καὶ δροσοβόλος. id est, *Nam in Ægypto deterrimi flores, &, ut summatim dicam, coronamenta, quoniam aër caliginosus est, multumque roris affundit, &c.* nulla facta Nili mentione, quibus reddendis verbis negligens profecto ac incuriosus Plinius fuit. Ad hoc pertinere videtur quod Aphrodisæus Probl. 1. quærit, Cur in Ægypto æstuosissima regione ψυχρὸς οἶνος γίνεται. *Dalec.*

b *In lilio.*] Lilio & leirio. Theophr. cap. 21. lib. 6. Causs. *Idem.*

c *Abrotonum, &c.*] Hunc locum Theophr. è cap. 22. lib. 6. Causs. Plinius integrum non vertit, sed truncum ac mutilum, ut ex collatione judicare licet. *Idem.*

non nisi defracta, aut ex attritu olent: alia non nisi detracto cortice: quædam vero non nisi usta: sicut thura [1] myrrhæque. [a] Flores [2] triti omnes amariores, quam intacti. Aliqua arida diutius odorem continent, ut melilotos. Quædam locum ipsum odoratiorem faciunt, ut iris: [b] quin & arborem totam cujuscunque radices attingit. Hesperis noctu magis olet, inde nomine invento. Animalium nullum odoratum, nisi si de pantheris, [c] quod dictum est, credimus. Illa quoque non omittenda differentia est, [3] odoramentorum multa nihil pertinere ad coronamenta, ut irin atque saliuncam, quanquam nobilissimi odoris utranque. Sed iris radice tantum commendatur unguentis & medicinæ nascens. Laudatissima in Illyrico, & ibi quoque non in maritimis, sed in silvestribus [d] Drilonis & [4] Naronæ. Proxima in [5] Macedonia, longissima hæc & candicans, & exilis. Tertium locum habet Africana, amplissima inter omnes, gustuque amarissima. Illyrica quoque duorum generum est, [e] Raphanitis à similitudine, [6] quæ & melior: Rhizotomos subrufa. Optima, quæ sternutamenta [7] tactu movet. Caulem habet cubitalem, [8] erectum. Floret

1 myrrhaque. V.
2 tritu. *Cb.*
3 odoratorum mul. n. attinere. *M. legitur*, *&*, adtinere, *in Cb.*
4 Naronis. V.
5 Macedonia. Laudatissima hæc candicans. Ex illis tertium. *M.*
6 quæ melior rhizotomos. *Cas.* 20. *lib.* 21.
7 tractatu. V.
8 & rectum. V.

a *Flores triti omnes amariores quam intacti.*] Lego ex vetusto codice, *Flores omnes triti.* & puto scribendum *acriores*, non *amariores*, de odore enim hic agitur & odoris acrimonia, non de sapore. *Pintian.*

b *Quin & arborem totam, &c.*] Contra Theophrasti judicium, à quo hæc omnia sumpta sunt, hæc Plinius scribit. Locus est cap. 28. lib. 6. Causs. *Odores autem*, inquit, *ab invicem nullus fructus, neque pars ulla arboris excipit. ita ut manifestum id sit. Interdum tamen juxta odoratas plantas acria seruntur, ut capa & allium juxta coronarias, &c.* Dal.

c *Quod dictum est.*]Cap. 10. l. 8. Plinio noti non erant cercopitheci odorati, qui muscum olent. Idem Alexandri non meminerat, cujus corpus odorem suavem expirabat. *Idem.*

d *Drilonis & Narona.*] Legendum *Naronis*, non *Narona*, ut ostendit Nicandri versus ab Hermolao citatus, & ostendunt omnes geographi, aut, si magis placet, *Narone*, auferendi casu. *Pint.*

e *Raphanitis à similitudine.*] Ea fortassis est, quam Aetius in emplastro venenatorum astraglitim nuncupat, & cujus sub eodem nomine Galenus meminit lib. 1. κτ' τόπους. in remediis, quæ faciunt ad calvescentes præter ætatem. Astragalitim vero nuncupant, quod astragali radix velut raphanus grandis fit, & teres. *Dal.*

Et

ret diversi coloris specie, sicut arquus cœlestis, unde & nomen. Non improbatur & Pisidica. [a] [1] Et fossuri tribus ante mensibus mulsa aqua circunfusa, hoc veluti placamento terræ blandiuntur, circunscripta mucrone gladii orbe triplici: & cum legerint eam, protinus in cœlum attollunt. [b] Natura est fervens, tractataque pustulas ambusti modo facit. Præcipitur ante omnia, ut casti legant. Teredines non sicca modo, verum & in terra celerrime sentit. Optimum antea irinum Leucade & Elide [2] ferebatur: [c] jampridem enim & [d] seritur: nunc è Pamphylia: sed Cilicium maxime [3] laudatur [e] atque Septentrionale. Saliunca foliosa quidem est, sed brevis & quæ necti non possit. [4] Radici numerosæ cohæret, herba verius quam flos, densa veluti manu pressa, breviterque cæspes sui generis. Pannonia hanc gignit & Norici, Alpiumque aprica, urbium Eporrhedia, tantæ suavitatis, [f] ut metallum esse cœperit. Vestibus interponi eam gratissimum. Sic & apud Græcos polion herbam, inclitam Musæi & [g] Hesiodi [5] laudibus, ad omnia utilem prædicantium, superque cætera ad famam [6] etiam ac dignitates, prorsusque miram, si modo (ut tradunt) [h] folia ejus mane candida, meridie purpu-

1 Effossuri, & mulsam aquam circumfundunt hoc vel. plac. ter. blandientes circumscriptæ. V.

2 afferebatur. V.

3 laudatur. At Septentrionalis saliunca. V.

4 Radice numerosa. V.

5 laudibus. Ad omnia utilem prædicant vim superque. M.

6 etiam dignitatis. M.

a *Et fossuri tribus ante mensibus, &c.*] Idem fere Theophrastus de panace Asclepio, cap. 9. lib. 9. hist. *Dalec.*

b *Natura est fervens.*] Theophrastus lib. περὶ ὀσμῶν. θερμὴ δὲ καὶ συντηκτικὴ ἡ ἶρις. καθ' ὑπερβολὴν δὲ πικρά τις οὖσα, ἐν τῷ χρῶτι τῶν ἐργαζομένων αὐτὴν ἀφελκοῖ. *Idem.*

c *Jampridem enim & seritur. Nunc è Pamphylia.*] Legendum forte commutatis verbis, *Jampridem enim & nunc fertur è Pamphylia.* Pint.

d *Seritur.*] In Elide, Leucade, & aliis locis, ubi paratur unguentum Irinum, ut ex Illyrico tantum silvestris petenda non sit. *Dalec.*

e *Atque Septentrionale, &c.*] Legend. *Atque è septentrionalibus saliunca folio quidem subbrevi, & quod necti non possit radici numerosa cohaeret, herba, &c. Alpiumque aprica, urbium Eporedia.* Vide *Salmas.* p. 1066. b.

f *Ut metallum esse cœperit.*] In vectigali & reditu publico censeri non aliter, quam metalli fodina. *Dalec.*

g *Hesiodi laudibus.*] Vide posthac c. 20. Theophr. cap. 21. lib. 9. histor. *Idem.*

h *Folia ejus mane candida.*] Hoc Dioscor. de tripolii flore prodidit, cum quo Plinius magno errore polium confundit. *Idem.*

1 Capitula. *Ex Diosc.*
2 dictum, in quibus unguenta vicisse naturam gaudemus. *M. moxque alterum caput sic inchoat*: Luxuria vestibus, &c.
3 nihil aspectu. Trahitur is in purp. *V.* & in purpura Tyria, dibaphaque ac Laconica. *Baysius.*
4 viola. Trahitur & ipsa. V. viola, & ipsum purpureum. *Bays. Ego vero lego*, qui ipse & in viola purpurea.
5 iacinthinum. *Ch.*

purpurea, sole occidente cærulea aspiciuntur. Duo genera ejus, campestre majus, silvestre quod minus est. Quidam teuthrion vocant. [1] Folia canis hominis similia, à radice protinus, [a] nunquam palmo altiora. Et de odoratis floribus satis [2] dictum.

CAP. VIII.

De vestium æmulatione cum floribus, & amaranto, & chrysocome, sive chrysiti.

[b] IN quibus unguento vicisse naturam gaudens luxuria, vestibus quoque provocavit eos flores qui colore commendantur. [c] Hos animadverto tres esse principales: [d] unum in cocco, qui in rosis micat. Gratius [3] nihil traditur aspectu, & in purpuras Tyrias, dibaphasque ac Laconicas. Alium in amethysto, qui in [4] viola: & ipse in purpureum, quemque [5] ianthinum appellavimus. Genera enim tracta-

a *Nunquam palmo altiora.*] Frutex dodrantalis. Diosc. *Idem.*

b *In quibus unguento vicisse, &c.*] Lege: *In quibus unguento vicisse naturam gaudens luxuria vestibus quoque provocavit eos flores qui colore commendantur. Hos animadverto tres esse principales; in cocco qui à rosis micat, & gratius nihil: suspectu trahitur & in purpuras Tyrias dibaphasque ac Laconicas: Amethystum qui in viola: & ipse in purpureum, quemque ianthinum appellavimus. genera enim tractamus in species multas sese spargentia. Tertius est qui propriè conchylii intelligitur, multis modis: unus in heliotropio, & in aliquo ex his plerumque saturatior: alius in malva ad purpuram inclinans: alius in viola serotina, conchyliorum vegetissimus.* omnium colorum micantissimus coccineus, qualis in nigrante rosa conspicitur. is etiam in purpuris Tyriis ac dibaphis micabat, sed tum cum suspicerentur tantum, & cap. 38. ejusdem libri: *nigricans aspectu, idemque suspectu refulgens.* fulgorem igitur illum nitoremque cocci pariter & rosæ, non habebat purpura, nisi in sublimi posita spectaretur, ita ut suspicienda esset. & hoc est, quod hoc loco dicit, coccineum colorem qui in rosis micat, suspectu etiam trahi in Tyrias purpuras & dibaphas. *Salmas.* in Tertull. pall. pag. 186. 187. 188.

c *Hos animadverto, &c.*] Lege: *Hos animadverto tres esse principales: ut rubentem in cocco, quia rosis, nigrante gratia: hic trahitur suspectu & in Tyrias dibaphasque, ac Laconicas.* Ita eum locum constituo, libri melioris auctoritate. Tyria ergò purpura suspectu ruborem nitoremque præferebat cocci, cocco porro tincta, rursus Tyrio tingebant, ut fieret hysginum. *Salmas.* p.273.b.

d *Unum in cocco, qui in rosis micat. Gratius nihil traditur aspectu & in purpuras Tyrias, dibaphas.*] Locus est vitiatissimus & insanibile cacoëthes. Vetus codex sic legit, *quia rosis migrante gratia nihil trahitur suspectu.* Scribi posset minus fortasse male: *qui rursus migrante gratia trahitur in species. In purpuras, &c.* Pintian.

tractamus, in species multas sese spargentia. Tertius est, qui proprie conchylii intelligitur, multis modis: unus in heliotropio, [1] & in aliquo ex his plerunque saturatior: alius in malva, ad purpuram inclinans: alius [a] in viola [2] serotina: conchyliorum [b] [3] vegetissima. Paria nunc componuntur, [4] & natura atque luxuria depugnant. Lutei video honorem antiquissimum, in nuptialibus [c] [5] flammeis totum fœminis concessum: & fortassis ideo non [6] numerari inter principales, hoc est, communes maribus ac fœminis, quoniam societas [d] principatum dedit. Amaranto non dubie vincimur. Est autem spica purpurea verius, quam flos aliquis, & ipse sine odore. Mirum in eo, gaudere decerpi & lætius renasci. Provenit Augusto mense: durat in autumnum. Alexandrino palma, qui decerptus asservatur. [7] Mirumque, postquam defecere cuncti flores, madefactus aqua revivifcit, & hibernas coronas facit. [e] Summa ejus natura in nomine est, appellato, quoniam non marcescat. [f] In nomine &

1 aliquando exilior, pler. V.

2 Serrana. V. & Gelen. mil.

3 vegetissimus. Gb.

4 natura atque lux. depugnante. V.

5 flameis. Ex Verrio.

6 numeratum. V.

7 Miroque. Gb.

a *In viola serotina, &c.*] Leucoio purpureo, quod admodum sero florere perseverat. *Dalec.*

b *Vegetissima.*] *Vegetissimus*, id est, vividissimus ac nitiditissimus, *color* subaudi, qui ex conchyliis exprimi ac elici potest. *Idem.*

c *Flammeis.*] Flameum Verrius nuptæ amiculum vocat quo caput tegebat, non à flammæ colore flammeum, sed quia Flaminica, cui divortium facere non licebat, eo assidue uteretur. Eodem modo tegebatur & nupta, ut perpetuo cum viro maneret. Nec hoc tantum, verum etiam in soccis luteo colore utebantur novæ nuptæ, quod his verbis demonstrat Seneca:

Crura distincta religavit auro,
Luteo plantas cohibente socco.

Fascias autem priore versu crurales significat, auro intertextas, quibus tibias & femina obligabant. Magius cap. 3. lib 3. Vide Alex. ab Alexand. cap. 2. Reticulis etiam luteis usas fuisse virgines pridie nuptiarum adnotatum est, cap. 9. lib. 28. Tibullus,

Flavaque conjugio vincula portet amor.

Turn. cap. 32, 29. Advers. *Idem.*

d *Principatum dedit.*] Nobilioribus aliis, ut purpureo, ianthino, cœruleo. *Idem.*

e *Summa ejus natura, &c.*] Lege: *Summa natura ejus in nomine est: appellatio quoniam non marcescat.* Ita dixit, *summa natura*, ut summa voti: At eo loco *in nomine est*, idem significat, quod in fama est. Et postea scribe *helichrysi.* Sed falsum est eum florem non fuisse in usu Alexandri ætate, quia proximi ab ejus morte auctores de eo siluere. Vide *Salmasium* 966. b.

f *In nomine & cyani color.*] Legend. *In nomine & Cyani color: item helichryso omnes, &c.* Salmas. p. 132. b.

1 Elichrysi. Dalec. & cyani colos: item [1] holochrysi. Omnes autem hi flores non fuere in usu Alexandri Magni ætate, quoniam proximi à morte ejus auctores siluere de illis: quo manifestum est postea placuisse. A Græcis tamen repertos quis dubitet: non aliter Italia

2 petillio ipsa nomen posuit. Ch. usurpante nomina illorum? At Hercules [a] [2] petilio ipsa nomen imposuit autumnali, circaque vepres nascenti, & tantum colore commendato, qui est rosæ silvestris. Folia parva, quina. Mirumque in

3 & nodis intorto. Ch. eo flore, inflecti cacumen, [3] & non nisi retorto folia nasci, parvo calice, ac versicolori, [b] luteum semen includente. Luteus & [4] bellio [c] pastillicanti-

4 bellis. V.

5 foliolis. V. bus quinquagenisquinis [5] barbulis coronatur. Pratenses hi flores, ac sine usu plerique, & ideo sine nominibus. Quin & his ipsis alia alii vocabula imponunt. Chrysocome sive chrysitis, non habet Latinam appellationem. Palmi altitudine [6] est, comantibus fulgore [7] auri corymbis, radice nigra, ex austero dulci, in petrosis opacisque nascens.

6 est in M. 4.

7 aureis. V.

CAP. IX.

De honore coronarum, & cyclamino, & meliloto, & trifolio, tria genera ejus.

8 oratio. Mill. ET fere peractis colorum quoque celeberrimis, transeat [8] ratio ad eas coronas, quæ varietate sola placent. Duo earum genera, quando aliæ flore constant, aliæ folio. Florem esse dixerim geni-

9 ex. V. stas: (nanque [9] & iis decerpitur luteus) item rhododendron: item zizipha, quæ [10] & [d] Cappadocia

10 &, in M. 4. vocantur: his odoratus similis olearum floribus. In vepribus nascitur cyclaminum, de quo plura alias. Flos

a *Petilio.*] Petilium dictum quidam volunt à Petilia oppido Magnæ Græciæ, cujus mentio fit cap. 10. lib. 3. *Dalec.*

b *Luteum semen includente.*] *Includentia*, non *includente*, vetus exemplar præfert: ut referat semina. *Pint.*

c *Pastillicantibus.*] Pastilli rotundam figuram effingentibus. *Dalec.*

d *Cappadocia vocantur.*] Alba vocat Columel. cap. 4. lib. 9. distinguitque à rutilis. *Idem.*

a *Colos-*

Flos ejus [a] colossinus in coronas admittitur. [b] Folia in coronamentis [c] [1] smilacis & ederæ, corymbique earum obtinent principatum, de quibus in fruticum loco abunde diximus. Sunt & alia genera nominibus Græcis indicanda, quia nostris majore ex parte [2] hujus nomenclaturæ defuit cura. Et pleraque eorum in exteris terris nascuntur, nobis tamen [3] consectanda, quoniam de natura sermo, non de Italia est. [d] Ergo in coronamenta folio venere [e] melothron, [f] [4] spireon, trigonon, [g] cneoron, quod casiam Hyginus vocat: [5] & quod cunilaginem, quæ conyza, melissophyllon quod apiastrum, meliloton quod sertulam Campanam vocamus. Est enim in Campania Italiæ laudatissima, Græcis in Sunio: mox [6] Chalcidica & Cretica, ubicunque vero asperis & silvestribus nata. Coronas [7] ex hac antiquitus factitatas, indicio est nomen sertulæ, quod occupavit. [8] Odor ejus croco vicinus est, & flos, ipsa cana. Placet maxime foliis brevissimis atque pinguissimis: [9] folio coronat & trifolium. [h] Tria ejus genera. Minyanthes vocant Græci, alii

1 smilacis & ederæ in coronamenta se dedere, coronæque. *V.*

2 his nomen dare. *M.*

3 consectata. *M.*

4 spira. *M. & Ch.* origanum. *Ex Th.* thryganum. *Ch.*

5 & conyza, quam cunilaginem, mel quod ap. melilotos, quam. V.

6 Chalcedonica & è Cyzico. *Dioscor.*

7 ea. M.

8 Color. *Dioscor.*

9 Folia coronant & trifolii. M.

a *Colossinus.*] Colossinum Plinius vocat, non quidem vastum & inusitatæ magnitudinis, ut Beroaldus exposuit, sed purpureum, à Colossis urbe Troadis, ubi pigmentum tale parabatur. Philander in cap. ultim. lib. 3. Vitruvii. *Dalec.*

b *Folia in coronamentis.*] Legend. *Folio in coronamentis smilaces & hederæ obtinent principatum, de quibus in fruticum loco abunde diximus.* Vide *Salmas.* pag. 1041. b.

c *Smilacis.*] Coronas è smilace infaustas esse, vide cap. 35. lib. 16. *Dalec.*

d *Ergo in coronamenta.*] Hæc Theophrast. ut suffruticum genera, τῶν ὀρεγανικῶν, recenset, non ut plantas ad coronamenta expetitas. cap. 1. lib. 6. hist. *Idem. Ergo in coronamenta, &c.*] Scribe: *Ergo in coronamenta folio venere Melophrum: Smerea, Origanum, Cneorum quod Casiam Hyginus vocat; & quod cunilaginem, conyza; melissophylum, quod apiastrum; meliloton quod nos sertulam Campanam vocamus.* Salmas. pag. 101. b.

e *Melothron.*] Vitis alba cap. 1. lib. 23. mihi potius glycypicron Dodonæi. *Dal.*

f *Spireon.*] Σπιραία frutex lentus & vitilis, ut in spiras torqueri possit, Matthioli viburnum. *Idem.*

g *Cneoron.*] Cneorum album Anguillaræ lavendula nostra utraque, mas & fœmina: Cneorum nigrum libanotis coronaria, sive rosmarinus: cujus nusquam sub alio nomine Theophrastus meminit. *Idem.*

h *Tria ejus genera. Minyanthes vocant Græci, aç asphaltion, &c. Alterum acuto, oxytriphyllon, &c.*] Perperam. nam idem genus quod ὀξύφυλλον vel ὀξυτρίφυλλον ab acutis foliis appellatur,

1 quo non utuntur. *Dal.* alii asphaltion, [a] majore folio, [1] quo utuntur coronarii. Alterum [b] acuto, oxytriphyllon. Ter-
2 Praeter haec. *V.* tium ex omnibus minutissimum. [2] Inter hæc nervosi cauliculi quibusdam, ut marathro, hippomarathro,
3 & ferulis, & ederae corymbis, & flore. V. myophono. [c] Utuntur [3] è ferulis & corymbis, & ederæ flore purpureo. Est & in alio genere earum [d] silvestribus rosis similis. Et in iis quoque colos tantum delectat, odor autem abest. Et cneori duo genera, nigri atque candidi. Hoc & odoratum:
4 autumni. V. ramosa ambo. Florent post æquinoctium [4] autumnum.

C A P. X.

De origano, & thymo, & melle Attico, & conyza, & Jovis flore, & belenio, & abrotono, & leucanthemo.

TOtidem & origani in coronamentis species.
5 candor. *Ex Theoph.* [e] Alterius enim nullum semen. Id, cui [5] odor est, Creticum vocatur. [f] Totidem & thymi: candidum, ac nigricans. Floret autem circa solstitia, cum & apes decerpunt, & augurium mellis est. Proventum enim sperant apiarii large florescente eo. Læditur

tur, *μινυανθὲς* etiam dicitur à flore: *ἀσφάλτιον* ab odore: *κνήκιον* à seminis figura. *Salmas.* 243.

a *Majore folio.*] Columella cap. 17. 6. Simonianum trifolium vocat, invenirique tradit in confragosis locis efficacissimum, odoris gravis, neque absimilis bitumini, & idcirco à Græcis asphaltion vocari, à Romanis propter figuram acutam trifolium: quoniam longis & hirsutis foliis viret, ac caulem robustiorem facit quam pratense. *Dalec.*

b *Acuto.*] Imo potius, ut volunt, acido. *Idem.*

c *Utuntur è ferulis, &c.*] Ita lege: *Utuntur & corymbis hederæ, flore purpureo, & in alio genere earum silvestribus rosis simili. sed in his quoque color tantum delectat, odor autem abest.* Vide *Salmas.* pag. 364. a.

d *Silvestribus rosis similis.*] De cisto id accipiendum. Cisson cum cisto hic Plinius confundit, ut & in aliis quibusdam locis: itaque sic castigandus hic locus ex Theophrasto & Dioscoride: *Utuntur & ferulis, & ferulagine, & cisti flore pupureo. Nam & est in alio genere candicans. Utrique tamen earum silvestribus rosis similis.* Dalec.

e *Alterius enim nullum semen.*] Hoc ex Theophrasto cap. 2. lib. 6. hist. Dioscoridi tria genera origani, Heracleoticum, onites silvestre, atque adeo tragoriganum. Fructuosa omnia sunt. *Idem.*

f *Totidem & thymi.*] Hoc ex Theophrasto loco supra citato. Album tantum Dioscorides agnoscit & describit. Philochorus thymi lignum proprie τηφάλιον vocari tradit, eoque veteres primum usos in sacris, quæ accenso igne fiebant, ut ἀπὸ τοῦ θυμιάσεως ἢ τοῦ θυῆς appellatum sit. Rhod. cap. 3. 23. *Idem.*

a Non

ditur imbribus, amittitque florem. Semen thymi [a] non potest deprehendi, cum origani perquam minutum, non tamen fallat. Sed quid interest occultasse id naturam? In flore ipso [1] intelligitur, satoque eo nascitur. Quid non tentavere homines? Mellis Attici in toto orbe summa laus existimatur. [b] Ergo translatum est ex Attica thymum, [c] & vix flore (uti [2] docemus) satum. Sed alia ratio naturæ obstitit, non durante Attico thymo, nisi in afflatu maris. Erat quidem hæc opinio antiqua in omni thymo, ideoque non nasci in Arcadia. Tunc oleam non putabant gigni, nisi intra CCC. stadia à mari. [d] Thymis quidem nunc etiam lapideos campos in provincia Narbonensi refertos scimus: hoc pene solo reditu, è longinquis regionibus pecudum millibus convenientibus, ut thymo vescantur. Et conyzæ duo genera [e] in coronamentis, mas ac fœmina. Differentia in folio. Tenuius fœminæ & constrictius angustiusque, [3] imbricatum maris & ramosius. Flos quoque magis splendet ejus, serotinus utrique post Arcturum. Mas odore gravior, fœmina [4] acrior, & ideo contra bestiarum morsus aptior. Folia fœminæ [5] mellis odorem habent. Masculæ radix à quibusdam [f] libanotis appellatur, de qua diximus. [g] Et tantum folio coronant [h] Jovis flos, amaracus, hemerocalles, abrotonum, helenium,

1 integitur. *V.*

2 diximus *V.* docemur. *Alii V.* dicemus. *Alii V.*

3 imbricatus mar. & ramosior. Flos ejus quoque. *M.*

4 acutior. *Ch.*

5 meliorem. *Alii*, suaviorem. *Diosc.*

a *Non potest deprehendi.*] Flore ipso integitur, ἐν τῷ ἄνθει ἀναμέμικται. *Theophrast.*

b *Ergo translatum est, &c.*] Qui tamen asportare ex Attica cupiunt, quærunt & inveniunt. *Idem.*

c *Et vix flore, uti docemus, satum.*] Corruptissima verba. Quid si legas, *sed vix floruit decies satum*, vel *decimo satum*, vel *decimo satu.* Pint.

d *Thymis.*] Nigris, sed non albis: serpyllo zygi Dioscorid. vulgo *Serpoullet & Farigoule.* Rubra vocat Arist. c. 49. lib. 9. historiarum. *Dal.*

e *In coronamentis.*] Theophrastus in coronas expeti nusquam ait. *Idem.*

f *Libanotis.*] Falsum id, nec à veteribus proditum. *Idem.*

g *Et tantum folio.*] Theophrastus scribit simpliciter, has esse coronarias, non autem solo folio coronare, cap. 1. lib. 6. histor. *Idem.*

h *Jovis flos.*] Dios anthos & hemerocalles flore tantum coronant, reliqua foliis. Delenda itaque illa, *Jovis flos.* Idem.

a *Rosa*

1 thymi, vel rutæ.
2 helenium, sisymbrium, serpyllum. *Theoph.*
3 Helenæ. *Ch.*
4 viviradice ac surculo melius, quam semine: & semine quoque, &c. *Ex Theophr.*

lenium, sisymbrium, serpyllum, omnia surculosa [a] [1] rosæ modo. [b] Colore tantum placet Jovis flos, odor abest: sicut & illi, qui Græce phlox vocatur: Et ramis autem & folio odorata sunt, [2] excepto serpyllo. [c] Helenium è lacrymis Helenæ dicitur natum, & ideo in [3] Helena insula laudatissimum. Est autem frutex humi se spargens [d] dodrantalibus ramulis, folio simili serpyllo. [e] Abrotonum odore jucunde gravi floret æstate. Flos aurei coloris. [f] Vacuum sponte provenit. [g] Cacumine suo se propagat. [h] Seritur autem [4] semine melius, quam radice

a *Rosæ modo.*] Ut rosa, viola, *ἰωνιά*, *ῥοδωνιά*. Aliter hæc Plinius recitat, quam leguntur apud Theophrastum. *Dalec.*

b *Colore tantum, &c.*] Nicander in Georgicis,

Ἠ' γὰρ καὶ λεπταὶ πτισέλδες, καὶ παιδὸς ἔρωτες
Λευκόια τ' ἀμβλύω, καὶ ἐν κέρχνος εἴαρος μύων
Κρίνον, κύππειρός τε, σισύμβριον, ὄσσα τε χ' οἶα,
Ὥσπερ ἰαμεναίοισι τόποις ἀνετρέψατο λειμών
Κάλλια, βυφθαλμός τε, καὶ εὐειδὲς Διὸς ἄνθος.

Sic fere Petronius,

Emicuere rosæ, violaque & molle Cyperum,
Albaque de viridi riserunt lilia prato.

Idem.

c *Helenium.*] Ægyptium Dioscoridis. *Idem.*

d *Dodrantalibus ramulis.*] Cubitalibus ramulis, serpylli modo humi jacentibus, foliis lenticulæ circa ramos, longioribus, crebris. Dioscor. *Idem.*

e *Abrotonum odore jucunde gravi.*] Videtur legendum *acri*, non *gravi*, ex Theophrasto lib. de causis plant. 6. c. 22. & Plinio supra hoc ipso libro capite 7. Ammonuitque nos in hac re priusquam in Plinium quippiam scribere aggrederemur, Orosceius noster, insignis philosophus ac medicus, Latineque ac Græce egregie doctus. Sed potest tolerari *gravi*, ex Dioscoride libro tertio, capite de Abrotono. *Nascitur*, inquit, *æstate odoratum cum gravitate aliqua.* Ergo cum dicit Plinius Abrotonum acrem habere odorem; Theophrastum secutus est: cum gravem, Dioscoridi consentit. *Pint.*

f *Vacuum sponte provenit.*] Lego: *Vacuis sponte provenit:* id est, incultis, neglectisque locis, quo loquendi modo prædia vacua scripsit ac dixit Cicero. *Dalec.*

g *Cacumine suo se propagat.*] Quoniam summis flos surculis exit, quo pereunte semen succedit, & vertice plantæ delapsum, terraque exceptum, plantam suam propagat. *Idem.*

h *Seritur autem semine melius.*] Abrotonum radice, vel avulso surculo (*παρασπαδίας*) potius, quam semine germinat. Semine vero difficulter exit. Surculi autem in testis & fictilibus panguntur, quemadmodum conserunt Adonidis hortos. Seritur æstate: est enim admodum alsiosum, atque morbis obnoxium, etiam ubi sol multum lucet: sed ubi convaluerit, accreveritque, magnum ac robustum arborescit rutæ modo, &c. *Theophrast. cap. 7. lib. 6. histor.* Idem. *Seritur autem semine melius quam radice aut surculo.*] Ex Theophrasto hoc ad verbum libro sexto, capite ultimo. & tamen vult hæc verba depravare Ruellius. Sed videtur Theodori tralatio decepisse hominem, quæ diversa abit à Græca lectione quam sequitur Hermolaus in Corol-

dice aut surculo: semine quoque non sine negotio: plantaria [1] transferuntur. Sic & Adonium. Utrunque æstate. Alsiosa enim admodum sunt: & Sole tamen nimio læduntur. Sed ubi convaluere, [a] [2] ritu vitis fruticant. Abrotono simile odore [b] leucanthemum est, flore albo [c] [3] foliosum.

1 transferuntur in Adonidis hortos æstate. Alsiosum enim adm. est: & so. ta. ni. læditur. Sed ubi convaluit, rutæ vice fruticat. Ex Theophr.
2 rutæ vice. Ch.
3 folioso, V.

CAP. XI.

De amaraco vel sampsucho, & nyctegreto, & meliloto, & viola alba, & codiamino, & de silvestribus bulbis & heliochryso, & lychni, & de herbis citra mare.

AMaracum Diocles medicus & Sicula gens [d] appellavêre, quod Ægyptus & Syria sampsuchum. Seritur utroque genere, & semine & ramo, [4] vivacius [5] prædictis, [e] & odore melius. Copiosum amaraco æque, quam abrotono, semen. Sed abrotono radix una & alte descendens: cæteris in [6] summo terræ leviter hærens. Reliquorum satio autumno fere incipiente, nec non & vere quibusdam [7] locis, quæ umbra gaudent, & aqua ac fimo. Nyctegretum inter pauca miratus est Democritus, [f] coloris ignei, foliis spinæ, nec à terra se attollentem,

4 feracius. Ex Theophr.
5 supra dictis. Ch.
6 summa terra. Ch.
7 locis, omnia umbra, &c. Theoph.

Corollario cum Plinio. Itaque nihil hac in parte dicit Ruellius. *Pint.*

a *Ritu vitis fruticant.*] Scribendum, *rutæ vice fruticant.* ex antiquo exemplari, confirmante eam lectionem Theophrasto libro & capite proxime citatis, his verbis. *Sed cum convaluerit creveritque, magnum, robustum atque arboraceum constat, quemadmodum ruta, nisi quod lignosius & siccius & squallidius est.* Viderunt hoc ante me alii; sed primus omnium Hermolaus in secunda editione. *Idem.*

b *Leucanthemum est.*] Anthemis alba. Dioscor. *Dalec.*

c *Foliosum.*] Lego, *folioso*, id est, foliolis per ambitum extrinsecus multis, orbiculatim cingentibus, quod in floris medio luteum est. Hæc Dioscorides magnitudine cum rutæ foliis comparat. *Idem.*

d *Appellavere.*] Apud Athenæum Chæremon Persicum vocat his verbis:

Πέρσεις δὲ θαλερὰς ἐκτρέφουσ' ὁ ἀμάρακος,
Λειμῶσι μαλθακοῖσι τεῦχε αὐχένα.

Idem.

e *Et odore melius. Copiosum, &c.*] *Mollius* in antiquo codice, non *melius.* Astruitur ea lectio Theophrasti auctoritate libro sexto, capite ultimo. *Et jucundi*, inquit, *odoris semen est, & quidem mollioris odoris.* Pint.

f *Coloris ignei.*] *Coloris hiis gigni*, in eodem. scribendum puto, *coloris hysgini,*

tem, præcipuam in Gedrosia narrat. Erui post æquinoctium vernum radicitus, siccarique ad Lunam triginta diebus, ita lucere noctibus. Magos Parthorumque reges uti hac herba ad vota suscipienda. Eandem vocari [1] chenomychon, quoniam anseres à primo conspectu ejus expavescant: [a] ab aliis [2] nyctilopa, quoniam è longinquo noctibus fulgeat. Melilotos ubique nascitur: laudatissima tamen in Attica: ubicunque vero recens nec candicans, & croco quam simillima: quamquam in Italia odoratior & candida. Florum prima ver nunciantium, [b] viola alba. Tepidioribus vero locis etiam hieme emicat. [c] Postea quæ appellatur purpurea. Proxime flammea, quæ & [3] phlox vocatur, silvestris duntaxat. [d] [4] Codiaminon bis anno, vêre & autumno: æstates hiemesque fugit. [e] [5] Seriores supra dictis aliquando narcissus & [6] lilium trans maria: in Italia quidem, ut diximus, post rosam. [f] [7] Nam in Græcia tardius etiamnum anemone. Est autem hæc silvestrium bulborum flos,

1 chenomyon. V. cherambycen. Ch.
2 nyctilampada. V.
3 phloginon. Theoph.
4 Bulbi codion. Th. vulgo Porrion. Cliclaminum. Ch.
5 Serior. Theoph.
6 leirium. Theoph.
7 In Græcia vero tardius. M.

ni, de quo Plinius libro 35. capite sexto. *Pint.*

a *Ab aliis nyctilopa.*] Melius in eodem, *nyctalopa.* & confestim verbum *tamen* redundat. *Idem.*

b *Viola alba.*] Leucoion, Theophr. nempe bulbosum. *Dalec.*

c *Postea quæ appellatur purpurea.*] Lege: *Postea quæ appellatur Ion, & purpurea, proxime flammeum quod vocatur, silvestre duntaxat.* Vide *Salmas.* p. 1361. b. 1362. a.

d *Codiaminon bis anno.*] *Cyclaminos*, non *Codiaminon*, in vetusto exemplari. Sed non placet lectio. Theophrastus l. 6. capite ultimo, cum narcisso, lirio, & aliis herbis quæ hic referuntur à Plinio, *codion bulbi* reddit. Theodorus *bulbi florem* vertit. Proinde non absurde hic *conion* legi posset, non *codiaminon*. Et verba illa quæ paulo post sequuntur, *Est autem hic silvestris bulbi flos*, alieno ibi loco posita, hic debent subjici, neque enim anemonæ ulla ratione congruere possunt. *Pint.*

e *Seriores supradictis aliquando narcissus & lilium trans maria: in Italia, &c.*] Scribo: *Seriores supradictis aliquando narcissus lirium. Transmarina in Italia, &c.* ex eodem, astipulante etiam Theophrasto loco citato. utique quod attinet ad lirium, illud nolui præterire: narcissum & lirium idem esse: sed ab aliis hoc, ab aliis illo nomine appellari, auctore eodem Th. lib. 6. cap. 6. *Idem.*

f *Nam in Græcia tardius, &c.*] Omnino sic lege: *Nam in Græcia tardius etiam anemone, quæ leimonia vocatur, alia quam quæ dicatur in medicinis. Post ea viola, quæ appellatur purpurea. Sequitur œnanthe, melanion, ex silvestribus elichrysos: deinde alterum genus anemones. Post hanc gladiolus, &c.* Dalec.

a *Deinde*

flos, aliaque quam quæ dicetur in [1] medicinis. Sequitur œnanthe, melanion, ex silvestribus [2] heliochrysos. [a] Deinde alterum genus anemones, quæ limonia vocatur. Post hanc gladiolus comitatus hyacinthis. [3] Novissima rosa. Eademque prima deficit, excepta sativa: è cæteris hyacinthus maxime durat & viola alba, & œnanthe: sed hæc ita, si divulsa crebro prohibeatur in semen abire. [b] Nascitur locis tepidis. Odor idem ei, qui germinantibus uvis, atque inde nomen. [c] Hyacinthum comitatur fabula duplex, [4] luctum præferens ejus quem Apollo dilexerat, aut [d] ex Ajacis cruore editi, ita discurrentibus [e] [5] venis, ut Græcarum literarum figura AI legatur [6] inscripta. Heliochrysos florem habet auro similem, folium tenue, cauliculum quoque gracilem, sed durum. Hoc [7] coronare se Magi, [f] si & unguenta sumantur ex auro, quod apyron vocant, ad gratiam quoque [8] vitæ gloriamque pertinere arbitrantur. Et verni quidem flores hi sunt. Succedunt illis æstivi, lychnis, & Jovis flos, [g] [9] & alterum genus lilii. Item [10] tiphyon, & ama-

1 medicis *Ch.*
2 elichrysos. *V.*
3 Novissime. *Ch.*
4 vel luctum. *Dal.*
5 notis. *V.*
6 inscriptum. *Ch.*
7 coronant se Magi, & si. *Alii.*
8 & vitam gloriam pertinere.
9 & cerinthus. *Th.*
10 iphyon. *Th.*

a *Deinde alterum, &c.*] Inepte Plinius βολβοῦ κάνδιον anemonem esse interpretatur. Ineptius idem inter flores vernos recenset duas anemonas, cum unicam tantum Theophrastus referat, quam λειμωνίαν cognominavit. Ea porro est pulsatilla nostra. Cætera quidem anemonarum genera æstatis principio florent. *Dal.*

b *Nascitur locis tepidis.*] Hoc è Theophrast. male citat Plinius. Is cap. ult. lib. 6. hist. & cap. 14. lib. 1. caussar. scribit œnanthen in apricis, & à noxio frigidoque afflatu contectis locis satam, & quod ait Plinius tepidis, diutissime florere, si crebro devulsus flos in semen abire prohibeatur. id est quod Plinius citat. *Idem.*

c *Hyacinthum comitatur fabula duplex.*] Legend. *Hyacinthum comitatur fabula duplex, luctum proferens ejus, quem Apollo dilexerat, aut ex Ajacis cruore edens, ita discurrentibus venis, ut Græcarum literarum figura αἰ, αἰ legatur inscriptum.* Vide *Salmas.* p. 1042. a.

d *Ex Ajacis cruore editi.*] Auctore Pausania lib. 1. Salaminii tradunt, post Ajacis interitum, apud se primum florem enatum candidum, modice rubentem, lilio, & foliis, & aliis partibus minorem, inscriptum iisdem literis, quibus & hyacinthum. Cosmosandalon Athenæi esse puto. *Dalec.*

e *Venis.*] Imo potius maculosis notis. *Idem.*

f *Si & unguenta sumantur ex auro.*] Theophrast. cap. 21. lib. 9. historiar. *Idem.*

g *Et alterum genus lilii.*] Lego *lirii* non *lilii*, ex Theophrasto loco sæpe citato. *Pint.* *Alterum genus lilii.*] Theophrastus

& amaracus, quem Phrygium cognominant. Sed maxime spectabilis pothos. [a] Duo genera hujus: unum, cui flos hyacinthi est: alterum [1] candidius, [b] qui fere nascitur in tumulis, [2] quoniam fortius durat. Et iris æstate [3] floret. Abeunt & hi, marcescuntque. Alii rursus subeunt autumno. [4] Tertium genus lilii & crocum, in utroque genere unum hebes, alterum odoratum: primis omnia imbribus emicantia. Coronarii quidem [c] & spinæ flore utuntur: quippe cum [d] spinæ albæ cauliculi inter oblectamenta gulæ quoque condiantur. Hic est trans maria ordo florum. In Italia violis succedit rosa: huic intervenit lilium: rosam cyanus excipit, cyanum amaranthus. Nam vincapervinca semper viret, [e] in modum lineæ foliis geniculatim circundata. [f] Topiaria herba: inopiam tamen florum aliquando supplet. Hæc à Græcis chamædaphne vocatur. Vita longissima violæ albæ est [5] trimatu. Ab eo tempore degenerat. Rosa & quinquennium perfert, nec recisa, nec adusta. Illo enim modo juvenescit. Diximus & terram referre plurimum. Nam & in Ægypto sine odore hæc omnia: tantumque

1 decolor. ἄχρουν. Theophrast.
2 quodque.
3 flores abeunt. Ch.
4 Alterum genus lejrii. Theoph.
5 trimatus. M.

phrastus statim post Jovis florem (hic vulgo aquilegia dicitur) cerinthum & iphyon, ut pro cerintho videatur alterum genus lilii vertisse. *Dal.*

a *Duo genera hujus.*] Pothos albus, iasminum nostrum: pothos cœruleus, clematis secunda Dodonæi. *Idem.*

b *Qui fere nascitur, &c.*] Quo utuntur circa sepulchra: is autem χρονιώτερος est diuturnior: vel, diutius floret, vel, diutius vivit. Theophr. *Idem.*

c *Et spinæ flore utuntur.*] Et acutæ spinæ fructu, & smilacis flore, Theophrast. *Idem.*

d *Spinæ albæ cauliculi.*] De scolymo id Dioscor. ἡ δὲ πόα ὀρτιφυὴς οὖσα λαχανεύεται ἑφθὴ ὥσπερ ἀσπάραγος. Plinius non animadvertit Theophrastum de oxyacantha id scripsisse quod citat; & intempestive addit de cauliculis spinæ albæ, quod Dioscorid. de tenellis germinibus scolymi prodidit. *Idem.*

e *In modum lineæ.*] Exprimere voluit, quod ait Dioscorides κλήματα δ' ἔχει μικρὰ ὅσον τοῦ σχοίνου πάχος. viticulas, seu virgulas habet junci crassitie: prætenuem virgulam *lineam* vocavit. *Idem.*

f *Topiaria herba.*] Topiarium opus, cum arbuscularum virgulæ ductiles facili flexu in varias formas hominum, turrium, ædium, cubiculorum, modo humi, modo per hortorum & viridiariorum spatia, finguntur: unde Topiarii ejus operis artifices Ulpiano. Alex. ab Alex. cap. 25. 3. *Idem.*

a *Erui-*

bitumque myrtis odor præcipuus. Alicubi etiam binis mensibus antecedit germinatio omnium. Rosaria à Favonio fossa oportet esse, iterumque solstitio. Et id agendum, ut intra id tempus purgata ac pura sint.

CAP. XII.

De cura apum, pabulo & morbis earum, & remediis.

VErum hortis coronamentisque maxime alvearia & apes conveniunt, res præcipui quæstus compendiique, cum [1] favit. Harum ergo causa oportet serere thymum, apiastrum, rosam, violas, lilium, cytisum, fabam, [a] [2] ervilium, cunilam, papaver, conyzam, [b] casiam, melilotum, [c] melissophyllum, cerinthen. Est autem cerinthe folio candido, incurvo, cubitalis, capite concavo, mellis succum habente. Horum [3] floris avidissimæ sunt, atque etiam sinapis, quod miremur, [d] cum olivæ florem ab his non attingi constet. Ideoque hanc arborem procul esse melius sit: [e] cum aliquas quam proxime seri conveniat, quæ & evolantium examina invitent, nec longius abire patiantur. [f] Cornum quoque arborem caveri opor-

1 favet. M. compendio cum favet. *Ch.*

2 ervilium. *Ald.* & *M.* ervillam. *Ch.*

3 florum. *M.*

a *Ervilium.*] Cunilam, thymbram, vel satureiam vocat Columella cap. 4. lib. 9. *Dalec.*

b *Casiam.*] Cneorum utrumque, album, sive lavendulam, ac spicam nostram: & nigrum, sive rosmarinum coronarium. Vide eundem loco citato. *Idem.*

c *Melissophyllon, Cerinthen.*] Theophrastus libro 6. cap. ultim. *Cerinthum* enunciat, non *Cerinthen.* Virgilius tamen 4. Georgicon prima inflexione protulit, *Cerintha ignobile gramen*, si exemplaria vulgata vitio carent. certe ab Aldo impressa sic præferunt. *Pint.*

d *Cum oliva florem.*] Vanum falsumque id esse tradit cap. 8. lib. 11. *Dal.*

e *Cum aliquas quam proxime, &c.*] Virgilius,

Palmaque vestibulum, aut ingens oleaster obumbret,
Ut cum prima novi ducent examina reges
Vere suo, ludetque favis emissa juventus,
Vicina invitet decidere ripa calori,
Obviaque hospitiis teneat frondentibus arbos. Idem.

f *Cornum quoque arborem, &c.*] De ulmorum samera & tithymalli flore id Columella. Amygdali quoque florem caveri oportere scribit Varro. *Idem.*

oportet. [a] Nam flore ejus deguſtato, alvo concita moriuntur. Remedium, ſorba contuſa è melle præbere his, vel [b] urinam hominum, vel boum, aut grana punici mali, ammineo vino conſperſa. At geniſtas [1] circumſeri alveariis gratiſſimum. Mirum eſt dignumque memoratu, de alimentis quod comperi. Hoſtilia vicus alluitur Pado. Hujus inquilini pabulo circa deficiente imponunt navibus [2] alveos, noctibuſque quina millia paſſuum [3] contrario amne naves ſubvehunt. Egreſſæ luce apes paſtæque, [c] ad naves quotidie [4] remeant, [5] mutantes locum, donec pondere ipſo [6] preſſis navibus [7] pleni alvei intelligantur, revectiſque eximantur mella.

1 conſeri. *Gb.*
2 alvearia. M.
3 contra ortum. M.
4 remanent. *Gb.*
5 Mutant ii locum. V.
6 preſſis, *in M. d.*
7 plena alvearia intelligantur revect. eximuntur. *M.*

Cap. XIII.

De venenato melle, & de remediis mellis venenati, & mellis inſani.

Et in Hiſpania mulis provehunt, ſimili de cauſa. Tantumque pabulum refert, [d] ut mella quoque venenata fiant. Heracleæ in Ponto, quibuſdam annis pernicioſiſſima exiſtunt, ab iiſdem apibus facta. Nec dixere auctores, è quibus floribus ea fierent. Nos trademus, quæ comperimus. Herba eſt ab exitio & jumentorum quidem, ſed [e] præcipue caprarum, appellata ægolethron. Hujus flores concipiunt noxium virus aquoſo vere marceſcentes.

a *Nam flore ejus deguſtato alvo concita moriuntur.*] Scriptum exemplar: *Flore ejus deguſtato alvo cita moriuntur.* reliqua ſuperfluunt. *Pint.*

b *Urinam hominum.*] Hyginus apud Columel. *Dalec.*

c *Ad naves quotidie remeant, mutantes locum.*] Duo noviſſima verba falſo adjecta ſuſpicor. *Pint.*

d *Ut mella quoque venenata fiant.*] In Heptacometarum arboribus venenati genus mellis naſcitur, quod hauſtum ſtupefacit, & mentem conſternat. Eo tres Pompeji cohortes in potum dato ab ea gente interemptas fuiſſe memoriæ traditum eſt. Rhod. cap. 30. 18. Populos eos in Ponto Stephanus collocat, & Scythicum montem incolere ſcribit. Apud Trapezuntem in Ponto mel è buxo defluit gravis odoris, quo ἔκφρονες & amentes fiunt. Rhodig. c. 35. 23. *Dal.*

e *Præcipue caprarum.*] De euonymo id Theopraſt. cap. ult. lib. 3. hiſtor. de rhododendro Dioſcor. ob Aconitum venenatum eſſe idem auctor prodit, lib. 6. *Idem.*

ſcentes. Ita fit, ut non omnibus annis ſentiatur hoc malum. Venenati ſigna ſunt, quod omnino non denſatur, quod color magis rutilus eſt, odor alienus; ſternutamenta protinus movens, quod ponderoſius innoxio. Qui edêre, abjiciunt ſe humi, refrigerationem quærentes: nam & ſudore diffluunt. Remedia ſunt multa, quæ ſuis locis dicemus. Sed quoniam ſtatim repræſentari aliqua in tantis inſidiis oportet, mulſum vetus è melle optimo & ruta; ſalſamenta etiam ſi rejiciantur ſumpta crebro. Certumque eſt id malum [1] per [a] excrementa ad canes etiam pervenire, ſimiliterque torqueri eos. Mulſum tamen ex eo inveteratum, innocuum eſſe conſtat: & fœminarum cutem nullo melius emendari cum coſto, ſuggillata cum [2] aloë. [b] Aliud [3] genus in eodem [4] Ponto gente Sannorum mellis, quod ab inſania, quam gignit, mænomenon vocant. Id exiſtimatur contrahi flore rhododendri, quo ſcatent ſilvæ. Genſque ea, cum ceram in tributa Romanis præſtet, mel (quoniam exitiale eſt) non vendit. Et in Perſide, & in [5] Mauritaniæ Cæſarienſis Gætulia, contermina [6] Maſſæſulis, venenati favi gignuntur: quidamque à parte, quo nihil eſſe fallacius poteſt, niſi quod livore deprehenduntur. Quid ſibi voluiſſe naturam iis arbitremur inſidiis, ut ab iiſdem apibus, nec omnibus annis fierent, aut non totis favis? Parum enim erat genuiſſe rem, in qua venenum facillime daretur, etiamne hoc ipſa in melle tot animalibus dedit? Quid ſibi voluit, niſi ut cautiorem minuſque avidum faceret hominem? Non enim ipſi melli, ſed apibus jam cuſpides dederat, & quidem venenatas, remedio adverſus

1 per excrementa. *Ch.*
2 ſale. *V.*
3 genus mellis in. *Dal.*
4 Ponti ſitu. *Ch.*
5 Mauritania Cæſarienſi, Getuliæ ac Maſſæſulis contermina. *M.*
6 Maſſylis. *Ch.*

a *Excrementa.*] Quæ ſumpto eo melle rejiciunt ægri, ſputo, vomitu, alvo. *Dal.*

b *Aliud genus in eodem Ponto gente Sannorum, &c.*] Hi ſunt, quos poſterior ætas *Tzanos* vocavit, Lacis contерminos. Utraque Colchica gens fuit in clientela fideque Conſtantinopolitani Imperatoris. *Gelen.*

 a *Orim-*

ſus has utique non differendo. Ergo malvæ ſucco, aut foliorum ederæ [1] perungi ſalutare eſt, vel percuſſos ea bibere. Mirum tamen eſt, venena portantes ore, fingenteſque ipſas non mori: niſi quod illa domina rerum omnium hanc dedit repugnantiam apibus: ſicut contra ſerpentes Pſyllis Marſiſque inter homines.

1 ungui. *Ch.*

CAP. XIV.

De melle, quod muſca non attingunt, & alveariis, & cura eorum ſi famem ſentiunt apes, & quomodo cera fiat.

ALiud in Creta miraculum mellis. Mons eſt [2] Carina IX. M. paſſuum ambitu: intra quod ſpatium muſcæ non reperiuntur, natumque ibi mel nuſquam attingunt. Hoc experimento ſingulare medicamentis [3] eligitur. Alvearia [a] orientem æquinoctialem ſpectare convenit. Aquilonem evitent: nec Favonium minus. Alvearia optima [b] è cortice, [c] ſecunda ferula, tertia vimine. Multi ea & ſpeculari lapide fecere, ut operantes intus ſpectarent. [d] Circumlini alveos fimo bubulo utiliſſimum, operculum à tergo eſſe [e] ambulatorium, ut proferatur intus, [f] [4] ſi magnus ſit alveus, aut ſterilis operatio, ne deſperatione curam abjiciant: [5] id paulatim reduci, fallente operis incremento. Alvearia hieme ſtramento operiri, crebro ſuffiri, maxime [g] fimo bubulo. [h] Cognatum hoc iis, innaſcentes

2 Carma VIII. *Ch.*

3 enigitur. *Ch.*

4 ſi magna ſint alvearia. M. ſi magna ſit alvos. *Ch.*

5 ac paulatim reducatur. V. in paul. reduci. *Dal.*

a *Orientem Æquinoctialem.*] Brumalem meridiem, Columel. ſolem hibernum, Pallad. *Dalec.*

b *E cortice.*] Suberis præcipue. Columel. *Idem.*

c *Secunda ferula.*] Addit Columell. è ligno cavatæ arboris, & in tabulas diſſectæ è fimo, è latere. *Idem.*

d *Circumlini alveos, &c.*] Et intus, & extra, Varro. *Idem.*

e *Ambulatorium.*] Mobile, ut attolli, & demitti poſſit. Varro lib. 3. *Idem.*

f *Si magnus ſit alveus.*] Major quam pro numero apum. *Idem.*

g *Fimo bubulo.*] Columel. cap. 14. lib. 9. *Idem.*

h *Cognatum hoc iis.*] Ex juvenco cæſo, ſepulto, putreſcente apes naſcuntur. Archeſtratus in Epigrammatibus de apib. βοὸς φθινομένης πεπνιγμένα τέκνα. & tur-

ſcentes beſtiolas necat, araneos, papiliones, teredines: apeſque ipſas excitat. Et araneorum quidem exitium facilius eſt:[1] papilionum major peſtis. Tollitur vero, [2] cum [a] matureſcit malva noctu, interlunio, cœlo ſereno, accenſis lucernis ante alveos. In eam flammam ſeſe ingerunt. Si cibus deeſſe cenſeatur apibus, uvas paſſas ſiccaſve, ficoſque tuſas, ad fores [3] earum poſuiſſe [4] conveniet. Item lanas [b] tractas madentes paſſo, aut defruto, aut aqua mulſa. Gallinarum etiam [c] [5] crudas carnes. Quibuſdam etiam æſtatibus iidem cibi præſtandi, cum ſiccitas continua florum alimentum [6] abſtulit. Alveorum, cum mel [7] eximitur, illini oportet exitus, meliſſophyllo aut geniſta tritis: aut [8] medios alba vite præcingere, ne apes diffugiant. [d] Vaſa mellaria [9] aut favos lavari aqua præcipiunt: hac decocta, fieri ſaluberrimum acetum. Cera fit expreſſis favis, ſed ante purificatis aqua, & triduo in tenebris ſiccatis, quarto die liquatis igni in novo fictili, aqua favos tegente, tunc [e] ſporta colatis. Rurſus in eadem olla coquitur cera cum eadem aqua, excipiturque alia frigida, vaſis melle procirc unlitis. Optima, quæ [f] Punica vocatur. Proxima quam maxime fulva, odoriſque mellei, pura, natione autem Pontica, quam conſtare equidem miror inter venenata mella: deinde Cretica, plurimum enim ex propoli habet, de qua diximus in natura

1 papilio peſtis major. Ch
2 cum floreſcit. Col. cum matureſcat. Ch.
3 alveorum. V.
4 conveniat. Ch.
5 nudas. Ch.
6 negat. V.
7 eximatur. Ch.
8 media al. vi. præcingi, ne ap. defugiant. Ch.
9 &. Ch.

& rurſum, ἵππων μὲ σφῆκες γένονται, μόσχων δὲ μέλισσαι. Varro. *Dal.*

a *Matureſcit.*] Floreſcit. Columella. *Idem.*

b *Tractas madentes paſſo.*] Carminatas, pexas, ut quaſi per ſiphonem ſuccum apes evocent. Columel. *Idem.*

c *Crudas carnes.*] Exemptis interaneis. Columel. *Idem.*

d *Vaſa mellaria, &c.*] Μελίκρατον Galenus vocat lib. de documento pro epileptico: eaque idem exponit ἐξ ὧν ἐκπλύνεται μέλι. Acetum ex melle fieri probabile Rondeletio non eſt, ſed potius ex propoli, quæ acidum olet. *Idem.*

e *Sporta collatis.*] Per juncos aut ſtramenta. Columel. *Idem.*

f *Punica vocatur.*] Omnium candidiſſima. *Idem.*

natura apum. Post has Corsica, quoniam ex buxo fit, habere quandam vim medicaminis putatur. [a] Punica fit hoc modo: Ventilatur sub dio sæpius cera fulva. Deinde fervet in aqua marina, ex alto petita, addito nitro. Inde [1] ligulis [2] hauriunt florem, id est, candidissima quæque, transfunduntque in vas, quod exiguum [3] frigidæ habeat. Et rursus marina decoquunt separatim: dein vas ipsum refrigerant. Et cum hæc ter fecere, juncea crate [b] sub dio siccant Sole, Lunaque: hæc enim candorem facit. Siccantes, ne [4] liquefaciant, protegunt tenui linteo. Candidissima vero fit, post insolationem etiamnum recocta. Punica [5] medicis utilissima. Nigrescit cera addito chartarum cinere, sicut anchusa admista rubet. Variosque in colores [c] pigmentis traditur, [d] ad [6] reddendas similitudines, & innumeros mortalium usus, parietumque etiam & armorum tutelam. Cætera de melle apibusque in natura earum dicta sunt. Et hortorum quidem omnis fere ratio peracta est.

1 lingulis. Cb.
2 eligunt. M.
3 marinæ frigidæ. M.
4 liquefiat. V.
5 medicinis. Cb.
6 edendas. Cb.

CAP. XV.

De herbis sponte nascentibus & aculeatis.

SEquuntur herbæ sponte nascentes, quibus pleræque gentium utuntur in cibis, maximeque Ægyptus, frugum quidem fertilissima, sed ut prope sola

a *Punica fit hoc modo.*] Candidam ceram *αἰνιγματικῶς* Varro in Prometheo apud Nonium his verbis significat: *Chrysosandalos locat sibi, & amiculam de lacte* (quidam, *lacteam à cera* legunt) *ac cera Tarentina, quam apes Milesia coëgerint, ex omnibus floribus libantes, sine osse & nervis, sine pelle, sine pilis, puram putam, proceram, candidam, teneram, formosam.* Dalec.

b *Sub dio siccant sole lunaque: hæc enim candorem facit. siccantes, ne liquefaciant, protegunt tenui linteo.*] Scribo, *sub dio siccant sole lunaque. Hæc enim candorem præstat, sol siccat. & ne liquefaciat, &c.* ex vetusto codice. *Pint.*

c *Pigmentis traditur.*] Fucorum tincturis, ad *εἰκονιστικὴν* & *κηρογραφίαν*. *Dal.*

d *Ad reddendas similitudines.*] Eo artificio nostra memoria quidam imitantur in pensilibus hortis arborum & herbarum omne genus, folia, flores, fructus. *Idem.*

a In

sola iis carere possit: tanta est ciborum ex herbis abundantia. [a] In Italia paucissimas novimus, fraga, [b] [1] tanum, ruscum, batin marinam, [2] batin hortensianam, quam aliqui asparagum Gallicum vocant. Præter has pastinacam pratensem, lupum salictarium, eaque verius oblectamenta, quam cibos. In Ægypto nobilissima est [c] colocasia, quam [d] cyamon aliqui vocant. Hanc è Nilo metunt, caule, cum coctus est, [e] araneoso in mandendo; thyrso autem, qui inter folia emicat, spectabili, [f] foliis latissimis etiam si arboreis comparentur, ad similitudinem eorum [g] quæ personata in nostris amnibus vocamus. Adeoque Nili sui dotibus gaudent, [h] ut implexis colocasiæ foliis [i] in variam speciem vaso-

1 tamnum. V. & Turn. tamnum. Cb.
2 battin hortensiam, Cb.

a *In Italia paucissimas novimus, fraga, tamum, ruscum, batin marinam.*] Ubi optimi libri leg. *fraga, tamnum.* in vulgatis malè, *tamum.* legendum ubique *thamnum.* Græc. ἕλιξ. Salmas. pag. 225.

b *Tanum.*] Alii legunt *tamnum*, alii *tamum.* Cyclaminum secundam, quam pro vite nigra Matthiolus pingit, Itali etiam hodie *Tamaro* vocant, ejusque teneros cauliculos & viticulas vere primum erumpentes asparagorum more decoctas mandunt, ac in fasciculos digestas vænales circumferunt. Ejus fructus uva Taminia vocabatur, ---*jam Tami sponte virescunt*, apud Columellam legit Pomponius. *Dalec.*

c *Colocasia.*] Colocasia, vel, ut Athenæus, Nicander, Virgilius. Colocasion, Dioscoridi non integra planta est, sed ejus tantum radix. *Idem.*

d *Cyamon.*] De hac Nicander in Georgicis,

Καὶ κύαμον σπείρῃς Αἰγύπτιον ὄφρα θερείης,
Ἄνθεσι μὲν στεφάνους ἀγάγῃς· τὰ δὲ πεπληῶτα
Ἀκμαίου κάρποιο κιβώρια δαινυμένοισι,
Ἐς χέρας ἠιθέοισι παλαιῇ ποθέουσιν ὀρέξῃς,
Ῥίζας δ' ἐν θαλίῃσιν ἀφεψήσας παρατίθημι.

Hadr. Jun. 10. 1. *Idem.*

e *Araneoso.*] Filis nervoso. Martialis:

Niliacum ridebis olus, lanasque sequaces,
Improba cum morsu fila manuque trahes.

Diphilus apud Athenæum lib. 3. radicem probat, quæ minime lanosa sit. *Idem.*

f *Foliis latissimis.*] Petasi magnitudine, Dioscor. pilei Thessalici, Theophr. *Idem.*

g *Quæ personata in nostris.*] Dioscorides folium nymphææ comparat cum folio cyborii, sive Ægyptiæ fabæ. *Idem.*

h *Ut implexis, &c.*] Legend. *Ut implexis colocasiæ foliis, in varias species vasorum, &c.* Vide Salmas. p. 968. a, b. Et in præcedentibus lege: *Thyrso autem qui inter folia emicat spectabili, &c.* Vocat heic *Thyrsum*, quem *scapum* dixit in Faba Ægyptia, quæ eadem est cum colocasia. Scribe porrò: *foliis latissimis, sed jam si arboreis comparentur, ad eorum similitudinem quæ per se nata in nostris amnibus notamus.* Dicit folia Colocasiæ ad eorum similitudinem esse quæ per se nata spectantur in amnibus. Ea sunt folia Nymphææ. Vide *Salmas.* p. 969. b. 970. a.

i *In variam speciem vasorum.*] Inde scili-

vasorum, potare gratissimum habeant. Seritur jam hæc in Italia. In Ægypto proxima auctoritas cichorio est, quam diximus intubum erraticum. [a] Nascitur post Vergilias. Floret particulatim. [b] [1] Radix ei lenta, quare etiam ad vincula utuntur illa. [c] Anthalium [2] longius à flumine nascitur, mespili magnitudine & rotunditate, sine nucleo, sine cortice, folio cyperi. [d] Mandunt [3] igni paratum: mandunt & [e] œtum, cui pauca folia minimaque, verum radix magna. [f] [4] Arachidna quidem & aracos, cum habeant radices ramosas ac multiplices, nec folium, nec herbam ullam, aut quicquam aliud supra terram habent. Reliqua vulgarium [g] in cibis apud eos herbarum nomina, [h] condrylla, hypochœris, & caucalis, [i] anthriscum, [5] scandix, quæ

1 Rami ei lenti, & ec illis. Malinathalla. *Ex Theophr.*

2 haud procul. *Theophrast.*

3 igne comparatum. *Ch.*

4 Arachidna quidem & Arachoeides. *Theophrast.*

5 scandix, & come, quæ. *Ex Diosc.*

scilicet factum est, ut κύαμος auctore Hesychio, poculi genus sit, ad eorum similitudinem constructum, quæ ex colocasiæ foliis Ægyptii parabant. Ob eandem causam id quoque poculum & κυβώριον & κυβώριον dicebatur. Sic enim fabam Ægyptiam nominant. Eadem industria rusticos in Allobrogum montibus vidi ex Gentianæ foliis implexis pocula fingere, quibus è gelidis fontium scaturiginibus aquam hauriebant. κυβώρια sic dicta interpretatur Athen. διὰ τὸ κρίτωθεν εἰς στενὸν συνῆχθαι ὡς τὰ Αἰγύπτια κυβώρια. *Dal.*

a *Nascitur post Vergilias.*] De plantis omnibus, quas κιχωροειδεῖς vocat, id Theophrast. scribit cap. 11. lib. 7. histor. non de cichorio solo. *Idem.*

b *Radix ei lenta.*] De cichorii caule id Theophrastus, non de radice, ὁ δὲ καυλὸς, inquit, κιχωρίῳ μέγας, καὶ ἀποφύσεις ἔχων πολλάκις ἐξ ἑνὸς γλισχρὰς, καὶ δυσδιαίρετος· διὸ καὶ δεσμῷ χρῶνται. Caulis Cichorii magnus multis enascentibus surculis, lentis, fractu contumax, quamobrem pro vinculo utuntur. *Idem.*

c *Anthalium.*] Theophrasto melinathella, cap. 10. lib. 4. histor. nobis thrasi: auctori librorum de plantis, qui editi sunt nomine Aristotelis, cap. 5. lib. 1. margaritæ Ægyptiæ. *Idem.*

d *Mandunt igni paratum.*] Elixant in hordeaceo zytho Theophr. *Idem.*

e *OEthum.*] Vingum vocat Theophr. cap. 11. lib. 1. histor. male Plinius exposuit. OEtum Indi & Æthiopes, apud quos plurimum provenit, adhuc vocant *Hetich.* Idem.

f *Arachidna quidem, &c.*] Arachidna & aracoeides non minus fructuosa sunt supradictis. Carnosum utrumque, radicem unam crassam habet, in altum descendentem, alias vero, quibus fructus insidet, tenuiores, in summa telluris facie multifariam divisas. Arenosis gaudent. Neutrum aut folium, aut folio simile quicquam gignit, utrumque potius, velut, ἀμφίκαρπον est, hoc est, infra supraque terram fructum edit, quod mirum est. Theophrast. cap. 11. lib. 1. hist. *Idem.*

g *In cibis.*] Hæc è Theophr. cap. & lib. 7. histor. *Idem.*

h *Condrylla.*] *Chondrylla* Falso apud Theoph. legitur *andryala.* Idem.

i *Anthriscum.*] In exemplaribus Theophrast. pro *anthrisco*, Turnebus legit, σέλινον. *Idem.*

a Et

quæ ab aliis tragopogon vocatur, foliis croco simillimis: parthenium, ſtrychnum, corchorus, [a] [1] & æquinoctio naſcens [b] aphace, [c] acinos, [2] quam epipetron vocant, quæ nunquam floret. [d] At è contrario aphace ſubinde marceſcente flore emittit alium, tota hieme totoque vere uſque in æſtatem. Multas præterea ignobiles habent: ſed maxime celebrant [e] cnicon Italiæ ignotam, ipſis autem oleo, non cibo gratam. Hoc faciunt è ſemine ejus. [f] Differentia prima, ſilveſtris & ſativæ. Silveſtrium duæ ſpecies: Una mitior eſt, ſimili caule, tamen [3] rigido: itaque & [g] colu antiquæ mulieres utebantur ex illis: quare quidam atractylida vocant. Semen ejus [4] candidum & grande, amarum. Altera hirſutior, [h] toroſiore caule, & qui pene humi [5] ſerpat, minuto ſemine. Aculeatarum generis hæc eſt: quoniam diſtinguenda ſunt & genera. Ergo quædam herbarum ſpinoſæ ſunt, quædam ſine ſpinis. Spinoſarum multæ ſpecies. [i] In totum ſpina eſt aſpara-

1 & ab æquin. na. ap. achinopos. *Ch.*

2 & quam. *Dal.*

3 rectiore. *Theophr.*

4 nigrum. *Th.*

5 procumbat. *Th.*

a *Et æquinoctio naſcens aphace, acinos quam epipetron vocant.*] Aliter in V C. *Et ab æquinoctio naſcentes aphacea, cynopes, epipetron vocant.* Scribo, *Et ab æquinoctio naſcentes aphace, acinos quam epimetron vocant,* ex Dioſcoride lib. 3. & Theophraſto 7. cap. 8. Habetur nihilominus in Theophraſto loco ſignato herba nomine *cinops*, quam Theodorus tralato, ut conſuevit, nomine, *canariam* appellat. *Pint.*

b *Aphace.*] Lege: *Aphace, Echinopus, Epipetron vocant qua nunquam floret.* Vide *Salmaſ.* 1292. b.

c *Acinos.*] Turnebus cap. 9. libr. 16. Adverſ. legendum putat *cynops*. Lego, *acinos, & quam epipetron.* In Theophraſto legitur *cynops*, cap. 8. lib. 7. hiſt. *Dalec.*

d *At è contrario aphace.*] Non de aphaca id Theophraſt. cap. 8. lib. 7. hiſt. ſcripſit, ſed de quibuſdam herbis ſtatim cum flore fructum amittentibus. *Idem.*

e *Cnicon.*] Turnebus loco citato legendum putat *cici*, nempe ricinum. Orpheus in Argonauticis cnicon χιςὴν vocat, veluti ſciſſilem, quod ejus flos in multos apices dividatur. *Idem.*

f *Differentia prima, &c.*] Legend. *Differentia prima, ſilveſtris & mitior. ſilveſtrium duæ ſpecies, una mitiori ſimili caule, tamen rigido, itaque & colu antiqua utebantur ex illis. Quare quidam Atractylida vocant, ſemen candidum, grande & amarum.* Vide Salmaſ. pag. 896. b.

g *Colu.*] Fuſis, πλώτοις, non σπλήνοις. *Dal.*

h *Toroſiore caule.*] Sonchi caule. Th. c. 4. l. 9. hiſt. Pro σογχώδη, Plinius legit σχοινώδη. *Idem.*

i *In totum ſpina eſt aſparagus.*] Inepte putavit Hermolaus aſparagum & ſcorpionem unicam eſſe plantam, quod apparet ex Theophraſto cap. 3. lib. 6. hiſtor. vide & 1. ejuſdem. *Idem.*

a *Quædam*

lenium, sisymbrium, serpyllum, omnia surculosa [a] [1] rosæ modo. [b] Colore tantum placet Jovis flos, odor abest: sicut & illi, qui Græce phlox vocatur: Et ramis autem & folio odorata sunt, [2] excepto serpyllo. [c] Helenium è lacrymis Helenæ dicitur natum, & ideo in [3] Helena insula laudatissimum. Est autem frutex humi se spargens [d] dodrantalibus ramulis, folio simili serpyllo. [e] Abrotonum odore jucunde gravi floret æstate. Flos aurei coloris. [f] Vacuum sponte provenit. [g] Cacumine suo se propagat. [h] Seritur autem [4] semine melius, quam radice

1 thymi, vel rutæ.

2 helenium, sisymbrium, serpyllum. *Theoph.*

3 Helenæ. *Ch.*

4 vivira dice ac surculo melius, quam semine: & semine quoque, &c. *Ex Theophr.*

a *Rosa modo.*] Ut rosa, viola, ἰωνιά, ῥοδωνιά. Aliter hæc Plinius recitat, quam leguntur apud Theophrastum. *Dalec.*

b *Colore tantum, &c.*] Nicander in Georgicis,

Ἠ' γὰρ καὶ λεπτὴν πλείονας, καὶ παιδὸς ἔρωτος
Ἀδωνίων τ' ἄνθος, καὶ ἐν κεραῷ εἴαρι μύαν
Κεῖνον, κύπειρον τε, σισύμβριον,
ὅσσα τε χ' οἶα,
Ὥστε ἰαμνοῖσι τόποις ἀνατρέψαιτο λειμών
Κάλλει, βουφθαλμόν τε, καὶ ἀνθὸς Διὸς ἄνθος.

Sic fere Petronius,

Emicuere rosa, violaque & molle Cyperum,
Albaque de viridi risêrunt lilia prato.

Idem.

c *Helenium.*] Ægyptium Dioscoridis. *Idem.*

d *Dodrantalibus ramulis.*] Cubitalibus ramulis, serpylli modo humi jacentibus, foliis lenticulæ circa ramos, longioribus, crebris. Dioscor. *Idem.*

e *Abrotonum odore jucunde gravi.*] Videtur legendum *acri*, non *gravi*, ex Theophrasto lib. de causis plant. 6. c. 22. & Plinio supra hoc ipso libro capite 7. Ammonuitque nos in hac re priusquam in Plinium quippiam scribere aggrederemur, Oroscius noster, insignis philosophus ac medicus, Latineque ac Græce egregie doctus. Sed potest tolerari *gravi*, ex Dioscoride libro tertio, capite de Abrotono. *Nascitur*, inquit, *æstate odoratum cum gravitate aliqua.* Ergo cum dicit Plinius Abrotonum acrem habere odorem; Theophrastum secutus est: cum gravem, Dioscoridi consentit. *Pint.*

f *Vacuum sponte provenit.*] Lego: *Vacuis sponte provenit:* id est, incultis, neglectisque locis, quo loquendi modo prædia vacua scripsit ac dixit Cicero. *Dalec.*

g *Cacumine suo se propagat.*] Quoniam summis flos surculis exit, quo pereunte semen succedit, & vertice plantæ delapsum, terraque exceptum, plantam suam propagat. *Idem.*

h *Seritur autem semine melius.*] Abrotonum radice, vel avulso surculo (παρασπασμάδος) potius, quam semine germinat. Semine vero difficulter exit. Surculi autem in testis & fictilibus panguntur, quemadmodum conserunt Adonidis hortos. Seritur æstate: est enim admodum alsiosum, atque morbis obnoxium, etiam ubi sol multum lucet: sed ubi convaluerit, accreveritque, magnum ac robustum arborescit rutæ modo, &c. *Theophrast. cap. 7. lib. 6. histor.* Idem. *Seritur autem semine melius quam radice aut surculo.*] Ex Theophrasto hoc ad verbum libro sexto, capite ultimo. & tamen vult hæc verba depravare Ruellius. Sed videtur Theodori tralatio decepisse hominem, quæ diversa abit à Græca lectione quam sequitur Hermolaus in Corol-

dice aut surculo: semine quoque non sine negotio: plantaria [1] transferuntur. Sic & Adonium. Utrunque æstate. Alsiosa enim admodum sunt: & Sole tamen nimio læduntur. Sed ubi convaluere, [a] [2] ritu vitis fruticant. Abrotono simile odore [b] leucanthemum est, flore albo [c] [3] foliosum.

1 transferuntur in Adonidis hortos æstate. Alsiosum enim adm. est: & so. ta. ni. læditur. Sed ubi convaluit, rutæ vice fruticat Ex Theophr.

2 rutæ vice. Ch.

3 folioso, V.

CAP. XI.

De amaraco vel sampsucho, & nyctegreto, & meliloto, & viola alba, & codiamino, & de silvestribus bulbis & heliochryso, & lychni, & de herbis citra mare.

AMaracum Diocles medicus & Sicula gens [d] appellavère, quod Ægyptus & Syria sampsuchum. Seritur utroque genere, & semine & ramo, [4] vivacius [5] prædictis, [e] & odore melius. Copiosum amaraco æque, quam abrotono, semen. Sed abrotono radix una & alte descendens: cæteris in [6] summo terræ leviter hærens. Reliquorum satio autumno fere incipiente, nec non & vere quibusdam [7] locis, quæ umbra gaudent, & aqua ac fimo. Nyctegretum inter pauca miratus est Democritus, [f] coloris ignei, foliis spinæ, nec à terra se attollentem,

4 feracius. Ex Theophr.

5 supra dictis. Ch.

6 summa terra. Ch.

7 locis, omnia umbra, &c. Theoph.

Corollario cum Plinio. Itaque nihil hac in parte dicit Ruellius. *Pint.*

a *Ritu vitis fruticant.*] Scribendum, *ruta vice fruticant* ex antiquo exemplari, confirmante eam lectionem Theophrasto libro & capite proxime citatis, his verbis. *Sed cum convaluerit creveritque, magnum, robustum atque arboraceum constat, quemadmodum ruta, nisi quod lignosius & siccius & squallidius est.* Viderunt hoc ante me alii; sed primus omnium Hermolaus in secunda editione. *Idem.*

b *Leucanthemum est.*] Anthemis alba. Dioscor. *Dalec.*

c *Foliosum.*] Lego, *folioso*, id est, foliolis per ambitum extrinsecus multis, orbiculatim cingentibus, quod in floris medio luteum est. Hæc Dioscorides magnitudine cum rutæ foliis comparat. *Idem.*

d *Appellavere.*] Apud Athenæum Chæremon Persicum vocat his verbis:

Πέρσης δὲ θαλερὸς ἀντεραφεὶς ὁ ἀ-
μάραχος,
Λειμῶσι μαλθακοῖσι τοῦτο αὐχένα.

Idem.

e *Et odore melius. Copiosum, &c.*] *Mollius* in antiquo codice, non *melius*. Astruitur ea lectio Theophrasti auctoritate libro sexto, capite ultimo. *Et jucundi*, inquit, *odoris semen est, & quidem mollioris odoris.* Pint.

f *Coloris ignei.*] *Coloris hiis gigni*, in eodem. scribendum puto, *coloris hysgini*,

tem, præcipuam in Gedrosia narrat. Erui post æquinoctium vernum radicitus, siccarique ad Lunam triginta diebus, ita lucere noctibus. Magos Parthorumque reges uti hac herba ad vota suscipienda. Eandem vocari [1] chenomychon, quoniam anseres à primo conspectu ejus expavescant: [a] ab aliis [2] nyctilopa, quoniam è longinquo noctibus fulgeat. Melilotos ubique nascitur: laudatissima tamen in Attica: ubicunque vero recens nec candicans, & croco quam simillima: quamquam in Italia odoratior & candida. Florum prima ver nunciantium, [b] viola alba. Tepidioribus vero locis etiam hieme emicat. [c] Postea quæ appellatur purpurea. Proxime flammea, quæ & [3] phlox vocatur, silvestris duntaxat. [d] [4] Codiaminon bis anno, vêre & autumno: æstates hiemesque fugit. [e] [5] Seriores supra dictis aliquando narcissus & [6] lilium trans maria: in Italia quidem, ut diximus, post rosam. [f] [7] Nam in Græcia tardius etiamnum anemone. Est autem hæc silvestrium bulborum flos,

1 chenomydn. V. cherambycen. Ch.
2 nyctilampada. V.
3 phlogïnon. Theoph.
4 Bulbi codion. Th. vulgo Porrion. Cliclaminum. Ch.
5 Serior. Theoph.
6 leirium. Theoph.
7 In Græcia vero tardius. M.

ni, de quo Plinius libro 35. capite sexto. *Pint.*

a *Ab aliis nyctilopa.*] Melius in eodem, *nyctalopa.* & confestim verbum *tamen* redundat. *Idem.*

b *Viola alba.*] Leucoion, Theophr. nempe bulbosum. *Dalec.*

c *Postea quæ appellatur purpurea.*] Lege: *Postea quæ appellatur Ion, & purpurea, proxime flammeum quod vocatur, silvestre duntaxat.* Vide *Salmas.* p. 1361. b. 1362. a.

d *Codiaminon bis anno.*] *Cyclaminos*, non *Codiaminon*, in vetusto exemplari. Sed non placet lectio. Theophrastus l. 6. capite ultimo, cum narcisso, lirio, & aliis herbis quæ hic referuntur à Plinio, *codion bulbi* reddit. Theodorus *bulbi florem* vertit. Proinde non absurde hic *conion* legi posset, non *codiaminon*. Et verba illa quæ paulo post sequuntur, *Est autem hic silvestris bulbi flos*, alieno ibi loco posita, hic debent subjici, neque enim anemonæ ulla ratione congruere possunt. *Pint.*

e *Seriores supradictis aliquando narcissus & lilium trans maria: in Italia, &c.*] Scribo: *Seriores supradictis aliquando narcissus lirium. Transmarina in Italia, &c.* ex eodem, astipulante etiam Theophrasto loco citato. utique quod attinet ad lirium, illud nolui præterire: narcissum & lirium idem esse: sed ab aliis hoc, ab aliis illo nomine appellari, auctore eodem Th. lib. 6. cap. 6. *Idem.*

f *Nam in Græcia tardius, &c.*] Omnino sic lege: *Nam in Græcia tardius etiam anemone, quæ leimonia vocatur, alia quam quæ dicetur in medicinis. Post ea viola, quæ appellatur purpurea. Sequitur œnanthe, melanion, ex silvestribus elichrysos: deinde alterum genus anemones. Post hanc gladiolus, &c.* Dalec.

a Deinde

flos, aliaque quam quæ dicetur in [1] medicinis. 1 medicis Cb.
Sequitur œnanthe, melanion, ex silvestribus [2] he- 2 clichrysos. V.
liochrysos. [a] Deinde alterum genus anemones,
quæ limonia vocatur. Post hanc gladiolus comita-
tus hyacinthis. [3] Novissima rosa. Eademque pri- 3 Novissime. Cb.
ma deficit, excepta sativa: è cæteris hyacinthus
maxime durat & viola alba, & œnanthe: sed hæc
ita, si divulsa crebro prohibeatur in semen abire.
[b] Nascitur locis tepidis. Odor idem ei, qui germi-
nantibus uvis, atque inde nomen. [c] Hyacinthum
comitatur fabula duplex, [4] luctum præferens ejus 4 vel luctum. Dal.
quem Apollo dilexerat, aut [d] ex Ajacis cruore edi-
ti, ita discurrentibus [e][5] venis, ut Græcarum lite- 5 notis. V.
rarum figura AI legatur [6] inscripta. Heliochrysos 6 inscriptum. Cb.
florem habet auro similem, folium tenue, caulicu-
lum quoque gracilem, sed durum. Hoc [7] corona- 7 coronant se Magi, & si. Alii.
re se Magi, [f] si & unguenta sumantur ex auro, quod
apyron vocant, ad gratiam quoque [8] vitæ gloriam- 8 & vitæ gloriam pertinere.
que pertinere arbitrantur. Et verni quidem flores
hi sunt. Succedunt illis æstivi, lychnis, & Jovis 9 & cerinthus. Th.
flos, [g][9] & alterum genus lilii. Item [10] tiphyon, 10 iphyon. Th.
& ama-

a *Deinde alterum, &c.*] Inepte Plinius *βολβῦ κώδιον* anemonem esse interpretatur. Ineptius idem inter flores vernos recenset duas anemonas, cum unicam tantum Theophrastus referat, quam *λειμωνίαν* cognominavit. Ea porro est pulsatilla nostra. Cætera quidem anemonarum genera æstatis principio florent. *Dal.*

b *Nascitur locis tepidis.*] Hoc è Theophrast. male citat Plinius. Is cap. ult. lib. 6. hist. & cap. 14. lib. 1. caussar. scribit œnanthen in apricis, & à noxio frigidoque afflatu contectis locis satam, & quod ait Plinius tepidis, diutissime florere, si crebro devulsus flos in semen abire prohibeatur. id est quod Plinius citat. *Idem.*

c *Hyacinthum comitatur fabula duplex.*] Legend. *Hyacinthum comitatur fabula duplex, luctum proferens ejus, quem Apollo dilexerat, aut ex Ajacis cruore edens, ita discurrentibus venis, ut Græcarum literarum figura αἶ, αἶ legatur inscriptum.* Vide *Salmas.* p. 1042. a.

d *Ex Ajacis cruore editi.*] Auctore Pausania lib. 1. Salaminii tradunt, post Ajacis interitum, apud se primum florem enatum candidum, modice rubentem, lilio, & foliis, & aliis partibus minorem, inscriptum iisdem literis, quibus & hyacinthum. Cosmosandalon Athenæi esse puto. *Dalec.*

e *Venis.*] Imo potius maculosis notis. *Idem.*

f *Si & unguenta sumantur ex auro.*] Theophrast. cap. 21. lib. 9. historiar. *Idem.*

g *Et alterum genus lilii.*] Lego *lirii* non *lilii*, ex Theophrasto loco sæpe citato. *Pint.* *Alterum genus lilii.*] Theophrastus

& amaracus, quem Phrygium cognominant. Sed maxime ſpectabilis pothos. [a] Duo genera hujus: unum, cui flos hyacinthi eſt: alterum [1] candidius, [b] qui fere naſcitur in tumulis, [2] quoniam fortius durat. Et iris æſtate [3] floret. Abeunt & hi, marceſcuntque. Alii rurſus ſubeunt autumno. [4] Tertium genus lilii & crocum, in utroque genere unum hebes, alterum odoratum: primis omnia imbribus emicantia. Coronarii quidem [c] & ſpinæ flore utuntur: quippe cum [d] ſpinæ albæ cauliculi inter oblectamenta gulæ quoque condiantur. Hic eſt trans maria ordo florum. In Italia violis ſuccedit roſa: huic intervenit lilium: roſam cyanus excipit, cyanum amaranthus. Nam vincapervinca ſemper viret, [e] in modum lineæ foliis geniculatim circundata. [f] Topiaria herba: inopiam tamen florum aliquando ſupplet. Hæc à Græcis chamædaphne vocatur. Vita longiſſima violæ albæ eſt [5] trimatu. Ab eo tempore degenerat. Roſa & quinquennium perfert, nec reciſa, nec aduſta. Illo enim modo juveneſcit. Diximus & terram referre plurimum. Nam & in Ægypto ſine odore hæc omnia: tantumque

1 decolor. ἄχρων. Theophraſt.
2 quodque.
3 flores abeunt. Ch.
4 Alterum genus leirii. Theoph.
5 trimatus. M.

phraſtus ſtatim poſt Jovis florem (hic vulgo aquilegia dicitur) cerinthum & iphyon, ut pro cerintho videatur alterum genus lilii vertiſſe. *Dal.*

a *Duo genera hujus.*] Pothos albus, iaſminum noſtrum: pothos cœruleus, clematis ſecunda Dodonæi. *Idem.*

b *Qui fere naſcitur, &c.*] Quo utuntur circa ſepulchra: is autem χρονιώτερος eſt diuturnior: vel, diutius floret, vel, diutius vivit. Theophr. *Idem.*

c *Et ſpinæ flore utuntur.*] Et acutæ ſpinæ fructu, & ſmilacis flore, Theophraſt. *Idem.*

d *Spinæ albæ cauliculi.*] De ſcolymo id Dioſcor. ἡ δὲ πόα ἀρτιφυὴς οὖσα λαχανεύεται ἑφθὴ ὥσπερ ἀσπάραγος. Plinius non animadvertit Theophraſtum de oxyacantha id ſcripſiſſe quod citat; & intempeſtive addit de cauliculis ſpinæ albæ, quod Dioſcorid. de tenellis germinibus ſcolymi prodidit. *Idem.*

e *In modum lineæ.*] Exprimere voluit, quod ait Dioſcorides κλήματα δ' ἔχει μικρὰ ὅσον τοῦ σχοίνου πάχος. viticulas, ſeu virgulas habet junci craſſitie: prætenuem virgulam *lineam* vocavit. *Idem.*

f *Topiaria herba.*] Topiarium opus, cum arbuſcularum virgulæ ductiles facili flexu in varias formas hominum, turrium, ædium, cubiculorum, modo humi, modo per hortorum & viridiariorum ſpatia, finguntur: unde Topiarii ejus operis artifices Ulpiano. Alex. ab Alex. cap. 25. 3. *Idem.*

a *Ervi-*

tumque myrtis odor præcipuus. Alicubi etiam binis mensibus antecedit germinatio omnium. Rosaria à Favonio fossa oportet esse, iterumque solstitio. Et id agendum, ut intra id tempus purgata ac pura sint.

CAP. XII.

De cura apum, pabulo & morbis earum, & remediis.

VErum hortis coronamentisque maxime alvearia & apes conveniunt, res præcipui quæstus compendiique, cum [1] favit. Harum ergo causa oportet serere thymum, apiastrum, rosam, violas, lilium, cytisum, fabam, [a] [2] ervilium, cunilam, papaver, conyzam, [b] casiam, melilotum, [c] melissophyllum, cerinthen. Est autem cerinthe folio candido, incurvo, cubitalis, capite concavo, mellis succum habente. Horum [3] floris avidissimæ sunt, atque etiam sinapis, quod miremur, [d] cum olivæ florem ab his non attingi constet. Ideoque hanc arborem procul esse melius sit: [e] cum aliquas quam proxime seri conveniat, quæ & evolantium examina invitent, nec longius abire patiantur. [f] Cornum quoque arborem caveri opor-

1 favet. M. compendio cum favet. Ch.
2 erviliam. Alii & M. ervillam. Ch.
3 florum. M.

a *Ervilium.*] Cunilam, thymbram, vel satureiam vocat Columella cap. 4. lib. 9. *Dalec.*

b *Casiam.*] Cneorum utrumque, album, sive lavendulam, ac spicam nostram: & nigrum, sive rosmarinum coronarium. Vide eundem loco citato. *Idem.*

c *Melissophyllon, Cerinthen.*] Theophrastus libro 6. cap. ultim. *Cerinthum* enunciat, non *Cerinthen.* Virgilius tamen 4. Georgicon prima inflexione protulit, *Cerintha ignobile gramen*, si exemplaria vulgata vitio carent. certe ab Aldo impressa sic præferunt. *Pint.*

d *Cum oliva florem.*] Vanum falsumque id esse tradit cap. 8. lib. 11. *Dal.*

e *Cum aliquas quam proxime, &c.*] Virgilius,

Palmaque vestibulum, aut ingens oleaster obumbret,
Ut cum prima novi ducent examina reges
Vere suo, ludetque favis emissa juventus,
Vicina invitet decidere ripa calori,
Obviaque hospitiis teneat frondentibus arbos. Idem.

f *Cornum quoque arborem, &c.*] De ulmorum samera & tithymalli flore id Columella. Amygdali quoque florem caveri oportere scribit Varro. *Idem.*

oportet. [a] Nam flore ejus deguſtato, alvo concita moriuntur. Remedium, ſorba contuſa è melle præbere his, vel [b] urinam hominum, vel boum, aut grana punici mali, ammineo vino conſperſa. At geniſtas [1] circumſeri alveariis gratiſſimum. Mirum eſt dignumque memoratu, de alimentis quod comperi. Hoſtilia vicus alluitur Pado. Hujus inquilini pabulo circa deficiente imponunt navibus [2] alveos, noctibuſque quina millia paſſuum [3] contrario amne naves ſubvehunt. Egreſſæ luce apes paſtæque, [c] ad naves quotidie [4] remeant, [5] mutantes locum, donec pondere ipſo [6] preſſis navibus [7] pleni alvei intelligantur, revectiſque eximantur mella.

1 conſeri. *Ch.*
2 alvearia. M.
3 contra ortum. M.
4 remaneant. *Ch.*
5 Mutant ii locum. V.
6 preſſis, *in M. d.*
7 plena alvearia intelligantur revect. eximuntur. *M.*

CAP. XIII.

De venenato melle, & de remediis mellis venenati, & mellis inſani.

ET in Hiſpania mulis provehunt, ſimili de cauſa. Tantumque pabulum refert, [d] ut mella quoque venenata fiant. Heracleæ in Ponto, quibuſdam annis perniciosiſſima exiſtunt, ab iiſdem apibus facta. Nec dixere auctores, è quibus floribus ea fierent. Nos trademus, quæ comperimus. Herba eſt ab exitio & jumentorum quidem, ſed [e] præcipue caprarum, appellata ægolethron. Hujus flores concipiunt noxium virus aquoſo vere marceſcentes.

a *Nam flore ejus deguſtato alvo concita moriuntur.*] Scriptum exemplar: *Flore ejus deguſtato alvo cita moriuntur.* reliqua ſuperfluunt. *Pint.*

b *Urinam hominum.*] Hyginus apud Columel. *Dalec.*

c *Ad naves quotidie remeant, mutantes locum.*] Duo noviſſima verba falſo adjecta ſuſpicor. *Pint.*

d *Ut mella quoque venenata fiant.*] In Heptacometarum arboribus venenati genus mellis naſcitur, quod hauſtum ſtupefacit, & mentem conſternat. Eo tres Pompeji cohortes in potum dato ab ea gente interemptas fuiſſe memoriæ traditum eſt. Rhod. cap. 30. 18. Populos eos in Ponto Stephanus collocat, & Scythicum montem incolere ſcribit. Apud Trapezuntem in Ponto mel è buxo defluit gravis odoris, quo ἔκφρονες & amentes fiunt. Rhodig. c. 35. 23. *Dal.*

e *Præcipue caprarum.*] De euonymo id Theopraſt. cap. ult. lib. 3. hiſtor. de rhododendro Dioſcor. ob Aconitum venenatum eſſe idem auctor prodit, lib. 6. *Idem.*

a Excre-

ſcentes. Ita fit, ut non omnibus annis ſentiatur hoc malum. Venenati ſigna ſunt, quod omnino non denſatur, quod color magis rutilus eſt, odor alienus; ſternutamenta protinus movens, quod ponderoſius innoxio. Qui edêre, abjiciunt ſe humi, refrigerationem quærentes: nam & ſudore diffluunt. Remedia ſunt multa, quæ ſuis locis dicemus. Sed quoniam ſtatim repræſentari aliqua in tantis inſidiis oportet, mulſum vetus è melle optimo & ruta; ſalſamenta etiam ſi rejiciantur ſumpta crebro. Certumque eſt id malum [1] per [a] excrementa ad canes etiam pervenire, ſimiliterque torqueri eos. Mulſum tamen ex eo inveteratum, innocuum eſſe conſtat: & fœminarum cutem nullo melius emendari cum coſto, ſuggillata cum [2] aloë. [b] Aliud [3] genus in eodem [4] Ponto gente Sannorum mellis, quod ab inſania, quam gignit, mænomenon vocant. Id exiſtimatur contrahi flore rhododendri, quo ſcatent ſilvæ. Genſque ea, cum ceram in tributa Romanis præſtet, mel (quoniam exitiale eſt) non vendit. Et in Perſide, & in [5] Mauritaniæ Cæſarienſis Gætulia, contermina [6] Maſſæſulis, venenati favi gignuntur: quidamque à parte, quo nihil eſſe fallacius poteſt, niſi quod livore deprehenduntur. Quid ſibi voluiſſe naturam iis arbitremur inſidiis, ut ab iiſdem apibus, nec omnibus annis fierent, aut non totis favis? Parum enim erat genuiſſe rem, in qua venenum facillime daretur, etiamne hoc ipſa in melle tot animalibus dedit? Quid ſibi voluit, niſi ut cautiorem minuſque avidum faceret hominem? Non enim ipſi melli, ſed apibus jam cuſpides dederat, & quidem venenatas, remedio adverſus

1 per excreamenta. *Cb.*

2 ſale. *V.*

3 genus mellis in. *Dal.*

4 Pontiſi ſitu. *Cb.*

5 Mauritania Cæſarienſi, Getuliæ ac Maſſæſulis contermina. *M.*

6 Maſſylis. *Cb.*

a *Excrementa.*] Quæ ſumpto eo melle rejiciunt ægri, ſputo, vomitu, alvo. *Dal.*

b *Aliud genus in eodem Ponto gente Sannorum, &c.*] Hi ſunt, quos poſterior ætas *Tzanos* vocavit, Lacis conterminos. Utraque Colchica gens fuit in clientela fideque Conſtantinopolitani Imperatoris. *Gelen.*

ſus has utique non differendo. Ergo malvæ ſucco, aut foliorum ederæ [1] perungi ſalutare eſt, vel percuſſos ea bibere. Mirum tamen eſt, venena portantes ore, fingenteſque ipſas non mori: niſi quod illa domina rerum omnium hanc dedit repugnantiam apibus: ſicut contra ſerpentes Pſyllis Marſiſque inter homines.

1 ungui. *Ch.*

CAP. XIV.

De melle, quod muſcæ non attingunt, & alveariis, & cura eorum ſi famem ſentiunt apes, & quomodo cera fiat.

ALiud in Creta miraculum mellis. Mons eſt [2] Carina IX. M. paſſuum ambitu: intra quod ſpatium muſcæ non reperiuntur, natumque ibi mel nuſquam attingunt. Hoc experimento ſingulare medicamentis [3] eligitur. Alvearia [a] orientem æquinoctialem ſpectare convenit. Aquilonem evitent: nec Favonium minus. Alvearia optima [b] è cortice, [c] ſecunda ferula, tertia vimine. Multi ea & ſpeculari lapide fecere, ut operantes intus ſpectarent. [d] Circumlini alveos fimo bubulo utiliſſimum, operculum à tergo eſſe [e] ambulatorium, ut proferatur intus, [f] [4] ſi magnus ſit alveus, aut ſterilis operatio, ne deſperatione curam abjiciant: [5] id paulatim reduci, fallente operis incremento. Alvearia hieme ſtramento operiri, crebro ſuffiri, maxime [g] fimo bubulo. [h] Cognatum hoc iis, innaſcentes

2 Carma VIII. *Ch.*

3 exigitur. *Ch.*

4 ſi magna ſint alvearia. M. ſi magna ſit alvos. *Ch.*

5 ac paulatim reducatur. V. in paul. reduci. *Dal.*

a *Orientem Æquinoctialem.*] Brumalem meridiem, Columel. ſolem hibernum, Pallad. *Dalec.*

b *E cortice.*] Suberis præcipue. Columel. *Idem.*

c *Secunda ferula.*] Addit Columell. è ligno cavatæ arboris, & in tabulas diſſectæ è fimo, è latere. *Idem.*

d *Circumlini alveos, &c.*] Et intus, & extra, Varro. *Idem.*

e *Ambulatorium.*] Mobile, ut attolli, & demitti poſſit. Varro lib. 3. *Idem.*

f *Si magnus ſit alveus.*] Major quam pro numero apum. *Idem.*

g *Fimo bubulo.*] Columel. cap. 14. lib. 9. *Idem.*

h *Cognatum hoc iis.*] Ex juvenco cæſo, ſepulto, putreſcente apes naſcuntur. Archeſtratus in Epigrammatibus de apib. βοὸς φθινομένης πεπλανημένα τέκνα. & rur-

ſcentes beſtiolas necat, araneos, papiliones, tere-
dines: apeſque ipſas excitat. Et araneorum qui-
dem exitium facilius eſt: [1] papilionum major peſtis. 1 papilio peſtis major. Ch
Tollitur vero, [2] cum [a] matureſcit malva noctu, in- 2 cum floreſcit. Col. cum matureſcat. Ch.
terlunio, cœlo ſereno, accenſis lucernis ante al-
veos. In eam flammam ſeſe ingerunt. Si cibus de-
eſſe cenſeatur apibus, uvas paſſas ſiccaſve, ficoſ-
que tuſas, ad fores [3] earum poſuiſſe [4] conveniet. 3 alveorum. V.
Item lanas [b] tractas madentes paſſo, aut defruto, 4 conveniat. Ch.
aut aqua mulſa. Gallinarum etiam [c] [5] crudas car- 5 nudas. Ch.
nes. Quibuſdam etiam æſtatibus iidem cibi præ-
ſtandi, cum ſiccitas continua florum alimentum
[6] abſtulit. Alveorum, cum mel [7] eximitur, illini 6 negat. V.
oportet exitus, meliſſophyllo aut geniſta tritis: aut 7 eximatur. Ch.
[8] medios alba vite præcingere, ne apes diffugiant. 8 media al. vi. præcingi, ne ap. defugiant. Ch.
[d] Vaſa mellaria [9] aut favos lavari aqua præcipiunt: 9 &. Ch.
hac decocta, fieri ſaluberrimum acetum. Cera fit
expreſſis favis, ſed ante purificatis aqua, & tri-
duo in tenebris ſiccatis, quarto die liquatis igni in
novo fictili, aqua favos tegente, tunc [e] ſporta col-
latis. Rurſus in eadem olla coquitur cera cum ea-
dem aqua, excipiturque alia frigida, vaſis melle
circumlitis. Optima, quæ [f] Punica vocatur. Pro-
xima quam maxime fulva, odoriſque mellei, pu-
ra, natione autem Pontica, quam conſtare equidem
miror inter venenata mella: deinde Cretica, pluri-
mum enim ex propoli habet, de qua diximus in
natura

& rurſum, ἵππων μὲν σφῆκες γενεά, μόσχων δὲ μέλισσαι. Varro. *Dal.*

a *Matureſcit.*] Floreſcit. Columella. *Idem.*

b *Tractas madentes paſſo.*] Carminatas, pexas, ut quaſi per ſiphonem ſuccum apes evocent. Columel. *Idem.*

c *Crudas carnes.*] Exemptis interaneis. Columel. *Idem.*

d *Vaſa mellaria, &c.*] Μελίσπονδα Galenus vocat lib. de documento pro epileptico: eaque idem exponit ἐξ ὧν ἐκπιεσθῇ μέλι. Acetum ex melle fieri probabile Rondeletio non eſt, ſed potius ex propoli, quæ acidum olet. *Idem.*

e *Sporta collatis.*] Per juncos aut ſtramenta. Columel. *Idem.*

f *Punica vocatur.*] Omnium candidiſſima. *Idem.*

natura apum. Post has Corsica, quoniam ex buxo fit, habere quandam vim medicaminis putatur. [a]Punica fit hoc modo: Ventilatur sub dio sæpius cera fulva. Deinde fervet in aqua marina, ex alto
1 lingulis. Cb. petita, addito nitro. Inde [1]ligulis [2]hauriunt flo-
2 eligunt. M. rem, id est, candidissima quæque, transfundunt-
3 marinæ frigidæ. M. que in vas, quod exiguum [3]frigidæ habeat. Et rursus marina decoquunt separatim: dein vas ipsum refrigerant. Et cum hæc ter fecere, juncea crate [b]sub dio siccant Sole, Lunaque: hæc enim cando-
4 liquefiat. V. rem facit. Siccantes, ne [4]liquefaciant, protegunt tenui linteo. Candidissima vero fit, post insola-
5 medicinis. Cb. tionem etiamnum recocta. Punica [5]medicis utilissima. Nigrescit cera addito chartarum cinere, sicut anchusa admista rubet. Variosque in colores
6 edendas. Cb. [c]pigmentis traditur, [d]ad [6]reddendas similitudines, & innumeros mortalium usus, parietumque etiam & armorum tutelam. Cætera de melle apibusque in natura earum dicta sunt. Et hortorum quidem omnis fere ratio peracta est.

CAP. XV.

De herbis sponte nascentibus & aculeatis.

SEquuntur herbæ sponte nascentes, quibus pleræque gentium utuntur in cibis, maximeque Ægyptus, frugum quidem fertilissima, sed ut prope sola

a *Punica fit hoc modo.*] Candidam ceram αἰνιγματικῶς Varro in Prometheo apud Nonium his verbis significat: *Chrysosandalos locat sibi, & amiculam de lacte* (quidam, *lacteam à cera* legunt) *ac cera Tarentina, quam apes Milesia coëgerint, ex omnibus floribus libantes, sine osse & nervis, sine pelle, sine pilis, puram putam, proceram, candidam, teneram, formosam.* Dalec.

b *Sub dio siccant sole lunaque: hæc enim canderem facit. siccantes, ne liquefaciant, protegunt tenui linteo.*] Scribo, *sub dio siccant sole lunaque. Hæc enim candorem præstat, sol siccat. & ne liquefacias, &c.* ex vetusto codice. *Pint.*

c *Pigmentis traditur.*] Fucorum tincturis, ad εἰκονιστικὴν & κηρογραφίαν. *Dal.*

d *Ad reddendas similitudines.*] Eo artificio nostra memoria quidam imitantur in pensilibus hortis arborum & herbarum omne genus, folia, flores, fructus. *Idem.*

a In

sola iis carere possit: tanta est ciborum ex herbis abundantia. [a] In Italia paucissimas novimus, fraga, [b] [1] tanum, ruscum, batin marinam, [2] batin hortensianam, quam aliqui asparagum Gallicum vocant. Præter has pastinacam pratensem, lupum salictarium, eaque verius oblectamenta, quam cibos. In Ægypto nobilissima est [c] colocasia, quam [d] cyamon aliqui vocant. Hanc è Nilo metunt, caule, cum coctus est, [e] araneoso in mandendo; thyrso autem, qui inter folia emicat, spectabili, [f] foliis latissimis etiam si arboreis comparentur, ad similitudinem eorum [g] quæ personata in nostris amnibus vocamus. Adeoque Nili sui dotibus gaudent, [h] ut implexis colocasiæ foliis [i] in variam speciem vaso-

1 tamnum. V. & Tarv. tamnum. Ch.
2 battis hortensiam, Ch.

a *In Italia paucissimas novimus, fraga, tamum, ruscum, batin marinam.*] Ubi optimi libri leg. *fraga, tamnum.* in vulgatis malè, *tamum.* legendum ubique *thamnum.* Græc. ἕλιξ. Salmas. pag. 225.

b *Tanum.*] Alii legunt *tamnum*, alii *tamum.* Cyclaminum secundam, quam pro vite nigra Matthiolus pingit, Itali etiam hodie *Tamaro* vocant, ejusque teneros cauliculos & viticulas vere primum erumpentes asparagorum more decoctas mandunt, ac in fasciculos digestas vænales circumferunt. Ejus fructus uva Taminia vocabatur, ---*jam Tami sponte virescunt*, apud Columellam legit Pomponius. *Dalec.*

c *Colocasia.*] Colocasia, vel, ut Athenæus, Nicander, Virgilius. Colocasion, Dioscoridi non integra planta est, sed ejus tantum radix. *Idem.*

d *Cyamon.*] De hac Nicander in Georgicis,

Καὶ κύαμον σπείρης Αἰγύπτιον ὄφρα θερείοτης,
Ἄνθεσι μὲν στεφάνους ἀγάγης· τὰ δὲ πεπληῶτα
Ἀκμαῖον κάρποιο κιβώρια δαινυμένοισι,
Ἐς χεῖρας ἠιθέοισι πάλαι ποθέουσιν ὀρέξης,
Ῥίζας δ' ἐν θοίνῃσιν ἀφεψήσας παρατίθημι.

Hadr. Jun. 10. 1. *Idem.*

e *Araneoso.*] Filis nervoso. Martialis:
Niliacum ridebis olus, lanasque sequaces,
Improba cum morsu fila manuque trahes.
Diphilus apud Athenæum lib. 3. radicem probat, quæ minime lanosa sit. *Idem.*

f *Foliis latissimis.*] Petasi magnitudine, Dioscor. pilei Thessalici, Theophr. *Idem.*

g *Quæ personata in nostris.*] Dioscorides folium nymphææ comparat cum folio cyborii, sive Ægyptiæ fabæ. *Idem.*

h *Ut implexis, &c.*] Legend. *Ut implexis colocasiæ foliis, in varias species vasorum, &c.* Vide Salmas. p. 968. a, b. Et in præcedentibus lege: *Thyrso autem qui inter folia emicat spectabili, &c.* Vocat heic *Thyrsum*, quem *scapum* dixit in Faba Ægyptia, quæ eadem est cum colocasia. Scribe porrò: *foliis latissimis, sed jam si arboreis comparentur, ad eorum similitudinem quæ per se nata in nostris amnibus notamus.* Dicit folia Colocasiæ ad eorum similitudinem esse quæ per se nata spectantur in amnibus. Ea sunt folia Nymphææ. Vide *Salmas.* p. 969. b. 970. a.

i *In variam speciem vasorum.*] Inde scili-

vasorum, potare gratissimum habeant. Seritur jam hæc in Italia. In Ægypto proxima auctoritas cichorio est, quam diximus intubum erraticum. [a] Nascitur post Vergilias. Floret particulatim. [b] [1] Radix ei lenta, quare etiam ad vincula utuntur illa. [c] Anthalium [2] longius à flumine nascitur, mespili magnitudine & rotunditate, sine nucleo, sine cortice, folio cyperi. [d] Mandunt [3] igni paratum: mandunt & [e] œtum, cui pauca folia minimaque, verum radix magna. [f] [4] Arachidna quidem & aracos, cum habeant radices ramosas ac multiplices, nec folium, nec herbam ullam, aut quicquam aliud supra terram habent. Reliqua vulgarium [g] in cibis apud eos herbarum nomina, [h] condrylla, hypochœris, & caucalis, [i] anthriscum, [5] scandix, quæ

1 Rami ei lenti, &c illis. Malinathalla. *Ex Theophr.*

2 haud procul. *Theophrast.*

3 igne comparatum. *Ch.*

4 Arachidna quidem & Arachoeides. *Theophrast.*

5 scandix, & come, quæ. *Ex Diosc.*

scilicet factum est, ut *κύαμος* auctore Hesychio, poculi genus sit, ad eorum similitudinem constructum, quæ ex colocasiæ foliis Ægyptii parabant. Ob eandem causam id quoque poculum & *κυβώτιον* & *κυβώριον* dicebatur. Sic enim fabam Ægyptiam nominant. Eadem industria rusticos in Allobrogum montibus vidi ex Gentianæ foliis implexis pocula fingere, quibus è gelidis fontium scaturiginibus aquam hauriebant. *κυβώρια* sic dicta interpretatur Athen. *Διὰ τὸ κάτωθεν εἰς στενὸν συνῆχθαι ὡς τὰ Αἰγύπτια κυβώρια.* *Dal.*

a *Nascitur post Vergilias.*] De plantis omnibus, quas *κιχωριώδεις* vocat, id Theophrast. scribit cap. 11. lib. 7. histor. non de cichorio solo. *Idem.*

b *Radix ei lenta.*] De cichorii caule id Theophrastus, non de radice, *ὁ δὲ καυλὸς*, inquit, *κιχωρίου μέγας, καὶ ἀποφύσεις ἔχων πολλάς, ἐστὶ δὲ γλίσχρος, καὶ δυσδιαίρετος· διὸ καὶ δεσμῷ χρῶνται*), Caulis Cichorii magnus multis enascentibus surculis, lentis, fractu contumax, quamobrem pro vinculo utuntur. *Idem.*

c *Anthalium.*] Theophrasto melinathella, cap. 10. lib. 4. histor. nobis thrasi: auctori librorum de plantis, qui editi sunt nomine Aristotelis, cap. 5. lib. 1. margaritæ Ægyptiæ. *Idem.*

d *Mandunt igni paratum.*] Elixant in hordeaceo zytho Theophr. *Idem.*

e *OEthum.*] Vingum vocat Theophr. cap. 11. lib. 1. histor. male Plinius exposuit. OEtum Indi & Æthiopes, apud quos plurimum provenit, adhuc vocant *Hetich.* Idem.

f *Arachidna quidem, &c.*] Arachidna & aracoeïdes non minus fructuosa sunt supradictis. Carnosum utrumque, radicem unam crassam habet, in altum descendentem, alias vero, quibus fructus insidet, tenuiores, in summa telluris facie multifariam divisas. Arenosis gaudent. Neutrum aut folium, aut folio simile quicquam gignit, utrumque potius, velut, *ἀμφίγειοκαρπον* est, hoc est, infra supraque terram fructum edit, quod mirum est. Theophrast. cap. 11. lib. 1. hist. *Idem.*

g *In cibis.*] Hæc è Theophr. cap. & lib. 7. histor. *Idem.*

h *Condrylla.*] *Chondrylla* Falso apud Theoph. legitur *andryala.* Idem.

i *Anthriscum.*] In exemplaribus Theophrast. pro *anthrisco*, Turnebus legit, *σέβεστηνόν.* *Idem.*

a Et

quæ ab aliis tragopogon vocatur, foliis croco simillimis: parthenium, strychnum, corchorus, a 1 & æquinoctio nascens b aphace, c acinos, 2 quam epipetron vocant, quæ nunquam floret. d At è contrario aphace subinde marcescente flore emittit alium, tota hieme totoque vere usque in æstatem. Multas præterea ignobiles habent: sed maxime celebrant e cnicon Italiæ ignotam, ipsis autem oleo, non cibo gratam. Hoc faciunt è semine ejus. f Differentia prima, silvestris & sativæ. Silvestrium duæ species: Una mitior est, simili caule, tamen 3 rigido: itaque & g colu antiquæ mulieres utebantur ex illis: quare quidam atractylida vocant. Semen ejus 4 candidum & grande, amarum. Altera hirsutior, h torosiore caule, & qui pene humi 5 serpat, minuto semine. Aculeatarum generis hæc est: quoniam distinguenda sunt & genera. Ergo quædam herbarum spinosæ sunt, quædam sine spinis. Spinosarum multæ species. i In totum spina est aspara-

1 & ab æquin. na. ap. achinopos. Ch.
2 & quam. Dal.
3 rectiore. Theophr.
4 nigrum. Th.
5 procumbat. Th.

a *Et æquinoctio nascens aphace, acinos quam epipetron vocant.*] Aliter in V C. *Et ab æquinoctio nascentes aphaca, cynopos, epipetron vocant.* Scribo, *Et ab æquinoctio nascentes aphace, acinos quam epimetron vocant*, ex Dioscoride lib. 3. & Theophrasto 7. cap. 8. Habetur nihilominus in Theophrasto loco signato herba nomine *cinops*, quam Theodorus tralato, ut consuevit, nomine, *canariam* appellat. *Pint.*

b *Aphace.*] Lege: *Aphace, Echinopus, Epipetron vocant quæ nunquam floret.* Vide *Salmas.* 1292. b.

c *Acinos.*] Turnebus cap. 9. libr. 16. Advers. legendum putat *cynops*. Lego, *acinos, & quam epipetron.* In Theophrasto legitur *cynops*, cap. 8. lib. 7. hist. *Dalec.*

d *At è contrario aphace.*] Non de aphaca id Theophrast. cap. 8. lib. 7. hist. scripsit, sed de quibusdam herbis statim cum flore fructum amittentibus. *Idem.*

e *Cnicon.*] Turnebus loco citato legendum putat *cici*, nempe ricinum. Orpheus in Argonauticis cnicon σχιστὴν vocat, veluti scissilem, quod ejus flos in multos apices dividatur. *Idem.*

f *Differentia prima, &c.*] Legend. *Differentia prima, silvestris & mitior. silvestrium duæ species, una mitiori simili caule, tamen rigido, itaque & colu antiquæ utebantur ex illis. Quare quidam Atractylida vocant, semen candidum, grande & amarum.* Vide Salmas. pag. 896. b.

g *Colu.*] Fusis, ἀτράκτοις, non σπονδύλοις. *Dal.*

h *Torosiore caule.*] Sonchi caule. Th. c. 4. l. 9. hist. Pro σογχώδη, Plinius legit σαρκώδη. *Idem.*

i *In totum spina est asparagus.*] Inepte putavit Hermolaus asparagum & scorpionem unicam esse plantam, quod apparet ex Theophrasto cap. 3. lib. 6. histor. vide & 1. ejusdem. *Idem.*

a Quadam

asparagus, scorpio: nullum enim folium habet. [1 spinoso folio. V.] [a] Quædam [1] spinosa foliata sunt, ut carduus, erygnion, [b] [2] glycyrrhizon, urtica. [2 glycyrrhiza. Gb.] Iis enim omnibus foliis inest aculeata mordacitas. [c] Aliqua & secundum spinam habent folium, ut tribulus, & ononis. [d] Quædam in folio habent & in caule, ut [e] phleos, quod aliqui stœben appellavêre. Hippophaës spinis [f] geniculatum: [g] tributa proprietas, quod & fructum spinosum habet. Ex omnibus his generibus urtica maxime noscitur, acetabulis in flore purpuream lanuginem fundentibus, sæpe altior

a *Quædam spinosa foliata sunt, &c.*] Lege, *Quædam spinosa foliata sunt, ut carduus, erynge, glycyrrhiza urtica.* τῶν ἀκανθωδῶν ἀκροφύλλων). *Salmas.* pag. 176. a. *Quædam spinosa foliata sunt.*] Hæc ex Theophrasto c. 16. l. 1. & cap. lib. 6. hist. ubi φυλλάκανθα vocat, quæ Plinius hic *spinosa foliata* dicit. *Dalec.*

b *Glycyrhizon.*] Inter spinosas Theophrastus non recenset. Huic autem fructus tantum echinatus est. *Idem.*

c *Aliqua & secundum spinam habent folium.*] Legendum reor: *Aliqua & secundum spinosum habent folium.* Est autem illud *secundum*, non præpositio, sed numerale nomen. Theophrastus 6. de historia plantarum capite 1. *Alia foliis constant aculeatis, ut acanum eryngium, cnecum. Quædam etiam juxta folium aculeatum, alterum quoque folium habent: ut ononis, tribulus, phleus, quam nonnulli stœbam appellant.* & capite tertio ejusdem libri: *Quoniam distinctum sit superius aliud totum esse spinosum foliatum, seorsum de utroque dicendum, atque tertium illud addendum, quod juxta aculeum folium gerit. Phleus enim, tribulus, capparis, peculiare nimirum obtinent, ut non solum caulem aculeatum, sed etiam folium, habeant hispidum.* At si mavis ut illud *secundum* præpositio sit, necesse erit addere *alterum* verbum, ut legatur, *aliqua & secundum spinam habent folium alterum.* Pint. *Aliqua & folium, &c.*] Lego, ex Theophrasto: *habent folium, ut tribulus, ononis, phleos, quod aliqui stœben vocaverunt, hippophaës spinis angulosis. Quædam in folio habent & in caule, ut capparis. Tribulo proprietas, &c.* Dal.

d *Quædam in folio habent, &c.*] Lege, *Quædam in folio non habent, & in caule habent, ut Phleos.* Salmas. pag. 394. a. *Quædam in folio habent & in caule.*] Vetus codex: *Quædam in folio non habent, & in caule habent.* Sed utrocunque modo verba hæc legantur, adulterina mihi & ab aliquo argutatore falso adjecta videntur. nam Theophrastus nihilo plus tribuit phleo, quam ononi & tribulo, ut constat ex illius verbis paulo ante allatis. Legatur meo periculo sic: *Aliqua & secundum spinam habent folium alterum, ut tribulus, ononis, & phleos, quam aliqui stœben appellavere.* cætera delenda. *P.*

e *Phleos.*] Falso id Plin. Stœbe Theoph. cap. 3. lib. 6. hist. folio minime pungit, sed præter folium exarmatum, spinosum fructum gignit tribuli alterius modo. *Dal.*

f *Geniculatum*] Γωνιοειδεῖς ἀγκῶνας, Dioscor. ait, angulosas. Plinius legit γονατώδεις. *Idem.*

g *Tributa proprietas, quod & fructum spinosum habet.*] In vetusto exemplari non *tributa* legitur, sed *tributi.* Scribo *tribuli*, ex Theophrasto libro 6. de hist. plant. & capite 1. *Tribulus*, inquit, *vel fructu aculeatus est, habet enim in fructu aculeum. Qua de causa id quoque proprium ei, ut sic loquar, præ omnibus, licet utique adnotare.* Pint.

a Plures

tior binis cubitis. [a] Plures ejus differentiæ: Silvestris, [1] quam fœminam vocant, mitior. Et in silvestri quæ dicitur [2] cania, acrior, caule quoque mordaci, fimbriatis foliis. Quæ vero etiam odorem fundit, Herculanea vocatur. Semen omnibus copiosum, nigrum. Mirum sine ullis spinarum aculeis lanuginem ipsam esse noxiam & tactu tantum leni pruritum, [b] [3] pustulasque confestim adusto similes existere. Notum est & remedium olei. Sed mordacitas non protinus cum ipsa herba gignitur, nec nisi solibus roborata. Incipiens quidem ipsa nasci vere, non ingrato, multis etiam religioso in cibo est ad pellendos totius anni morbos. Silvestrium quoque radix omnem [c] carnem teneriorem facit simul cocta. Quæ [4] innoxia, morsu [5] carens, lamium vocatur. De scorpione dicemus inter medicas.

[a] 1 quam & fœm. Cb.
2 canina. Cornarius, & Cb.
3 pussulas. M.
4 noxia est. Cb.
5 caret. M.

CAP. XVI.

De carduo, & [6] helxine, & tribulo, & anchusa.

[d] CArduus & [7] folio & caule spinosas lanugines habet. [e] Item acorna, leucacanthos, [f] chalceos,

6 ixine. Dal.
7 folia & caules spinosæ lanuginis. Cb.

a *Plures ejus differentiæ.*] Vide c. 13. libr. seq. Dal.

b *Pustulasque.*] Turnebus cap. 2. l. 24. Adversf. leg. *pusulas:* sic dictas, quia pus continent. Columellæ *pusula* ignis sacer. unde *pusilosa*, vel *pusulosa ovis*. Sic autem vocat, quia sacer ignis, qua depascitur, pustulas attollit. *Dal.*

c *Carnem teneriorem, &c.*] Pisces, quadrupedes, aves recens captas venatores & aucupes urticæ foliis involvunt, ut minus & tardius corrumpantur. *Idem.*

d *Carduus & folio, &c.*] Legendum, *Carduus & folia & caulem spinosæ lanuginis habet: item acora, leucanthos, chaldeneccos, polyacanthos, conopygos, helsine, scolymos.* ita scribit vetustissimus Thuanæus. Pro *chaldeneccos*, lege: *Chalcee, cnecos.* Et pro *conopygos* lege: *onopygos.* Salmas. 523. a, b.

e *Item acorna.*] Hæc ex Theophrast. cap. 16. lib. 1. & cap. 1. lib. 6. histor. ubi *φυλλάκανθα* vocat, quæ hic Plinius *spinosa foliata* dicit. *Dalec.*

f *Chalceos, Cnicos.*] Scribo *cnecos*, non *cnicos* ex Theophrasto, Galeno, Aëtio, Paulo, Dioscoride & omnibus: ex quibus Theophrastus, Paulus, Aëtius, *cnecos* scribunt cum *e* longo: Dioscorides & Galenus cum *i*. Scrib. vero hoc loco esse *cnecos* seu cnicos, non *cnides*, ut putat Hermolaus, constabit aptissime legenti caput tertium libri sexti Theophrasti de historia plantarum. *Pint.*

a *Helxi-*

[1] cnecos. Ch. & Turn. [2] ixine. Theoph. vide Lex. Græco-latinum in Ἰξ. Jac. Cell. [3] cnecos. Turn. & Ch. [4] ixine. Theoph. [5] Scolymos. Ch. V. [6] gravi.

ceos, [1] cnicos, polyacanthos, onopyxos, [a,2] helxine, scolymos. [b] Chamæleon, in foliis non habet aculeos. Est & illa differentia, quod quædam in iis multicaulia ramosaque sunt, ut carduus. Uno autem caule, nec ramosum, [3] cnicos. [c] Quædam cacumine tantum spinosa sunt, ut eryngium. Quædam æstate florent, ut tetralix, & [4] helxine. [5] Scolymus quoque floret sero & diu. [d] Acorna colore tantum [e] rufo distinguitur, & pinguiore succo. Idem erat atractylis quoque, nisi candidior esset, & nisi sanguineum succum [f] funderet. Qua de causa phonos vocatur à quibusdam, odore etiam [6] gravis, sero maturescente semine, nec ante autumnum:

a *Helxine.*] Leg. *Ixine.* Hoc vitium esse auctoris, non exemplaris, monstrat, quod is scribit cap. 17. lib. 22. *Sed nos qualis vera esset helxine, diximus superiori libro, &c.* Dalec.

b *Chamæleon.*] In Theophrast. cap. 3. lib. 6. histor. legendum: πλὴν ὁ χαμαιλέων φυλλάκανθος οὐκ ἀκανώδης. Cæterum cum spinosis hic sit foliis, acano caret. Vitiosus codex, qualis ad nos pervenit, fefellit Plinium. Chamæleon quidem niger, ut alii cardui, spinosis foliis est, verum aliorum modo ἄκανον, id est, spinosum capitulum non habet, sed florem in umbella, quod ei peculiare est. *Dalec. Chamæleon in foliis non habet aculeum. Est & illa differentia, quod quædam ex his multicaulia ramosaque sunt, ut carduus, uno autem caule, nec ramosum, cnicos.*] Mendosa ut conjicio verba, & præpostere locata. Scribo; *Chamæleo in foliis non habet aculeum. Est & illa differentia, quod quædam in his multicaulia ramosaque sunt, ut cnecos. Uno autem caule & ramosum, ut carduus.* Nam particula negativa *nec*, in vetere codice non legitur. Theophrastus libro sexto, capite tertio; *Verum hæc omnia ejusmodi sunt, leucacantha, chalceos, cnecos, polyacantha, atractylis, onopyxos, ixine, chamæleo, verum hæc non habet folia aculeata. Sed præter prædicta discrimina distant inter sese, quod alia multis constant caulibus, ramososque fundunt, ut cnecos.* Pint.

c *Quædam cacumine tantum spinosa sunt, ut eryngium.*] Falsum est eryngium cacumine tantum spinosum esse, auctore Dioscoride libro tertio. Quapropter non *eryngium*, hic arbitror legendum, sed *rhutrum*, ex Theophrasto loco citato. *Alia, inquit, superius cacumine tantum sparguntur, quemadmodum rhutrum: & alia protinus primis imbribus germinant, alia post; nonnulla etiam æstate, ut quæ tetralix à quibusdam vocata est, & helxine. Pari modo & flores differentiam faciunt. Scolymus enim pulchre & diu floret.* Idem. *Cacumine tantum.*] Theophrasto, eryngium adnata & caules in cacumine tantum habet, non autem spinas, ut inquit Plinius. *Dalec.*

d *Acorna colore tantum ruffo distinguitur & pinguiore succo.*] Scribendum reor, *Acorna colore tantum ruffo & pingui distinguitur à cneco.* Theoph. libro sexto; capite quarto, *Acorna colore tantum ruffo & nitido distinguitur à cneco.* nam verbum λιπαρὸν, nitidum ego vertissem, non *pingue.* Idem.

e *Rufo distinguitur.*] Ἐπιξάνθῳ Theophrast. flavescente, c.4. l.6. hist. *Dalec.*

f *Funderet.*] Carni admota. Theoph. *Idem.*

a *Decocta*

num: quanquam id de omnibus ſpinoſis dici poteſt. Verum omnia hæc & ſemine & radice naſci poſſunt. Scolymus carduorum generis ab iis diſtat, quod radix ejus veſcendo eſt [a] decocta. Mirum, quod ſine intervallo tota æſtate aliud floret in eo genere, aliud concipit, aliud parturit. Aculei areſcente folio deſinunt pungere. [1] Helxine rara viſu eſt, neque in omnibus terris [b] eſt, radice folioſa, ex qua media veluti malum extuberat, contectum ſua fronde. Hujus vertex ſummus lacrymam continet jucundi ſaporis, acanthicen [c] maſtichen appellatam. [d] Et cactos quoque in Sicilia tantum naſcitur, ſuæ proprietatis & ipſa, cujus in terra ſerpunt caules, à radice emiſſi, lato folio & ſpinoſo. Caules vocant cactos: [e] nec faſtidiunt in cibis inveteratos quoque. [2] Unum caulem rectum habent, quem vocant pternica, ejuſdem ſuavitatis, ſed vetuſtatis impatientem. Semen ei [3] lanuginis, [4] quam pappon vocant: quo detracto & cortice, teneritas ſimilis cerebro palmæ eſt: vocant [f] aſcaliam. Tribulus non niſi in paluſtribus naſcitur, dira res [5] alibi, juxta Nilum & Strymonem [6] amnes excipitur in cibis, inclinatus in vadum, [g] folio ad

1 Ixine non rara viſu eſt, neque in omnibus terris naſcitur, à radice folioſa.

2 Alium præterea caulem. D.

3 lanugine obvolutum quam. *Ex Theoph.*

4 quam, *in V. d.*

5 alibi. Juxta. V. alicubi. Juxta. *Alii V.*

6 amnes recipitur in cibos, inclinatur. V.

a *Decocta.*] Et cruda Theophraſt. *Dalec.*

b *Eſt, radice, &c.*] Dioſc. *Eſt, à radice folioſa.* Apud Theophraſt. cujus exemplari depravato falſus eſt Plinius: legendum, *ixine omnibus locis æque naſcitur.* Idem.

c *Maſtichen appellatam.*] Sic Theophraſt. Dioſcorides vero quibuſdam in locis: *Viſcum circa radicem invenitur, quo mulieres utuntur pro maſtiche.* Idem.

d *Et cactos quoque in Sicilia, &c.*] Legend. *Cactos quoque in Sicilia tantum naſcitur, ſuæ proprietatis & ipſe. In terra ſerpunt caules à radice emiſſi lato folio & ſpinoſo: caules vocant κάκτυς, nec faſtidiunt in cibis, inveteratoſque. unum autem caulem rectum habent, quem vocant πτέρνιγα, ejuſdem ſuavitatis, ſed vetuſtatis impatientem. Semen ei lanuginis quam pappum vocant, quo detracto & cortice, teneritas ſimilis cerebro palmæ eſt: vocant Aſcalian.* Salmaſ. 226.

e *Nec faſtidiunt in cibis inveteratos quoque. Unum caulem rectum habent quem vocant pternica.*] Vetus exemplar, *Nec faſtidiunt in cibis inveteratos. Condunt muria. caulem rectum habent, &c.* Theophraſtus libro ſexto, capite quarto: *Et reſervare eos aqua ſalſa condito, conſueverunt.* Pint.

f *Aſcalian.*] Apud Athenæum *aſcaleton*, apud Theophr. *ſcalian.* Appuli circa Hydruntum etiam vocant *Scalera.* Dalec.

g *Folio ad effigiem ulmi.*] Φύλλα πλατέα

1 ciceris. Theophr.
2 germinat. Th.
3 appositas. Th.
4 foliata. Ch. & M.
5 Secatur aratro, frugibus inimica. M. Sequitur aratra, frugib. inimica. Turn. & Ch.
6 cæterisque. M. sed nil mutandum ostendit n°. cap. 14. hujus libri.

ad effigiem ulmi, pediculo longo. At in reliquo orbe genera duo: uni [a] [1] cicerculæ folia, alteri aculeata. Hic & serius [2] floret, magisque septa obsidet villarum. Semen ei rotundius, nigrum in siliqua. [b] Alteri harenaceum. Spinosorum etiamnum aliud genus ononis. In ramis enim spinas habet [c] [3] apposito folio rutæ simili, toto caule [4] foliatum in modum coronæ: [d] [5] sequitur à frugibus, aratro inimica, vivaxque præcipue. [e] Aculeatarum caules aliquarum per terram serpunt, [f] ut ejus quam [g] coronopum vocant. E diverso stant, anchusa inficiendo ligno [6] cerisque radice apta, & è mitioribus

πλατεῖα. Dioscor. legit φύλλα πτελέας. *Idem.*

a *Cicerculæ folia.*] Ciceris. Theoph. *Idem.*

b *Alteri harenaceum.*] Theophrastus lib. 6. cap. 4. *sesamodes*, id est, sesamaceum. Utri igitur incuriæ crimen intendemus? Librario ne, qui pro sesamaceum *harenaceum* scripsit, an Plinio nostro, qui cum in Theophrasto *sesamodes* legisset, postea memoriæ lubrico putavit non *sesamodes* legisse, sed *ammodes*, & *harenaceum* transtulit. *Pint.*

c *Apposito folio.*] Theophrastus eodem libro ἐπετείῳ folio, hoc est, annuo spatio durante, Græce dixit. Forte quis super verba *annuo spatio*, quibus Plinius verterat dictionem Græcam, verbum Theophrasti posuit *epetio*. postea librarius seu corrector indoctus pro *epetio*, *apposito* scripsit, derasis Latinis dictionibus. *Idem.*

d *Sequitur à frugibus aratro inimica.*] Locus videtur mutilatus. In vetere codice sic legitur, *Sequitur rarata frugibus inimica.* scribendum reor, *Nascitur terra arata frugibus inimica.* Theophrastus loco antedicto: *Nascitur lento pienoque solo, & præcipue in segetibus atque cultis. qua de causa agricolis inimica exit.* Idem.

e *Aculeatarum caules, &c.*] Ex Theophrast. cap. 9. lib. 7. hæc Plinius corruptissime citat. Theophrasti verba sunt: *Differunt inter se herbacea* (ποώδη) *quod alia terra instrata folia edunt, alia in caules, alia utrobique. Instrata terra folia gignunt.* (ἐπιγειόφυλλα) *coronopus, anthemon, anchusa, gramen, anemone, Aphyllantes, apargia,* (argemone) *plantago, apate. In caule folia mittunt, crepis, anthemum foliosum, lotos leucoion. Utrobique, cichorium, &c.* Mire hunc locum depravat auctor, ut & quæ sequuntur de herbarum comparatione cum arboribus. *Dal.*

f *Ut ejus quam coronopon vocant. E diverso stant anchusa inficiendo ligno cerisque radice apta. Est autem mitior anthemis, & phyllanthes, &c.*] Legendum puto, *ut ejus quam coronopon vocant, & anthemis, & anchusa, & phyllantes, &c.* reliqua falso inserta puto. Theophrastus libro septimo, capite nono: *Ab radice foliata, coronopus, anthemon, anchusa, poa, anemone, phyllanthes, apargia, arnoglosson, apate.* Ex quibus Theophrasti verbis constat, *Apate* in Plinio legendum esse, non ut perperam scriptum est, *aphace. Apaten* Theodorus *fraudem* vertit. Patet etiam ex eisdem Theophrasti verbis, vitiata esse hæc quæ sequuntur verba. *Pint.*

g *Coronopum vocant.*] Dioscorides coronopum non serpere ait, sed terræ insterni, sive humi procumbere, κατὰ τοῦ ἐδάφους στρώννυσθαι: folia vero non quidem spinosa esse, verum in longum fissa κατεσχισμένα. Sic paulo ante cacti caules in terra dixit serpere, cum ii tantum humi jaceant. *Dalec.*

a Caule

bus anthemis, & [1] phyllanthes, & anemone, & aphace. [a] Caule foliato est & [2] crepis, & apate. Differentia foliorum & hic quæ in arboribus, brevitate pediculi ac longitudine, angustiis ipsius folii, amplitudine, [b] angulis, incisuris, odore, flore. Diuturnior hic quibusdam per partes florentibus, ut ocimo, heliotropio, [c] aphacæ, [3] onocichlæ.

1 aphyllantes. Theophrast.

2 Apud Theoph. l. 7. de hist. plant. legitur quidem, κρηπὶς, ἀπάτη, sed legendum est, πικρὶς, ἀφάκη. vide Lexicon. f. C.

3 onochite. Ch. onocheili. Diosc.

CAP. XVII.

Differentia herbarum per folia, & quæ herbæ toto anno floreant, & de hastula regia, & pistana, & gladiolo.

MUltis inter hæc æterna folia, sicut quibusdam arborum, in primisque [4] heliotropio, adiantho. Aliud rursus spicatarum genus, ex quo est cynops, alopecuros, [5] stelephuros, (quam quidam [6] ortyga vocant, alii plantaginem, de qua plura [7] dicemus inter medicas,) thryallis. Ex iis alopecuros spicam habet mollem & lanuginem densam, non dissimilem vulpium caudis, unde ei & nomen. [8] Proxima est ei & stelephuros, nisi quod illa particulatim floret. Cichorion & similia, circa terram folia habent, [9] germinantibus ab radice post Vergilias. [d] [10] Perdicium & aliæ gentes, quam Ægy-

4 heliotropio, polio, adiantho. Th.

5 stelephuros & plantago, quam quidam ortyga vocant, de qua, &c. ex Theoph. correcto, cap. 10. 7. hist.

6 ortygem. Ch.

7 J. dicemus.

8 Proxime est &c. Ch.

9 germinant. V.

10 Perdicio, quam & Æoliæ gentes, & Ægyptii. V.

a *Caule foliato est & crepis, & apate.*] Scribendum enim est non *apate*, cujus paulo ante habita est mentio, sed quod mireris, *lotos*. sic enim antiquum præfert exemplar, & confirmat Theophrastus lib. 7. cap. 9. *In caule*, inquit, *tantum foliata, crepis, anthemon foliosum, loton, leucoion, &c.* Pint.

b *Angulis, incisuris, odore, flore.*] Addenda duo verba ex vetere codice, *Jam vero angulis, incisuris, &c.* Idem.

c *Aphace, &c.*] Has duas postremas addit Plinius præter orationem Theophrasti c. 9. l. 7. illarum autem loco cichorium adscribit Theophrast. Capite vero 10. ejusdem libri, aphacam, onocheiles, plantaginem, cichorium proventum floris sui prorogare tradit. *Dalecampius.*

d *Perdicium & aliæ gentes.*] Theophrastus non quidem in usum cibi venire scribit, sed esse grandi & carnosa radice, ut crocum & aspalacem, vel, ut alii legunt, *asphodelum*. Addit & crassas & plures habere radices, quam folia. *Dalec. Perdicium & aliæ gentes, quam Ægyptii edunt.*] Supra dixerat, Ægyptios præ cæteris gentibus herbis vesci: nunc dicit, perdicium herbam etiam aliarum gentium cibum esse. *Galen.*

Ægyptii, edunt: nomen dedit avis, id maxime eruens. Craſſas pluriinaſque habet radices. Item ornithogale, caule tenero, candido, [1] ſemipedali radice, bulboſa, molli, tribus aut quatuor agnatis. Coquitur in pulte. Mirum, loton herbam, & ægilopa, non niſi poſt annum è ſemine ſuo naſci: mira & anthemidis natura, quod à ſummo [2] florere incipit, cum cæteræ omnes, quæ particulatim florent, ab ima ſui parte incipiant. Notabile & in lappa, [3] quæ adhæreſcit, quoniam in ipſa flos naſcitur, non evidens, ſed intus occultus, & intra ſe [4] germinat, velut animalia, quæ [5] in ſe pariunt. Item [6] circa Opuntem Opuntia eſt herba, etiam homini dulcis. Mirumque è folio ejus radicem fieri, ac ſic eam naſci. Iaſione unum folium habet, ſed ita implicatum, ut plura videantur. Condrylla amara eſt, & [7] acri in radice ſucco. [a] Amara & aphace, & quæ picris nominatur, & ipſa toto anno florens: nomen ei amaritudo impoſuit. [b] Notabilis & ſcillæ crocique natura, quod cum omnes herbæ folium primum emittant, mox in caulem [8] rotundentur, in iis caulis prior intelligitur, quam folium. Et in croco quidem flos impellitur caule: in ſcilla vero caulis exit, deinde flos ex eo emergit. Eademque ter floret (ut diximus) tria

1 ſeſquipedali. *Dioſcor.*
2 flore. *Ch.*
3 quæ veſtibus adhæreſcit. *V.*
4 ſeminat. *M.* & intra ſeminat. *Ch.*
5 intra ſe. *V.*
6 *Hæc duo verba*, circa Opuntem, *non leg. in M.*
7 acris in rad. ſucci. *Ch.*
8 attollantur, in iis cau. pr. deſegitur. *V.* protrudantur, &c. impellitur. *Alii V.*

a *Amara & aphace & quæ picris nominatur, & ipſa toto anno florens. Nomen ei amaritudo impoſuit.*] Quoniam Hermolaus depravate hanc lectionem vult, ſubvereri ſe dicens, ut *apate* legend. ſit, non *aphace*, admonere lectores libuit *aphace*, non ut putat Hermolaus, ſcribendum eſſe, tum ex antiquo apographo, tum ex Theophraſto libro ſeptimo, capite undecimo. Enimvero temperare mihi hac parte nequeo, quo minus dicam riſum mihi excitare Hermolaum. Inquirit enim tanquam rem ſubtilis indaginis, cur Theodorus herbam *apathen*, *fraudem* verterit. Tandem colligit, ob id à Theodoro inditum nomen *fraus*, quod edentes amaritudine fallat, ſeu vere Theodorus in pleriſque nominibus vertendis aliam rationem quam etymologiæ ſequatur, ut in picris quam *amaragо*, & onopyxos quam *buxus aſininus*, & cynops quam *canis oculus*, & hypochœreſis quam *porcelliam* vertit, & aliis hujuſmodi multis in quibus & luſit & luſus eſt. *Pint.*

b *Notabilis & ſcillæ crocique natura.*] Hæc ex Theophraſto cap. 12. lib. 7. hiſtor. quod tamen de croco illic, Theophraſtus de narciſſo tradit vitioſo exemplari. *Dalec.*

a *Cypiri.*]

tria tempora [1] sationum ostendens. Bulborum generi quinam adnumerant & [a] [2] cypiri, hoc est, gladioli, radicem. Dulcis ea est, & quæ decocta panem etiam gratiorem faciat, ponderosioremque simul subacta. [b] [2] Non dissimilis est & quæ thesion vocatur, gustu aspera. Cæteræ ejusdem generis folio differunt. Asphodelus oblongum & angustum habet, scilla latum & tractabile, gladiolus simile nomini. [c] Asphodelus manditur, & semine [3] toto, & bulbo; sed hoc in cinere tosto, dein sale & oleo addito: præterea tuso cum ficis, præcipua voluptate, [d] ut videtur Hesiodo. [4] Traditur & ante portas villarum satum, remedio esse contra veneficiorum [5] noxiam. Asphodeli mentionem & Homerus fecit. Radix ejus [e] napis modicis similis est: neque alia numerosior, LXXX. simul acervatis sæpe bulbis. Theophrastus & fere Græci, princepsque Pythagoras, caulem ejus cubitalem, & sæpe duûm cubitorum, foliis porri silvestris [f] anthericon

1 aratio-num. V. & Ch. arandi. Virgil. arationis. Th.

2 Similis est. M. similis & quæ Thesion vocatur, gustu, &c. ex Th. vide Annot.

3 tosto. M.

4 tradunt. Ch.

5 noxam. Dal.

a *Cypiri.*] Phasgani Theophrasto, Xiphii Dioscorid. Inepte hoc Plinius. *Dalecamp.*

b *Non dissimilis est, &c.*] *Thesii radix gustu amara est, alvum tusa purgat.* Hæc tantum Theophrast. de thesio cap. 11. lib. hist. Plinius inconsiderate thesion plantam amaroris ingratissimi cum gladioli radice, suavi & esu jucunda, comparat. Quare arbitror hunc locum confusum sic esse reponendum, ut post illa, *Ei amaritudo imposuit*, hæc legantur, ut & infra cap. 22. lib. 22. *Idem.*

c *Asphodelus manditur & semine tosto & bulbo, sed hoc in cinere tosto, deinde sale & oleo addito, praeterea tuso cum ficis praecipua voluptate, ut videtur Hesiodo.*] Locus est ex septimo Theophrasti sumptus, ut innumeri alii in hoc opere; sed aliquot verbis adjectis vel à Plinio ipso vel à lectore; quam recte, judicent legentes. Nos verba Theophr. subjiciemus ex prædicto libro, capite duodecimo: *Quin albucum tostum in cinere manditur, & semen torrefactum usui est. Sed radix tusa cum ficis in usu maxime omnium venit, & jucunditatis plurimum auctore Hesiodo præbet.* (Eadem est & caulis acinosis) Tria prima verba superfluunt, ex antiquo exemplari. *Pint.* *Asphodelus.*] Manditur & caule igni blando cocto, tosto semine, & bulbo tuso cum ficis, præcipua utilitate, ut videtur, &c. Theophrast. *Dalec.*

d *Ut videtur Hesiodo.*]

Νήπιοι οὐδ' ἴσασιν ὅσῳ πλέον ἥμισυ παντὸς·
Οὐδ' ὅσον ἐν μαλάχῃ τε καὶ ἀσφοδέλῳ μέγ' ὄνειαρ.

Plato 3. de legibus Epimenidem vilissimo cibo confecto ex malva & asphodelo contentum fuisse tradit, qui illum servaret ἄλιμον καὶ ἄδιψον. Rhodig. cap. 7. 8. *Idem.*

e *Napis.*] Glandibus. Dioscorid. *Idem.*

f *Anthericon vocavere.*] Ἀνθέρικον, & pro

1 asphodelon. Hastula regia est caulis acinosi. *M.*
2 illos albucum vocant, & caulem hastulam regiam.
3 *Hæc tria verba*, ea est &, *in Ch. d.*
4 Ac duo. *Ch.*

ricon vocavêre: radicem vero, id est bulbos, [1] asphodelon. Nostri [2] illud albucum vocant, & asphodelum hastulam regiam. [3] Ea est & caulis acinosi. [4] Ejus [a] duo genera faciunt. Albuco est scapus cubitalis, amplus, purus, lævis. De quo Mago præcipit, exitu mensis Martii, & initio Aprilis, cum floruerit, nondum semine ejus intumescente, demetendum: findendosque scapos, & quarto die in Solem proferendos: ita siccatis [b] manipulos faciendos. [c] Item pistanam dicit à Græcis vocari, quam inter ulvas sagittam appellamus. Hanc ab Idibus Maji usque ad finem Octobris mensis decorticari, atque leni Sole siccari jubet. Idem & gladiolum alterum, quem cypiron vocant, & ipsum [d] palustrem, Julio mense [5] toto secari jubet ad radicem, tertioque [6] die in Sole siccari, donec candidus fiat. Quotidie autem ante Solem occidentem in tectum referri, quoniam palustribus desectis nocturni rores noceant.

5 toto, *in M. d.*
6 dein sole. *Ch.*

Cap. XVIII.

De junco, genera sex, & de cypero, & medicamentis eorum, & de cypiro, & odorato junco.

7 mariscum. *Ch.*
8 ante. *M.*

Similia præcipit & [e] de junco, quem [7] mariscon appellant, ad texendas tegetes: & ipsum Junio mense eximi [8] ad Julium medium præcipiens. Cætera de siccando, eadem quæ de ulva suo loco diximus.

& pro tota planta usurpat cap. 7. lib. 1. histor. *Dalec.*

a *Duo genera faciunt.*] Marem & fœminam, infra lib. 22. cap. eod. in princ. *Idem.*

b *Manipulos.*] Vel ad pabulum pecorum, vel ad ædificiorum tecta, ut in multis locis Galliæ. *Idem.*

c *Item pistanam dicit à Græcis vocari.*] Scribo *idem*, non *item*; ut referat Magonem, ex antiquo exemplari. *Pint.*

d *Palustrem.*] Sic à Magone vocari puto butomon Theophr. & acorum Officinarum. vel juncum triangulum à me descriptum. *Dal.*

e *De junco.*] *Juncus* Isidoro, quod radicibus hæreat. Mariscum, scirpum & holoschœnon eundem juncum esse volunt. Scirpum Festus & Isidorus ad texendas tegetes commendant, Mago hic mariscum. ad id vero quovis alio junco aptiorem esse holoschœnon, ex ejus proceritate cognoscimus. Sic idem usus eandem plantam ostendit. *Idem.*

a Alterum

ximus. [a] Alterum genus juncorum facit, quod [1] marinum, & à Græcis [2] oxyſchœnon vocari invenio. [b] Tria genera ejus: acuti, ſterilis, quem marem, & oxyn Græci vocant: reliqua fœminini, ferentis ſemen nigrum quem [3] melancranin vocant. Craſſior hic & fruticoſior. [4] Magiſque etiamnum tertius, qui vocatur holoſchœnos. Ex his melancranis ſine aliis generibus naſcitur. Oxys autem & holoſchœnos eodem cæſpite. Utiliſſimis ad vitilia holoſchœnos, quia mollis & carnoſus eſt. Fert fructum [5] ovorum cohærentium modo. [c] Naſcitur autem is, quem [d] marem [6] appellamus, ex ſemetipſo, cacumine in terram defixo: melancranis autem ſuo ſemine. Alioquin omnium radices omnibus annis intermoriuntur. Uſus ad naſſas marinas, [7] vitilium elegantiam, lucernarum lumina, [8] præcipua medulla, amplitudine juxta maritimas Alpes tanta, ut inciſo ventre [9] impleant pene [e] unciarum latitudinem, in Ægypto vero cribrorum longitudinem, non alias [10] utiliorem. Quidam etiamnum unum genus faciunt junci trianguli, cyperon

1 aquaticum. Theophraſtus.
2 oxyſchœnon. Dioſcor.
3 melancraniam appellant. Ch.
4 Magis magiſque. Ch.
5 ὤων. Alii, ſorborum.
6 appellavimus. Ch.
7 vitilium elegantium nexus. V.
8 præcipue. V.
9 impleat. V. ſub. medulla.
10 utiliores. V.

a *Alterum genus, &c.*] Lego, *Alterum genus juncorum aquaticum faciunt, quod & à Græcis ſchœnon vocari invenio.* Theophraſtus ἔνυδρον vocat, Galenus ἑλεῖον paluſtre, pro quo apud Dioſcoridem legitur λεῖον, læve. Dividitur in holoſchœnon & oxyſchœnos rurſus in ſterilem, tenuiorem, & fœcundum craſſiorem. Quidam legunt, *Alterum genus juncorum præter marinum faciunt, quod à Græcis ſchœnon, &c.* Nam eſt & marinus juncus æque ac paluſtris. *Dalec.*

b *Tria genera, &c.*] Legend. *Tria genera ejus, acuti & ſterilis; quem marem, &c. quem melancraniam appellant.* Vide Salmaſ. pag. 262. b.

c *Naſcitur autem is.*] Theophraſtus cap. 13. lib. 4. hiſtor. ἐκ τῆς κεφαλῆς, id eſt, radicis bulbuloſo capite radiculas quotannis renaſci tradit, & quæ natæ ſunt quotannis, emori. Deceptus Plinius κεφαλὴν cacumen vertit, & ut errore ſuo hallucinans, imaginatus eſt cacumen in terra defigi, & ſic juncum propagari tradidit rubi modo. *Dal.*

d *Marem.*] Theophraſto holoſchœnos, non oxyſchœnos mas, tametſi probetur magis mihi hæc Plinii lectio, quam vulgati exemplaris Theophraſti. Nam cum oxyſchœnos mas ſemen non ferat, ex radicis bulbuloſo capite is quotannis ut renaſceretur, natura conſtituit. *Idem.*

e *Unciarum latitudinem.*] *Pollicis.* Libræ partes uſurpantur etiam de pedis partibus, ut & cap. 8. lib. 33. quo loco tractat de coticula. Pes autem pollices 12. ut libra totidem uncias continet. *Idem.*

cyperon vocant. Multi vero non discernunt à cypiro vicinitate nominis. Nos distinguemus utrunque. [1] Cypirus est gladiolus, ut diximus, radice bulbosa, laudatissimus in insulis Creta, dein Naxo, & postea in Phœnice. Cretico [2] candor odorque vicinus nardo, Naxio acrior, Phœnicio exiguum spirans, nullus Ægyptio. Nam & ibi nascitur. [a] Discutit duritias corporum. Jam enim remedia dicemus: quoniam & florum odorumque generi est magnus usus in medicina. Quod ad cypiron attinet, Apollodorum quidem [3] sequar, qui negabat bibendum: [b] quanquam professus efficacissimum esse [4] adversus calculosos, [5] eo fovet. Fœminis quidem [c] abortus facere non dubitat. Mirumque tradit, barbaros suffitum hujus herbæ excipientes ore, lienes consumere: & non egredi [6] domibus, nisi ab hoc suffitu. Vegetiores enim firmioresque sic [7] etiam fieri. Intertriginum & alarum vitiis, perfrictionibusque cum oleo illitum, non dubie mederi. [d] Cyperos juncus est, qualiter diximus, angulosus, juxta terram candidus, [8] cacumine niger, pinguisque. Folia ima porraceis exiliora, in cacumine minuta, inter quæ est semen. Radix olivæ nigræ similis, quam cum oblonga est, cyperida vocant, magni in medicina usus. Laus cypero prima [e] [9] Hammoniaco, secunda

1 Cyperus. *Ch.*
2 color. *Rondeletius.*
3 sequimur. V.
4 adversus alculos. *Alii*
5 eo quidem fœtas fœminas abortivas fieri. *M.*
6 omni die. *M.*
7 etiam in die fieri. *Ch.*
8 cacumine caulis min. *Diosc.*
9 Armenio. V.

a *Discutit duritias corporum.*] Dioscoridi radix gladioli panos discutit. *Dalec.*

b *Quanquam professus, &c.*] Lege, *quamquam professus efficacissimum esse adversus calculos. Os eo fovet.* Paulo post lege: *laus prima Hammoniaco, secunda Rhodio, tertia Therao.* à Thera insula Cycladum una, vel ut alii Sporadum. Vide *Salmas.* 1000. 2.

c *Abortus facere.*] Menses pellit Dioscoridi, perfrictionibus vulvæ, & præclusionibus medetur. *Dalec.*

d *Cyperos juncus est.*] In eptissime Plinius cypirum à cypero distinguit. *Idem.*

e *Hammoniaco.*] *Armeniaco*, quamvis cap. 23. lib. 12. *Hammoniacum* vocari scribat, quoniam juxta oraculum Hammonis ferula ea nascitur, quod & de cypero nos existimare possumus, quoniam is maxime gaudet fontibus in arenoso loco scaturientibus, qualis est Jovis Hammonis fons, supra cap. 5. lib. 5. *Idem.*

a *Consum-*

cunda Rhodio, tertia Thracio, novissima Ægyptio, [1] quod & [a] confundit intellectum, quoniam & cypiros ibi nascitur. [b] Sed cyperos durissima, vixque spirans. Cæteris odor [2] & ipsis nardum imitans. Est & per se Indica [3] herba, quæ [4] cyperis vocatur, zingiberis effigie: commanducata croci vim reddit. [5] Cypero vis in medicina psilothri. [6] Illinitur pterygiis hulceribusque genitalium, & quæ [7] in humore sunt omnibus, sicut oris hulceribus. [c] Radix adversus serpentium ictus, scorpionum præsertim, remedio est. Vulvas aperit pota. Largiori tanta vis, ut expellat eas. Urinam ciet & calculos, ob id utilissima hydropicis. Illinitur & hulceribus, quæ serpunt, sed his [8] præcipue, quæ in stomacho sunt, ex vino vel aceto illita. Junci radix in tribus heminis aquæ decocta ad tertias, tussi medetur. Semen tostum & in aqua potum, sistit alvum & fœminarum menses [d] capitisque dolores facit. [9] At qui vocatur holoschœnos, ejus quæ proxima sunt radicis, commanducantur adversus araneorum morsus. Invenio etiamnum unum junci genus, quod [10] euripicen vocant. Hujus semine [e] somnum allici, sed modum servandum, ne sopor fiat. Ob id & odorati junci medicinæ dicentur, quoniam & in Syria cœle (ut suo loco retulimus) nascitur. Laudatissimus ex Nabatæa, cognomine teuchites, [11] proximus Babylonius, pessimus ex Africa, ac sine odore. Est autem rotundus, [12] vinosæ

1 quæ. M.
2 est ipsam. V.
3 radix. Diosc.
4 cypira. Ch.
5 in M. d. Cyperipi, Dal.
6 Cyperus illin. V.
7 in tum ore, &c. Sic & oris. M.
8 præcipua. M.
9 At ejus qui. Dal.
10 Æthiopicum. Dioscor.
11 proximus Arabicus, quem alii Babylonium cognominant, alii Teuchitin, pessimus. Diosc.
12 igneæ. Rond. ex Diosc.

a *Confundit intellectum.*] Errorem suum Plinius olfacit. *Dal.*

b *Sed cyperos durissima.*] Idem paulo antea de cypiro scripsit. *Idem.*

c *Radix adversus serpentium ictus & scorpionum præsertim remedio est.*] Scribo, *Radix adversus serpentes & scorpionum ictus præsentis remedii est*, ex vetusto codice. *Pint.*

d *Capitisque dolores facit: at qui vocatur holoschœnos, ejus quæ proxima sunt radicis, commanducantur adversus araneorum morsus.*] Emendatior antiqua lectio: *Capitis dolores facit qui vocatur holoschœnos. Quæ proxima sunt, &c.* Idem.

e *Somnum allici.*] Ὕπνον somnum vocit κωματώδη soporem. Sic Galenus de semine papaveris, ὑπνωτικὸν δ' ἐστὶν, εἰ δὲ καὶ πλεῖον ληφθείη, κωματῶδες. *Dal.*

nosæ mordacitatis ad linguam. Sincerus in confricando odorem rosæ emittit [1] rubentibus fragmentis. Discutit inflationes, [a] ob id stomacho utilis, bilemque & sanguinem rejicientibus. Singultus sedat, ructus movet, urinam ciet, vesicæ medetur. [b] Ad muliebres usus decoquitur. Opisthotonicis cum resina arida imponitur. Excalfactoria [2] & rosa. Uteros astringit, [3] refrigerat. Usus ejus dividitur in folia & flores. Capita foliorum partesque candidæ, [c] ungues vocantur. In flore aliud est semen, aliud [d] capillus in capite, aliud [e] calix. Folium siccatur, aut tribus modis exprimitur. Per se cum ungues non detrahuntur: ibi enim humoris plurimum. Aut cum detractis unguibus, reliqua pars aut [f] oleo aut vino maceratur in Sole vasis vitreis. [g] Quidam & salem admiscent, & anchusam nonnulli, aut aspalathum, aut juncum odoratum: quia talis maxime prodest vulvæ ac dysentericis. Exprimuntur eadem folia detractis unguibus, trita per linteum spissum in æreum vas, lenique [h] igni succus

1 purpurescens, fragilis. *Diosc.*

2 ut. *Ch.*

3 refrigeratos, ut ajunt. Dividitur in folia, & flores, & capita. In flore partes candidæ ungues vocantur. Aliud est, &c. *Alii.*

a *Ob id stomacho utilis.*] De flore id Dioscor. *Dalec.*

b *Ad muliebres usus decoquitur.*] Decoctum ad inflammationes vulvæ insidentibus fœminis utile. Diosc. *Id.*

c *Vngues vocantur.*] Diosc. ὄνυχας vocat. Asclepiades lib. 4. κατὰ τόπους, in ocularibus medicamentis τοὺς λοβούς. *Idem.*

d *Capillus in capite.*] Capillum auctor supra cap. 4. *luteos apices* vocat. Dioscorides τὸ ἐν μέσοις ῥόδοις ἀνευρισκόμενον ἄνθος. *florem qui in mediis rosis invenitur.* Idem vocat φύλλα non fruticis folium, quod caules & ramos vestit, ut hic Plinius, sed floris veluti laminas, qua significatione sæpius usus est Plinius supra citato loco, & paulo post hoc ipso capite. *Idem.*

e *Calix.*] *Calix*, id quod flore lapso papposam lanuginem & semen continet: *cortex*, ut supra è cap. 4. hujus lib. constat, flores, priusquam in alabastros fastigietur, & tumescens dehiscat, involucrum. *Idem.*

f *Oleo aut vino maceratur.*] Oleo in confectionem unguenti rosacei, apud Dioscoridem cap. 54. lib. 1. quamvis confectio ab eo describitur operosior: vino, ad confectionem vini rhoditis, cujus descriptio est apud Dioscoridem cap. 35. lib. 5. *Idem.*

g *Quidam & salem admiscent & anchusam nonnulli.*] Muta verborum ordinem: *Quidam & salem admiscent. Nonnulli & anchusam*, ex vetere codice. *Pint.*

h *Igni succus, &c.*] Dioscor. in umbra terit, & cogit absque igne, nec in æreum vas excipit. *Dalec.*

a *Usus*

cus coquitur donec fiat crassitudo mellis. Ad hoc eligi oportet odoratissima quæque folia.

Cap. XIX.

Ex rosa medicinæ, & de lilio, & de narcisso, & ex viola, & de bacchare, & combreto, & asaro.

Vinum quomodo fieret è rosa, diximus inter genera vini. [a] Usus succi ad aures, oris hulcera, gingivas, tonsillas, gargarizatus, stomachum, vulvas, sedis vitia, capitis dolores. In febre per se, vel cum aceto ad somnos, nauseas. Folia uruntur in [1] calliblepharum. [b] [2] Et siccis fœmina asperguntur. Epiphoras quoque arida leniunt. Flos somnum facit. Inhibet fluxiones mulierum, maxime albas, in posca potus: & sanguinis excreationes. Stomachi quoque [c] dolores, [3] quantum in vini cyathis tribus. [d] Semen his optimum crocinum, nec anniculo vetustius: & in umbra [4] siccatur. Nigrum inutile. Dentium dolori illinitur. Urinam ciet. Stomacho imponitur. Item igni sacro non veteri. Naribus subductum caput purgat. Capita pota ventrem & [e] sanguinem sistunt. Ungues rosæ epiphoris salubres sunt. Hulcera enim oculorum [f] rosa sordescunt, præterquam initiis epiphoræ, ita ut arida cum pane imponatur. Folia quidem

1 calliblephara. V.
2 sicca unguentis asp. Dioscor.
3 potus. V. tantum. Ch.
4 siccatum. P. & Ch.

a *Usus succi ad aures, oris ulcera, gingivas, tonsillas, gargarizatus.*] Verbum *succi* detrahendum est, ex antiquo exemplari & *gargarizatu* legit, non *gargarizatus*, ut legendum putem *gargarizati*, & repetendum *vini*. Et paulo post *liniunt* habet, non *leniunt*. Et uno post versu, *tantum*, non *quantum*. Pint. *Usus succi ad aures.*] Dioscorides hæc omnia de liquore expresso ex aridis rosis in vino decoctis. *Dalec.*

b *Et siccis fœmina asperguntur.*] Ξηρὰ δὲ λεῖα τοῖς μύρεσι ἐπιπάσσεται. Dioscor. Sicca & trita unguentis asperguntur. Plinius legit τοῖς μηροῖς. *Id.*

c *Dolores.*] Ex acri humore. *Idem.*

d *Semen his optimum*] Καρπὸν *semen* reddit, ut aliis multis locis. Legendum puto. *Fructus his optimus crocinus, nec anniculo vetustior, & umbra siccatus.* Id.

Semen his optimum crocinum.] Scribo, *Seminis optimum crocinum.* & statim *siccatum*, non *siccatur*, ex antiquo codice. *Pint.*

e *Sanguinem sistunt.*] Sanguinis per os rejectiones. Dioscor. *Dal.*

f *Rosa sordescunt.*] Succo è rosæ follis expresso. *Idem.*

quidem vitiis ſtomachi, roſionibus & vitiis ventris, & inteſtinorum, & [a] præcordiis utiliſſima vel illita. Cibo quoque lapathi modo condiuntur. [b] Cavendus in his ſitus celeriter [1] inſidens: & aridis [2] & [c] expreſſis aliquis uſus. Diapaſmata inde fiunt [d] ad ſudores coërcendos, ita ut à balineis inareſcant corpori, dein frigida abluantur. [3] Silveſtris cum adipe urſino [e] alopecias mirifice emendat. Lilii radices multis modis florem ſuum [4] nobilitavêre, [f] contra ſerpentium ictus ex vino potæ, & contra fungorum venena. Propter clavos pedum in vino decoquuntur, triduoque non ſolvuntur. Cum adipe aut oleo decoctæ, pilos quoque aduſtis reddunt. E mulſo potæ inutilem ſanguinem cum alvo trahunt. [5] lienique & ruptis vulſis proſunt & menſibus fœminarum. In vino vero decoctæ, impoſitæque cum melle nervis præciſis medentur. [6] Lichenas & lepras, & furfures in facie emendant. [g] Erugant corpora. Folia in aceto cocta, vulneribus imponuntur: [7] epiphoris teſtium in melle cum hyoſcyamo & farina tritici. Semen illinitur igni ſacro: flos & folia hulcerum vetuſtati. Succus, qui flore expreſſus eſt, ab aliis mel vocatur, ab aliis [8] ſyrium, ad [9] emolliendas vulvas ſudoreſque faciendos, & ſuppurationes [10] coquendas. [h] Narciſſi duo genera

1 inſidens & ariditas. At expreſſis. *M.*
2 aut. *Ch.*
3 Sil., pilulæ cum ad. urſ. alopecias emendant. *M. & Ch.*
4 nobilitant. *Ch.*
5 lienique ruptis, & vulſis proſunt, & menſtruis fœ. *M.*
6 Contra lichenas. *Ch.*
7 ſi teſtium melius cum hyoſc. *Ch.*
8 ſeireum. *Dal. quaſi ſapa. Vide Annot. c. 4. & 24.*
9 emolliendas. *Ch.*
10 concoquendas. *Ch.*

a *Præcordiis.*] Inflammatis. Dioſcor. *Dalec.*

b *Cavendus in his ſitus, &c.*] Roſarum folia, dum ſiccantur, aſſidue verſanda ſunt, *ἵνα μὴ εὐρωτιάσῃ*, ne ſitum, contrahant, & à vermiculis erodantur. Dioſcor. Noſtri ne eo vitio corrumpantur acero quam acerrimo conſpergunt. *Idem.*

c *Expreſſis aliquis uſus.*] Tritis. Dioſc. *λείοις*. De paſtillis roſeis Dioſcor. id tradit, non de roſæ foliis. *Idem.*

d *Ad ſudores coërcendos.*] Sudoris obtundendam graveolentiam. Dioſcorid. *Idem.*

e *Alopecias mirifice emendat.*] Silveſtris roſæ ſpongia uſta, plurimum ad id valet. *Idem.*

f *Contra ſerpentium ictus.*] De foliis & ſemine hoc Dioſcor. *Idem.*

g *Erugant corpora.*] Titinio apud Feſtum medicamentum hoc *tentipellium* vocatur. [illegible], ut exponit Gloſſarium vetus, *φάρμακον αἶρον ῥυτίδας*. Verba Poëtæ ſunt,

Tentipellium inducis, ruga in ore extenduntur.

Idem.

h *Narciſſi duo genera in uſu medici recipiunt.*] Lego *medicinæ*, non *medici* ex

genera in [1] usu medici recipiunt. Unum purpureo flore & alterum [2] herbaceum. [3] Hunc stomacho inutilem, & ideo vomitiorium, alvosque solventem, nervis inimicum, caput gravantem, & à narce narcissum dictum, non à fabuloso puero. Utriusque radix mulsei saporis est. Ambustis prodest cum exiguo melle. Sic & vulneribus & luxatis. Panis vero cum melle & [4] avenæ farina. Sic & infixa corpori extrahit. In polenta [5] tritus oleoque, contusis medetur & lapide percussis. Purgat vulnera permistus farinæ. Nigras vitiligines emaculat. Ex hoc flore fit narcissinum [6] oleum ad emolliendas duritias, [7] calfacienda quæ alserint. Auribus [8] est utilissimus: sed capitis dolores facit. Violæ silvestres sunt, & sativæ. Purpureæ refrigerant. Contra inflammationes illinuntur stomacho ardenti. Imponuntur & capiti in fronte. [a] Oculorum privatim epiphoris, & sede [9] procidente vulvave: & contra suppurationes. Crapulam & gravedines capitis impositis coronis [10] olfactuve discutiunt. Anginas ex aqua potæ. [b] Id quod purpureum est ex iis, comitialibus medetur, maxime pueris in aqua potum. Semen violæ scorpionibus adversatur. Contra [c] flos albæ suppurata aperit: [11] ipsa discutit. Et alba autem & lutea extenuant [12] menstrua, urinam cient. Minor vis est recentibus: ideoque [13] aridis post annum utendum. Lutea dimidio cyatho in [14] aquæ tribus, menses trahit. Radices ejus cum aceto illitæ sedant lienem: item podagram: oculo-

1 usum. *V. & Ch.*
2 herbaceo. *V.* croco. *Dioscor.*
3 utrumque stom. *Dioscor.*
4 ærinea. *V.* lolii, *scilicet.*
5 trita. *Dal.*
6 unguentum. *Dioscor.*
7 & calf. quæ alserint, auribus utilissimum. *V.*
8 utilissimum, sed &c. *Ch.*
9 procedente. *M.* sedi procidenti. *V.*
10 olfactuque. *Ch.*
11 ipsaque. *V.*
12 expellunt. *Dioscor.*
13 attritis. *M.*
14 aqua trita. *M.*

ex vetere codice. ut infra hoc ipso capite: *Bacchar in medicinæ usu aliqui ex nostru perpensam vocant.* Pint.

a *Oculorum privatim epiphoris.*] Verbum *privatim* redundat, ex eodem. Et paulo infra, *menses* non *menstrua.* Et statim post, *minor vis est recentibus*; deme verbum *est*. Pint.

b *Id quod purpureum est ex iis.*] De Asteris flore id Dioscorides scribit, ac quamvis rursum ad finem capitis de viola purpurea in exemplari Græco repetatur, Ruellius tamen nec agnoscit, nec nec vertit. *Dal.*

c *Flos albæ suppurata.*] Flos τῆς λευκοΐου, cujuscunque coloris sit præter purpureum. *Idem.*

a Ever-

1 sanantoris hulcera. *Dioscor.*
2 hulcera, & quæ in humidis sunt: cum cerato rimas sedis, ex aceto, &c.
3 Baccharis. *Dioscor.* Bacchar & in medicinæ usu est. Aliqui ex nostris, &c.
4 perpressam. *Ch.*
5 ægilopis incipientibusque ignibus. *V.*
6 Item si vetere vino radices ejus tres quat. decoquantur ad ter. partes hæc, &c. *M.*
7 rami. *Ch.*
8 à partu. *V.*
9 compunctiones, &c. Tunditur cum. *M.*
10 in diapasmata. *V.*
11 sumpta. *Ch.*
12 mittit. *M.*

oculorum autem inflammationes cum myrrha & croco. Folia cum melle [1] purgant capitis [2] hulcera: cum cerato rimas sedis, & quæ in humidis sunt. Ex aceto vero collectiones sanant. [3] Bacchar in medicinæ usu aliqui ex nostris [4] perpensam vocant. Auxiliatur contra serpentes, capitis dolores fervoresque: item epiphoras. Imponitur mammis tumentibus à partu & [5] ægilopis incipientibus & ignibus sacris. Odor somnum gignit. Radicem decoctam bibere spasticis, [a] eversis, convulsis, suspiriosis salutare est. [b] [6] In tussi vetere [7] radices ejus tres quatuorve decoquuntur [8] ad tertias partes. Hæc potio mulieres [c] ex abortu purgat. Laterum [9] punctiones tollit, & vesicæ calculos. [d] Conditur [10] cum diapasmate. Vestibus odoris gratia inseritur. Combretum, quod simile ei diximus, tritum cum axungia, vulnera mire sanat. Asarum jocinerum vitiis salutare esse traditur, uncia [11] sumptum in hemina mulsi misti. Alvum [e] purgat ellebori modo. Hydropicis prodest & præcordiis vulvisque ac morbo regio. In mustum si addatur, facit vinum urinis ciendis. Effoditur cum folia [12] emittit. Siccatur in umbra. Situm celerrime sentit.

Cap.

a *Eversis.*] Πτώματα, ex alto præcipitatis. *Dalec.*

b *In tussi radices ejus tres quatuorve.*] *Rami* quidem in nostro codice legitur, non *radices*. Sed Dioscorides nos admonet impressam lectionem veriorem esse. *Pintian.*

c *Ex abortu purgat.*] Ex teneris radicibus apposita una partum extrahit, & ad puerperarum incessus additur. *Dal.*

d *Conditur cum diapasmate.*] Lege: *Tunditur utiliter ad diapasmata.* Tusis autem & in pulverem redactis siccis aromatibus fiebant diapasmata. Vide *Salmas.* pag. 1068. a.

e *Purgat ellebori modo.*] Radice drachmis sex ex aqua mulsa pota. *Dioscor. Dalec.*

a Nale-

CAP. XX.

De nardo Gallico, & de croco medicina, & crocomagmate, & saliunca, & polio, & iri, & holochryso, & chrysocome, & meliloto.

ET quoniam quidam, ut diximus, nardum rusticum nominavere radicem baccharis, contexemus & Gallici nardi remedia in hunc locum [1] dilata in peregrinis arboribus. Ergo adversus serpentes duabus drachmis in vino succurrit. [2] Inflammationibus coli, vel ex aqua vel ex vino. Item jocineris & renum, suffusisque [3] felle. Ex hydropicis per se, vel cum absinthio. Sistit purgationum [4] mulierum impetus. Ejus vero quod phu eodem loco appellavimus, radix datur potui trita, vel decocta ad strangulationes, vel pectoris dolores vel laterum. Menses quoque ciet. Bibitur cum vino. Crocum melle non solvitur, [a] nulloque dulci: facillime autem vino, aut aqua utilissimum in medicina. Adservatur [b] cornea pyxide. [c] Discutit inflammationes omnes quidem, sed oculorum maxime [5] ex [6] ovo illitum. Vulvarum quoque strangulatus, stomachi exhulcerationes, pectoris & renum, jocinerum, pulmonum vesicarumque, peculiariter inflammationi earum vehementer utile. Item tussi & pleuriticis. Tollit & pruritus. [7] Urinam ciet. Qui crocum prius biberint, [d] crapulam non sentiunt, ebrietati eo resistunt. Coronæ quoque ex eo mulcent ebrietatem. Somnum facit. Caput

1 dilata cum disputaremus de peregr. *M.*
2 Inflationibus. *Ch.*
3 felle & hydropicis. Per se, vel cum absinthio sistit. *M.*
4 muliebrium. *V. & Ch.*
5 cum humano lacte. *Dioscor.*
6 ovo. In vulvarum, &c. *Ch.*
7 Urinam. *Ch.*

a *Nulloque dulci.*] Cap. tamen 6. l. 21. legimus, crocum mire vino congruere præcipue dulci, ad theatra replenda. *Dal.*

b *Cornea pyxide.*] Nostris mercatoribus plumbea magis. *Idem.*

c *Discutit inflammationes.*] Imo potius coquit. Habet enim vim maxime πεπτικὴν, & subastringentem. *Id.*

d *Crapulam non sentiunt, ebrietati eo resistunt.*] Illud *eo*, non habetur in vetusto exemplari. Sequentia duo verba putamus etiam non esse Pliniana, sed expositionem proxime præcedentium. *Pintian.*

e *Movet.*]

put leniter [a] movet. Venerem ſtimulat. Flos ejus igni ſacro illinitur cum creta Cimolia. Ipſum plurimis medicaminibus miſcetur. [b] Collyrio uni etiam nomen [1] dedit, [c] ex eo quoque [2] expreſſo unguento crocino, quod crocomagma appellant. Habet ſuas utilitates contra ſuffuſiones oculorum. Urinas magis [3] excalfacit, quàm crocum ipſum. Optimum, quod [4] guſtatum [5] ſalivam denteſque inficit. Iris rufa melior quam candida: infantibus eam circumligari ſalutare eſt, [6] dentientibus præcipue & tuſſientibus, [d] [7] tinearumve vitio laborantibus inſtillari. Cæteri effectus ejus non multum à melle differunt. Hulcera purgat capitis præcipue [8] ſuppurationes veteres. Alvum ſolvit duabus drachmis cum melle. Tuſſim, tormina, inflationes, pota: Lienes ex aceto. Contra ſerpentium & araneorum morſus, ex poſca valet. Contra ſcorpiones, duarum drachmarum pondere in pane vel aqua ſumitur. Contra canum morſus, ex oleo imponitur: & contra perfrictiones. Sic & nervorum doloribus. Lumbis vero & coxendicibus cum reſina illinitur. Vis ei [9] concalfactoria. Naribus ſubducta, ſternutamenta movet caputque purgat. Dolori capitis cum cotoneis malis aut ſtrutheis illinitur. Crapulas

1 dedit. Eſt quoque vis expreſſi unguenti crocini quod. M. dedit ſex quoque expreſſis. Ch.
2 fit expreſſo. V.
3 ciet. V.
4 guſtatu. Ch.
5 linguam. Dioſc.
6 dentibus. Ch.
7 teniaram. Dal.
8 & ſuppur. V.
9 calfactoria. M.

a *Movet.*] Gravat, replet, afficit, tentat. Idem Galenus multis locis. *Dalec.*

b *Collyrio uni etiam nomen dedit.*] Scribe: *Collyrio uni etiam nomen dedit. Fex quoque expreſſi unguento crocino quod crocomagma appellant, habet ſuas utilitates contra ſuffuſiones oculorum.* Fæx croci expreſſi unguento crocino κροκόμαγμα dicebatur. Porro ſcribe: *habet ſuas utilitates contra ſuffuſiones oculorum, urinas. magis excalfacit quam crocum ipſum.* habet utilitates contra urinas, id eſt, οὐρητικὴν ἔχει δύναμιν. *Salmaſ.* pag. 108. *Collyrio uni etiam nomen, &c.*] Collyrio διὰ κρόκου à Paulo deſcripto, atque etiam parte aliqua collyrio διὰ ῥόδων crocino ejuſdem auctoris. *Dalec.*

c *Ex eo quoque expreſſo unguento crocino, quod crocomagma appellant.*] Lego, *fex quoque expreſſi unguento crocino, &c.* ex vet. cod. confirmante etiam eam lectionem Dioſcoride libro primo. *Pintianus.*

d *Tinearumve vitio laborantibus, &c.*] *Tineas* Plinius Latine reddit Græcorum ἕλμινθας, (lumbricos) quod & multis locis in Dioſcoridis verſione Ruellius imitatur, ut capite de Thymo. *Idem.*

a *Geni-*

las quoque & orthopnœas diſcutit. Vomitiones ciet, duobus obolis ſumpta. Oſſa fracta extrahit, impoſita cum melle. Ad paronichias farina ejus utuntur: [1] cum vino, ad clavos, vel verrucas, tri- *1 teruntur in vino. Ch.* duoque non ſolvitur. Halitus oris commanducata abolet, alarumque vitia. Succo duritias omnes emollit. Somnum conciliat, ſed [a] genituram conſumit. Sedis rimas & condylomata, omniaque in corpore excreſcentia ſanat. Sunt qui ſilveſtrem xyrin vocent. Strumas hæc, vel panos, vel inguina diſcutit. Præcipitur, ut ſiniſtra manu [2] lecta ad *2 lecta in M. d.* hos uſus [3] eruatur, colligenteſque dicant, cujus *3 ſerve-tur. M.* hominis utique cauſa eximant. Scelus herbariorum [4] aperitur in hac mentione. [5] Partem ejus ſervant, *4 aperie-tur. M. & Ch.* & [b] quarundam aliarum herbarum, ſicut plantaginis: & ſi parum mercedis tuliſſe ſe arbitrantur, *5 Partes. Ch.* [c] [6] rurſuſque opus quærunt, partem eam quam ſervavêre, eodem loco infodiunt: credo, ut [d] vitia, *6 rurſus ut plus opum acqui-rant. M.* quæ ſanaverint, faciant rebellare. Saliuncæ radix in vino decocta ſiſtit vomitiones, corroborat ſtomachum. [e] [7] Polio Muſæus & Heſiodus perungi *7 Pollio. Ch.* jubent dignationis gratia, gloriæque [8] avidos polium *8 avidis polium tra-ctari, coli. M. & Ch.*

a *Genituram conſumit.*] Prodeſt iis, quibus genitura effluit. Dioſcorid. τὴν γονὴν, τὸ σπέρμα. Græci præterea & θόρον vocant, quaſi vim & impetum quendam: nam etiam θουρὸς, βίαιος. id quod ſignificavit Arnobius lib. 5. cum ſcribit: *Sancta & ferventia Numina vim vomuiſſe Lucilii.* Heſychius & αὐτομάτην nominat, præſertim cum cogitatione aut memoria Veneris erumpit ſponte, qualem his verſibus Nonnus oſtendit:

Οὐτίσον ἱμείρων ἐπεμαίνετο κυπρογενείην,
Ἣν ποθέων ἀέκητι, γονὴν ἔσπειρεν ἀρούρῃ,
Θερμὸν ἀκοντίζων αὐτόσσυτον ἀφρὸν ἐρώτων.

Feſtus notat ſic effuſam in terram genituram Aphris dici Bulbit, quod vocabulum fœditatem ſignificat & confuſionem. *Scaliger.*

b *Quarundam aliarum herbarum.*] Ut ranunculi. *Dalec.*

c *Rurſuſque opus quærunt.*] Ab ægro rurſum advocati. *Idem.*

d *Vitia quæ ſanaverint.*] *Rebellaverint* non *ſanaverint*, in eodem. Credo tamen legendum eſſe *debellaverint.* Pint.

e *Polio Muſæus, &c.*] Legend. *Polio Muſæus & Heſiodus perungi jubent, dignationis gloriæque avidos, polium tractari, coli polium contra ſerpentes ſubſterni, ſuffiri, potari in vino, decoqui recens, vel aridum, illinique. Vel ſplenеticis propinant in aceto.* Vide Salmaſ. pag. 1067. b.

a *Stoma-*

lium tractare, colere. Polium contra serpentes [1] substernitur vel portatur. Medici in vino decoquunt recens, vel aridum, illinuntque, vel spleneticis propinant ex aceto: morbo regio in vino: & hydropicis incipientibus in vino decoctum. Vulneribus quoque [2] sic illinunt. Secundas mulierum, partusque emortuos [3] repellit: item dolores corporis: Vesicas inanit: & epiphoris illinitur. Nec magis alia herba convenit medicamento, quod alexipharmacon vocant. [a] Stomacho tamen inutile esse, caputque eo impleri, & abortum fieri poto, [b] aliqui negant. [4] Ad religionem addunt, ubi inventum sit, protinus [5] adalligandum contra oculorum suffusiones, cavendumque ne terram attingat. Hi & folia ejus thymo similia tradunt, nisi quod molliora sunt, & lanatiore canitie. Cum ruta silvestri, & si teratur ex aqua cœlesti, aspidas mitigare dicitur: & non secus atque cytinus [c] astringit & cohibet vulnera, prohibetque serpere. [6] Holocrysos medetur stranguriæ in vino pota, & oculorum epiphoris illita. Cum fæce vero vini cremata & polenta, lichenas emendat. Chrysocomes radix calfacit, & [7] stringit. Datur potui ad jocinerum vitia: item pulmonum: vulvæ dolores in aqua mulsa decocta. Ciet menstrua: & si cruda detur, hydropicorum aquam. Melissophyllo sive [8] melittide si perungantur alvearia, non fugient apes. Nullo enim magis gaudent flore. [9] Copia istius examina facillime continentur. Idem præsentissimum est contra ictus earum vesparumque, & araneorum: item scorpio-

1 substerni, vel portari. *M.*

2 sic, *in M. d.*

3 expellit. V. mortuos pellit. *Ch.*

4 Et. *Ch.*

5 alligandum. *Ch.*

6 Elichrysos. *Dioscor.*

7 adstringit. V.

8 Melittæna. *Dioscor.* & *Ch.*

9 Scopis ejus. *Ch.*

a *Stomacho tamen inutile esse.*] Non solum quod utilitatis nihil affert, sed etiam quod noxium est, ut inimicus, non solum qui amicus & benevolus non est, sed qui etiam malevolus. Horat.

Namque pila lippis inimicum & ludere crudis.

Duarenus cap. 11. 1. *Dalec.*

b *Aliqui negant.*] Quod Dioscorides scriptum reliquit. *Idem.*

c *Astringit.*] Falsum hoc, & præter medicinæ rationem, undecunque Plinius citaverit. *Idem.*

a Vulva-

ſcorpionum. Item contra [a][1] vulvarum ſtrangulationes, addito nitro. Contra tormina, è vino. Folia ejus ſtrumis illinuntur, & ſedis vitiis, cum ſale [2] decocta. Succus fœminas purgat, & [3] inflationes diſcutit, & hulcera ſanat. Articularios morbos ſedat, caniſque morſus. Prodeſt dyſentericis veteribus & cœliacis, & orthopnoicis, lienibus, hulceribus thoracis. Caligines oculorum ſucco cum melle inungi eximium habetur. Melilotos quoque [b] oculis medetur cum lacte, aut cum lini ſemine. Maxillarum quoque dolores lenit: & capitis cum roſaceo: item aurium è paſſo, quæque in manibus [4] intumeſcunt, vel erumpunt. Stomachi dolores in vino decocta, vel cruda tritaque. Idem effectus [5] & ad vulvas. Teſtes vero & ſedem prociduam, quæque ibi ſint [6] vitia recens ex aqua decocta, vel ex paſſo. Adjecto roſaceo illinitur ad carcinomata. Deferveſcit in [c] vino dulci. Peculiariter & contra [d] meliceridas efficax.

1 fungorum. *Dioſcor.*
2 decocta ſuccus. *Ch.*
3 inflammationes. *Ch.*
4 intumeſcant, vel rumpant. *Ch.*
5 eſt ad. *V.*
6 vitia. Recenti, &c. paſſo, adjecto roſ. illinuntur carcin. *M.*

CAP. XXI.

De trifolio, & thymo, & hemerocalle, & de helenio, & abrotono.

TRifolium ſcio credi prævalere contra ſerpentium ictus & ſcorpionum, ex vino aut poſca, ſeminis granis viginti potis: vel foliis, & tota herba decocta: ſerpenteſque nunquam in trifolio aſpici. Præterea [7] celebratis auctoribus, contra omnia venena pro antidoto ſufficere [8] xxv. grana ejus, quod

7 à celebr. *V.*
8 xxxv. *Ch.*

a *Vulvarum ſtrangulationes.*] Fungorum, *μυκήτων*. Dioſcor. Plinius legit, *μυγγῶν*. *Dalec.*

b *Oculis medetur cum lacte aut cum lini ſemine.*] Scribe, *oculis medetur cum luteo ovi aut lini ſemine.* tum ex antiquo exemplari, tum ex Dioſcoride libro tertio ad verbum. *Pint.*

c *Vino dulci.*] Paſſo ad morbos ſupra recitatos. *Dalec.*

d *Meliceridas.*] Recentes per ſe cum aqua. Dioſcor. *Idem,*

[1] quod [2] myniantes ex eo appellavimus, tradi. Multa alia præterea in remediis ejus adscribi. Sed me contra sententias eorum gravissimi viri auctoritas movet. Sophocles enim Poëta venenatum id dicit. [b] Simus quoque [2] medicus decocti, aut contriti succum infusum corpori, easdem [3] uredines facere, [4] quas si percussis à serpente imponatur. [c] Ergo non aliter utendum eo, quam contra venena, [5] censuerim. Fortassis enim & his venenis inter se contraria sit natura, sicut multis aliis. Item animadverto, semen ejus, cujus minima sint folia, utile esse ad custodiendam mulierum cutis gratiam, in facie illitum. Thymum colligi oportet in flore, & in umbra siccari. [d] Duo autem sunt genera ejus: candidum, radice lignosa, in collibus nascens, quod & præfertur: alterum nigrius, florisque nigri. [e] Utraque oculorum claritati multum conferre existimantur, & in cibo, & in medicamentis. Item [6] diutinæ tussi ecligmate faciles excreationes [7] facere [f] cum aceto & sale. Sanguinem concrescere non pati è melle: Longas faucium distillationes extra illita cum sinapi, extenuare: item stomachi & ventris vitia. Modice his tamen utendum est, quoniam excal-

1 quod menianthes appell. V.

2 ex medicis M è medicis. Ch

3 ægritudines facere quasi percussis. M.

4 quasi. Ch.

5 censuerunt. M.

6 diutina tussi in eligm. V.

7 facere, Cum aceto & sale sang. concr. non patitur Et melle longas, &c. extenuat. V.

a *Myniamthes.*] Menianthes quidam ideo dictum volunt, quod integro mense floreat: quidam quod ad Lunæ radios florem mittat: alii, quod floris foliola veluti lunata & falcata sint. Vide supra cap. 9. hujus libri. *Dalec.*

b *Simus quoque medicus decocti.*] Tradunt quidam (ait Dioscorides) totius fruticis decoctum dolores finire illorum, quos serpentes percusserunt. At si eodem decocto cujuspiam alius foveantur ulcera, perinde affici, ac si serpens momorderit. Miraculi novitatem non satis Plinius explicat. Vide Galenum lib. de Theriaca ad Pisonem. Idem fere narrat Ælianus de phalangiorum morsu, cap. 11. lib. 17. de animalibus. *Idem.*

c *Ergo non aliter utendum eo, quam contra venena, &c.*] Scribendum *Ego*, non *Ergo*, ex vet. cod. *Pint.*

d *Duo autem sunt genera ejus.*] Plinius suo judicio, & non veterum scriptorum, hæc statuit. Dioscoridi & Theophrasto unicum est thymi genus, foliis albis, quod in capillo florem habet. Nigrum vero zygis est. Inconsiderate Plin. ejus thymi florem nigrum esse putat, quod nigrum à Græcis vocari, præcipue a Theophrasto, legerat. Flos quidem in eo genere thymi subpurpureus est. *Dal.*

e *Utraque oculorum.*] De thymo tantum albo id Dioscorides *Idem.*

f *Cum aceto & sale.*] Dioscoridi cum sale & aceto potum pituitam per alvum detrahit: cum melle in ecligmate faciles excreationes facit. *Idem.*

excalfaciunt, quamvis ſiſtunt alvum: quæ ſi exhulcerata ſit, denarii pondus in ſextarium aceti & mellis addi oportet. Item [1] ſi [a] lateralis dolor ſit, aut inter ſcapulas, aut in thorace. Præcordiis medentur ex aceto cum melle: quæ potio datur & in [2] alienatione mentis ac melancholicis. Datur & comitialibus, quos correptos olfactus excitat thymi. Ajunt & dormire eos oportere in molli thymo. [b] Prodeſt & orthopnoicis & anhelationi, mulierumque menſibus [3] retardatis. Vel ſi emortui ſint in utero partus, decoctum in aqua ad tertias. [4] Et viris vero [c] contra inflationes cum melle & aceto. Et ſi venter [5] turgeat, teſteſve [6] aut veſicæ dolor exigat. E vino tumores & [d] impetus tollit impoſitum. Item cum aceto callum & verrucas. Coxendicibus imponitur, [7] & articularibus morbis, & luxatis tritum ac lanæ inſperſum ex [8] oleo. Dant & potionem articularibus morbis trium obolorum pondere in [9] tribus aceti & mellis. Et in faſtidio, tritum cum ſale. Hemerocalles pallidum è viridi & molle folium habet, [e] [10] radice odorata atque bulboſa: quæ cum melle impoſita ventri, [11] aquam pellit & ſanguinem etiam inutilem. Folia epiphoris oculorum, mammarumque poſt partum doloribus illinuntur. Helenium [12] ab Helena, ut diximus, natum, favere creditur formæ: cutem mulierum in facie reliquoque corpore nutrire incorruptam. Præterea putant uſu ejus quandam [13] gratiam iis veneremque conciliari. Attribuunt & hilaritatis effectum eidem potæ in vino, cumque quem

1 ſi lateris. *Ch.*
2 elationem. *Ch.*
3 retardatis vel ſi, &c.
4 Et, *in M. d.*
5 tumeat. V. urgeat. *Ch.*
6 aut ſi veſ. *Ch.*
7 cum vino art. *Ch.*
8 oleo ambuſtis cum adipe ſuillo dant. *Ch.*
9 tribus aceti cyathis & melle. V. tribus cyathis aceti, & mellis. *Ch.*
10 radicem odoratam atque bulboſam. M.
11 aquas. *Ch.*
12 ab Helenæ, ut diximus, lacrymis natum V. & 3 cap. 10. hujus libri.
13 ita gratiam his. *Ch.*

a *Lateralis dolor ſit.*] E flatu melancholico. Dioſc. *Dalec.*

b *Prodeſt orthopnoicis & anhelationi.*] In eodem non *anhelationi*, ſed *halenatoriis*: ut legendum putem *anhelatoribus*. Pintian.

c *Contra inflationes.*] De epithymo hoc Dioſcorides. *Dalec.*

d *Impetus tollit impoſitum.*] Humorum fluentium & brevi phlegmonem excitaturorum irruptiones & epiphoras. *Idem.*

e *Radice odorata.*] Εὐμεγέθη, magna. Plinius legit εὐώδη odorata. *Id.*

quem habuerit nepenthes illud prædicatum [a] ab
1 quo. V. quod eo tr. o. aboleretur. *Alii V.*
Homero, [1] quod tristitia omnis aboleatur. Est autem [b] succi prædulcis. Prodest & orthopnoicis radix ejus in aqua jejunis pota. Est autem candida intus [c] & dulcis. Bibitur [d] & contra serpentium ictus ex vino. Mures quoque contrita dicitur necare. Abrotonum duorum traditur generum, campestre ac montanum: [e] hoc fœminam, illud marem intelligi volumus. Amaritudo absinthii [f] in utroque. Siculum laudatissimum, dein Galaticum. Usus est & foliis, sed major semini ad excalfaciendum: ideo nervis utile, tussi, orthopnoicis, convulsis, ruptis, lumbis, urinæ angustiis. Datur bibendum manualibus fasciculis decoctis ad tertias partes. Ex his quaternis cyathis bibitur. Datur & semen tusum in aqua drachmæ pondere. Prodest & [g] vulvæ. Concoquit panos cum farina hordeacea, & oculorum
2 inflammationi. *Ch.*
3 cum cotoneo malo cocto. V. cotoneo malo cocto. *Ch.*
4 &. *Ch.*
[2] inflammationibus illinitur, [3] cotoneo malo concocto. Serpentes fugat. Contra ictus earum bibitur cum vino, illiniturque. Efficacissimum contra ea, quorum veneno tremores & frigus accidunt, [4] ut scorpionum & phalangiorum: & contra venena alia pota prodest, & quoquo modo algenti-

a *Ab Homero.*] Locus est Odyss. δ.

Αὐτίκ' ἄρ' εἰς οἶνον βάλε φάρμακον, ἔνθεν ἔπινον
Νηπενθές τ' ἄχολόν τε, κακῶν ἐπίληθον ἁπάντων.

Dalec.

b *Succi prædulcis.*] Hoc falsum, si de inula Plinius scripsit. Suspicor Plinium aut libertum ejus scribam, reddere voluisse quod Dioscorides ait, Helenium passo conditum stomacho utile esse, ac falgamarios radicem parum siccatam, dedecoctam, refrigeratam, in sapam conjectam recondere. Inulas in horto Columella vocat *tristes*, id est, ingratas, & insuaves. Horat. Satyr. 6. amaras,

----- inulas ego primus amaras, &c. Idem.

c *Et dulcis.*] Hoc falsum. *Idem.*

d *Et contra serpentium ictus ex vino.*] Dioscorides id de Helenio secundo. *Idem.*

e *Hoc fœminam, illud marem intelligi volumus.*] *Hoc fœminam, illud marem intelligentibus volunt*, vetus codex legit: ut putem scribendum, *Hoc marem, illud fœminam intelligi auctores volunt.* Pint.

f *In utroque*] In fœmina candorem foliorum cum seriphio Dioscorides comparat: in mare ramorum gracilitatem cum absinthio. *Dalec.*

g *Vulvæ.*] Mensibus & suppressis & remorantibus. Dioscor. *Idem.*

a In

gentibus, & ad extrahenda ea, quæ [1] inhærent corporibus. Pellit & interaneorum mala. Ramo ejus, si subjiciatur pulvino, Venerem stimulari ajunt: efficacissimamque esse herbam contra omnia veneficia, quibus coitus inhibeatur.

1 inhæreant. Ch.

CAP. XXII.

Ex leucanthemo & sampsucho medicina.

LEucanthemum suspiriosis medetur, duabus partibus aceti permistum. Sampsuchum sive amaracum, [a] in Cypro laudatissimum & odoratissimum, scorpionibus adversatur, ex aceto ac sale illitum. [b] Menstruis quoque multum confert impositum. Minor est eidem poto vis. Cohibet & oculorum epiphoras cum polenta. Succus decocti tormina discutit. Et urinis & hydropicis [2] utile. Movet & aridum sternutamenta. Fit ex eo [3] oleum, quod [c] sampsuchinum vocatur aut amaracinum, ad excalfaciendos [4] emolliendosque nervos: & vulvas [5] calfacit. Et folia suggillatis cum melle, & luxatis cum cera prosunt.

2 utilis. V.
3 & oleum. Ch.
4 molliendosque. Ch.
5 calfacit, in V. d.

CAP. XXIII. *De anemona medicinæ.*

[d] ANemonas coronarias tantum diximus: nunc reddemus & medicas. Sunt qui [6] phenion vocent.

6 phænion. V. fremion. Ch.

a *In Cypro.*] Et Cyzico. Dioscorid. Dalec.

b *Menstruis.*] Trahendis, in pesso subditum. Dioscor. *Idem.*

c *Sampsuchinum.*] Et amaracini & sampsuchini descriptio extat apud Dioscoridem. *Idem.*

d *Anemonas.*] Anemonem Ovid. Metamorphoseon 10. *Adonidis florem* his verbis appellare videtur:

--- sic fata cruorem
Nectare odorato sparsit, qui tactus ab illo
Intumuit; sicut fulvo pellucida cœlo
Surgere bulla solet, nec plena longior hora
Facta mora est, cum flos de sanguine concolor ortus,
Qualem qua lento celant sub cortice granum,
Punica ferre solent, brevis est tamen usus in illis.
Namque male hærentem, & nimia levitate caducum
Excutiunt iidem, qui perflant omnia venti.

Idem.

vocent. Duo ejus genera: Silvestris prima, altera [1] in cultis nascens, utraque sabulosis. [2] Hujusque plures species. Aut enim phoeniceum florem habet, quæ & copiosissima est, aut purpureum, aut lacteum. Harum trium folia [3] apio similia sunt. Nec temere semipedem altitudine excedunt, cacumine asparagi. Flos nunquam se aperit, nisi vento spirante: unde & nomen accepit. Silvestri amplitudo major, [4] latioribus foliis, flore phoeniceo. Hanc, errore ducti, argemonem putant multi: alii rursus papaver, quod rhœan [5] appellavimus. Sed distinctio magna, quod utraque [6] hæc postea floret. Nec aut [a] succum illarum anemonæ reddunt, aut calices habent, [7] nec nisi [b] asparagi cacumen. [c] Prosunt anemonæ capitis doloribus & inflammationibus, vulvis mulierum, [d] lacti quoque. Et menstrua cient cum ptisana sumptæ, aut vellere appositæ. Radix commanducata pituitam trahit, dentes sanat, [e] decocta oculorum epiphoras. Magi multum [8] quidem iis tribuere, quamprimum aspiciatur eo anno tolli jubentes: dicique, colligi eam tertianis & quartanis remedio. [f] Postea alligari florem panno roseo, & in umbra asservari, ita cum opus sit [9] adalligari. Quæ ex his phoeniceum florem habet, radice contrita, cuicunque animalium imposita, [10] hulcus facit septica vi. Et ideo expurgandis hulceribus adhibetur.

1 in, *in Ch. d.*
2 Hujus. *Ch.*
3 coriandro. *Dioscor.*
4 latioribusque. *Ch.* latiora folia, flos phœniceus. *V.*
5 vocavimus. *Ch*
6 est postea florens. *Ch.*
7 sed quasi. *V.*
8 quidam iis trib. quam primum aspiciunt. *V.* cum primum aspiciuntur. *Alii V.*
9 alligari. *V.*
10 ulcerum facit styptica vi. *Ch.*

CAP.

a *Succum.*] Croceum, ut argemone: candidum, ut papaver. *Dalec.*

b *Asparagi cacumen.*] Tale cacumen spectatur in planta, quam pro eranthemo Dodonæus pingit cap. 21. lib. 2. & in ea, quam pro buphthalmo idem monstrat cap. 22. libri ejusdem. *Idem.*

c *Prosunt anemonæ, &c.*] Succo naribus infuso purgant caput. Dioscor. *Idem.*

d *Lacti quoque.*] Folia & caules in cibo cum ptisana sumpti copiam lactis præbent. Diosc. *Idem.*

e *Decocta oculorum epiphoras.*] Adde duo verba, *& cicatrices*, ex vetusto exemplari: *Decocta oculorum epiphoras & cicatrices.* Pint.

f *Postea alligari florem panno roseo.*] Non *roseo* in eodem, sed *russeo* legitur. *Idem.*

a OEnan-

CAP. XXIV. *De œnanthe medicinæ.*

[a] OEnanthe herba naſcitur in petris, [b] folio paſtinacæ, radice magna, [c] numeroſa. Caulis ejus & folia cum melle ac vino nigro pota, facilitatem pariendi præſtant, ſecundaſque purgant. Tuſſim [d] è melle tollunt: urinam cient. Radix & [e] veſicæ vitiis medetur.

CAP. XXV. *De heliochryſo medicinæ.*

[1] HEliochryſum, quod [2] alii chryſanthemon vocant, ramulos habet candidos, folia ſubalbida, abrotono ſimilia: ad Solis repercuſſum, aureæ lucis in orbem veluti [3] corymbis dependentibus, qui nunquam marceſcunt, qua de cauſa [f] Deos coronant illo, quod diligentiſſime ſervavit Ptolemæus rex Ægypti. Naſcitur [g] in frutectis. Ciet urinas è vino pota & menſes. Duritias & inflammationes diſcutit. [h] Ambuſtis cum melle imponitur. Contra ſerpentium ictus & lumborum vitia bibitur: Sanguinem concretum ventris [4] aut veſicæ abſumit cum mulſo. [5] Folia ejus trium obolorum pondere ſiſtunt profluvia mulierum in vino albo. Veſtes tuetur odore non ineleganti.

1 Helichryſum. *Alii* chryſanthum. *Ch.*
2 alii amaranthum. *Dioſcor.*
3 corymbis ad folia repercuſſum veluti aureæ lucis in orbem dependentibus. V.
4 ac. *Dal.*
5 Folia. *Ch.*

CAP.

a *OEnanthe herba, &c.*] Apud Athenæum lib. 10. canes inebriantur eſu τῆς οἰνώτης. Lego, τῆς οἰνάνθης. Eo tamen nomine fortaſſis πλεῖν ἀνάγερει Dioſcoridis ſignificat. *Dalec.*

b *Paſtinacæ.*] Staphylini. Dioſcorid. *Idem.*

c *Numeroſa.*] Dioſcoridi radix non eſt numeroſa, ſed in numeroſa rotunda capitula extuberat. Alia eſt œnanthe coronaria Theophraſti ſupra memorata, cap. 11. hujus libri, flore albo, racemoſo, labruſcæ ſimili. Obſervandum œnanthen ſignificare nunc herbam hic deſcriptam: nunc coronarium florem modo memoratum, quem noſtrum lilium convallium eſſe puto: nunc labruſcæ florem. *Idem.*

d *E melle tollunt.*] Mulſo, Dioſcor. *Idem.*

e *Veſicæ vitiis medetur.*] Stranguriæ, Dioſcor. *Idem.*

f *Deos coronant illo.*] Hoc fit etiam hodie à ruſticis noſtris. *Idem.*

g *In frutectis.*] Aſperis, & torrentium alveis. Dioſcor. Plinius legit, δρυμώδεσι. *Idem.*

h *Ambuſtis cum melle imponitur.*] Ex Theophraſt. χρῶνται δ' αὐτοῖς πρὸς τὰ δήγματα ἐν οἴνῳ, καὶ πρὸς τὰ πυρίκαυστα, κατακαύσαντες, καὶ μίξαντες μέλιτι. *Idem.*

a *Hyacin-*

CAP. XXVI.

Ex hyacintho medicinæ, & [1] lychnide.

HYacinthus in Gallia [2] eximie provenit. [3] Hoc ibi pro cocco hysginum tingitur. Radix est bulbacea, [4] mangonicis venalitiis pulchre nota: quæ è vino [b] dulci illita, pubertatem coërcet, & non patitur erumpere. Torminibus & araneorum morsibus resistit. Urinam impellit. Contra serpentes & scorpiones, [5] morbumque regium, semen ejus [6] cum [c] abrotono datur. Lychnis quoque flammea illa adversus serpentes, [7] scorpiones, crabrones, similiaque bibitur [8] è vino semine trito. Silvestris eadem stomacho inutilis. Alvum solvit. Ad detrahendam bilem efficacissima duabus drachmis. Scorpionibus [9] adeo contraria, ut omnino visa ea torpescant. [10] Radicem ejus Asiani boliten vocant: qua alligata oculo, albugines tolli dicuntur.

1 Lichniti. *Ch.*
2 maxime. *Ch.*
3 Hoc ibi loco hyginum tingunt. *Ch.* *unde quidam*, Hoc ibi locorum hysginum tingunt.
4 mangoniis venalitiorum. V.
5 morborumque. *Ch.*
6 cum vino. *Dioscor.*
7 & scorp. & crabr.
8 lini semine. *Ch.* *unde quidam*, Cum lini semine, &c.
9 tam. *Ch.*
10 *Hæc dimidia clausula in Ch. d.*

CAP. XXVII.

Ex vincapervinca medicinæ, rusco, bati, & acino.

ET vincapervinca, [11] sive [d] chamædaphne, arida tusa [e] hydropicis datur in aqua, [12] cochleari mensura, celerrimeque reddunt aquam. Eadem decocta in cinere, sparsa vino, tumores siccat. Auri-

11 sive daphnoëides. *Dioscor.*
12 cochlearis. *Ch.*

a *Hyacinthus in Gallia, &c.*] Lege: *Hyacinthus in Gallia eximie provenit. Hoc ibi locorum Hysginum tinguunt, &c.* Vide *Salmas.* pagin. 272. b. & 1225. a, b. *Hyacinthus in Gallia, &c.*] Plinius inepte hic appellat hyacinthum arborem, quam cap. 18. lib. 16 Vaccinium nominavit, è cujus fructus succo purpura tingitur. Vide quæ infra adnotata sunt cap. 5. lib. 36. Legendum: *hoc ibi, è rubia pro cocco, hysginum tingitur.* nempe color similis hysgino vero. quod fit primum è cocco, deinde è Tyria purpura. Supra libro 9. capite 41. Quin & Vaccinium ipsum etiam hysginum vocatur. *Dal.*

b *Dulci illita.*] Albo, Dioscorid. *Idem.*

c *Abrotono datur.*] Vino, Dioscor. Legit Plinius ἀβροτόνῳ pro οἴνῳ. *Idem.*

d *Chamædaphne.*] Vincampervincam nos quidem apud Dioscoridem etiam daphnoeides vocari legimus, sed non chamædaphnen. Fallitur hic Plinius. *Idem.*

e *Hydropicis.*] De chamædaphne cathartica, non autem clematide, cujus adstringens facultas dysenterias & diarrhœas cohibet, verum id est. Plinius hæc ignoranter confundit. *Idem.*

a *Tortu-*

Auribus ſucco medetur. Alvinis impoſita multum prodeſſe dicitur, Ruſci radix decocta, bibitur alternis diebus in calculorum valetudine & [a] tortuoſiore urina vel cruenta. Radicem pridie erui oportet, poſtremo mane decoqui: [1] ex ea ſextarium vini cyathis duobus miſceri. Sunt qui & crudam radicem tritam ex aqua bibant: & in totum [b] [2] ad virilia, cauliculis [3] ejus in vino & aceto tritis, nihil utilius putant. Batis quoque [c] alvum mollit. Illinitur podagricis [4] toſta & contuſa. Acinon & coronarum cauſa & ciborum Ægyptii ſerunt. Eademque erat, quæ ocymum, niſi hirſutior ramis ac foliis eſſet, & admodum odorata. [d] Ciet [5] menſes & urinas.

1 & decocti ſextarium. V. & ex eo ſext. Ch.

2 ad urinam difficilem. V.

3 ejus ex aceto. Ch.

4 cruda. Ch.

5 & menſes. Ch.

CAP. XXVIII. *Ex colocaſia medicina.*

COlocaſia Glaucias [e] acria corporis leniri putavit, & ſtomachum juvari.

CAP. XXIX. *Ex anthalio medicina.*

[f] ANthalii, quod Ægyptii edunt, nullum alium reperi uſum. [6] Eſt & herba [7] anthyllion, quam alii [8] anticellion vocant, duorum generum, [9] foliis & ramis lenticulæ ſimilis, [10] palmi altitudine, [g] [11] ſabuloſis apricis naſcens, ſubſalſa guſtanti. Altera chamæpityi ſimilis, brevior & [h] hirſutior, purpurei

6 Sed eſt herba. Ch.

7 anthyllis, quam alii anthyllion. Alii.

8 anthyllum. Ch.

9 Altera foliis. D.

10 palmæ. Ch.

11 ſubſalſis. Dioſc.

a *Tortuoſiore urina.*] Moleſta, torquente. Sic στραγγουρίαν reddit. Tortuoſiore igitur, quæ velut tortuoſa exit, ob craſſum humorem impactum urinario meatui, vel ob hyperſarcoſin in urinæ via extumeſcentem, lotiique meatum impedientem. *Daiec.*

b *Ad virilia.*] Viriliium morbos, præſertim urinæ difficultates, & calculos. *Idem.*

c *Alvum mollit.*] Imo potius urinam ciet. *Idem.*

d *Ciet menſes & urinas.*] Dioſcoridi vero menſes & alvum pota ſiſtit. *Idem.*

e *Acria corporis leniri putavit.*] Dioſcorides commendat ad dyſentericos & cœliacos. *Idem.*

f *Anthalii.*] Malinathallæ, Theophraſt. cap. 10. lib. 4 hiſtor. de qua ſupra. Ea eſt noſtris, Thraſi. *Idem.*

g *Sabuloſis apricis naſcens.*] Υ῾φαλμύροις. Dioſcor. ſubſalſis. *Idem.*

h *Hirſutior.*] Denſior, δασυτέρα. *Idem.*

purei floris, odore gravis, in saxosis nascens. [a] Prior vulvis aptissima, [1] & ex rosaceo ac lacte imposita & vulneribus. Bibitur in stranguria, renumque [b] [2] doloribus, [3] tribus [4] drachmis. Altera bibitur in duritia vulvarum, & in torminibus, & in comitiali morbo, cum melle & aceto, quatuor drachmis.

1 &, in Ch. d.
2 anseris. Ch. unde quidam, ulceribus.
3 quatuor. Dioscor.
4 Drachmis. Bibitur item in. V.

CAP. XXX. *De parthenio medicina.*

PArthenium, alii [5] leucanthen, alii tamnacum vocant. [c] Celsus apud nos, perdicium & [6] muralium. Nascitur in hortorum sepibus, [d] flore albo, odore [7] mali, sapore amaro. Ad insidendum [8] decoctæ in duritia vulvarum, & inflammationibus. Sicca [e] cum melle, & aceto [9] imposita, [f] bilem detrahit atram. Ob hoc [g] contra vertigines utilis, & calculosis. Illinitur & sacro igni: item strumis, [h] cum axungia inveterata. Magi contra tertianas sinistra manu evelli eam jubent, dicique cujus causa vellatur, nec respicere. Dein ejus folium ægri linguæ subjicere, ut mox in cyatho aquæ devoretur.

5 leucanthes, alii amnacum. Ch. leucanthemum, alii amaracum. Diosc.
6 muralem Ch. & Celsus multis locis.
7 malo. V.
8 decoquitur. V.
9 pota. Diosc.

CAP. XXXI. *De strychno medicina.*

[10] STrychno, quam quidam [11] trychnon scripsere; utinam nec [i] coronarii in Ægypto uterentur,

10 Trychno. Ch.
11 strychnon. Ch.

a *Prior vulvis.*] Utraque inflammatis vulvis. Diosc. *Dalec.*

b *Doloribus.*] Nephriticis. Dioscor. *Idem.*

c *Celsus apud nos.*] Perdicium, sive muralium, etiam parthenium vocari, cum Celso Dioscorides testatur. Verum parthenium, quod hic describitur, & amaracum, sive leucanthemum nominat Plinius ait, nusquam perdicii, vel muralii nomen habet. *Idem.*

d *Flore albo.*] Flore per ambitum candido, intus melino, odore subviroso *Idem.*

e *Cum melle.*] Cum oxymelite, vel sale pota epithymi modo. Dioscorid. *Idem.*

f *Bilem detrahit atram.*] Bilem & pituitam. Dioscor. *Idem.*

g *Contra vertigines utilis.*] Asthmata. Diosc. *Idem.*

h *Cum axungia inveterata.*] Inflammationibus cum flore. Dioscor. Plinius legit pro σὺν τοῖς ἄνθεσι, σὺν στέατι. *Idem.*

i *Coronarii in Ægypto.*] Solo fructu Halicacabi coronarios uti, & cum coronis intorquere, non autem hortensis utriusque vel folio, vel flore, vel fructu, Dioscorides ait. *Idem.*

a Cui

tur, quos invitat ederæ [1] florum similitudo, in duobus ejus generibus. [2] Quorum alterum, [a] cui acini coccinei, granosi folliculi, halicacabum vocant, alii callion. Nostri autem vesicariam, [b] [3] quoniam vesicæ & calculis prosit. Frutex est surculosus verius, quam herba, folliculis magnis [4] latisque, & turbinatis, grandi intus acino, qui maturescit Novembri mense. [5] Tertio folia sunt [c] [6] ocimi, minime diligenter demonstranda, remedia non venena [7] tractanti: quippe insaniam facit, parvo quoque [d] succo. Quanquam & Græci auctores in jocum vertêre. [e] Drachmæ enim pondere [f] [8] lusum pudoris gigni dixerunt, species vanas imaginesque conspicuas obversari demonstrantes. Duplicatum hunc modum, legitimam insaniam facere. Quicquid vero adjiciatur ponderi, repræsentari mortem. Hoc est venenum, quod innocentissimi auctores simpliciter [g] dorycnion appellavêre, [9] ab eo, quod cuspides in [10] præliis tingerentur illo [h] passim nascente. [i] Qui parcius spectaverant, [k] manicon

1 foliorum. *Ch.*
2 Præter illa tertium, cui acini. V.
3 quod. *Ch.*
4 laxisque. *Ch.*
5 Thryo. *Thryon* ἴτ-ρον *vocat Theophrastus.*
6 acimi. *Ch.* *unde quidam*, acini.
7 tractantibus. *Ch.*
8 lusum cygni dixerunt. *Ch.* *expuncto*, pudoris.
9 quod eo cuspides. V.
10 prælis. *Ch.*

a *Cui acini coccinei, granosi folliculi.*] Vetus exemplar, *cui acini coccinei granosi, in folliculis.* Forte legend. *cui acini cocci grano in folliculis.* Pint.

b *Quoniam vesicæ & calculis prosit.*] Vesicariam, φυσαλλίδα potius: quoniam inflatæ vesicæ folliculus similis est, qui fructum amplectitur. *Dal.*

c *Ocimi.*] Εὐζώμου, non ὠκίμου, erucæ. Diosc. cap. 74. lib. 4. *Idem.*

d *Succo.*] De radice, Diosc. *Idem.*

e *Drachma enim pondere.*] Lege: *Drachma enim pondere lusum gigni dixerunt, species vanas, &c.* Salmas. 1086. b.

f *Lusum pudoris, &c.*] Nam qui drachmæ pondere sumunt, inter dormiendum cum formosis puellis viri, cum pulchris adolescentibus fœminæ, rem habere exercereque se Venerem somniant. Theophrastus habet, ὥστε αἰσχρὰ παίζειν, καὶ δοκεῖν ἑαυτῷ κάλλιστον εἶναι. Ut lasciviat qui sumpsit, & sibi videatur formosissimus. Vide Lacunam in Dioscor. cap. de Solano. *Dalec.*

g *Dorycnion appellavere.*] Vide Plutarchum opusculo περὶ ἀοργησίας. Aliud est dorycnium Dioscoridis. *Idem.*

h *Passim nascente.*] Inepte hoc Plinius. Rarissima planta est, & hoc seculo nulli cognita. *Idem.*

i *Qui parcius spectaverant, manicon cognominavere*] In eodem non *spectaverant*; sed *inspectabant*, legas. Scribo, *Qui parcius in iis peccabant, manicon cognominavere*: ut per gradus crescat oratio; primo innocentissimi: deinde parcius peccantes: ultimo nequiter occultantes. Significat autem illud *in iis*, ex his auctoribus. *Pint.*

k *Manicon.*] Ἀπὸ τῆς μανίας, ab insania furiosa sic dicta, vel ἀπὸ τοῦ μένειν, quod pertinax difficillime curetur: vel ἀπὸ τοῦ μονάζειν, quod ægri solitudinem captent. vel ἀπὸ τοῦ μένους, quod mentem

nicon cognominavêre: qui nequiter occultabant, erythron, aut [1] neurida: ut nonnulli, perisson: [2] ne cavendi quidem causa curiosius dicendum. Quin & alterum genus, [3] quod halicacabon vocant, soporiferum est, atque etiam [a] opio velocius ad mortem: ab aliis [b] morion, ab aliis moly appellatum. Laudatum vero à Diocle & Euenore, à Timaristo quidem etiam carmine, [c] mira oblivione innocentiæ: quippe præsentaneum remedium, [d] ad dentium mobiles firmandos, si colluerentur: halicacabo uni [e] exceptionem addidere, ne diutius id fieret. [f] Delirationem enim gigni eo. Nec demonstranda remedia, quorum medicina majoris mali periculum afferat. [g] Commendatur [4] & in cibis tertium genus, [h] licet præferatur hortensis [5] saporibus. [6] Et nihil esse corporis malorum, cui non salutare sit strychnos, Xenocrates prædicat. Non tamen auxilia eorum tanti sunt, [i] ut vel profutura de iis commemorare fas putem, præsertim tanta copia

1 neurada. Ch.
2 in cavendi causa cur. Ch.
3 quod & halicac. Diosc.
4 ergo cibis. Ch.
5 sapor. V. sapore. Alii V.
6 Et nil sit corp. mal. cui non salutare stry. Xen. prædicet. Ch.

tem laxet atque remittat. Hadr. Junius cap. 7. 4. *Dalec.*

a *Opio velocius ad mortem.*] Somnificam vim habet opio mitiorem. Diosc. *Idem.*

b *Morion.*] Aliud est morion Theophrast. descriptum à Dodonæo cap. 90. lib. 3. *Idem.*

c *Mira oblivione innocentiæ, quippe præsentaneum venenum, &c.*] Parmensis exemplaria, & nonnulla recentiora, *inducentes*, legunt non *innocentiæ*. Ego hunc locum sic scribendum reor: *mira oblivione hi. Docentes quippe, &c.* claudicante alias sensu. *Pint.* *Mira oblivione, &c.*] Mira oblivionis innocentia. Oblivionem enim affert iis qui sumpserunt, sed citra noxam valetudinis. *Dal.*

d *Ad dentium mobiles firmandos si colluerentur: halicacabo uni exceptionem addidere.*] Vetus exemplar non *halicacabo uni*, sed *halicacabon vino* præfert. Scribo, *si colluerentur halicacabo in vino.* Pintian.

e *Exceptionem addidere.*] *Corymbi duodecim*, inquit Dioscorides, *hydropicis dantur: si quid numero adjiciatur, alienationem mentis faciunt.* Longe aliter hæc Plinius refert. *Dal.*

f *Delirationem enim gigni eo. Nec demonstranda remedia, &c.*] Puto luxatum esse ordinem verborum, legendumque, *delirationem gigni. Neque enim demonstranda remedia, &c.* Pint.

g *Commendatur.*] Hæc si accipiantur de halicacabo, ut revera accipienda sunt, dissentit Plinius à Dioscoride, qui halicacabum ait οὐ βιβρώσκεσθαι. Tertium genus vocat, quoniam hortense duplex est, alterum baccis nigris, alterum flavis. *Dal.*

h *Licet præferatur hortensis saporibus.*] *Hortensium* non *hortensis* in apographo nostro. *Pint.*

i *Ut vel profutura de iis commemorare fas putem.*] In Apographo nostro, *ut id pleiura nos de iis, &c.* Scribo, *ut ideo læsura nos de iis, &c.* Idem.

i *Halica-*

copia innoxiorum medicaminum. [a] Halicacabi radicem bibunt, qui sunt [1] vaticinandi callentes, quod furere ad confirmandas superstitiones aspici se volunt. Remedio est (id enim libentius retulerim) aqua copiosa mulsa calida [2] potui data. Nec illud præteribo, aspidum naturæ halicacabum in tantum adversam, ut radice ejus propius admota soporetur illa sapore enecans vis earum. Ergo trita ex oleo percussis auxiliatur.

1 valicinare gallantes. *Ch.* *unde quidam*, qui vaticinari callentes.
2 potu. Nec. *Ch.*

CAP. XXXII. *de corchoro, & de cnico.*

[b] CORchorum Alexandrini cibi herba est, convolutis foliis ad similitudinem mori, [c] præcordiis (ut ferunt) utilis, alopeciisque & lentigini. Boum quoque scabiem celerrime sanari ea invenio, apud Nicandrum quidem & serpentium morsus antequam floreat. Nec de cnico [d] sive atractylide [e] verbosius dici par esset, Ægyptia herba, ni magnum [f] contra venenata animalia præberet auxilium: item adversus fungos. Constat à scorpione percussos, quandiu teneant eam herbam, [g] non sentire cruciatum.

CAP.

a *Halicacabi radicem bibunt.*] MSS. leg. *Halicacabi radicem bibunt qui vaticinare galantes quo vere ad confirmandas superstitiones aspici volunt.* non pro insano fecerit qui corrigendum contendet: *qui vaticinari Gallantesque furere ad confirmandi sup. asp. se volunt.* qui volebant aspici furere gallantes & vaticinari, quasi ab alicujus numinis inspiratione immisso furore, quia id pertinebat ad confirmandas religiones, radicem Halicacabi solebant bibere, ut ἐνθουσιασμὸν inde conciperent & numine repleri viderentur. *Gallantes* de Gallis matris Idææ vel Deæ Syriæ sacerdotibus, ut *Bacchantes* de Bacchis. *Salmas.* pag. 1087. a, b.

b *Corchorum.*] Diversum hoc olus est ab anagallide, quam etiam corchoron vocari ait cap. 13. lib. 23. *Corchorus ob amarorem in proverbium abiit, foliis ocymum æmulatur, coctus estur.* Theophr. cap. 7. lib. 7. Hist. Auricula muris Tragi. *Dalec.*

c *Præcordiis (ut ferunt) utilis.*] In vetere codice, *præcordiis ferunt utilem.* Pint.

d *Sive atractylide.*] Inepte cum cnico atractylidem confundit, ut & sup. p. 15. *D.*

e *Verbosius dici par esset, Ægyptia herba, ni magnum præberet, &c.*] in V. C. *verbosius dici par esset Ægyptiam herbam magnum contra venenata animalia præbere auxilium.* Legendum reor: *Verbosius dici par est, quam Ægyptiam herbam magnum contra venenata animalia præbere auxilium.* Et paulo post: *herbam eam:* non retro: *eam herbam.* Pint.

f *Contra venenata animalia.*] Scorpionum ictus. Dioscor. *Dal.*

g *Non sentire cruciatum.*] Deposita vero statim recrudescere. Diosc. *Idem.*

a Di

CAP. XXXIII. [a] *De persoluta.*

1 persolatam. V.

ET [1] persolutam Ægyptus in hortis serit, coronarum gratia. Duo genera ejus, fœmina ac mas. Utraque subdita Venerem inhiberi, virorum maxime, tradunt.

CAP. XXXIV. *De mensuris & ponderibus.*

2 Eademque. Ch.
3 per in M. d.
4 pendit. Dal.

ET quoniam in mensuris quoque ac ponderibus crebro Græcis nominibus utendum est, interpretationem eorum semel in hoc loco ponemus. [b] Drachma Attica (fere enim [c] Attica observatione medici utuntur) denarii argentei habet pondus. [2] Eadem sex obolos pondere efficit. Obolus x. chalcos. Cyathus pendet [3] per se drachmas x. Cum acetabuli mensura dicitur, significat heminæ quartam partem, id est, drachmas xv. Mna, quam nostri minam vocant, [4] pendet drachmas Atticas centum.

a *De persoluta.*] Officinarum petasites, ut quidam censent Iphyum Theophrasti, coronaria planta, quæ florem edit ante folia. Vide infra cap. 9. lib. 25. Petasitis certe alterum genus, quod marem vocant, florem edit rubrum & odoratum: alterum quod fœminam appellant, candidum & inodorum. *Dalecamp.*

b *Drachma Attica (fere enim Attica observatione medici utuntur) denarii argentei habet pondus.*] Hinc ipse passim, ubi apud Græcos auctores *drachmas* definiri pondera invenit, modo drachmas retinet, modo *denarios* subjicit. *Gronov.* de Sestert. 192. 193.

c *Attica observatione, &c.*] Ex Celso cap. 17. lib. 5. & Scribonio Largo constat drachmas argenteas, quæ Romani denarii sunt, septem unciam fecisse. Quare in libra quæ 12. unciis constat, 84. drachmæ numerantur. At vero drachmæ Atticæ, sive medicæ, octo unciam efficiunt: qua ratione in libra drachmæ sunt 99. Incogitanter Plinius has drachmas confundit. *Dalec.*

C. PLINII

C. PLINII SECUNDI
NATURALIS HISTORIÆ
LIBER XXII.

PROOEMIUM.

[a] COMPLESSE [1] *poterant miraculum sui natura atque tellus, reputantium vel prioris tantum voluminis dotes, totque genera herbarum, utilitatibus hominum, aut voluptatibus genita. Sed quanto plura restant? quantoque mirabiliora inventu? Illa enim majore in parte cibi aut odoris decorisve commendatio ad numerosa experimenta duxit. Reliquarum potentia approbat, nihil à rerum natura sine aliqua occultiore causa gigni.*

1 implesse. Ch.

CAP. I.

De gentibus, herbis formæ gratia utentibus.

EQuidem & formæ gratia [2] ritusque perpetui, in corporibus suis aliquas exterarum gentium uti herbis quibusdam, adverto [3] animum. Illinunt certe aliis aliæ faciem in populis Barbarorum fœminæ, maresque etiam apud Dacos & Sarmatas [b] corpora sua inscribunt. [c] Simile plantagini glastum

2 ritu perpetuo. V.

3 animo. Ch.

a *Complesse poterant miraculum sui natura atque tellus, reputantium vel prioris tantum voluminis dotes.*] Tria illa verba, *vel prioris tantum*, non habentur in antiquo codice. Reliqua mutato ordine sic lego: *Complesse poterant miraculum natura atque tellus, reputantium voluminis sui dotes atque genera, &c.* Pint.

b *Corpora sua inscribunt.*] Στίζοντες. inde inscripti, οἱ στιγματίαι. & apud Plin. *inscripta Gagate fictilia*, ἐστιγμένα τῷ γαγάτῃ. *Salmas.* p. 258. b.

c *Simile plantagini.*] Lege: *Simile plantagini guastum in Gallia vocatur. Salmas.* pag. 254. b.

a *Glastum.*]

[a] glastum in Gallia vocatur, quo Britannorum conjuges nurusque toto corpore oblitæ, quibusdam in sacris & nudæ incedunt, Æthiopum colorem imitantes.

CAP. II. *Quod herbis vestes inficiantur.*

[b] JAM vero infici vestes scimus admirabili fuco. Atque ut sileamus, Galatiæ, Africæ, Lusitaniæ [1] granis, coccum Imperatoris dicatum paludamentis, transalpina Gallia herbis [2] Tyrium atque conchylium [c] tingit, omneisque alios colores. Nec quærit in profundis murices, [3] seseque [4] objiciendo escam, dum præripit belluis [5] marinis, intacta etiam ancoris scrutatur vada, ut inveniat per quod facilius matrona adultero placeat, corruptor insidietur nuptæ. [d] Stans & in sicco carpit, quod frugi [6] mundos exsculpat. His alioqui fulgentibus instrui poterat luxuria, certe inocentius. Nunc propositum ista consectari non est: [e] nec committemus, ut subjiciendo utiliora, luxuriam utilitate circumscriba-

1 cocci granum. V. 2 Tyria atque conchylia tingit, & omnes. Ch. 3 seque. Ch. 4 objiciendo, dum escam præripit. V. 5 maris. Ch. 6 ac mundus non culpet. V. quæ frugi ac mundus non culpet, usu alioqui fulgentia. Instrui. *Alii V.* quod fruge modo sed culpa non ablui usu alioqui fulgentius, &c. *Ch. unde quidam:* quod frugi ac mundus non culpet, aut abjiciat & his alioqui instrui luxuria poterat, si non fulgentius, certe innocentius, vel, non culpet, aut ableget in usu.

a *Glastum.*] Cæsar lib. 5. belli Gallici. Victorius c. 3. l. 19. putavit esse luteum Vitruvii, sed falso. Britannos dimicaturos glasto quoque infectos fuisse, ut essent formidabiliores scribit Alex. ab Alex. cap. 20. lib. 1. *Dalec.*

b *Jam vero infici vestes, &c.*] Legendum, *Jam vero vestes scimus infici admirabili fuco. Atque ut sileamus Galatia, Africa, Lusitania, Hispania cocci granum Imperatoriis dicatum paludamentis, Transalpina Gallia herbis Tyria atque conchylia tingit, & alios omnes colores, nec quærit in profundis murices, seque objiciendo escam dum præripit belluis maris, intacta etiam anchoris scrutatur vada, ut inveniat per quod facilius matrona adultero placeat, corruptor insidietur nuptæ. Stans & in sicco carpit, quod frugi non oderit, culpa non abluat. usu alioquin fulgentium instrui poterat luxuria certe innocentius.* coccum hic vocat fruticem ipsum. *Salmas.* pag. 272. a. & 1147. b.

c *Tingit.*] Id vaccinio fieri tradit c. 18. lib. 16. *Dalec.*

d *Stans & in sicco carpit quod frugi mundos exsculpat. His alioqui fulgentibus, &c.*] Depravatissima verba, & codex etiam antiquus depravatus, in quo sic leges: *Stans & in sicco carpit frugem qua mundus sine culpa non absit.* Et *fulgentius* præfert exemplar antiquum, non *fulgentibus.* Pint.

e *Nec committemus ut subjiciendo utiliora*] *Viliora* in eodem habetur, non *utiliora.* quam lectionem approbat quod statim sequitur, *luxuriam vilitate circumscribamus.* Idem.

a *Interim*

scribamus, dicturi & alias herbis tingi lapides parietesque pingi. Nec tingendi tamen rationem omisissemus, si unquam ea liberalium artium fuisset. [a] Interim [1] fortius augetur auctoritas: quæ quanta debeatur etiam surdis, hoc est, ignobilibus herbis perhibebitur. Siquidem auctores imperii Romani conditoresque immensum quiddam & hinc sumpsere, quoniam non aliunde [b] sagmina in [c] remediis publicis fuêre, & in [d] sacris [e] legationibusque [f] verbenæ. Certe utroque nomine idem significatur, hoc est, gramen [2] ex arce cum sua terra evulsum [g] ac semper & [h] legati cum ad hostes clarigatumque mitterentur, id est, [3] res raptas clare repetitum, unus utique [i] Verbenarius vocabatur.

1 partibus. V. potius agetur. *Alii V. Leg.* portibus augetur, *semper literibus, in quibus purpuras & conchylia piscabantur.*

2 ex area. V.

3 fores raptas clarere pipitum. *Ch. unde quidem,* ob res raptas clare pipitum.

CAP.

a *Interim fortius augetur auctoritas.*] Scribendum puto *auctoritate,* non *auctoritas:* & *agetur,* non *augetur* vetus legit codex. *Pint.*

b *Sagmina.*] Segmina *Vet.* à secando. Verrius tamen *sagmina,* à sanciendo. Festus etiam interpretatur dici posse, quod ex loco sancto arcerentur, vel à consule, vel à prætore, darenturque legatis proficiscentibus ad indicendum bellum fœdusve faciendum. *Dalec.*

c *Remediis publicis fuêre.*] Vel ornandis aris deorum, quos propitiatos & placatos volebant, vel lustrandis ac purgandis domibus. *Idem.*

d *Sacris.*] Verrendæ mensæ Jovis. *Idem.*

e *Legationibusque.*] Nam, ut ait Marcellus in Pandectis, Romanorum legati, ne violarentur, herbam ferebant, sicut Græcorum legati τὸ κηρυκεῖον, nempe caduceum: vel, ut alii legunt, τὰ ἱκετήρια. *Idem.*

f *Verbenæ.*] Livio, Nevio, Servio, Turnebo *verbenæ* non herbæ privatum genus dicuntur, sed rami, virgæ, frondes omnium sacrarum arborum, ut lauri, olivæ, myrti: quin etiam herbas ex puro loco decerptas, quibus festis diebus aræ coronantur. Terent. in And.

Ex ara hinc sume verbenas tibi.

Myrtum apud Menandrum fuisse, ex quo illa Comicus transtulit, constat. Virgilius:

Verbenasque adole pingues, & mascula thura.

Verbenas quasi *herbenas* dictas volunt, illasque facile accendi, & flammam concipere ob pinguitudinem. Apud Tranquillum in Vespasiano, in Serapidis templo verbenæ, coronæ & panificia fuerunt. *Guilland.*

g *Ac semper & legati cum ad hostes, &c.*] Scribo ex eodem, *ac semper è legatis cum ad hostes, &c.* Pint.

h *Legati.*] Fœciales, cum eorum principe patre patrato, à faciendo & patrando dictos, quasi belli & pacis auctores, significat. Fuerunt ii oratores quatuor, qui sancto legatorum officio, ad eos qui rapinis, vel injuriis hostili mente bellum commoverant, ac pacem violaverant, aut socios læserant, res repetitum mittebantur: ac nisi redditæ fuissent, jacta vibrataque in eorum fines hasta, bellum pium indicebant. *Nonius.*

i *Verbenarius vocabatur.*] Qui herbam puram ex arce Capitolii sumptam præferebat & ostentabat. *Dalec.*

CAP. III. *De corona graminea.*

Corona quidem nulla fuit graminea nobilior, in majestate populi terrarum principis, præmiisque gloriæ. Gemmatæ & aureæ, vallares, murales, rostratæ, civicæ, triumphales, post hanc fuere, suntque cunctæ magno intervallo, magnaque differentia. Cæteras omnes singuli, & duces ipsi, Imperatoresque militibus, aut aliquando collegiis dedêre.

CAP. IV. *De raritate ejus.*

[1] Decrevit in triumphis Senatus, cura belli solutus, & populus otiosus: [a] graminea nunquam nisi in desperatione suprema contigit, nulli nisi ab universo exercitu servato decreta. Cæteras Imperatores dedêre, hanc solam miles Imperatori. Eadem vocatur obsidionalis, libertatis obsidione abominandoque [2] exitio totis castris. Quod si civicæ honos uno aliquo ac vel humillimo cive servato, præclarus sacerque habetur, quid tandem existimari debet, unius virtute servatus universus exercitus? Dabatur hæc [3] viridi è gramine, decerpto inde ubi obsessos servasset aliquis. Nanque summum apud antiquos signum victoriæ erat, herbam porrigere victos, hoc est, terra & altrice ipsa humo, & humatione etiam cedere: quem morem etiam nunc durare apud Germanos scio.

1 *In Ch. hoc caput à superioribus non distinguitur & certe separandum non est.*

2 exitu. Ch.

3 viridis. Ch.

CAP. V. *Qui soli corona ea donati.*

[b] Donatus est ea L. [4] Siccius Dentatus semel, cum civicas quatuordecim meruisset, depugnas-

4 Sicinnius. *Alii.*

a *Graminea nunquam nisi in desperatione suprema contigit ulli, nisi ab universo exercitu servato decreta.*] Scribe, *graminea nunquam nisi in desperatione suprema contigit. Nulli nisi ab universo, &c.* Pint

b *Donatus est ea, &c.*] Præter hos, quos memorat auctor, data est & Q Cincinnato

pugnasſetque cxx. præliis ſemper victor. Tanto rarius eſt ſervatorem unum à ſervatis donari. Quidam Imperatores & ſæpius donati ſunt, veluti P. Decius Mus, Tribunus militum [1] ab exercitu; altera ab his, qui in præſidio obſeſſi fuerant, quanta eſſet ejus honoris auctoritas, confeſſus religione, ſiquidem donatus bovem album Marti immolavit, & centum fulvos, qui ei virtutis cauſa dati fuerant ſimul ab obſeſſis. [a] Hic Decius poſtea ſe Conſul, [b] Imperioſo collega, pro victoria devovit. Data eſt & à Senatu populoque Romano, qua claritate nihil equidem in rebus humanis ſublimius duco, Fabio illi, qui rem omnem Romanam reſtituit non pugnando. Nec data, cum [c] Magiſtrum equitum & exercitum ejus ſervaſſet: tunc ſatius fuit nomine novo coronari, appellatum patrem ab his quos ſervaverat: ſed quo dictum eſt conſenſu honoratus eſt Annibale ex Italia pulſo. Quæ corona adhuc ſola ipſius imperii manibus impoſita eſt, & quod peculiare ei eſt, ſola à tota Italia data.

1 militum; una ab. V.

CAP. VI. *Qui ſolus centurio coronatus.*

PRæter hos contigit ejus coronæ honos. M. [2] Calphurnio Flammæ, Tribuno militum in Sicilia: Centurioni vero uni ad hoc tempus Cn. [3] Perrejo Atinati, Cimbrico bello. Primum pilum is capeſſens ſub Catulo, [d] excluſam [4] ab hoc legionem ſuam

2 Calpurnio. Ch.

3 Petrejo. Ch.

4 ab hoſte. Ch.

cinnato à Minutio & toto exercitu, M Valerio conſuli bello geſto contra Samnites, & Julio Cæſari in expugnatione Mytilenarum. Roſtratam primus accepit Marcus Varro bello piratico, donante Pompejo, deinde Agrippa bello Siculo ab Auguſto. Primus Aul. Poſtum. Dictator ad lacum Regillum, caſtris hoſtium expugnatis auream dedit. Alex. ab Alex. cap. 18. 22. *Dalec.*

a *Hic Decius poſtea ſe conſul Imperioſo collega.*] *Imperio* non *Imperioſo* in ſcripto codice legitur. Neutra lectio placet. potius reor verba eſſe falſo inſerta. *Pint.*

b *Imperioſo collega.*] Tito Manlio, qui filium ſecuri percuti juſſit, quod contra edictum Conſulum extra ordinem pugnaſſet cum Geminio Melio. *Livius* lib. 8. decad. 1. *Dalec.*

c *Magiſtrum equitum.*] Minutium, fuſum fugatumque ab Annibale. *Idem* lib. 2. dec. 3. *Idem.*

d *Excluſam ab hoc legionem ſuam.*] Scribo *ab hoſte*, non *ab hoc*, ex antiquo codice:

suam hortatus, Tribunum suum dubitantem per castra hostium erumpere interfecit, legionemque eduxit. Invenio apud auctores eundem præter hunc honorem, adstantibus Mario & Catulo coss. prætextatum immolasse ad tibicinem foculo posito. Scripsit & Sylla dictator, ab exercitu se quoque donatum apud Nolam, legatum bello Marsico. Idque etiam in villa sua Tusculana, quæ fuit postea Ciceronis, pinxit. Quod si verum est, hoc execrabiliorem eum dixerim, quandoquidem eam capiti suo proscriptione [1] ipse detraxit, tanto paucioribus civium servatis, quam postea occisis. Addat etiamnum huic gloriæ superbum cognomen Felicem, ipse tamen obsessis in toto orbe proscriptis, hac corona Sertorio cessit. Æmilianum quoque Scipionem Varro auctor est donatum obsidionali in Africa, [2] Manlio cos. tribus cohortibus servatis, totidemque ad servandas eas eductis: quod & statuæ ejus in foro suo Divus Augustus [3] adscripsit. [a] Ipsum Augustum [4] cum M. Cicerone filio Consulem Idibus [5] Septembribus Senatus obsidionali donavit. Adeo [6] civica non satis videbatur. Nec præterea quenquam hac invenimus donatum. Nullæ ergo herbæ fuere certæ in hoc honore: sed quæcunque fuerant in periculi sede, quamvis ignobiles ignotæque, honorem nobilem faciebant: quod latêre apud nos minus quidem miror, cernens negligi ea quoque, quæ ad valetudinem conservandam, cruciatusque corporis propulsandos, & mortem arcendam

1 sua ipse. *Ch.*

2 Manilio cos. cohortibus. *Ch.*

3 scripsit. *Ch.*

4 cum, *in Ch. d. & Ces. non* consulem *scribitur*,

5 Sempembris. *Ch.*

6 civitas. *Ch.*

codice: vera lectione. subjungit enim, *per castra hostium erumpere.* & *inclusam* legerem libentius quam *exclusam.* sequitur namque, *legionemque eduxit.* Item alio modo verba disponerem: *inclusam ab hoste legionem suam hortatus per castra hostium erumpere, tribunum suum dubitantem interfecit.* Pint.

a *Ipsum Augustum cum M. Cicerone filio consulem, &c.*] Lege ex eodem, *Ipsum Augustum M. Cicerone filio consule, &c.* Sic paulo ante, *Æmilianum quoque Scipionem Varro auctor est donatum obsidionali in Africa Manlio consule cohortibus servatis.* Idem.

a *Addid-*

cendam pertinent. Sed quis non mores jure castiget: [a] Addidere vivendi [1] pretio deliciæ luxusque. Nunquam fuit cupido vitæ major, nec minor cura. Aliorum hanc [2] operæ credimus, ac nec mandato quidem nostro alios id agere, [3] medicisque provisum esse. [b] [4] Proh, bonis ipsi fruimur voluptatis, & (quod nihil equidem probrosius duco) vivimus aliena fiducia. Imo vero [5] plerisque ultro etiam irrisui sumus ista commentantes, atque frivoli operis arguimur. [c] Magna, quanquam immensi laboris, solatia sperni cum rerum natura: quam certe non defuisse nobis docebimus, & invisis quoque herbis inseruisse remedia: quippe cum medicinas dederit etiam aculeatis. [6] Hæc enim proxime restant ex his, quas [7] priori libro nominavimus, in quibus ipsis providentiam naturæ satis admirari, amplectique non est. Dederat, quas diximus, molles cibisque gratas. Pinxerat remedia in floribus, visuque ipso animos invitaverat, etiam deliciis auxilia permiscens. [d] Inde excogitavit aliquas aspectu hispidas, tactu truces, ut tantum non [e] vocem ipsius fingentis illas, rationemque reddentis exaudire videamur, ne se depascat avida quadrupes, ne procaces manus rapiant, ne [8] neglecta vestigia obterant, ne insidens ales infringat: his muniendo aculeis, telisque armando, remediis ut [9] tuta ac salva sint. Ita hoc quoque, quod in [10] iis odimus, hominum causa excogitatum est.

1 pretia. *Ch.*
2 operæ esse credimus. *Ch.*
3 & à medicis provisum est. *V.*
4 Pro bonis ipsi fruimur voluptatibus, & quo nihil. *Ch*
5 plerique ultra etiam in risum inusitata commentatis quæ. *Ch.*
6 Hæ. *V.*
7 priore. *Ch.*
8 neglectas. *V.*
9 tutæ ac salvæ. *V.*
10 his. *Ch.*

CAP.

a *Addidere vivendi precio deliciæ luxusque.*] Scribendum arbitror: *abdidere vivendi precia deliciæ luxusque*, hoc est, ablegavere, sustulere. *Pint.* *Addidere vivendi, &c.*] Vita majore in pretio est, ob id tantum, ut delitiis frui, luxuique indulgere liceat. *Dalec.*

b *Proh, bonis ipsi fruimur voluptatis.*] Lego, *probrosis ipsi fruimur voluptatibus.* sequitur enim illico: *& quo nihil equidem probrosius duco.* Pint.

c *Magna quanquam immensi laboris solatia.*] *Magno* non *magna*, codex vetus. ut legatur paulo post *solatio*. Idem.

d *Inde excogitavit aliquas aspectu hispidas & tactu truces.*] Verbum *inde* superfluit ex eodem; & *tractatu*, non *tactu*, legitur ibidem. *Idem.*

e *Vocem ipsius fingentis illas.*] Duo postrema verba falso addita videntur.

 alias

CAP. VII.

Medicinæ ex reliquis coronamentis, & erynge.

[a] ET clara in primis aculeatarum erynge est, sive eryngion, [b] contra serpentes & [1] venenata omnia nascens. Adversus ictus morsusque radix ejus bibitur drachmæ pondere in vino: aut si [2] plerumque tales [3] injurias comitatur & febris, ex aqua. Illinitur plagis, peculiariter efficax contra chersydros ac ranas. Omnibus [4] vero contra toxica & aconita efficaciorem Heraclides medicus, in jure anseris decoctam, arbitratur. Apollodorus adversus toxica cum rana decoquit, cæteri in aqua. Ipsa dura, fruticosa, spinosis foliis, caule geniculato, cubitali, & majore aliquanto, alia albicans, alia nigra, radice odorata, & sativa quidem est. Sed & sponte nascitur in asperis & saxosis: & in litoribus maris, durior, nigriorque, folio apii.

1 venena. Cb.
2 ut plerumque. V.
3 miserias comitetur. Cb.
4 vero d. in M.

CAP. VIII.

De herba, quam centum capita vocant.

EX his candidam nostri centum capita vocant. Omnes ejusdem effectus, caule & radice [c] in cibos Græcorum receptis utroque modo, sive coquere libeat, sive [5] cruda vesci. Portentosum est, quod de ea traditur: Radicem ejus alterutrius sexus similitudinem referre, [6] raram inventu: sed si viris contigerit mas, amabiles fieri. Ob hoc & Phaonem [7] Lesbium dilectum à Sappho. [d] Multæ circa hoc

5 crudis. V.
6 raro inventu. Cb.
7 & Lesbium dilectos. Cb.

alias non haberet locum pronomen reciprocum *se*, quod sequitur continuo. *Pint.*

a *Et clara in primis aculeatarum erynge est.*] Dele conjunctionem, ex scripto exemplari. *Idem.*

b *Contra serpentes.*] Salamandras aquaticas eryngii montani contactu, quod cœrulea capita gignit, statim mori deprehensum est, eodem, vel prope tantum admoto, tanquam moribundas jactari, contremiscere, supinas everti. *Dalec.*

c *In cibos Græcorum.*] De foliis tenellis tantum id Dioscorides. *Idem.*

d *Multæ circa hoc non magorum solum vanita-*

hoc non Magorum ſolum vanitates, ſed etiam Pythagoricorum. Sed in medico uſu præter ſupra dicta auxiliatur [1] inflationibus, [a] torminibus, cordis vitiis, ſtomacho, jocineri, præcordiis in aqua mulſa, lieni in poſca. Item ex mulſa [b] renibus, ſtranguriæ, opiſthotonicis, ſpaſmis, lumbis, hydropicis, comitialibus, mulierum menſibus, ſive [2] ſubſidant, [c] ſive abundent, vulvarumque omnibus vitiis. Extrahit infixa corpori cum melle. Strumas, parotidas, panos, recedentes ab oſſibus carnes ſanat cum axungia ſalſa, & cerato: item fracturas. Crapulam præſumpta arcet, alvum ſiſtit. Aliqui è noſtris ſub [3] ſolſtitio colligi eam juſſere. Ex aqua cœleſti imponi omnibus cervicis vitiis. Oculorum quoque albugines ſanare adalligatam tradiderunt.

1 inflammationibus. Ch.

2 ſubſiſtant. V.

3 ſolſtitio. Ch.

CAP. IX. *De acano & glycyrrhiza.*

SUnt qui & acanon eryngio adſcribant, ſpinoſam brevemque, ac latam herbam, ſpiniſque latioribus. Hanc impoſitam, ſanguinem mire ſiſtere. Alii eryngen falſo eandem putaverunt eſſe & [d] glycyrrhizam, quare ſubjungi eam protinus refert. Et ipſa ſine dubio inter aculeatas eſt, foliis [e] echinatis, pinguibus, tactuque gummoſis, fruticoſa, binûm cubitorum altitudine, flore hyacinthi,

vanitates.] Scribo, *Multa circa hec non magorum ſolum vanitate*, ex antiquo codice: & paulo poſt *medicina*, non *medico*, in eo legitur. *Pint.*

a *Torminibus.*] Στρόφοις. De ſuo eryngio ſilveſtri hæc Dioſcorides. *Dalecamp.*

b *Renibus, ſtranguria, opiſthotonicis, ſpaſmis.*] In vetuſto exemplari *opiſthotonis* ſcriptum eſt, non *opiſthotonicis*: ut ſit nomen morbi ipſius ὀπισθότονος, ægrotantis ὀπισθοτονικός. *Pint.*

c *Sive abundent.*] Hoc falſum eſt, niſi quis interpretetur, hoc caſu accidere, cum urina movetur. *Dalec.*

d *Glycyrrhizam.*] Vel à radicis guſtu, qui ſubdulcis & odoratus eſt, vel quod echinatus ſpinoſuſque glycyrrhizæ fructus ſit inſtar eryngii. *Idem.*

e *Echinatis.*] Σχίνου, non ἐχίνου, lentiſci. *Idem.*

a *Fructu*

thi, [a] fructu pilularum platani magnitudinis. [b] Præstantissima in Cilicia, secunda Ponto, radice dulci, & [1] hac tantum in usu. [c] Capitur ea Vergiliarum occasu, longa [d] seu viti, coloris buxei. [e] Meliorque nigra, quæque lenta, quam quæ fragilis. [f] Usus in subditis decocta ad tertias, cætero ad mellis crassitudinem, aliquando & tusæ: quo genere & vulneribus imponitur, & faucium vitiis omnibus. Item voci utilissimo succo: sic ut spissatus est, [2] linguæ subdito. Item thoraci, jocineri. Hac diximus sitim famemque sedari. Ob id quidam adipson appellavêre eam, & hydropicis dedêre, ne sitirent. Ideo & commanducata stomatice est, & hulceribus oris [3] inspersa sæpe, & pterygiis. Sanat & vesicæ scabiem, renum dolores, condylomata, hulcera genitalium. Dedêre eam quidam potui in quartanis, drachmarum duarum pondere, & [4] pipere, hemina aquæ. Commanducata sanguinem ex vulnere sistit. Sunt & qui calculos ea pelli tradiderunt.

1 hæc. Ch.
2 in lingua. Ch.
3 inspergitur. V.
4 piperis una hemina. V.

CAP. X.

De tribulo & generibus ejus, & medicinis.

5 areis. Diosc.

TRibuli unum genus [g] in [5] hortis nascitur, alterum in fluminibus tantum. Succus ex his colligitur

a *Fructu pilularum, &c.*] Asperiore, qui filiquas habet lenticulæ pares, ruffas, parvas. *Diosc.*

b *Præstantissima in Cilicia, secunda Ponto.*] Exemplaria quædam non *Cilicia* præferunt, sed *Sicilia*; scribo *Scythia*, nam circa Mæotim paludem nascitur, unde & *Scythica radix* vocatur teste Theophrasto lib. 9. cap. 13. & Dioscoride lib. 3. *Pint.*

c *Capitur ea Vergiliarum occasu.*] Scribendum puto, *carpitur à Vergiliarum occasu.* Idem.

d *Seu viti.*] Seu Gentianæ. Diosc. *Dalec.*

e *Meliorque nigra.*] Codex vetus *nigri*; ut repetatur *coloris*, & mox paulum *decocta*, non *decocta*. Pint.

f *Usus in subditis.*] Alii leg. *Usus lingua subditis*: vel *in lingua*. Sic vocat hypoglottida, nempe remedia quæ linguæ supponuntur, & ejus contactu liquescunt. *Dalec.*

g *In hortis.*] Juxta amnes, & in ruderibus. Diosc. *Idem.*

a Strabo,

ligitur ad oculorum medicinas. Est enim refrigerantis naturæ, & ideo utilis contra inflammationes collectionesque. Hulcera per se erumpentia, & præcipue in ore, cum melle sanat: item tonsillas. Potus calculos frangit. Thraces, qui ad Strymona habitant, [1] foliis tribuli equos saginant: ipsi nucleo vivunt, panem facientes prædulcem, & qui contrahat ventrem. Radix caste pureque collecta, discutit strumas. Semen adalligatum, varicum dolores sedat: tritum vero, & in aquam sparsum, pulices necat. [1] à foliis. Ch.

CAP. XI. *De stœbe, & medicinis ejus.*

[a] STœbe, quam aliqui phleon vocant, decocta in vino, præcipue auribus purulentis medetur: item oculis ictu [b] cruentatis: hæmorrhagiæ quoque & dysenteriæ infusa.

CAP. XII.

De hippophye & hippope, & medicinis earum.

HIppophyes [2] in sabulosis maritimisque nascitur, spinis albis. Ederæ modo racemosa est, candidis, & ex parte rubentibus acinis. Radix succo madet, qui aut per se conditur, aut pastillis [4] farinæ. Hæc bilem detrahit obolo ponderis, saluberrime cum [5] mulso. [c] Est altera [6] hippope, sine caule, sine flore, foliis tantum minutis. Hujus quoque succus hydropicis mire prodest. Debent accommodatæ [7] esse equorum naturæ, neque ex alia causa nomen accepisse. Quippe quædam animalium

[2] hippophaë & hippophæsto. Dal.
[3] Hippopes. Ch. Hippophaës. Dal.
[4] cum ervi farina. Hic. Diosc.
[5] mulsa. Diosc.
[6] hippophæston. Diosc.
[7] esse & equorum. Ch.

a *Stœbe, &c.*] Legend. *Stœbe quam aliqui Pheon vocant:* idque ex Theophrasto à nobis emendato. *Salm.* p. 394. a.

b *Cruentatis.*] Contusis, συγχύσει ὀφθαλμῶν τῇ ἐκ πληγῆς. Diosc. Est autem is morbus, oculi perturbatio, cum coloris mutatione, pupillæ vel dilatatione, vel diminutione, ac interdum divulsione. *Dalec.*

c *Est altera hippope.*] Legend. *Est altera hippophaës, sine caule, sine flore.* Salmas. pag. 393. a.

malium remediis nascuntur, [a] locupleti divinitate ad [1] gerenda præsidia: ut non sit mirari satis ingenium ejus, disponentis auxilia in genera, in causas, in tempora, ut [2] aliis prosit atque aliis horis, diesque nullus prope sine præsidiis reperiatur.

1 gigneda. V.

2 aliis prosit ab horis. Gb.

CAP. XIII. *De urtica, & medicinis ejus.*

URtica quid esse invisius potest? At illa præter oleum, quod in Ægypto ex ea fieri diximus, vel plurimis scatet remediis. Semen ejus cicutæ contrarium esse Nicander affirmat: item fungis & argento vivo. Apollodorus & salamandris cum jure decoctæ testudinis. Item adversari hyoscyamo, & serpentibus, & scorpionibus. Quin illa ipsa amaritudo mordax, uvas in ore, procidentesque vulvas & infantium sedes, tactu resilire cogit: lethargicos expergisci tactis cruribus magisque fronde. Eadem canis morsibus addito sale medetur. Sanguinem trita naribus indita sistit, & magis radice. Carcinomata & sordida hulcera, sale admisto: item luxata sanat, & panos, parotidas, [b] carnesque ab ossibus recedentes. Semen potum cum sapa, [3] vulvas strangulantes aperit, & profluvia narium sistit impositum. Vomitiones in aqua mulsa sumptum à cœna faciles præstat, duobus obolis, uno autem in vino poto lassitudines recreat. Vulvæ vitiis tostum, acetabuli mensura: potum in sapa resistit stomachi [4] inflationibus. Orthopnoicis prodest

3 vulvam strangulantes. Gb.

4 inflammationibus, Gb.

a *Locupleti divinitate ad gerenda præsidia.*] Lego *generanda*, non *gerenda*. ex vetusto exemplari. *Pint.*

b *Carnesque ab ossibus recedentes.*] Ita videtur reddere vocem Græcam Dioscoridis ἀποστήματα, & inscite quidem. *Abscessus* commodius ille verterit. Ni forte illum hoc loquendi genere, quo aliis multis locis utitur, cutem detritam, pannosam, lacerosam intelligit, quæ abscessu tardius aperto, vel ægri metu, vel imperitia medici, immodice, rodente pure, attenuata & resiccata est, ideoque subjectis partibus agglutinari nequit: ῥακώδες δέρμα Galenus vocat lib. 2 ad Glaucon. & ad eum morbum valde mel laudat, de quo Diosc. suo capite scripsit, τὰ ἀφεστῶτα σώματα περικολλᾶν. *Dalec.*

a *Illini-*

deſt cum melle: & thoracem purgat eodem eclígmate. Et lateri medetur cum ſemine lini. Addunt hyſſopum & piperis aliquid. [a] Illinitur lieni. Difficilem ventrem toſtum cibo emollit. Hippocrates vulvam purgari poto eo pronuntiat. Dolore levari toſto acetabuli [1] menſura [b] dulci poto, & impoſito cum ſucco malvæ. Inteſtinorum animalia pelli cum hydromelite & ſale. Defluvia capitis, ſemine illito cohoneſtari. Articularibus morbis & podagricis plurimi cum oleo vetere, aut folia cum urſino adipe trita imponunt. At eadem radix tuſa cum aceto non minus utilis: item lieni. Et coćta in vino diſcutit panos, cum axungia vetere ſalſa. Eadem pſilothrum eſt ſicca. Condidit laudes ejus Phanias phyſicus, utiliſſimam cibis [2] coćtam conditamve profeſſus arteriæ, tuſſi, ventris [3] diſtillationi, ſtomacho, panis, parotidibus, pernionibus: cum oleo ſudorem, coćtam cum conchyliis ciere alvum, cum ptiſana pećtus purgare, mulierumque menſes cum ſale, hulcera quæ ſerpant cohibere. [4] Succus quoque in uſu eſt. Expreſſus illituſque fronti, ſanguinem narium ſiſtit: potus urinam ciet, calculos rumpit: uvam [5] gargarizatus reprimit. Semen colligi meſſibus oportet. Alexandrinum maxime laudatur. Ad omnia hæc & mitiores quidem teneræque efficaces, ſed præcipue ſilveſtris [6] illa, & amplius lepras è facie tollit, in vino pota. Si quadrupes fœtum non admittat, urtica naturam fricandam monſtrant.

1 menſura cum dulci. V.

2 conditam coćtamve. Ch.

3 deſtillationi. Ch.

4 Succo. Ch.

5 gargarizatu. Ch.

6 illa, & hoc amplius. Ch. illa in vino pota, quæ & amplius lepras è facie tollit. Si quadrupes: initium non adm. V.

CAP. XIV. *De lamio, & medicinis ejus.*

EA [7] quoque num, quam lamium inter genera earum appellavimus mitiſſima, & foliis non morden-

7 Ea quoque, quam non lamium. V. Ea quoque quam lamium. Ch.

a *Illinitur lieni.*] De foliis id Dioſcor. cum cerato. *Dalec.*

b *Dulci poto.*] Sic vertit τὸ γλυκὺ: quod paulo ante paſſum reddiderat, & aptius. *Idem.*

mordentibus, medetur cum mica ſalis contuſis incuſſiſque, inuſtis & ſtrumis, tumoribus, podagris, vulneribus. Album habet in medio folio, quod ignibus ſacris medetur. Quidam è noſtris tempore diſcrevere genera. Autumnalis urticæ radice alligata in tertianis, ita ut ægri nuncupentur, cum eruitur ea radix, & dicatur quæ, & cui, & quorum filio eximatur, liberari morbo tradiderunt. Hoc [1] idem contra quartanas pollere. Iidem urticæ radice addito ſale, infixa corpori extrahi. Foliis cum axungia ſtrumas diſcuti: vel ſi ſuppuraverint, erodi complerique.

1 idem & contra. *Ch.*

CAP. XV.

De ſcorpione, generibuſque, ac medicinis ejus.

[a] EX argumento nomen accepit [b] ſcorpius herba. [c] Semen enim habet ad ſimilitudinem caudæ ſcorpionis, folia pauca. Valet & adverſus animal nominis ſui. [d] Eſt & alia ejuſdem nominis effectuſque ſine foliis, [e] aſparagi caule, in cacumine aculeum habens, & inde nomen.

CAP. XVI.

De leucacantha, & medicinis ejus.

LEucacantham alii [2] phyllon, alii iſchiada, alii polygonaton appellant, radice [3] cyperi, quæ commanducata dentium [4] dolorem ſedat. Item laterum & lumborum, ut Hiceſius tradit, ſemine poto drach-

2 Phimum. *Ch.*
3 Cypiri. *Ch.*
4 dolores. *Ch.*

a *Ex argumento nomen accepit ſcorpius herba.*] Scribo *ſcorpio*, non *ſcorpius*, ex V. C. confirmantibus eam lectionem Theophraſto libro nono, & Dioſcoride quinto. *Pint.*

b *Scorpius herba.*] Scorpioeides. Dioſc. *Dalec.*

c *Semen enim.*] Ut ſcorpiuros florem. *Idem.*

d *Eſt & alia.*] Tragos Dioſc. quam & tragonon vocari, & ſcorpium is tradit. *Idem.*

e *Aſparagi caule.*] Caulis lævis eſt, & abſque foliis. *Idem.*

a *Eadem-*

drachmis octo, aut succo. [a] Eademque ruptis convulsis medetur.

CAP. XVII.

De helxine, perdicio, parthenio, sideriti, & medicinis ejus.

[b] HElxinen aliqui perdicium vocant, quoniam perdices ea præcipue vescantur. Alii [1] side- 1 sideritem. Ch.
ritin, nonnulli parthenium. Folia habet [c] mistæ similitudinis plantagini & marrubio, cauliculos densos, leviter rubentes, semina in capitibus lappaceis [2] adhærentia vestibus: unde & helxinem di- 2 adhærescentia. Ch.
ctam volunt. Sed nos [3] qualis vera esset helxine, 3 qualis esset ixine. V.
[d] diximus priori libro. [e] Hæc autem inficit lanas, sanat ignes sacros & tumores collectionesque [f] omnes, & adusta. Panos succus ejus cum psimmythio, ignes sacros, tumores, collectionesque, & guttura incipientia turgescere. Item veterem tussim cyatho hausto, & omnia [4] in humido: sicut ton- 4 ut in humido. Ch.
sillas & varices cum rosaceo. Imponitur & podagris cum [g] caprino sevo ceraque Cypria. Perdicium sive Parthenium (nam sideritis alia est) [5] à nostris 5 ab nostris. Ch.
herba

a *Eademque ruptis convulsis medetur.*] Alio ordine vetus exemplar, *Eadem ruptis convulsisque medetur.* Pint.

b *Helxinen aliqui perdicium.*] Nicander in Theriacis vocat κλύβαλιν ἣν κ ἰλξίνην, τὴν δὲ κλύβαλιν καλέουσι. Addit interpres, dici & κλυβάτιον, σιδηρῖτιν, παρθένιον, περδίκιον. *Dal.*

c *Mista similitudinis, &c.*] Mercurialis. Diosc. Ex sideritidis Heracleæ historia Plinius id videtur avellere. *Idem.*

d *Diximus.*] Cap. 16. lib. 21. quo loco Plinius ignoranter & inconsiderate, pro ixine, nempe chamæleone albo, helxinen ter scribit. *Idem.*

e *Hæc autem inficit lanas.*] Δυνάμιν δ' ἔχει τὰ φύλλα ψυκτικὴν, στυπτικὴν, folia refrigerandi & spissandi vim habent. Legit Plinius βαφικήν. Quidam hunc locum sic interpretantur, ad infecturam lanarum esse utilem, quod absterforia sua vi, radiculæ, sive struthii modo, sordes auferat & eluat, impedituras alioqui ne succum suum lanæ bibant. Cæterum an ad id parictaria veteres usi fuerint, à nemine, quod equidem sciam, proditum est. *Idem.*

f *Omnes, & adusta*] Leg. *Adusta & panos succus ejus cum psimmythio, & guttura incipientia turgescere, &c.* Cornarius, qui repetita ex superiore periodo temere alia censet. E quo quidem verba hæc *tumores collectionesque*, irrepsisse puto. At Diosc. nominatim scripsit ignibus sacris, & ulceribus, quæ serpunt, auxiliari. *Idem.*

g *Caprino sevo ceraque Cypria.*] Hircino sevo, & cerato Cyprino. Diosc. *Idem.*

a *Vrceo-*

herba [a] urceolaris vocatur, [1] ab aliis [b] aſtericum, folio ſimilis ocimo, nigrior tantum, naſcens in tegulis, parietiniſque. Medetur cum mica ſalis trita iiſdem omnibus, quibus lamium, & eodem modo: item vomicæ calfacto ſucco [2] pota. Et contra hulcera, rupta, lapſuſque & præcipitia, aut vehiculorum everſionis ſingularis. [c] [3] Vernula charus Pericli Athenienſium principi, cum is in arce templum [d] ædificaret, repſiſſetque ſuper altitudinem faſtigii, & inde cecidiſſet, hac herba dicitur ſanatus, monſtrata Pericli ſomnio à Minerva. Quare Parthenium vocari cœpta eſt, aſſignaturque ei Deæ. Hic eſt vernula, cujus effigies ex ære fuſa eſt, [e] & nobilis [4] ille Splanchnoptes.

1 ab aliis altercum, folio ſimilis ocimis. *Ch.*

2 potu, ſed contra vulſa, rupta. *Ch.*

3 Verna. *Ch.*

4 ilvæ ſpachinoptes. *Ch.*

CAP XVIII.

De chamaleone, generibuſque, & medicinis ejus.

[f] CHamæleonem aliqui ixiam vocant. Duo genera ejus. [5] Candidior aſperiora folia habet: ſerpit in terra echini modo ſpinas erigens, radice dulci, odore [6] graviſſimo. Quibuſdam in locis viſcum gignit album ſub alis foliorum, maxime circa Canis ortum, quo modo thura naſci dicuntur: unde & ixia appellatur. [7] Hoc, ut maſtiche, utuntur mulieres. Quare & chamæleon vocetur, [g] varietate foliorum evenit. Mutat enim cum terra colores, hic niger, illic viridis, aliubi cyaneus, aliubi croceus, atque aliis coloribus. Ex his

5 Candidus ſilybo aut carduo aſperiora. *Dioſc.* ſpargitur in terra. *Quilam.* *Revera Chamaleo non ſerpit, ſed humi jacet.*

6 gravi. *Ch.*

7 Hac maſtiche. *Ch.*

a *Urceolaris.*] Ocymoeides minus herbariorum. *Dalec.*

b *Aſtericum.*] Ob florem ſtellatim diviſum. *Idem.*

c *Vernula charus.*] Plutarchus in vita Periclis. *Idem.*

d *Ædificaret.*] Ictino architecto operi præfecto. *Strabo & Vitruvius.* Idem.

e *Et nobilis ille Splanchnoptes.*] Sic vocatus eſt, quod exta torreret, & oris pleni ſpiritu ignem accenderet; opus unicum Stypacis Cyprii. *Idem.*

f *Chamaleonem aliqui, &c.*] Album tantum. Dioſc. Lego, *Chamaleonis duo genera. Candidior, quem ixiam vocant, aſperiora folia habet, &c.* Idem.

g *Varietate foliorum evenit.*] De nigro Chamæleone id Dioſcor. *Idem.*

a Hic

his candidus hydropicos sanat succo radicis decoctæ. Bibitur [1] drachma in passo. Pellit & interaneorum animalia acetabuli mensura succi ejusdem in vino austero cum origani scopis. Facit [2] ad difficultatem urinæ. [a] [3] Hic succus occidit [4] canes suesque in polenta. Addita aqua & oleo contrahit in se mures ac necat, nisi protinus aquam sorbeant. Radicem ejus aliqui concisam servari jubent funiculis pendentem, decoquuntque in cibo contra fluxiones, quas Græci rheumatismos vocant. Ex nigris aliqui marem dixere, cui flos purpureus esset, & fœminam cui violaceus. [5] Uno nascuntur caule cubitali, crassitudine digitali. Radicibus earum lichenes curantur, cum sulphure & bitumine una coctis: commanducatis vero dentes mobiles, aut in aceto decoctis. Succo scabiem etiam quadrupedum [6] sanant. Et ricinos canum necant: [7] juvencas quoque anginæ modo. [b] Quare à quibusdam ulophonon vocatur, & [8] cynozolon, propter gravitatem odoris. Ferunt & [9] hæc viscum hulceribus utilissimum. Omnium autem generum eorum radices scorpionibus adversantur.

1 & drachma. V.
2 ad, in Ch. d.
3 Radix. Diosc.
4 & Canes. Ch.
5 Et una. Ch.
6 sanant, In juvencisque anginæ morbum: & ricinos canum necant. Quare. Ch.
7 Juvencos. Ch.
8 cynosialon. Ch. cynosozon. Quidam.
9 hæ. D.

CAP.

a *Hic succus occidit & canes suesque in polenta. Addita aqua & oleo contrahit in se mures ac necat.*] Vetus codex: *Hic succus occidit & panos in polenta, & canes suesque addita aqua & oleo.* cætera redundant. Error, ut puto, est in situ verborum, scribendumque, *facit ad difficultatem urinæ panosque hic succus. Occidit & canes, sues, muresque in polenta addita aqua & oleo.* Nam & Dioscorides lib. 3. misceri scribit medicamentis quæ exedendo sunt, ut non absurde credi possit facere etiam ad panos. Et quod attinet ad canes, sues, muresque; ejusdem Dioscoridis verba sunt libro prædicto: *Quin & canes suesque ac mures in polenta simul omnibus hydrelæo maceratis enecat.* Pint. Theophrastus cap. 13. lib. 9. histor. id aliter refert. *Occidit*, inquit, *canes & sues, canes quidem subacta cum polenta & hydrelæo: sues vero cum brassica* (μετ᾽ ῥαφάνων) *mixta, viscum hulcera.* Fallitur Plinius: albi chamæleonis id peculiare est. *Dal.*

b *Quare à quibusdam ulophonon vocatur.*] Scio apud Dioscoridem 3. οὐλοφόνον etiam legi; sed cum apud eundem auctorem varia nomina herbarum ab aliis adjecta, non ipsius Dioscoridis legitima censeantur, potiorem in hac parte habeo veterem lectionem, in qua *ulophyton* scriptum est, non *ulophonon*: Pint.

a *Manus-*

CAP. XIX.

De coronopo, & medicinis ejus.

COronopus oblonga herba eſt cum fiſſuris. Seritur interim, quoniam radix [1] cœliacis præclare facit in cinere toſta.

[1] colicis. *Paulus.*

CAP. XX.

De anchuſa, & pſeudanchuſa, & medicinis earum.

ET anchuſæ radix in uſu eſt, digitali craſſitudine. Finditur papyri modo: [a] manuſque inficit ſanguineo colore: præparat lanas pretioſis coloribus. Sanat hulcera in cerato, [b] præcipue ſenum, item aduſta. Liquari non poteſt in aqua: oleo diſſolvitur: idque ſinceræ experimentum eſt. Datur & ad renum dolores drachma ejus potui in vino: aut ſi febris ſit, [2] in decoctobalani. Item in jocinerum vitiis, & lienis, & bile ſuffuſis. Lepris & lentigini illinitur ex aceto. Folia trita cum melle & farina, luxatis imponuntur: & pota drachmis duabus in mulſo alvum ſiſtunt. Pulices necare radix in aqua decocta traditur. Eſt & alia ſimilis, [c] pſeudanchuſa ob id appellata, à quibuſdam vero [3] enchuſa, aut [4] doris, & multis aliis nominibus, lanuginoſior & minus pinguis, tenuioribus foliis & languidioribus. Radix [5] oleum non fundit, ſed rubentem ſuccum: & hoc ab anchuſa diſcernitur. Contra ſerpentes efficaciſſima potu foliorum, vel ſeminis.

[2] cum multa. *Dioſc.*
[3] Echis. *Ch.*
[4] Aris. *Dioſc.*
[5] in oleum non fundit rubentem. *Ch.* in oleo non fundit rubentem ſucc. *Ch.*

a *Manuſque inficit ſanguineo.*] Dioſcorides τὴν χρόαν ὕφαιμον ἐν τῷ θέρει γινομένην, non ut vulgo legitur, γινομένη. per æſtatem colore rubeſcens, καὶ βάπτουσα τὰς χεῖρας ac manus inficiens. Legit Plinius, aut ejus ſcriba, τὴν χρόαν ὕφαιμος, ὡς πάπυρος σχιζομένη, καὶ βάπτουσα τὰς χεῖρας, inconſiderate ac negligenter. Orpheus in Argon. ἄγχουσαν ἐρυθρὴν vocat. *Dalec.*

b *Præcipue ſenum.*] Dioſcoridi ulcera πεπαλαιωμένα, inveterata, ſanat in cera & oleo decocta. *Idem.*

c *Pſeudanchuſa.*] Hæc eſt Dioſcoridis echium, quam & *aridam* vocari & *aſcibiadium* tradit. *Idem.*

a *Anchu-*

nis. Folia ictibus imponuntur. Virus serpentium fugat. Bibitur & propter [1] spinam. Folium ejus sinistra decerpi jubent Magi, & cujus causa sumatur dici, tertianisque febribus [2] alligari.

1 doloris lumborum. Diosc.

2 adalligari. Ch.

CAP. XXI.

De onochile, anthemi, loto, & lotometra, heliotropio, tricocco, & adiantho sive callitricho.

EST & alia herba proprio nomine [3] onochiles, quam aliqui [a] anchusam vocant, alii [4] arcebion, alii onochelim, aliqui rhexiam, multi [5] enchusam, parvo frutice, flore purpureo, asperis foliis & ramis, radice messibus sanguinea, cætero nigra, in sabulosis nascens, efficax contra serpentes, maximeque viperas, & radice & foliis, æque cibo ac potu. Vires habet messibus. Folia trita [b] odorem cucumeris reddunt. Datur in cyathis tribus vulva procidente. [c] Pellit & [6] tineas cum hyssopo. Et in dolore [7] renum aut jocineris ex aqua mulsa, si febris sit: sin aliter, [8] ex vino bibitur. [9] Lentigini ac lepris radix illinitur. Habentes eam, à serpentibus feriri negantur. [d] Est & alia huic similis [10] flore rubro, minor, & ipsa ad eosdem usus. Traduntque commanducata ea, si inspuatur, mori serpentem. Anthemis magnis laudibus celebratur ab Asclepiade. Aliqui leucanthemida vocant, alii leucanthemum, alii [11] eranthemon, quoniam vêre floreat: alii chamæmelon, quoniam odorem mali habeat. Nonnulli [12] melanthemon vocant. Genera ejus tria [13] flore tantum distant, palmum non excedentia, [14] parvisque floribus, ut rutæ, candidis,

3 onochilon. Ch.

4 archibellion, alii onoclean. Alii alcibiadion, alii onocheiles. Diosc. arcebon, alii onochilon. Ch.

5 enichrisam. Ch.

6 tænias. Ch.

7 splenium. Ch.

8 è. Ch.

9 Vitiligini. Diosc.

10 semine puniceo, minore. Diosc.

11 arathemida. Th.

12 melanthion. Ch.

13 fronde. Ch.

14 parvis foliis, rutæ, candidis, aut malinis. Ch.

a *Anchusam vocant.*] Anchusa secunda. Diosc. *Dalec.*

b *Odorem, &c.*] De alsines foliis id Dioscorides. *Idem.*

c *Pellit & tineas.*] De radice anchusæ tertiæ, quæ posthac describitur, id Dioscorides tradit. *Idem.*

d *Est & alia, &c.*] Anchusa tertia. Diosc. *Idem.*

dis, aut melinis, aut purpureis. In macro solo, aut juxta semitas colligitur vêre, & in coronamenta reponitur. Eodem tempore & medici folia tusa [a] in pastillos digerunt: item florem & radicem. Dantur omnia mista drachmæ unius pondere, contra serpentium omnium ictus. Pellit mortuos partus: item menstrua in potu & urinam, calculosque. Inflationes, jocinerum vitia, bilem suffusam, ægilopia commanducata, hulcerum eruptiones [b] manantes sanat. Ex omnibus his generibus ad calculos efficacissima est, quæ florem purpureum habet: cujus & foliorum & fruticis amplitudo majuscula est. Hanc proprie quidem [1] eranthemon vocant. Loton qui arborem putant tantum esse, vel Homero auctore coargui possunt. [c] Is enim inter herbas subnascentes Deorum voluptati, loton primam nominavit. [d] Folia ejus cum melle, oculorum cicatrices, argema, nubeculas discutiunt. Est & lotometra, quæ fit ex loto sata, ex cujus semine [2] simili milio, fiunt panes in Ægypto à pastoribus, [e] maxime aqua vel lacte subacto. Negatur quicquam illo pane salubrius esse, aut levius, dum caleat: refrigeratus difficilius concoquitur, fitque ponderosus. Constat, eos qui illo vivant, nec dysenteria, nec tenesmo, neque aliis morbis ventris infestari. Itaque inter remedia eorum habetur. Heliotropii

1 eranthemim. Ch.

2 simillimo porri. Ch.

a *In pastillos digerunt.*] Vide apud Dioscor. longe aliter hoc explicatum, quam à Plinio citatur. *Dalec.*

b *Manantes sanat.*] De leucanthemo & chrysanthemo id Dioscorides, ut legendum sit, *sanant.* Idem.

c *Is enim, &c.*] Iliad. ξ. de Jove & Junone loquens:

Τοῖσι δ' ὑπὸ χθὼν Δῖα φύε νεοθηλέα ποίην,
Λωτὸν θ' ἐρσήεντα, ἰδὲ κρόκον, ἠδ' ὑάκινθον.

Apud eundem Odyss. δ. Telemachus sic Menelaum alloquitur:

—— σὺ γὰρ πεδίοιο ἀνάσσεις
Εὐρέος, ᾧ ἐνὶ μὲν λωτὸς πολὺς ἠδὲ κύπειρον.

Idem.

d *Folia ejus cum melle.*] Hæc est lotus (urbana λωτὸς ἥμερος) triphyllos, Dioscorid. *Idem.*

e *Maxime aqua vel lacte subacto.*] Horum omnium nihil Theophr. nihil Dioscur. *Idem.*

a *Contra-*

liotropii miraculum sæpius diximus, cum Sole se circumagentis, etiam nubilo die: [1]tantus sideris amor est: [2]noctu velut desiderio [a][3] contrahi cæruleum florem. Genera ejus duo: [b]tricoccum, & [c]helioscopium. [d] Hoc altius (quanquam utrumque semipedalem altitudinem non [4]excedat) ab ima radice ramosum. Semen in folliculo messibus colligitur. Nascitur non nisi in pingui solo, cultoque maxime: tricoccum ubique. Si decoquatur, invenio cibis placere: & in lacte jucundius alvum molliri: & si decocti succus bibatur, efficacissime exinaniri. Majoris succus excipitur æstate, hora sexta: miscetur cum vino, sic firmior. Capitis dolores sedat, rosaceo admisto. Verrucas cum sale tollit succus è folio: unde nostri verrucariam herbam appellavere, aliis cognominari effectibus digniorem. Nanque & serpentibus, & scorpionibus resistit, ex vino aut aqua mulsa, ut Apollophanes & Apollodorus tradunt. Folia infantium destillationibus, quod [e] siriasin vocant, illita medentur. Item contractionibus, etiam si id comitialiter accidat. Decocto quoque foveri [5]eos saluberrimum est. Potum id pellit [6] tineas, & renum harenas. Si cuminum adjiciatur, calculos frangit. [f] Decoqui cum radice oportet, quæ cum foliis & hircino [7] sevo podagris illinitur. Alterum [8] genus, quod tricoccum appellavimus, & alio nomine scorpiuron vocatur, foliis non solum minoribus, sed etiam

1 tantum. Ch.
2 Noctu vero velut ejus desid. V.
3 contrahit. Ch.
4 excedit ab uva. Ch.
5 os. Dal.
6 tænias. Alii & Ch.
7 sebo. Ch.
8 genus est, quod tricoccum appellavimus: aliud vero, quod scorpioeides nomine vocatur. Diosc.

a *Contrahi cæruleum florem.*] De cichorii flore, qui etiam solem semper aspicit, hoc audiendum. Heliotropii flos, vel candidus est, vel subfulvus Dioscoridi. *Dalec.*

b *Tricoccum.*] Parvum. *Idem.*

c *Helioscopium.*] Magnum. *Idem.*

d *Hoc altius.*]Magnum potius dictum puto ab amplitudine foliorum, quam à proceritate ramulorum. *Idem.*

e *Siriasin.*] Σειρίασις ardor capitis, adustio, ustulatio, est cerebri & membranarum ejus inflammatio, (τὸ καῦμα) cum oculorum & syncipitis cavitate, totius corporis ariditate, febre ardente, pallore, appetentia dejecta & nonnunquam diarrhœa. Vide supra c. 30. l. 20. *Idem.*

f *Decoqui cum radice oportet.*] Dioscoridi tenuis & inutilis radix est. *Idem.*

etiam in terram vergentibus. Semen ei est effigie scorpionis caudæ: quare ei nomen. Vis ad omnia venenata & phalangia, [1] & contra scorpiones præcipue illita. Non feriuntur habentes. Et si terram surculo heliotropii circumscribat aliquis, negant scorpionem egredi. Imposita vero herba, aut uda omnino resperssum, protinus mori. [a] Seminis grana quatuor pota, quartanis prodesse dicuntur, tria vero tertianis: vel si herba ipsa ter circunlata subjiciatur capiti. Semen & Venerem stimulat. Cum melle panos discutit. Et verrucas hoc utique heliotropium radicitus extrahit, & excrescentia in sedibus. [b] Spinæ quoque ac lumborum sanguinem corruptum trahit, illitum semen & potum in jure gallinacei decoctum, aut cum beta & lente. Cortex [2] vero liventibus colorem reddit. Magi heliotropium quartanis quater, in tertianis ter alligari jubent ab ipso ægro, precarique eum, soluturum se nodos liberatum, & ita facere non exempta herba. Aliud adiantho miraculum: æstate viret, bruma non marcescit: aquas respuit, perfusum mersumve sicco simile est: tanta dissociatio deprehenditur: unde & nomen à Græcis, alioquin [c] frutici topiario. Quidam callitrichon vocant, alii polytrichon, utrunque [3] ab effectu. Tingit enim capillum: & ad hoc decoquitur in vino cum semine apii, adjecto oleo copiose, ut crispum densumque faciat, deflue-

1 sed. Ch.

2 seminis liventibus. Ch.

3 Est ab eff. Ch.

a *Seminis grana quatuor pota.*] De semine heliotropii magni id Dioscorides. *Dalec.*

b *Spinæ quoque, &c.*] Qualem morbum significet obscurum est, nisi forte sanguinem impurum, feculentum, crassum intelligat, renibus impactum, & dolores excitantem, quo in morbo prodest urinas mejere turbidas, cruentis similes, & tanquam injecta permixtaque fuligine nigras. Alibi sanguinem inutilem vocat, ut c. 4. l. 20. *Idem.*

c *Frutici topiario.*] Licenter hoc Plinius & affectate. Primum quidem, quia frutex non est, sed herbula: deinde quia hominum industria eo non utitur ad ornandos tegendosque hortorum parietes, ut aliis topiariis plantis, sed veluti naturæ quodam artificio muros vestit, è quibus prorumpit. *Idem.*

a *Tardi-*

defluere autem prohibet. Duo ejus genera, candidius, & nigrum breviusque. Id quod majus est, polytrichon: [1] aliud, trichomanes vocant. Utrique ramuli nigro colore nitent [2] foliis filicis: [3] ex quibus inferiora aspera ac fusca sunt: [4] omnia autem contrariis pediculis densa inter se ex adverso: radix [5] nulla. Umbrosas petras, parietumque aspergines, ac fontium maxime specus [6] sequitur: & saxa manantia, quod miremur, cum aquas non [7] sentiat. Calculos è corpore mire pellit: frangitque, utique nigrum. Qua de causa potius quam quod in saxis nasceretur, à nostris saxifragum appellatum crediderim. Bibitur è vino, quantum terni decerpsere digiti. Urinam cient. Serpentium & araneorum venenis resistunt. In vino [8] decocti alvum sistunt. Capitis dolores corona ex his sedat. Contra scolopendræ morsus illinuntur, crebro [9] auferendi ne pereant: hoc & in alopeciis. Strumas discutiunt, furfuresque in facie, & capitis manantia hulcera. Decoctum ex his prodest suspiriosis, & jocineri, & lieni, & felle suffusis, & hydropicis. Stranguriæ illinuntur, & renibus cum absinthio. Secundas cient & menstrua. Sanguinem sistunt ex aceto, aut rubi succo [10] poti. Infantes quoque exhulcerati perunguntur ex [11] iis cum rosaceo & vino prius. Folium in urina pueri impubis, tritum quidem cum aphronitro, & illitum ventri mulierum, ne rugosus fiat, præstare dicitur. [a] Perdices & gallinaceos pugnaciores fieri putant, in cibum eorum additis: [b] pecorique esse [12] utilissimos.

1 aliqui. Ch.
2 foliis coriandri, aut filicis. Diosc.
3 in quibus. D.
4 trichomani. Dal.
5 inutilis. Dioscor.
6 sequuntur. D.
7 sentiant. D.
8 decocta. D.
9 auferenda ne pereant. V.
10 nota. Dal.
11 his. Ch.
12 utilissima. D.

CAP.

a *Perdices.*] Coturnices, Dioscorid. Dalec.

b *Pecorique esse utilissimos.*] Sata circa ovilia. Diosc. *Idem.*

CAP. XXII.

De picride, thesio, asphodelo, alimo, acantho, bupresti, elaphobosco, scandice, jasione, & de caucalide, sio, sillibo, scolymo sive limonio, soncho, chondrillo sive chondrille, & boletis.

PIcris ab insigni amaritudine cognominatur, ut diximus: [a] rotundo folio. Tollit eximie [b] verrucas. Thesium quoque non dissimili amaritudine est: sed purgat alvum; in quem usum teritur ex aqua. Asphodelum de clarissimis herbarum, quam
V. [1 fluviis.] heroion aliqui appellaverunt: Hesiodus & in [1] silvis nasci dixit. Dionysius, marem ac fœminam esse. Defectis corporibus & phthisicis constat bulbos ejus cum ptisana decoctos, aptissime dari: panemque ex his cum farina subactis, saluberrimum esse. Nicander & contra serpentes ac scorpiones, vel caulem, quem anthericon vocavimus, vel semen, vel bulbos dedit in vino tribus drachmis: substravitque somno contra hos metus. Datur & contra venenata marina & contra scolopendras terrestres. Cochleæ mire in Campania caulem eum persequuntur & sugendo arefaciunt. Folia quoque illinuntur venenatorum vulneribus ex vino. Bulbi nervis articulisque cum polenta tusi illinuntur. Prodest & concisis ex aceto lichenas fricare: item hulceribus putrescentibus ex aqua imponere: mammarum quoque & testium [2] inflammationibus. Decocti in fæce vini, oculorum epiphoris supposito linteolo medentur. [3] Fere in quocunque morbo decoctis

[2 inflammationi. Ch.] [3 Foliis in. M.]

a *Rotundo folio.*] Falsum id. Nulli generi κιχωριωδῶν rotundum folium est, sed oblongum. Theophr. cap. 11. lib. 7. hist. figuræ foliorum nullam mentionem facit, sed eam solum hieme tota, vereque toto florere tradit. Quod si rotundum *teres* intelligamus, minimè certe κιχωριώδους species, quam picrida esse putamus, foliis est propemodum teretibus. *Dal.*

b *Verrucas.*] Matthiolus verrucarium cichorium depingit, facultatis præstantissimæ ad verrucas delendas. *Idem.*

a *Corpo-*

ctis magis medici utuntur. Item ad tibiarum tetra hulcera, rimasque corporum quacunque in parte farina arefactorum. Autumno autem colliguntur, cum plurimum valent. Succus quoque [1] tusis expressus aut decoctis utilis fit [a] corporis dolori, cum melle: idem [b] odorem corporis jucundum affectantibus, cum iri arida & salis exiguo. Folia etiam supra dictis medentur, & strumis, panis, hulceribus in facie, decocta in vino. Cinis è radice alopecias emendat, & rimas pedum. Decoctæ radicis in oleo succus, perniones & ambusta. Et ad [c] gravitatem aurium infunditur: [2] à contraria aure in dolore dentium. Prodest & urinæ pota modice radix, & menstruis & lateris doloribus: item ruptis convulsis, tussibus, drachmæ pondere in vino pota. Eadem & vomitiones adjuvat commanducata. Semine sumpto turbatur venter. Chrysermus & parotidas in vino decocta radice curavit: item strumas, admista cachry ex vino. Quidam ajunt, si imposita radice pars ejus in fumo suspendatur, [3] & quarta die solvatur, una cum radice arescere strumam. [4] Sophocles ad podagras utroque modo, cocta crudaque usus est. Ad perniones decoctam ex oleo dedit & suffusis felle in vino & hydropicis. Venerem quoque concitari cum vino & melle [d] perunctis, aut bibentibus [5] tradiderunt. Xenocrates & lichenas & psoras, radice in aceto decocta, tolli dicit. Item si cocta sit cum hyoscyamo & pice liquida alarum quoque & feminum vitia, & capillum crispiorem fieri, raso prius capite, si radice ea fricetur. [6] Simus lapides renum in vino decocta atque

1 thyrsis. M.

2 & à contr. Dal.

3 quartaque. Ch.

4 Socles. Ch.

5 tradidere. Ch.

6 Timon. Ch.

a *Corporis dolori.*] Coli tormentis, aut lassitudini. *Dalec.*

b *Odorem corporis, &c.*] Quia tetrum odorem corporis, alarum præcipue, feminum, pedum emendat. *Idem.*

c *Gravitatem aurium.*] Τὴν βαρυηκοΐαν: Diosc. vero ὠταλγίαν, aurium dolorem. *Idem.*

d *Perunctis.*] Illitis genitalibus tam maris quam fœminæ. *Idem.*

[1] semine ad. *Ch.*
[2] & caverna. *Dal.*
[3] halimon. *Ch. & hic & mox.*
[4] rupta convulsa. *Ch.*
[5] illinitur. *M.*
[6] lenire perhibetur, &c. *M.*
[7] laxatorum. *Ch.*
[8] ejus. *Dal.*

atque pota eximit. Hippocrates [1] semen ejus ad impetus lienis dari censet. Jumentorum quoque [a] hulcera ac scabiem, radix illita, aut decoctæ succus ad pilum reducit. Mures etiam eadem fugantur, [2] caverna præclusa moriuntur. Asphodelon ab Hesiodo quidam [b] [3] alimon appellari existimavere, quod falsum arbitror. Est enim suo nomine alimon, non parvi & ipsum erroris inter auctores. Alii enim fruticem esse dicunt densum, candidum, sine spina, foliis oleæ, sed mollioribus: [c] coquitur autem hoc ciborum gratia. Radix tormina discutit, drachmæ pondere in aqua mulsa pota: item [4] convulsa & rupta. Alii olus maritimum esse dixere salsum, & inde nomen, [d] foliis in rotunditate longis, laudatum in cibis. Duorum præterea generum, [e] silvestre, & mitius: utrunque prodesse [f] dysentericis etiam exhulceratis cum pane, stomacho vero ex aceto. Hulceribus vetustis [5] illini crudum & vulnerum recentium impetus [6] lenire, & [7] luxatorum pedum ac vesicæ dolores. Silvestri tenuiora folia, sed in eisdem remediis effectus majores, & in sananda hominum ac pecorum scabie. Præterea nitorem corpori fieri dentibusque candorem, si fricentur radice [8] ea. Semine linguæ subdito sitim non sentiri. Hoc quoque mandi, & utraque

a *Hulcera ac scabiem.*] Festus prisco vocabulo ea vocat *petimina:* præsertim quæ humeros obsident. Lucillius:

Ut petimen naso, aut lumbos cervicibus tangat. Dal.

b *Alimon.*] Halmyrin Aëtius vocat. *Idem.*

c *Coquitur autem hoc ciborum gratia. Radix tormina discutit, &c.*] Scribe, *Coqui autem hæc ciborum gratia. Radice tormina discuti, &c.* ex antiquo exemplari. Cui lectioni subscribit Dioscorides libro primo: *Coquuntur*, inquit, *folia ejus olerum modo in cibos.* Pint. Salm.

d *Foliis in rotunditate longis, laudatum in cibis.*] Videtur legendum, *foliis in rotunditatem longis, laudatis in cibos*, ex verbis Dioscoridis. *Pint.*

e *Silvestre, & mitius.*] Hoc est, silvestre & sativum. Sativum halimum Tholosæ in quibusdam hortis habent, idque vocant, *l'herbe du Machiou*, id est, herbam colicam, quod doloribus colicis valde prosit. Silvestre haud procul Tholosa in quibusdam sepibus nascitur. *Dalec.*

f *Dysentericis etiam exhulceratis.*] Hoc est, etiamsi sit dysenteria, cum exhulceratione intestinorum, quod sane periculosius est. *Galen.*

que etiam condiri. Cratevas tertium quoque genus tradidit, longioribus foliis & hirsutioribus, odore cupressi: nasci sub edera maxime, prodesse [1] opisthotonicis, contractionibus nervorum, tribus obolis in [2] sextarium aquæ. [a] Acanthos est [b] topiaria & urbana herba, elato [c] longoque folio: crepidines marginum, adsurgentiumque pulvinorum toros vestiens. Duo genera ejus sunt, [d] aculeatum & crispum, quod brevius: alterum læve, quod aliqui [e] pæderota vocant, alii melamphyllum. Hujus radices ustis luxatisque mire prosunt: item ruptis convulsis & [f] phthisin metuentibus incoctæ cibo, maxime [3] ptisana. Podagris quoque illinuntur tritæ & calefactæ calidis. Bupleuron [g] in sponte nascentium olerum numero Græci habent, caule [4] cubitali, foliis multis longisque, [h] capite anethi, laudatum in cibis ab Hippocrate: in medicina à Glaucone & [i] Nicandro. Semen contra serpentes valet. Folia ad secundas fœminarum, vel succum ex

1 opisthotonis. *Ch.*
2 sextario.
3 ptissana. *Dal.*
4 cubitale. *Ch.*

a *Acanthos est, &c.*] Lege: *Acanthi topiariæ & urbana herba lato longoque folio, crepidines marginum, adsurgentiumque pulvinorum toros vestientis, duo genera sunt: aculeatum & crispum, quod brevius, &c.* Cum cæteræ spinosæ arbores & herbæ suis nominibus & cognominibus distinguantur, hæc omnium aculeatarum commune nomen sibi proprium fecit, nam ἄκανθος absolute dicta est. Vide *Salmas.* pag 534 a,b, Huic lectioni astipulatur etiam Pintianus ex Ms. *Acanthos est.*] Græci ἄκανθον fœminino genere dicunt, Latini vero masculino *acanthum*. Dalec.

b *Topiaria & urbana herba.*] Silvestris & agrestis ubivis Monspessuli nascitur. *Idem.*

c *Longoque folio.*] Latiore & longiore quam lactuca, erucæ divisura. *Idem.*

d *Aculeatum & crispum.*] Hoc est silvestre, & cardui species. *Idem.*

e *Paderota vocant.*] Apud Athenæum lib. 12. Demetrius Phalereus comam flavo colore tingebat, & pæderote illinebat faciem: apud eundem lib. 13. λευκόχρως λίαν τις ἐστὶν, καὶ παιδέρωτι ἐντρίβεται) Inde cognoscimus acanthi folia trita & illita faciem dealbare, maculas & sordes abstergere, eam lentore suo veluti lævigare, quamvis nonnulli *paderota* fuci genus esse velint. *Idem.*

f *Phthisin metuentibus.*] Τοῖς φθισικοῖς. Ruellius apud Diosc. commodius vertit, *tabem sentientibus*. Omittit Plinius, urinam ciere, alvum sistere. *Idem.*

g *In sponte, &c*] Quibusdam ami vulgare. *Idem.*

h *Capite anethi.*] Vel umbellæ tantum figura, vel etiamnum floris colore. *Idem.*

i *Nicandro*] Nicander in Theriacis:
Σπέρμασι βουπλεύρου τε καὶ ἰδαίης
κυπαρίσσου.
Idem.

ex vino illinunt: & ſtrumis folia cum ſale & vino. [1] Radix contra ſerpentes datur in vino, & urinæ [2] ciendæ. [a] Bupreſtim magna inconſtantia Græci in laudibus ciborum etiam habuere: iidemque remedia tanquam contra venenum prodiderunt. Et ipſum nomen [3] indicio eſt [4] boum, certe venenum eſſe, [b] quos diſſilire [5] deguſtata fatentur. Quapropter nec de hac plura dicemus. [6] Eſt vero cauſa, [7] quare venena monſtremus inter gramineas coronas, niſi libidinis cauſa expetenda alicui videtur, [c] quam non aliter magis accendi putant, [d] quam potu. Elaphoboſcon ferulaceum eſt, geniculatum digiti craſſitudine, [8] ſemine corymbis dependentibus ſimili effigie, ſed non amaris, foliis oluſatri: & hoc laudatum in cibis. Quippe etiam conditum prorogatur ad urinam ciendam, lateris dolores ſedandos, rupta convulſa ſananda, inflationes diſcutiendas, [9] coli quoque tormenta. [10] Contra ſerpentium omniumque aculeatorum ictus. Quippe fama eſt, hoc pabulo cervos reſiſtere ſerpentibus. Fiſtulas quoque radix nitro addito illita ſanat. [e] Siccanda autem in eos uſus prius eſt, ne ſucco ſuo madeat, qui contra ſerpentium ictus non facit eam deteriorem. [f] Scandix quoque in olere ſilveſtri à Græcis

1 & contra. *Ch.*
2 ejiciendæ. *Ch.*
3 indicium eſt. *Ch.*
4 boum eſſe venenum. *M.*
5 guſtata. *Ch.*
6 Nec vero cauſſa eſt. *V.*
7 quapropter. *M.*
8 feminis. *Alii.* ſemine in corymbis dependentibus ſilis effigie. *V. & Ch.*
9 colique torm. *Ch.*
10 & contra ſerpent. morſus omniumque. *Dal.*

a *Bupreſtim, &c.*] Bupreſtis oleris mentionem Theophraſtus facit cap. 8. lib. 7. hiſt. Gal. in Gloſſis. Heſychius *βούπρηστις* cum accentu acuto in antepenultima, *olus*, *βουπρῆστις* cum circumflexo in penultima, *inſectum venenatum.* Quidam eſſe volunt, *auriculam leporis* deſcriptam à Dodonæo nomine bupleuri. *Dal.*

b *Quos diſſilire, &c.*] De bupreſti herba id non traditur, ſed de bupreſti inſecto, Scarabæo longipedi non diſſimili, infra deſcripto cap. 4. lib. 30. Ignoranter hæc Plinius. *Idem.*

c *Quam non aliter magis accendi putant quam potu.*] In vetuſto codice non *potu* leges, ſed *poſtea.* ſcribendum arbitror, *pota ea*, aut *potu ejus.* Pint.

d *Quam potu.*] Ut & cantharidis. *Dalec.*

e *Siccanda autem in eos uſus prius eſt, ne ſucco ſuo madeat, qui contra ſerpentium ictus non facit eam deteriorem.*] In antiquo exemplari, non *in eos uſus*, ſed *in eo uſu*, habetur. In quibuſdam vero exemplaribus negatio deſideratur, recte. nam ſi recipitur; duo poſtrema verba demenda habebis. *Pint.*

f *Scandix quoque, &c.*] Inter olera, quæ in cibis ſumuntur, præſertim apud Ægyptios, & ſcandicem & anthriſcum ſupra recenſuit. *Dalec.*

a *Decocta*

Græcis ponitur, ut [1] Opion & Erasistratus tradunt. [2] Item decocta alvum sistit. Semine singultus confestim ex aceto sedat. Illinitur ambustis, urinas ciet. [a] Decoctæ succus prodest stomacho, jocineri, renibus, vesicæ. Hæc est, quam Aristophanes Euripidi poëtæ objicit jculariter, [b] matrem ejus ne olus quidem legitimum venditasse, sed scandicem. Eadem erat [c] anthriscus, [3] si tenuiora folia & odoratiora haberet. Peculiaris laus [4] ejus, quod fatigato Venere [5] corpori succurrit, marcentesque senio jam coitus excitat. Sistit profluvia alba fœminarum. Et [d] jasione olus silvestre habetur, in terra repens, cum lacte multo: florem fert candidum: concilium vocant. Et hujus eadem commendatio ad stimulandos coitus. Cruda ex aceto in cibo sumpta, mulieribus lactis ubertatem præstat. Salutaris est phthisim sentientibus. Infantium capiti illita, nutrit capillum, tenacioremque ejus cutem efficit. Estur & caucalis, fœniculo similis, [6] brevi caule, flore candido, cordi utilis. [e] Succus quoque ejus bibitur, stomacho perquam [7] commodatus & urinæ, calculisque & arenis pellendis, & vesicæ pruritibus. Extenuat & lienis, jocineris, renumque [f] pituitas. Semen menses fœminarum adjuvat, [g] [8] bilemque à partu siccat. Datur & contra profluvia genituræ viris. Chrysippus & conceptionibus eam putat conferre multum: bibitur in vino

1 Opinion. Ch.
2 Ex. D.
3 si teneriora. Ch.
4 ei. Ch.
5 corpore. Ch.
6 breve. Ch.
7 commendatus. M.
8 lochejonque partu provocat. V. juvat hiis à partu. Sic ea datur. Ch.

a *Decocta succus.*] Τὸ ἀφέψημα. Diosc. *Dalec.*

b *Matrem ejus, &c.*] Quidam, ut Theopompus, & Val. Maximus c. 4. 3. hoc narrant. Constat tamen eum Mnesarchi, sive Mnesarchidæ, & nobilissimæ fœminæ Clitûs filium fuisse: quamvis & eum quidam σκανδικοπώλιν vocaverint. De illo perquam multa Rhod. c. 10. 24. *Idem.*

c *Anthriscus.*] Chærephyllum nostrorum & Columellæ lib. 11. Enthusicon apud Theophr. c. 7. l. 7. hist. *Idem.*

d *Jasione.*] Volvulus major, smilax lævis, Dioscor. cujus mentio fit cap. 10. ult. lib. 24. ut & convolvuli cap. 5. lib. 21. *Idem.*

e *Succus quoque ejus bibitur.*] Hæc omnia in Diosc. non leguntur. Ex Petrico Plinium sumpsisse conjector. *Idem.*

f *Pituitas.*] Obstructiones à pituita factas. *Idem.*

g *Bilemque à partu siccat.*] Biliosam purgationem, provocato lochejo. *Idem.*

a *Scoly-*

Vino jejunis. Illinitur & contra venena marinorum, sicut [1] Petricus in carmine suo significat. His adnumerant [2] sion, latius apio, in aqua nascens, pinguius, nigriusque, copiosum semine, sapore nasturtii, prodest urinis, renibus, lienibus, mulierumque mensibus, sive [3] ipsum in cibo sumptum, sive jus decocti, sive [4] semen è vino drachmis duabus. Calculos rumpit, aquisque quæ gignunt eos, resistit. Dysentericis prodest infusum. Item lentigini illitum & mulierum vitiis in facie noctu illitum, momentoque cutem emendat, & ramices lenit, & scabiem equorum. Silybum, chamæleonti albo similem, æque spinosam, ne in Cilicia quidem, aut Syria, aut Phœnice, ubi nascitur, coquere tanti est: ita operosa ejus culina traditur. In medicina nullum usum habet. [a] Scolymon quoque in cibos recipit Oriens, & alio nomine [b] [5] limonion appellat. Frutex est nunquam cubitali altior, [6] cristisque foliorum ac radice nigra, sed dulci: Erathostheni quoque laudata in pauperis cœna. Urinam ciere præcipue traditur: sanare lichenas & lepras ex aceto. Venerem stimulare in vino, Hesiodo & Alcæo testibus: qui florente ea cicadas [c] acerrimi cantus esse & mulieres libidinis avidissimas, virosque in coitum pigerrimos scripsere, velut providentia naturæ hoc adjumento tunc valentissimo.

1 Petrejus. *Alii*

2 & sion. *M.* esium. *Cb.*

3 ipso. *Cb.*

4 semine in. *Cb.*

5 limoniam. *M.* & *Cb.*

6 thyrsisque. *M.*

a *Scolymum quoque in cibos recipit Oriens, & alio nomine Limoniam appellat, &c.*] Per Orientem, intelligit Græciam. *Salmas.* p. 228. *Scolymon quoque in, &c.*] Hæc de scolymo Theophrasti audienda sunt, non Dioscoridis. Utriusque mentio fit cap. 23. ultimo. lib. 20. *Dalec.*

b *Limonion appellat.*] Leimoniam quasi pratensem carduum, de quo c. 9. lib. 25. vel λιμώνιον, quod ejus esu λιμὸς, id est, fames expleatur. Theophr. c. 3. lib. 6. hist. apertissime distinguit σκόλυμον à λειμωνίου. Plinius legisse videtur, σκόλυμος ὃς καὶ λειμωνία. *Idem.*

c *Acerrimi cantus esse, &c.*] Nempe τοῦ καύματος γινομένου, æstu vehementissimo, quamobrem cicadas αἰθαλίωνες vocant, παρὰ τὸ αἴθεσθαι ὑπὸ τοῦ ἡλίου. Vide quæ notata sunt in c. 63. lib. 10. *Idem.*

a Hecale.]

tiſſimo. [1] Item graveolentiam alarum emendat radicis emedullatæ uncia, in vini Falerni heminis tribus decocta ad tertias, & à balineo jejuno, itemque poſt cibum cyathis ſingulis pota. Mirum eſt, quod Xenocrates promittit experimento, vitium id ex alis per urinam effluere. Eſtur & ſonchos, ut quem Theſeo apud Callimachum apponat [a] Hecale, uterque albus & niger, lactucæ ſimiles ambo, niſi ſpinoſi eſſent, caule cubitali, anguloſo, intus cavo, ſed qui fractus copioſo lacte manet. [b] Albus, [2] qui è lacte nitor, utilis orthopnoicis [c] lactucarum [3] modo. Eraſiſtratus calculos per urinam pelli eo monſtrat, [d] & oris graveolentiam commanducato corrigi. Succus trium cyathorum menſura, in vino albo & oleo calefactus, adjuvat partus, ita ut à [4] partu ambulent gravidæ. Datur & in ſorbitione. Ipſe caulis decoctus facit lactis abundantiam nutricibus, coloremque meliorem infantium: utiliſſimus his, [e] quæ lac ſibi coire ſentiant.

1 Idem. M. Id eſt. Ch Lego, Idem.

2 cui eſt lactis nitor. Dal.

3 modo ex embammate. Eraſiſtr. Corr. ex V. Sic & Ch.

4 potu. Dal.

a *Hecale.*] Hecale anicula pauperrima Theſeum adoleſcentem comiter hoſpitio excepit, unde ſacrum Hecaleſion per pagos celebre Hecalo Jovi, cum Hecales ſummis honoribus. Ovidius:

Cur nemo eſt Hecalem, nulla eſt quæ ceperit Irum?
Nempe quod alter egens, altera pauper erat.

Plautus in Ciſtellaria:

Ecaſtor haud me pœnitet, ſi, ut dicis, ita futura es.
Nam ſi quidem ita eris ut volo, nunquam Hecale fies.

Petronius:

Qualis in Actæa quondam fuit hoſpita terra,
Digna ſacris Hecale, quam Muſa loquentibus annis,
Battiadæ vatis vivendo tradidit ævo.

Auctor Priapejorum:

Æqualis tibi quam domum revertens,
Theſeus repperit in rogo jacentem.

Suidas Heroida fuiſſe tradit, ſic dictam, ὅτι ϖϱὸς ἑαυτὴν ἐκάλει. Fuit enim illi τὸ τεῖλος αἰκλήσιον. Rhodig. c.11.30. Vide infra cap.8. lib.28. Notus eſt verſiculus ille veteris Epigrammatis, μέλπω δὲ γραὸς τῆς φιλοξένου τρόπους. Vide Politianum cap.24. Miſcell. *Dalec.*

b *Albus qui è lacte nitor, utilis orthopnoicis.*] Verbum *albus*, cum minore littera ſcriptum præcedentibus attexendum cenſeo. Item *nidor*, magis arridet quam *nitor*. Pint.

c *Lactucarum modo. Eraſiſtratus calculos per urinam pelli eo monſtrat.*] Longe aliter noſtrum apographon. *Lactucarum modo ex embammate calculos per urinam pellit. eo monſtrat & oris graveolentiam commanducato corrigit.* ut forte pro illo *eo monſtrat*, legendum ſit *Eraſiſtratus.* Idem.

d *Et oris graveolentiam, &c.*] A vitioſo & putrido humore, vapore genitam, ſiccat enim ac refrigerat ſonchus, ideoque putredini obſiſtit. *Dalec.*

e *Quæ lac ſibi coire ſentiant.*] Præ calida

[1] sentiant. Instillatur auribus succus, calidusque in stranguria bibitur cyathi mensura, [a] & in stomachi rosionibus cum semine cucumeris nucleisque pineis. Illinitur & sedis collectionibus. Bibitur contra serpentes scorpionesque, radix vero illinitur. Eadem [2] decocto in oleo. Punici mali calice aurium morbis præsidium est. Hæc omnia [3] ex albo. Cleemporus nigro prohibet vesci, ut morbos faciente, de albo consentiens. Agathocles etiam contra sanguinem tauri demonstrat [4] succum ejus. Refrigeratoriam tamen vim esse convenit nigro, & hac causa imponendum cum polenta. Zenon [5] radice albi stranguriam docet sanari. [b] Chondrillon sive chondrille, folia habet intubi circumrosis similia, caulem minus [6] pedalem, succo madentem amaro, [c] [7] radice fabæ simili, aliquando numerosa. Habet proximam terræ [d] mastichen tuberculo fabæ, quæ apposita fœminarum menses trahere dicitur. Tusa cum radicibus tota, dividitur in pastillos, contra serpentes argumento probabili. Siquidem mures agrestes læsi ab his, hanc esse dicuntur. Succus ex vino coctæ, alvum sistit. Eadem palpebrarum pilos [8] inordinatissimos, pro gummi efficacissime regit. Dorotheus stomacho & concoctionibus utilem carminibus suis pronuntiavit. [9] Aliqui [10] fœminis & oculis, generationique virorum contrariam putavêre. Inter ea quæ temere

1 sentiunt. *Dal.*

2 decocta (*sic & Ch.*) cum oleo in Punici. *Dal.*

3 de. *Dal.*

4 succo ejus uti. *V.*

5 radicem albi stranguria suadet Condrion. *Ch. Legitur & suadet, pro docet, in M.*

6 pedale. *Ch. pro pedali.*

7 radicem fabæ similem aliquando numerosam. *Alii.* numerosam habet Proxi. *Ch.*

8 inordinatos pro. *Dal.*

9 Alioqui. *Ch.*

10 fœminarum osculis. *Alii.*

lida intemperie hepatis, venarum, mammarum, siccari, minui, spissari. Sonchus cum farre coctus mammas uberiores facit, c. ult. lib. 26. *Dalec.*

a *Et in stomachi rosionibus.*] Æstuanti stomacho & inflammato illinitur, stomachi rosiones sorbitione mitigat. *Idem.*

b *Chondrillon sive chondrille.*] Plinius oscitanter confundit duas chondrillæ species. *Idem.*

c *Radice fabæ simili.*] Dioscorides chondrillæ secundæ radicem esse ait, tenuem, levem, subflavam, succosam, rotundam, *ἐπακμῆν*, id est, vegetam. Plinius legisse videtur, *κυάμῳ*. *Idem.*

d *Mastichen tuberculo fabæ.*] Mastichen, quæ in chondrilla reperitur, *κυαμιαίαν μεγέθει εἶναι*, Dioscor. tradit, fabæ magnitudinem æquare, sed non radicem fabæ similem esse. *Idem.*

a *Veneris*

mere manduntur, [1] boletos merito [2] posuerim, optimi quidem [3] hos cibi, sed immenso exemplo in crimen adductos, [a] veneno Tiberio Claudio [4] principi per hanc occasionem à conjuge Agrippina dato: quo facto illa terris venenum alterum, sibique [b] ante omnes, Neronem suum dedit. Quorundam ex his facile noscuntur venena, diluto rubore, rancido aspectu, livido intus colore, rimosa stria, pallido per ambitum labro. Non sunt hæc in quibusdam, siccique & nitri similes [c] veluti guttas [5] in vertice albas ex tunica sua gerunt. [6] Volvam enim terra ob hoc prius gignit, ipsum postea in volva, seu in ovo est luteum. Nec tunicæ minor gratia in cibo infantis boleti. Rumpitur hæc primo nascente: [7] mox in pediculo corpus absumitur, raroque unquam geminis ex uno pede. Origo prima causaque è limo, & [8] acescente succo madentis terræ, aut radicis fere glandiferæ: initioque spuma lentior, dein corpus membranæ simile, mox partus. [9] Ut diximus, illa pernicialia, prorsus improbanda. Si enim [d] caligaris clavus ferrive aliqua rubigo, aut panni

1 & boletos. *Cb.*
2 posuerim. Optimus quidem est & is cibus, sed im. ex. in cr. adductus. V. Optimus quidem his cibus, &c. adductus. *Cb.*
3 omnes. *M.*
4 *Suet. in Claudio c.* 44. *Juvenalis Satyr.* 5. Jac. Cell.
5 guttas vertice albas in tun. V.
6 Vulvam. *Cb.*
7 mox increscente pedic. *Cb.* mox crescente in pediculo, raro unquam gemini ex uno pede. V.
8 acerescente. V.

9 Quæ diximus pernicialia, illa prorsus ablegandа. Si enim, &c. omnem illico succum in alienum saporem atque venenum concoquit. V. mox partus, ut diximus. Illa pernicialia: si caligaris, &c. Etenim illic, &c. *M.*

a *Veneno Tiberio Claudio principi per hanc occasionem à conjuge Agrippina dato.*] Nostrum apographon, *veneno cibi Claudio principi, &c.* legendum arbitror alio ordine, *Veneno Claudio principi per hanc cibi occasionem à conjuge Agrippina dato.* Pint. *Veneno Tiberio Claudio, &c.*] Illo eventu Nero boletos appellabat *βρῶμα θεῶν*. Sueton. Dion. hist. 58. qui etiam scribit post obitum à Seneca editam fuisse illius *ἀποκολοκύντωσιν* quasi *ἀποθέωσιν* & *ἀποθανάτωσιν*, quæ etiamnum extat. Had. Jun. cap. 17. 1. *Dalec.*

b *Ante omnes Neronem suum.*] *Neroni suo*, in V. C. quæ lectio potest tolerari. Nero enim miseranda & ipse morte periit. *Pint.*

c *Veluti guttas.*] Concretam pituitam, *γλοιώδεις ἐπιπάγους*. Diosc. *Dalec.*

d *Caligaris clavus.*] Caliga, militare calceamentum, clavis suffixum ferreis, argenteis, aureis, ut quisque luxu & opibus diffluebat: commune tam gregario, vili, & obscuro militi, quam duci & centurioni. Inde *caligati milites* Suetonio in Augusto & Vitellio. Inde nomen Caligulæ Imperatoris. Supra cap. 43. lib. 7. P. Ventidius juventam inopem toleravit in caliga militari. Lib. 33. c. 3. Agnon Tejus crepidas aureis clavis suffigebat, quibus etiam urbana mulierum calceamenta ornabantur, auctore Festo in voce: *clavata*: ac id est, quod auctor

panni marcor affuerit nascenti, omnem illico succum alienum saporemque in venenum [1] concoquit: deprehendisseque nisi agrestes possunt, [a] atque qui colligunt. Ducunt ipsi alia vitia, [2] nunc quidem si serpentis caverna juxta fuerit, [3] si [4] patescentes primo adhalaverit, [5] capaci venenorum cognatione ad virus accipiendum. Itaque caveri conveniet, prius quam se condant serpentes. Signa erunt tot herbæ, tot arbores fruticesque, ab emersu earum ad latebram usque vernantes: & vel fraxini tantum folia, nec postea nascentia nec ante decidentia. Et boletis quidem ortus occasusque omnis intra dies septem est.

1 concoquit. Quin deprehendisse agrestes ipsi dicunt alia vitia. V.
2 ne. *Ch.*
3 aut si. *Dal.*
4 patescentem. *Ch.*
5 rapaci. V.

CAP. XXIII.

De fungis, & silphio, & de lasere.

FUngorum lentior natura, & numerosa genera, sed origo non nisi ex pituita arborum. Tutissimi, [6] qui rubent callo, minus diluto rubore, quam boleti. Mox candidi, [c] velut apice Flaminis [7] insignibus pediculis. Tertium genus [d] suilli, venenis [8] accommodatissimum. Familias nuper interemere, & tota convivia, [e] Anneum Serenum præfe-

6 quibus rubet caro, magis. V.
7 insignitis. V.
8 accommodatissimi. *Ch.*

ctor loco proxime citato queritur & indignatur, ab equitum uxoribus aurum pedibus indui & gestari. *Brissonius* c. 5. 2. *Dalec.*

a *Atque qui colligunt. Ducunt ipsi alia vitia.*] Verbum *ducunt*, desecandum, ex apographo nostro 1. & pronomen *ipsi*, superioribus agglutinandum. Quod autem sequitur; *Alia vitia. Nunc quidem si serpentis*, scribendum opinor, *alia etiamnum quidem. Si serpentis, &c.* ut intelligas, Alia etiamnum pernicies. Sic puto minus male legetur. *Pint.*

b *Fungorum lentior natura.*] *Fungus* Plauto in Bacchidibus, stupidus, stolidus, inconsideratus:

Adeon' me fuisse fungum, ut qui illi crederem?

Et aliquanto post:

Tanti est, quanti est fungus putidus.

Item lepide:

Pol hic quidem fungino genere est, capite se totum operit.

Dalec.

c *Velut apice, &c.*] Sic albogalerum & pileum Flaminis vocat, cujus effigies in multis vetustis nummis spectatur, præcipue Julii Cæsaris. *Idem.*

d *Suilli.*] Suilli etiamnum Italis vocantur *Porcini.* Idem.

e *Anneum Serenum.*] Ejus meminere Seneca Epist. 64. & Tacitus lib. 13. Annal. *Idem.*

Ferula.]

præfectum Neronis vigilum, & tribunos, [1] & centuriones. Quæ voluptas [2] tanta ancipitis cibi. Quidam discrevere arborum generibus, fico, [a] ferula, & gummi ferentibus: nos item fago, aut robore, aut cupresso, ut diximus. Sed ista quis spondet in venalibus? Omnium colos lividus. [3] His aberit veneni argumentum, [4] quo similior fuerit arborum fici. Adversus hæc diximus remedia, dicemusque: interim sunt aliqua & in his. Glaucias stomacho utiles putat boletos. Siccantur pendentes suilli, junco transfixi, quales è Bithynia veniunt. [b] Hi fluxionibus alvi, quas rheumatismos vocant, medentur, excrescentibusque in sede carnibus: minuunt enim eas, & tempore absumunt. Item [5] lentigines & mulierum vitia in facie. [c] Lavantur etiam ut plumbum, in oculorum medicamenta. Sordidis hulceribus & capitis eruptionibus, canum morsibus ex aqua illinuntur. Libet & coquendi dare aliquas communes in omni eo genere observationes, quando ipsæ suis manibus deliciæ præparant hunc cibum solum, & cogitatione ante pascuntur, succineis novaculis aut [6] argenteo apparatu comitante. Noxii erunt fungi, qui in coquendo duriores fient: innocentiores qui, nitro addito coquentur, si utique percoquantur. Tutiores [7] fient [d] cum carne cocti, aut cum pediculo pyri. Prosunt & pyra confestim sumpta. Debellat eos &

1 centurionesque. *Ch.*
2 tam. *Alii.*
3 Hic habebit. *Ch.*
4 quo fungi similior arborum fuerit.
5 lentiginem. *Ch.*
6 & argent. *Alii.*
7 fiunt. *Ch.*

a *Ferula.*] Lege, *Betula.* Ferula arbor non est. *Dalec.*

b *Hi fluxionibus alvi quas rheumatismos vocant, medentur.*] *Fluctionibus albis*, idem codex agnoscit, non *fluxionibus alvi:* ut pro eo quod sequitur *rheumatismos*, *rhus leucus*, scribendum putem, hoc est *fluctiones albas*, ex Galeni diffinitionibus, & Paulo ac Dioscoride l. 1. cap. de thuris cortice. Quo in loco cum Virgilius Marcellus vir singulari doctrina & diligentia explicet copiose quid in fœminis sit rhus, & quot accidat coloribus; laborem inquirendi tradendique nobis ademit. *Pint.*

c *Lavantur etiam ut plumbum.*] Lege, *Linuntur etiam ad plumbum & oculorum, &c.* Plumbum oculorum vitium, coloris plumbei suffusio; cujus mentio fit cap. 13. lib. 25. *Dalec.*

d *Cum carne cocti.*] Ob carnis pingue. Eadem ratione cum oleo vel butyro multo coquunt. *Idem.*

aceti natura, contraria iis. Imbribus proveniunt omnia hæc. Imbre & ſilphion. Venit primo è Cyrenis, ut dictum eſt. Ex Syria nunc maxime importatur, deterius Parthico, ſed Medico melius, extincto omni Cyrenaico, ut diximus. Uſus ſilphii in medicina. Nam folia ad expurgandas vulvas pellendoſque emortuos partus decoquuntur in vino albo [1] odorato, ut bibatur menſura [2] acetabuli à balineis. Radix prodeſt arteriis exaſperatis: & collectionibus ſanguinis illinitur. Sed in cibis concoquitur ægre. Inflationes facit & ructus. Urinæ quoque noxia. Suggillatis cum vino & oleo amiciſſima, & cum cera ſtrumis. Verrucæ ſedis crebriore ejus ſuffitu cadunt. Laſer è ſilphio profluens, quo diximus modo, inter eximia naturæ dona numeratum, [3] pluribus compoſitionibus inſeritur. Per ſe autem algores excalfacit, potum nervorum vitia extenuat. Fœminis datur in vino. Et lanis mollibus admovetur vulvæ ad menſes ciendos. [a] Pedum clavos circumſcarificatos ferro, miſtum ceræ extrahit. Urinam ciet ciceris magnitudine dilutum. Andreas ſpondet, copioſius ſumptum nec inflationes facere, & concoctioni plurimum conferre ſenibus & fœminis: item hieme, quam æſtate, utilius, [b] & tum aquam bibentibus: cavendumque ne qua intus ſit [c] exhulceratio. Ab ægritudine recreationi efficax in cibo. [d] Tempeſtive enim

1 & od. *Cb.*

2 acetabuli. Ad lienes radix. *M.*

3 plurimis. *Cb.* plurimis compoſitionibus infertur. *M.*

a *Pedum clavos, &c.*] Lege: *pedum clavos circumſcarifatos ferro, miſtum cera extrahit. Scarificare* ut ubique apud Plinium ſcribitur & *ſcarificatio* non eſt Latinum, licet ſic loquantur τῶ χειρουργῶν παῖδες. Græce Σκάριφος τὴν ξέσιν ſignificat, & σκαριφῶ, rado, ſcindo, ſcalpo, unde Latinum *ſcarifo, & ſcarifatio vel ſcariphatio.* Vide Salmaſ. p. 590. a, b.

b *Et tum aquam bibentibus. Cavendumque ne qua intus ſit exhulceratio.*] Secus in antiquo exemplari, *& cum aqua bibentibus, cavendum ne qua intus ſit exhulceratio.* cætera redundant. *Pint.*

c *Exhulceratio.*] Quam acrimonia ſua cum tenuitate partium juncta irritet. *Dalec.*

d *Tempeſtive enim datum.*] Cauterium licenter vocare Plinius hic videtur medicamentum Græcis dictum μεταſυγκριτικὸν, & μεταποιητικὸν, quod habitum,

enim datum, cauterii vim obtinet: assuetis etiam utilius, quam expertibus. Ad extra corporum indubitatas confessiones habet. Venena telorum & serpentium extinguit potum: ex aqua vulneribus his circumlinitur: scorpionum tantum plagis ex oleo: hulceribus vero non maturescentibus cum farina hordeacea vel fico sicca. Carbunculis cum [1] ruta, vel cum melle, vel per se visco superlitum ut hæreat: [2] sic & ad canis morsus. Excrescentibus circa sedem, cum [3] tegmine Punici mali ex aceto decoctum. [a] Clavis [4] pedum, qui vulgo morticini appellantur, nitro misto, [b] ante subactum. [c] Carnes replet cum vino & croco, aut pipere, [5] aut murium fimo & aceto. Perniones ex vino [6] fovet, & ex oleo coctum imponitur: sic [7] & callo. Clavis pedum superrasis præcipuæ [8] utilitatis. Contra aquas malas, pestilentes tractus, vel dies. In tussi, uva,

1 ruta, nitro, & melle. *Diosc.*
2 sicut ad. *Ch.*
3 germine. *M.* germine Punici, &c. *Ch.*
4 pedum, in *Ch.* n.
5 ac. *Ch.*
6 fovent. *Dal.*
7 & callo & clavis *D.*
8 utilitatis & contra. *Dal.*

habitum, & structuram corporis ac fabricam mutat; nempe quod admotum sua caliditate & insigni tenuitate humores evocat ex alto, cutisque poros aperit, quemadmodum de thapsia Dioscor. scribit; & intro sumptum sanguinem ac humores potenter in habitum corporis diffundit, & dispergit. Eorum medicamentorum in longis valetudinibus, ægro convalescente usus fuit. Itaque apud Paulum lib. 3. cap. 72. ἀναληπτικὴ ἐπιμέλεια, quæ ægros jam meliuscule habentes reficit, μεταςυγκριτικῆς pars est. *Idem. Tempestive enim datum cauterii vim obtinet.*] Lego permutatis syllabis non *cauterii*, sed *theriacæ*, ex Dioscoride lib 3. *Bibitur*, inquit, *idem, inungiturque contra eorum omnium injurias, quæ morsu ictuve venenum relinquunt, & venenatas telorum cuspides. Contra scorpionum ictus oleo dilutus inungitur.* Pint.

a *Clavis pedum.*] *Morticinum* per convicium & contumeliam Plautus in Persa vocat exanguem, tetrum, pallidum, νεκρώδη. *Cadere hodie tu restibus. P. Æ. G. tua quidem cucullo causa? Non hercle, si os præciderim tibi, metuam, morticine.* Ter autem hunc morbum memorat: quod argumento est, variis ex auctoribus collecta hæc fuisse absque judicio, & hinc illinc sparsim. *Dalec. Clavis pedum qui vulgo morticini appellantur.*] Quatuor postrema verba Plinii non puto. nam & paulo ante clavos pedum ipse appellavit sine tali additamento. Et Cornelius Celsus & alii *clavos pedum* vocant, nulla vulgaris appellationis mentione. *Pint.*

b *Ante subactum. Carnes replet cum vino & croco, &c.*] Scribo ex archetypo nostro, *Alopecias nitro ante subactas replet cum vino & croco, aut pipere ac murium fimo & aceto.* Dioscorides lib. 3. cap de laserpitio: *Contra capillorum defluvia, quæ alopecias dicunt, ex vino, additis pipere & aceto, utiliter inungitur.* Idem.

c *Carnes replet cum vino.*] Vel ulcera cava explet, vel corpus obesum reddit, &, ut alibi ait, pingue facit. *Dalec.*

[1] hydropisi. D.

uva, fellis veteri suffusione, [1] hydropisi, raucitatibus: confestim enim purgat fauces, vocemque reddit. Podagras in spongia dilutum posca lenit. Pleuriticis in sorbitione vinum poturis datur: contractionibus, opisthotonicis, ciceris magnitudine cera circunlitum. In angina gargarizatur. Anhelatoribus & in tussi vetusta cum porro ex aceto datur: æque ex aceto his [a] qui [2] coagulum lactis sorbuerint. Præcordiorum vitiis syntecticis, comitialibus [3] in vino, in aqua mulsa linguæ paralysi. Coxendicibus & lumborum doloribus cum decocto melle illinitur. Non censuerim, quod auctores suadent, [b] cavernis dentium in dolore inditum cera includi, magno experimento hominis, qui se [4] ea de causa præcipitavit ex alto. Quippe tauros inflammat naribus illitis: serpentes avidissimas vini admistum rumpit. Ideo nec inungi suaserim cum Attico melle, licet præcipiant. Quas habeat utilitates admistum aliis, immensum est referre: & nos simplicia tractamus: quoniam in his naturam esse apparet, in illis conjecturam sæpius fallacem, nulli satis custodita in misturis concordia naturæ ac repugnantia. Qua de re mox [5] plura.

[2] coagulatum lac sorbuerunt. V. qui colostra lactis sorb V. Alii. [3] in cibo. Ch.

[4] eadem causa. Ch.

[5] plura dicemus. V.

CAP. XXIV.

De natura mellis, & aqua mulsa, & quare genere ciborum mores immutentur, & de melitite & cera: & contra compositiones medicorum.

[6] minore. V.

NON esset mellis auctoritas in pretio [6] minor, quam laseris, ni ubique nasceretur. Illud ipsa fabricata sit natura, sed huic gignendo animal, ut diximus, innumeros ad usus, si quoties misceatur, æstime-

a *Qui coagulum lactis sorbuerint.*] Quibus lac potum coagulatum est. *Dalecampius.*

b *Cavernis dentium, &c.*] Cavernis Dioscorid. indit, aut cum thure in linteo circumligat. *Idem.*

a Vt

æstimemus. Prima propolis alveorum (de qua diximus) aculeos & omnia infixa corpori extrahit, [1] tubera discutit, dura concoquit, dolores nervorum mulcet, hulceraque jam [2] desperantia cicatrice includit. Mellis quidem ipsius natura talis est, [a] ut putrescere corpora non sinat, jucundo sapore atque non aspero, alia quam salis natura. Faucibus, tonsillis, anginæ, omnibusque oris desideriis utilissimum, [b] arescentique in febribus linguæ. Jam vero peripneumonicis, [3] pleuriticis [4] decoctum. Item vulneribus à serpente percussis. Et contra venena [5] fungorum. Paralyticis in mulso: quanquam suæ mulso dotes constant. [c] Mel auribus instillatur cum rosaceo: lendes & fœda capitis animalia necat. Usus despumati semper aptior: stomachum tamen inflat, bilem auget, fastidium creat, & oculis per se inutile aliqui arbitrantur. Rursus quidam angulos exhulceratos melle tangi suadent. Mellis causas atque differentias nationesque & indicationem, in apium, ac deinde florum natura diximus, cum ratio operis dividi cogeret miscenda rursus naturam rerum pernoscere volentibus. In mellis operibus & aqua mulsa tractari debet. Duo genera ejus: subitæ ac recentis, [d] alterum invete-

1 tubercula. *V.*
2 desperata. *V.* disparantia. *Ch.*
3 & pleur. dec. It. vul. & à serp. *Dal.*
4 decoctura. *Ch.*
5 fungos. *Ch.*

a *Ut putrescere corpora non sinat*] Alexandri corpus melle oblitum incorruptum perdurasse monstrant hi Papinii versus è Silvis:

Duc & ad Æmathios manes, ubi belliger urbis
Conditor, Hyblæo perfusus nectare durat.

Xenophon Commentariorum 5 Agesipolin Lacedæmoniorum regem vita functum, & melle conditum scribit Spartam relatum, & regio funere sepultum fuisse. Gemistus Plethon Agesilaum mortuum, inopia mellis cera circumlitum, Lacedæmonem reportatum fuisse tradit Itaque mel, eorum qui vita excesserunt symbolum esse, veteribus creditum, sicut fel, vivorum. Rhodig. c. 27. 28. Apud Nonium Varro περὶ τροφῆς *Quare Heraclides ποντικὸς plus sapit, qui præcepit ut comburerent, quam Democritus, qui ut in melle servarent: quem si vulgus secutus esset, peream si centum denariis calicem mulsi emere possimus.* Victorius c. 1. 19.

b *Arescentique in febribus linguæ*] Ad id potius utile fuerit saccharum, quod juxta Galen. libro methodi nec sitim facit, nec in bilem vertitur. *Dalec.*

c *Mel auribus instillatur.*] Sonantibus, & dolore affectis. Diosc. *Idem.*

d *Alterum inveterata.*] Σκευαστὸν & ἀποθέτον, conditivæ. Dioscor. hanc proprie ὀδρόμελι vocant *Idem.*

inveteratæ. Repentina despumato melle præclaram utilitatem habet in cibo ægrotantium levi, hoc est alicæ elutæ, viribus recreandis, [1] ore stomachoque mulcendo, [2] ardore refrigerando. Frigidam [3] enim utilius dari ventri molliendo, invenio apud auctores. Hunc potum bibendum alsiosis: [a] item animi humilis & præparci, quos illi dixere [4] micropsychos. Est & ratio subtilitatis immensæ à Platone descendens: corpusculis rerum lævibus, scabris, angulosis, rotundis, magis aut minus [5] ad aliorum naturam accedentibus: ideo non eadem omnibus amara aut dulcia esse. Sic & in lassitudine proniores esse ad iracundiam, [b] & in siti. [c] Ergo & hæc animi asperitas, seu potius animæ, dulciore succo mitigatur. [d] Lenit transitum spiritus, & molliores facit meatus, ne scindant euntem redeuntemque. Experimenta in se cuique: nullius non ira luctusque, tristitia & omnis animi impetus cibo mollitur. Ideoque observanda sunt, quæ non solum corporum medicinam, sed & morum habent. Aqua mulsa & tussientibus utilis traditur, calefacta invitat vomitiones. Contra venenum psimmythii salutaris, addito oleo. Item contra hyoscyamum, cum lacte maxime asinino, & contra halicacabum, ut diximus. Infunditur & auribus & genita-

1 ori. Dal.
2 ardori. Dal.
3 autem. V.
4 microsphyctos. V.
5 aliorum naturas accipientibus. Ch.

a *Item animi humilis.*] Iis qui immodico sudore digeruntur, & quibus languidus pulsus est: τοῖς διαφορουμένοις, ἢ μικροσφύκτοις. Diosc. *Dalec.*

b *Et in siti.*] Quod per inediam accidere solet, eleganter his versibus memorat Plaut. in Curculione:

Tenebræ oboriuntur: genua inedia succidunt. PH *Viden' ut expalluit?*

ac paulo post:

Perii, prospicio parum, os amarum habeo,
dentes pleni, lippiunt fauces fame,
Ita cibi vacuitate venio lassis lactibus.

Idem.

c *Ergo & hæc animi, &c.*] Horatius:

Ad mare cum veni, generosum & lene requiro,
Quod curas abigat, quod cum spe divite manet
In venas animumque meum, quod verba ministret,
Quod me Lucanæ juvenem commendet amicæ.

Idem.

d *Lenit transitum spiritus, &c.*] Aptius in archetypo nostro cum minore litera, & junctim cum præcedentibus: *lenito transitu spiritus & molliore facto meatu ne scindat, &c.* Pint.

a *Vulvis*

genitalium [1] fistulis. [a] Vulvis imponitur cum pane molli, [2] subitis tumoribus, luxatis, leniendisque omnibus. [b] Inveteratæ usum damnavere posteri, minus innocentem aqua, minusque vino firmum. Longa tamen vetustate transit in vinum, ut constat inter omnes, [c] stomacho [3] inutilissimum, nervisque contrarium. Semper mulsum ex vetere vino utilissimum, [4] facillimeque cum melle [5] concorporatur, [d] quod in dulci nunquam evenit. [e] Ex austero factum non implet stomachum, neque ex decocto melle, minusque [6] inflat, quod fere evenit. Appetendi quoque revocat aviditatem cibi. Alvum mollit frigido potu, pluribus calido sistit. Corpora auget. [f] Multi senectam longam mulsi tantum nutritu toleravere, neque alio ullo cibo [g] celebri Pollionis [7] Romuli exemplo. Centesimum annum excedentem eum Divus Augustus hospes interrogavit, quanam maxime ratione [h] vigorem illum animi cor-

1 fistulæ. *Ch.*
2 in subitis. *D.*
3 utilem. *Diosc.*
4 quod facillime cum *V.*
5 concorporat. *Ch.*
6 implet. *Ch.*
7 Romili. *Ch.*

a *Vulvis imponitur.*] Tumentibus, & inflatis. Diosc. *Dalec.*

b *Inveteratæ usum damnavere.*] In inflammationibus & obstructionibus viscerum. Diosc. *ἐπὶ τῶν φλεγμαινόντων καὶ στεγνῶν*. Idem.

c *Stomacho.*] Bilioso. *Idem.*

d *Quod in dulci nunquam evenit.*] Vel in passo, *τῷ γλυκεῖ*: vel in vino dulcis saporis. Mulsum enim ex austero optime fit. *Idem.*

e *Ex austero factum non implet stomachum.*] Scribe, *inflat*, non *implet*, ex V. C. & postremam dictionem arbitramur superfluere. Dioscorides lib. 5. cap. de mulso: *Primam bonitatis habet æstimationem mulsum quod ex vetere & austero vino probatissimoque melle confectum fuerit. Minus enim inflat quod tale fuerit, & celerius absolutum in usum venit.* Pint.

f *Multi senectam longam mulsi, &c.*] Lege ex eodem, *intrita* non *nutritu*. quod noto illo Martialis versu roboratur:

Circumlata diu mensis intrita secundis:

contra Criticos, qui aliter eum locum legunt. *Idem.*

g *Celebri Pollionis Romuli exemplo.*] Scribendum arbitror *Vedii Pollionis nobili exemplo.* De hoc Vedio Pollione Augusti amicitia nobilitato Plinius supra lib. 9. & Seneca in libris de Beneficiis, & Varro de re rustica. *Idem.*

h *Vigorem illum animi corporisque.*] Democritus rogatus, *πῶς ἂν ἄνοσοι καὶ μακραιῶνες γίνοιντο οἱ ἄνθρωποι*, intus vino, foris oleo, respondit: eadem propemodum sententia, qua Pollio. Vide Rhod. cap. & lib. 6. Athen. 2. Alii respondisse ferunt, intus melle, foris oleo. Corsicos certe *μακροβίους* & *πολυχρονίους* esse tradunt, quod melle assidue utantur, in eorum buxis, ut Diodorus ait, copiose nascenti. Aristoxenus scribit, Pythagoræ discipulis mensam pane tantum & melle instructam fuisse. Quin & Democritus morte jam destinata, rogatus dies aliquot differre, ne proximis Thesmophoriis luctuosa funestaque domus esset, complusculum temporis vi-

mi corporisque custodisset. At ille respondit: intus mulso, foris oleo. Varro regium cognominatum [1] morbum arquatum tradit, quoniam mulso curetur. Melitites quo fieret modo ex musto & melle, docuimus in ratione vini. Seculis jam fieri non arbitror hoc genus, inflationibus obnoxium. Solebat tamen inveteratum alvi causa dari in febre; item articulario morbo, & nervorum infirmitate laborantibus, & mulieribus vini abstemiis. Mellis naturæ adnexa cera est: de cujus origine, bonitate, nationibus, suis diximus locis. Omnis autem mollit, calefacit, [a] explet corpora: recens melior. Datur in sorbitione dysentericis, favique ipsi, in pulte alicæ prius tostæ. Adversatur [2] lactis naturæ: ac milii magnitudine x. grana ceræ hausta non patiuntur coagulari lac in stomacho. Si inguen tumeat, albam ceram in pube fixisse remedio est. Nec hujus usus, quos mista aliis præstat, enumerare medicina possit, sicuti nec cæterorum, quæ cum aliis prosunt. Ista, ut diximus, ingeniis constant. Non fecit [3] cerata, malagmata, emplastra, collyria, antidota, parens illa ac divina rerum artifex: officinarum hæc, imo verius avaritiæ commenta sunt. Naturæ quidem opera absoluta atque perfecta gignuntur; paucis ex causa non ex conjectura rebus assumptis, ut succo aliquo sicca temperentur [b] ad meatus, aut corpore alio humentia [c] ad nexus. Scrupulatim quidem colligere ac miscere vires, non conjecturæ humanæ opus, sed impudentiæ est. Nos nec Indicarum Arabicarumque mercium, aut externi orbis attingimus medicinas. Non placent

1 arquatorum morbum. *Ci.*

2 lacti, ac milii. *M.*

3 ceratum. *Ci.*

tam sustinuit solo mellis, vel ut alii narrant, calidi panis odoratu. Rhodig. c. 3. 21. *Dalec.*

a *Explet corpora.*] In cavis ulceribus carnem gignit. *Idem.*

b *Ad meatus.*] Ut in altum corpus subire & permeare possint. *Idem.*

c *Ad nexus.*] Justam crassitiem, &c, ut loquuntur vulgo, consistentiam. *Idem.*

placent remediis tam longe [1] nascentia: non nobis gignuntur: imo ne illis quidem, alioquin non venderent. Odorum causa unguentorumque & deliciarum, si placet, etiam superstitionis [2] gratia emantur, quoniam thure supplicamus & costo. Salutem quidem sine [3] his posse constare, vel ob id probabimus, ut tanto magis sui delicias pudeat. Sed medicinas è floribus coronamentisque & hortensiis, quæque [4] manduntur herbis prosecuti, quonam modo frugum [5] omittemus? Nimirum & has indicare [6] convenit.

1 nascuntur. Ch.
2 gratia rimantur. Ch.
3 istis. Ch.
4 mandantur herbas persecuti. Ch.
5 omittimus. Ch.
6 conveniat. Ch.

CAP. XXV. *Medicina ex frugibus.*

IN primis sapientissima animalium esse constat, [a] quæ fruge vescantur. Siliginis grana combusta & trita in vino ammineo oculis illita epiphoras sedant: [b] tritici vero ferro combusta iis, quæ frigus usserit, præsentaneo sunt remedio. Farina tritici ex aceto cocta, nervorum contractionibus, [7] cum rosaceo vero & fico sicca myxisque decoctis furfures tonsillis faucibusque gargarizatione [8] prosunt. Sextus Pomponius Prætorii viri pater, Hispaniæ citerioris princeps, cum horreis suis ventilandis præsideret, correptus dolore podagræ, mersit in triticum sese super genua: levatusque siccatis pedibus mirabilem in modum, hoc postea remedio usus est. Vis tanta est, ut [c] cados plenos siccet. Paleam quoque tritici vel hordei calidam imponi ramicum incommodis experti jubent, quaque decoctæ [9] sunt aqua foveri. Est in farre vermiculus teredini similis: quo cavis dentium [10] cera incluso, cadere

7 cum rosa vero. D.
8 prosunt. Suppuratis nervis farina cum hyosciami succo illinitur, ex aceto & melle lentigini. V.
9 sint aqua fovere. Ch.
10 cera incluso, & dentium cavis indito. Dal.

a *Quæ fruge vescantur.*] Formicas, cornices, equos, cervos, elephantos, &c. *Dalec.*

b *Tritici vero ferro, &c.*] Ea industria conficitur oleum è tritico à medicamentariis. *Idem.*

c *Cados plenos.*] Acervis tritici defossos & sepultos: qua astutia rusticos triticum furari solitos Gal. scribit cap. 14. 1. de Nat. facult. *Idem.*

a Etiam

1 refrigerentur. Ch.
2 pulmentum. Dal.
3 atheram. Ch.
4 concoquitque. Ch.
5 Jocineris doloribus cum posc. Ch.
6 aut cum cotoneis, pyrisve. Ad mult.
7 resina Gallica. Ch.
8 vel aurium dol. Ch.
9 cum græco foeno. Ch.

cadere vitiati dicuntur, [a] etiam si [1] fricentur. Olyram arinçam diximus vocari. Hac decocta fit [2] medicamentum, quod Ægyptii [3] atharam vocant, infantibus utilissimum: sed & adultos [b] illinunt eo. Farina ex hordeo & cruda & decocta collectiones [c] impetusque discutit, lenit, & [4] concoquit. Decoquitur alias in mulsa aqua aut fico sicca. [5] Ad jocineris dolores eam cum posca concoqui opus est, aut cum vino. Cum vero inter coquendum discutiendumque cura est, tunc in aceto melius, aut in fæce aceti, [6] aut in cotoneis pyrisve decoctis. Ad [d] multipedarum morsus cum melle, ad serpentium in aceto, & contra suppurantia, [e] ad extrahendas suppurationes ex posca, addita [7] resina & galla. Ad concoctiones vero & hulcera vetera, cum resina. Ad duritias cum fimo columbarum, aut fico sicca, aut cinere. Ad nervorum inflammationes [f] aut intestinorum, [8] vel laterum, vel virilium dolores, cum papavere aut meliloto, & quoties ab ossibus caro recedit. Ad strumas cum pice & impubis pueri urina. Cum oleo [9] & foenogræco contra tumores præcordiorum, vel in febribus cum melle vel adipe vetusto. Suppuratis triticea farina [g] multo lenior. Nervis cum hyoscyami succo illinitur: ex aceto

a *Etiam si fricentur.*] Commodius vetus exemplar, *etiam si refricentur.* Et mox paululum *multipeda* non *multipedarum.* Pint.

b *Illinunt eo.*] Vel ut aridiora corpora humectent, vel ut eorum sordes abstergant. *Dalec.*

c *Impetusque.*] Humorum fluentium impressiones & incursus. *Idem.*

d *Multipedarum.*] Scolopendrarum. Vide cap. 1. ult. lib. 23. & cap. 6. ult. lib. 29. *Idem.*

e *Ad extrahendas suppurationes.*] Galenus lib. 2. ad Glauc. cataplasmate ex hordeacea farina parato discuti posse tumores suppuratos pollicetur, si exiguum pus est, sicuti vicinum, si tenue. *Idem.*

f *Aut intestinorum vel laterum, &c.*] Duo illa verba *vel virilium,* non agnoscit nostrum exemplar, & ut colligitur ex Dioscoride, recte. Is lib. 2. cap. de hordeo sic ait: *Cum meliloto & papaverum vasculis in lateris dolore indolentiam facit. Illinitur & contra intestinorum inflationes cum lini fœnigræcique semine, &c.* quæ ibi leges. *Pint.*

g *Multo lenior.*] Ad coquendum humorem, & dolorem mitigandum aptior. *Dalec.*

a *Mollior.*]

aceto & melle lentigini. Zeæ, ex qua alicam fieri diximus, efficacior etiam hordeacea videtur, trimestris [a] [1] mollior. Ex vino rubro ad scorpionum ictus tepida, & sanguinem excreantibus: item arteriæ. Tussi cum caprino [2] sevo, aut [3] butyro. Ex fœnogræco mollissima omnium. Hulcera manantia sanat, & furfures corporis, stomachi dolores, pedes & mammas cum vino & nitro cocta. Ærina magis cæteris purgat hulcera vetera & [4] gangrænas: cum raphano & sale & aceto lichenas: lepras cum sulphure vivo: & capitis dolores cum adipe anserino imposita fronti. Strumas & panos coquit cum fimo columbino, & lini semine decocta in vino. De polentæ generibus in frugum loco satis diximus, [b] [5] locorum ratione. [c] A farina hordei distat eo quod torretur, ob id stomacho utilis. Alvum sistit, impetusque rubicundi tumoris. Et oculis illinitur, & capitis dolori cum [6] menta, aut alia refrigerante herba. Item pernionibus & serpentium plagis: item ambustis ex vino. Inhibet quoque [7] pustulas. Farina in pollinem [8] subacta, vim extrahendi humoris habet: ideo & [d] cruore suffusis in fascias usque sanguinem [9] perducit: efficacius in sapa. Imponitur & pedum callo clavisque. Nam cum oleo vetere ac pice decocto [10] polline, condylomata & alia omnia sedis vitia quam maxime calido mirabilem in modum curantur. Pulte corpus augetur. Farina, qua chartæ glutinantur, sanguinem excreantibus datur tepida sorbenda efficaciter.

1 mollior ex vino. *M.*
2 sebo. *Ch.*
3 butyro, vel fœnogr. *Dal.*
4 gangrænas & nomas. *Diosc.*
5 medicorum. *Ch.*
6 melle, aut aliqua refr. *Colum.*
7 pusulas. *M.* inhibetque pusulas. *Ch.*
8 redacta, *V.*
9 projicit. *V.*
10 polline quam max. calido cond. & al. om. sedis vitia mirab.

Alica

a *Mollior.*] Humidior, ad siccandum minus efficax. Quale sit trimestre frumentorum, vide cap. 7. lib. 18. *Dalec.*

b *Locorum ratione.*] Quoniam eo loco de hordeo tractaretur, & eodem loco etiam conveniebat de iis quæ fiunt ex hordeo sermonem haberi. *Idem.*

c *A farina hordei:*] Ἄλευρον (legit Plinius ἄλφιτον) inquit Diosc. κοιλίας σταλτικὸν καὶ φλεγμονῶν παρηγορικόν, farina alvum sistit & inflammationes mitigat. ὠμὴ λύσις, vel uno vocabulo ὠμήλυσις, cruda farina hordei, tosta vero ἄλφιτον, id est, polenta. *Idem.*

d *Cruore suffusis.*] In echymomate. *Idem.*

a *Scripsis-*

Alica res Romana est, & non pridem excogitata; alioquin non ptisanæ potius laudes [a] scripsissent Græci. Nondum arbitror Pompeji Magni ætate in usu fuisse, & ideo vix quicquam de ea scriptum ab Asclepiadis schola. Esse quidem eximie utilem nemo dubitat, sive eluta detur ex aqua mulsa, sive in sorbitiones decocta, sive in [1] pultem. Eadem in alvo sistenda torretur: dein favorum cera coquitur, ut supra diximus. Peculiariter tamen longo morbo [b] ad [2] habitudinem redactis subvenit, ternis ejus cyathis in [3] sextarium aquæ sensim decoctis, donec omnis aqua consumatur. Postea sextario lactis ovilli aut caprini addito per continuos dies, mox [c] adjecto melle. Tali sorbitionis genere emendantur syntexes. Milio sistitur alvus, discutiuntur tormina, in quem usum [d] torretur ante. Nervorum doloribus & aliis fervens in sacco imponitur; neque aliud utilius: quoniam [e] levissimum mollissimumque est, & caloris capacissimum. Itaque talis usus ejus est ad omnia, quibus calor profuturus est. Farina ejus cum pice liquida, serpentium & multipedæ plagis imponitur. Panicum Diocles medicus [f] mel frugum appellavit. Effectus habet, quos

1 polte. *Ch.*
2 tabitudinem. *M*
3 sextario. *Dal.*

a *Scripsissent Græci.*] Et Hippocrates præcipue, qui de ea librum composuit. *Dalec.*

b *Ad habitudinem.*] Legisse videtur Plinius πρὸς τὴν ἕξιν ἀφικομένης, cum legendum esset, πρὸς ἐκτακὴν (sub. διάθεσιν) ad tabem, quam postea σύντηξιν vocat: vel, πρὸς τὴν τῆξιν. *Idem.*

c *Adjecto melle.*] Id præcipue convenit in tabe, quæ morbis pulmonis succedit. *Idem.*

d *Torretur ante.*] Et in sacco fervens apponitur Diosc. *Idem.*

e *Levissimum mollissimumque*] Hoc est, quod Hippocrates lib. περὶ διαίτης ὀξέων, inquit, καὶ γὰρ κοῦφον καὶ προσηνὲς ὁ κέγχρος. *Idem.*

f *Mel frugum.*] Μελίνος σῖτος auctore Theophrasto cap. ult. lib. 7. ut & lotus, una voce multa significat, diversa viribus, locis natalibus, & usu cibario. Nunc enim priscis μελίνη, ἔλυμος est, auctore etiam Gal. lib. de Aliment. & de cibis boni ac mali succi. Nunc vero semen aliud est quam panicum, & milium, utrique tamen simile, à colore nigro, ἀπὸ τοῦ μέλανος, sic vocatum, non à melleo sapore ἀπὸ τοῦ μελιτώδους γεύσεως. quemadmodum Plinius indicavit, qui *mel frugum* vocat: nisi legamus, *Panicum Diocles medicus melinam frugem appellavit* Quidam milium nigrum esse putant, haud præter rationem. Quidam vero

quos milium. In vino potum prodest dysentericis. Similiter his, [a] quæ vaporanda sunt, excalfactum imponitur. Sistit alvum in lacte caprino decoctum, & bis die haustum: sic prodest & ad tormina. Sesama trita in [1] vino sumpta, inhibet vomitiones. Aurium inflammationi illinitur, & ambustis. Eadem efficit, [2] & dum in herba est. Hoc amplius oculis imponitur decocta in [3] vino. [b] Stomacho inutilis cibus, & [c] animæ gravitatem facit: stellionum morsibus resistit: item hulceribus, quæ cacoëthe vocant: & auribus oleum, quod ex ea fit, prodesse diximus. Sesamoides à similitudine nomen accepit, grano amaro, [4] folio minore. Nascitur in glareosis. Detrahit bilem in aqua potum. Semen illinitur igni sacro: discutit panos. Est etiamnum aliud sesamoides Anticyræ nascens, quod ideo aliqui Anticyricon vocant: cætera simile erigeronti herbæ, de qua suo dicemus loco. Granum [5] sesamæ datur in vino dulci [d] ad detractiones, quantum tribus digitis capitur, [6] miscentque ellebori albi unum & dimidium obolum, purgationem eam adhibentes, maxime insaniæ melancholicæ, comitialibus, podagricis. Et per se drachmæ pondere exinanit. Hordeum optimum, quod candidissimum. Succus decocti in aqua cœlesti digeritur in pastillos, ut infundatur exhulceratis interaneis & vul-

1 ovo. *Ch.*

2 & ejusdem herba. Hæc. *V. Corn.*

3 ovo. *V. Corn.*

4 folio Coronopi hirsutiore, minore. *Diosc.*

5 hujus sesamoeidis. *Diosc.*

6 miscetur & elleboris albis unus & dimidius obolus. Purg. eam adhibent, max. insaniæ, melancholiæ. V.

vero granum in Melita frequens, incolis *Cuneso* dictum, Canariis insulis familiare, Massiliæ notum, nigrum, oblongum, milio simile, quo Canarios passeres canendi suavitate & assiduitate nobiles præcipue nutriunt. Granum id cum severissem, prodiit phalaris: ut probabile sit, alterum melian Theophrasti, à panico diversum, phalarim esse, cujus nusquam alibi meminit idem auctor. *Dal.*

a *Quæ vaporanda sunt.*] Sicco fotu calfacienda: ἃ ξηρῷ ἀναπυριάζειν δεῖ. Idem.

b *Stomacho inutilis cibus.*] Sesamo olim in bellariis usi sunt, veluti re suavissima & delicatissima, quod etiamnum fit à Lucensibus. Plaut. in Pœnulo,

*Obsecro hercle, *ut Mulsa loquitur.*

Mil

Nil nisi lasculos, sesamum, papaveremque, triticum, & frictas nuces.

Idem.

c *Animæ gravitatem facit*] Dum manditur, commissuris dentium inhærens. *Idem.*

d *Ad detractiones.*] Καθάρσεις, bilis & pituitæ dejectiones. Diosc. *Idem.*

a *Citi*

& vulvis. Cinis ejus ambuſtis illinitur & carnibus quæ recedunt ab oſſibus & eruptionibus pituitæ, muris aranei morſibus. Idem aſperſo ſale ac melle, candorem dentibus, & ſuavitatem oris facit. Eos qui pane hordeaceo utuntur, morbo pedum tentari negant. [1]Novemque granis ſi furunculum quis [2]circunducat, ſingulis ter, manu ſiniſtra, & omnia in ignem abjiciat, confeſtim ſanari ajunt. Eſt & herba [3] Phœnicea appellata Græcis, noſtris vero hordeum murinum. Hæc trita è vino pota præclare [a] ciet menſes. Ptiſanæ, quæ ex hordeo fit, laudes [b] uno volumine [4] condidit Hippocrates, quæ nunc omnes in alicam tranſeunt. [c] Contra quanto innocentior eſt alica? Hippocrates tantum ſorbitionis gratia laudavit, quoniam lubrica ex facili hauriretur, quoniam ſitim [5]arceret, quoniam in alvo [d] non intumeſceret, quoniam facile redderetur, & aſſuetis hic ſolus cibus in febri bis die poſſit dari: tantum remotus ab iſtis, qui medicinam fame exercent. Sorbitionem tamen dari [6]totam vetuit, aliudve quam ſuccum ptiſanæ. Item [e] quamdiu pedes frigidi eſſent, [7] tunc quidem nec potionem dandam. Fit & [f] ex tritico glutinoſior, arteriæque exhulceratæ utilior. Amylon hebetat oculos, [8] & gulæ inutile, contra quam creditur. Item ſiſtit alvum, epiphoras oculorum inhibet, & hulcera ſanat, [g] item puſtulas & fluxiones ſanguinis. Genas

1 Novem. *Dal.*
2 circuntangat. *Dal.*
3 Phœnix. *Dioſc.* phyníce appellatur à Gr. *Ch.*
4 edidit. V.
5 arcet. *Ch.*
6 in totum. M.
7 & tunc. V.
8 &, vacat. *Dal.*

a *Ciet menſes.*] Legendum *cohibet:* aut hæc prorſus diverſa eſt à phœnice Dioſcoridis, quæ in auſtero vino pota manantem vulva ſanguinem ſiſtit, & alvi profluvium. *Dalec.*

b *Uno volumine.*] Olim περὶ πτισάνης inſcriptum fuit id opus, nunc vero de ratione victus in morbis acutis vocatur. *Idem.*

c *Contra quanto innocentior eſt alica?*] Superfluit verbum *contra:* & ſcribe *quanto innocentiore alica*, ex V. C. & ſtatim: *Hippocrates tantum ſorbitionis; tamen* non *tantum*, in eodem. *Pint.*

d *Non intumeſceret.*] Præſertim ſi diu cocta ſit. *Dalec.*

e *Quamdiu pedes frigidi eſſent.*] Paroxyſmorum initio. *Idem.*

f *Ex tritico glutinoſior.*] Κρίμνον vocat Dioſc. craſſiorem tritici farinam, alicæ propemodum ſimilem. *Idem.*

g *Item puſtulas & fluxiones ſanguinis.*] *Puſtulas,*

Genas duras emollit. Datur cum [1] ovo his qui sanguinem rejecerint. In vesicæ vero dolore, [a] semuncia amyli cum ovo & passi [b] tribus [2] ovis suffervefacta, à balineo. Quin & [3] avenacea farina decocta in aceto nævos tollit. [c] Panis [4] hic ipse, quo vivitur, innumeras pene continet medicinas. Ex aqua & oleo aut rosaceo mollit collectiones, ex aqua mulsa duritias valde mitigat. Datur & ex vino [5] ad discutienda quæ præstringi opus sit, & si magis etiamnum, ex aceto, adversus [6] acutas pituitæ fluxiones, quas Græci rheumatismos vocant: item ad percussa, luxata. Ad omnia autem hæc [d] fermentatus, qui vocatur autopyros, utilior. Illinitur & paronychiis, & callo pedum in aceto. Vetus aut [e] nauticus panis tusus atque iterum coctus, sistit alvum. [f] Vocis [7] studiosos & contra distillationes, siccum esse primo cibo, utilissimum est. Sitanius (hoc est è trimestri) incussa in facie, aut desquamata cum melle aptissime curat. Candidus ægris, aqua calida frigidave madefactus, [g] levissimum cibum præbet. Oculorum tumori ex vino imponitur. Sic & pustulis capitis, [8] aut adjecta arida myrto. Tremulis panem ex aqua esse jejunis statim à balineis demonstrant. Quin & gravitatem odorum in cubiculis ustus emendat, [h] & vini, in saccos

1 opio. V. opto. Cb.
2 unciis. V.
3 avenæ. Cb.
4 hic, in V. d.
5 ad discutiendum. Valet ad ea quæ præstr. op. sit, & si magis, etiamnum ex. V. ad discutienda, aut quæ, &c. ut in vulg. Cb.
6 occultas. Cb.
7 studiosis. V. & Cb.
8 aut, in Cb. d.

Pusulas, & hic & alibi semper, non *pustulas*; & *fluctiones* non *fluxiones*, in nostro exemplari. Idem vitium paulo post castigandum. *Pint.*

a *Semuncia amyli cum ovo, &c.*] Videtur legendum *obolis* non *ovis*. Idem.

b *Tribus ovis.*] Quantum vacuo trium ovorum putamine capitur. *Dalec.*

c *Panis.*] Panis facultates Dioscorides attigit lib.2. cap.107. *Idem.*

d *Fermentatus.*] Non quidem fermentatum (*ζυμίτην*) autopyron dici vult Plinius, sed *αὐτόπυρον*, id est, confectum è farina minime castrata, simul & fermentatum ad ea remedia commendat. *Idem.*

e *Nauticus.*] Ammianus Marcellinus ad usus diuturnitatem excoctum vocat *buccellatum*. Brod. cap. 11. 4. *ναυτικὸν ἄρτον* Lucianus. *Idem.*

f *Vocis studiosos.*] Aut *φωνάσκους*, aut eos qui claram & altam vocem custodire volunt, ne aspera & rauca fiat: aut *συμφωνιακοὺς*, qui canoram, suavem, plenam, lenem vocem suis modulationibus adhibere maxime nituntur & student. *Idem.*

g *Levissimum cibum.*] Intritam panis vocat Celsus lib. 1. *Idem.*

h *Et vini in saccos additus.*] *Viri* non *vini*,

[1] saccos additus. Auxiliatur [2] & faba. Nanque solida fricta, fervensque in acre acetum conjecta, torminibus medetur. In cibo fressa, & cum allio cocta, contra deploratas tusses suppurationesque pectorum, quotidiano cibo sumitur: & commanducata jejuno ore, etiam ad furunculos maturandos discutiendosve imponitur: & in vino decocta, ad testium tumores [3] & genitalium. [a] Lomento quoque ex aceto decocto, tumores maturat atque aperit: item livoribus, combustis medetur. [b] Voci eam prodesse, auctor est M. Varro. [c] Fabalium etiam siliquarumque cinis, ad coxendices, & ad nervorum veteres dolores [4] cum adipis suilli vetustate prodest. [d] Et per se cortices decocti ad tertias sistunt alvum. Lens optima, quæ facillime coquitur, [5] eaque quæ maxime aquam absorbet. Aciem quidem oculorum obtundit, & stomachum inflat, sed alvum sistit in cibo, magisque discocta cœlesti aqua: eadem solvit, minus percocta. [e] [6] Crustulas hulcerum rumpit, eaque quæ intra os sunt, purgat & [7] adstringit. Collectiones omnes imposita sedat, maximeque exhulceratas & rimosas. Oculorum autem epiphoras cum meliloto aut cotoneo:

Contra

1 feccis. V.

2 morbis & faba. V.

3 ad genitalia. Cb.

4 cum adipe suillo vetusto. Dal.

5 & ea quæ. Cb.

6 Pusulas. M. & Cb.

7 abstergit. Cb.

vini, in nostro archetypo; rectius; ut sit patrius casus à virus, quo & alias usus est Plinius. intelligit autem graveolentiam, quam facci contrahunt ex vinis quæ colantur. *Pint.*

a *Lomento quoque.*] Ὁ ἐρεγμὸς, proprie fresa faba, in faba est, quod χόνδρος & πλιοσάνη in frumentis. Dicitur tamen de iride & ptissana Paulo lib. 3. c. 25. Hippocrati lib. περὶ γυναικείων, de hordeo; Galenus libro 1. de alimentis, de cicere. Lomentum vero κυάμινον, ἄλευρον. idem & λέκυθος dicebatur, quamvis & λέκυθον de Orobo Paulus cap. 80. lib. 3. de ptissana Hippoc. dicto loco usurparint. Gal. lib. περὶ εὐχυμίας, &c. ἔτνος dici vult cibum paratum ex leguminibus fresis: λέκυθον vero ex iisdem in farinam tritis, in aqua coctis, pingui conditis. Inde λεκυθοπῶλαι, qui ea vendunt pulmenta. *Dalec.*

b *Voci eam prodesse.*] Probabile id, quoniam tussi medetur. *Idem.*

c *Fabalium.*] Fabalia Plinius hic vocat, quos fabarum culmos Columel. dicit. *Idem.*

d *Et per se cortices.*] Longe plures ad varios morbos & fabæ, & ejus farinæ, & corticis facultates Dioscorides memorat. *Idem.*

e *Crustulas hulcerum.*] Quæ inustis ferro candenti aut caustico partibus fiunt. *Idem.*

[a] Contra ſuppurantia cum polenta imponitur. Decoctæ ſuccus ad oris exhulcerationes & genitalium adhibetur: [b] ad ſedem, cum roſaceo aut cotoneo. [1] In iis, quæ actius remedium exigunt, cum putamine Punici, melle modico adjecto. Ad id demum ne celeriter inareſcat, adjiciunt & betæ folia. Imponitur & ſtrumis paniſque, vel maturis vel matureſcentibus, ex aceto diſcocta. Rimis ex aqua mulſa: & gangrænis cum Punici tegmine. Item podagris cum polenta, & vulvis & renibus, pernionibus, hulceribus difficile cicatricem trahentibus. Propter [c] diſſolutionem ſtomachi triginta grana lentis devorantur. In choleris quoque & dyſenteria efficacior eſt in tribus aquis cocta: [2] in quo uſu melius ſemper eam torrere [3] aut tundere, ut quam tenuiſſima detur, vel per ſe, vel cum cotoneo malo, aut pyris, aut myrto, aut intubo erratico, aut beta nigra, aut plantagine. Pulmoni eſt inutilis, & capitis dolori, nervoſiſque omnibus, & felli: [d] nec ſomno facilis: ad puſtulas utilis, ignique ſacro & [e] mammis in aqua marina decocta, in aceto autem duritias & ſtrumas diſcutit. Stomachi quidem cauſa, polentæ modo potionibus inſpergitur. Quæ ſunt ambuſta, aqua ſemicocta curat, poſtea trita, & per cribrum effuſo furfure, mox procedente curatione addito melle. Ex poſca coquitur ad [f] guttura. Eſt & paluſtris lens per ſe naſcens in aqua non [4] fluente, refrigeratoriæ naturæ: propter quod [g] collectionibus illinitur, & maxime poda-

1 In his, quæ acr. rem. exigant. *Ch.*

2 in uſum. *Ch.*

3 ante &. *Ch.*

4 profluenti. *Ch.*

a *Contra ſuppurantia.*] Diſcutiendis tumoribus, qui ad ſuppurationem vertuntur, ne ſuppurent. *Dalec.*

b *Ad ſedem.*] Inflammatam. Dioſc. *Idem.*

c *Diſſolutionem ſtomachi.*] Subverſionem, ἀνατροπὴν, Dioſcorid. *Idem.*

d *Nec ſomno facilis.*] Somnia tumultuoſa facit. *Idem.*

e *Mammis in aqua marina decocta.*] Τοῖς μασοῖς χονδελῶσι, ϗ σπαργανῶσι: grumoſo & concreto lacte duris, & nimia copia lac profundentibus, Dioſcorid. *Idem.*

f *Guttura.*] Bronchocelas. *Idem.*

g *Collectionibus.*] Ταῖς φλεγμοναῖς, inflammationibus. Dioſc. *Idem.*

podagris, & per se & cum polenta: glutinat & [1] interanea procidentia. [a] Est & silvestris elelisphacos dicta à Græcis, [2] ab aliis [3] phacos. Est ea sativa lente levior, & folio minore, atque ficciore & odoratiore. Est & alterum genus ejus silvestris, odore gravi: [b] hæc mitior. [c] Folia habet cotonei mali effigie, sed minora & candida, quæ cum ramis decoquuntur. Menses ciet & urinas, & pastinacæ marinæ ictus sanat. [d] Torporem autem obducit percusso loco. Bibitur cum absinthio [4] ad dysenteriam. Cum vino eadem commorantes menses trahit: abundantes sistit decocto ejus poto. Per se imposita herba, vulnerum sanguinem cohibet. [5] Sanat & serpentium morsus. Et si in vino decoquatur, pruritus testium sedat. Nostri, qui nunc sunt, herbarii elelisphacon Græce, Latine salviam vocant, mentæ similem, canam, odoratam. Partus [6] emortuos ea apposita [7] extrahunt: item vermes aurium hulcerumque. Cicer & silvestre est, foliis

1 puerorum enterocelas *Diosc.*
2 ab, *in Ch. d.*
3 aphaca. *Dal.*
4 & dysenteriæ. *Ch.*
5 Purgat. *Ch.*
6 mortuos. *Ch.*
7 Extrahit. *V.*

a *Est & sivestris elelisphacos.*] Corruptissimus hic locus ex Dioscoride sic est restituendus: *Est & silvestris phacos Græcis dictus, ab aliis Aphace Ea est sativa lente altior, folio tenui. Elelisphacos folia habet cotonei mali effigie, sed minora, candida, longiora, asperiora, odorata. Hæc minor. Est & alterum genus ejus silvestre, odore gravi. Folia cum ramis decoquuntur.* Quam silvestrem vocat, σφάκελον Theoph. esse puto. *Dalec. Est & silvestris elelisphacos dicta à Græcis, &c.*] Legend. *Est silvestris elelisphacos dicta Græcis; aliis sphacos dicta sativa, lente leviore, & folio minore atque ficciore & odoratiore. Est & alterum genus ejus silvestrius, odore gravi. Hæc mitior folia habet cotonei mali effigie.* Vide *Salmas.* pag. 330. b. 331. a

b *Hæc mitior.*] Verba hæc errore ni fallor hic inserta sunt: pertinent enim ad elisphacum auctore Theophrast. lib. 6. de stirpibus, cap. 2. discrimen assignante inter elisphacum & elelisphacum, illud enim esse sativum; hoc agreste; his verbis: *Sphacelus & salvia inter se distant: quasi alterum urbanum, alterum genus silvestre dixeris. Sphacelo folium lævius, contractius, minusque squallens: salviæ scabrius & odore graviore.* Legendum igitur sic, *Elisphacos dicta à Græcis, aliis phacos, sativa lente lævior & folio minore; hæc mitior. Est & alterum genus silvestris odore gravi, folia habet cotonei mali effigie, &c.* reliquæ autem particulæ redundant, ex codice antiquo. *Pint.*

c *Folia habet cotonei mali effige.*] Hæc est apud Dioscoridem historia salviæ, quam cum phaco & aphaca inepte confundit. *Dalec.*

d *Torporem autem.*] Hoc de ictu pastinacæ intelligi potest, quod magis placet, & de salviæ remedio. Dioscorides radium pastinacæ mitigare dentium dolorem tradit, illosque frangere & ejicere. *Idem.*

a *Cicer-*

foliis sativo simile, odore [1]gravi. Si largius sumatur, alvus solvitur, & inflatio contrahitur, & tormina. Tostum salubrius habetur. [a] [2]Cicercula etiamnum magis in alvo proficit. Farina utriusque hulcera manantia capitis sanat, efficacius silvestris. Item comitiales & jocinerum tumores, & serpentium ictus. Ciet menses & urinas, grano maxime. Emendat & lichenas, & testium inflammationes, regium morbum, hydropicos. Lædunt omnia hæc genera exhulceratam vesicam & renes. [3]Gangrænis utiliora cum melle, & his quæ cacoëthe vocantur. Verrucarum in omni genere prima luna singulis granis singulas tangunt, eaque grana in linteolo deligata post se abjiciunt, ita fugari vitium arbitrantes. Nostri præcipiunt arietinum in aqua [4]cum sale discoquere, ex eo bibere cyathos binos in difficultatibus urinæ. Sic & calculos pellit, morbumque regium. Ejusdem foliis sarmentisque decoctis aqua quam maxime calida morbos pedum [5]mollit, & ipsum calidum tritumque illitum. Columbini decocti aqua, horrorem tertianæ & quartanæ minuere creditur. Nigrum autem cum gallæ dimidio tritum, oculorum hulceribus ex passo [6]medetur. De ervo [7]quædam in mentione ejus diximus: nec potentiam ei minorem veteres, quam brassicæ tribuêre. Contra serpentium ictus ex aceto, [8]ad [9]crocodilorum hominumque morsum. Si quis ervum quotidie jejunus [10]edat, lienem ejus absumi certissimi auctores affirmant. [b] Farina ejus (ut ait Varro) maculas [11]toto corpore emendat. Serpere

1 acri. *Diosc.*
2 Cicer sativum etiamnum. *Ex Diosc.*
3 Carcinomatibus. *Diosc.*
4 cum sale, *in M. d.*
5 tollit. *M.* lenit. *Ch.*
6 miscetur. *Ch.*
7 quidem. *V.*
8 & ad. *Dal.*
9 canum. *Diosc.*
10 edit. *Ch.*
11 ex toto corp. emundat. *M.*

a *Cicercula.*] Lathyrus Græcorum. *Dalec.*

b *Farina ejus (ut ait Varro) maculas toto corpore emendat.*] Longe diversa & verior nostri codicis lectio: *Farina ejus varos; sed & maculas cutis toto corpore emendat.* Quam lectionem castam legitimamque esse Dioscorides comprobat lib. 2. cap. de ervo, his verbis: *Lentigines, asperam & discolorem seu à sole cutem. Labes quas Græci spilos dicunt & toto corpore maculas exterit.* Pint.

 a Astro-

Serpere hulcera non patitur: in mammis efficacissimum. Carbunculos rumpit ex vino. Urinæ difficultates, inflationem, vitia jocineris, tenesmon, & quæ cibum non sentiunt, [a] atropha appellata, tostum, & in nucis avellanæ magnitudinem melle collectum devoratumque corrigit: item impetigines, ex aceto coctum & quarto die solutum. Panos [1] in melle impositum suppurare prohibet. Aqua decocti perniones & pruritus sanat fovendo. Quin & universo corpori, si quis quotidie jejunus biberit, meliorem fieri colorem existimant. Cibis idem hominis alienum. Vomitiones movet, alvum turbat, capiti & stomacho onerosum. [b] Genua quoque degravat. Sed madefactum pluribus diebus, [c] mitescit, bubus jumentisque utilissimum. Siliquæ ejus virides, prius quam indurescant, [2] cum suo caule foliisque contritæ, [d] capillos nigro colore inficiunt. [e] Lupini quoque silvestres sunt, omni modo minores sativis, præterquam amaritudine. Ex omnibus quæ eduntur, sicco nulli minus ponderis est, nec plus utilitatis. Mitescunt cinere aut aqua [3] calidis. [4] Colorem hominis frequentiores in cibo exhilarant: amari contra aspidas valent. Hulcera [5] atra, aridi decortica-

1 cum. Dal.

2 cum suc-co. Ch.

3 calida. V. M.

4 Discolores homines. M.

5 terra. V.

a *Atropha.*] Atrophos idem lib. 28. cap. 9. ab imbecillitate vires recolligentes exponit. *Dalec.*

b *Genua quoque degravat.*] Graves genuum dolores excitat. In Æno mulieres æque ac viri, qui leguminibus victitarunt, crurum impotentia vexati sunt, nec ab eo morbo sanati. Qui autem ervum esitarunt, genuum dolor afflixit. Hippoc. 6. Epid. Sect. 4. *Idem.*

c *Mitescit.*] Ervi grana uberiora & candidiora aqua permiscenda macerantur Dioscoridi, & ubi satis aquæ combiberint, torrentur, quoad rumpatur hians cortex: moluntur: inde farina fit. *Idem.*

d *Capillos nigro colore inficiunt.*] Color in capillis niger non tantum à viris canescentibus expetebatur, ut senectutis vitium dissimularent, sed etiam à mulieribus, quod matronæ spectatæ pudicitiæ nigro capillo, toga longe ac late fusa, & ad talos demissa, stola, flammeo, vittis & reticulo sese ornarent: meretrices vero flavo capillo, togaque subducta, stola pulla absque vittis & flammeo internoscerentur. Alex. ab Alex. cap. 18. lib. 5. *Idem.*

e *Lupini quoque silvestres sunt.*] Galenus lupinos silvestres sativis esse πικροτέρους scribit. Diosc. vero μικροτέρους. Idem.

a Utrque

corticatique triti, supposito linteolo, ad vivum corpus redigunt. Strumas, parotidas in aceto co-cti discutiunt. Succus decoctorum cum ruta & pipere vel in [1] febri datur ad ventris animalia pellenda, minoribus triginta annorum: pueris vero impositi in ventrem jejunis prosunt. Et alio genere tosti, & in defruto poti, vel ex melle sumpti. Iidem aviditatem cibi faciunt, fastidium detrahunt. Farina eorum aceto subacta, papulas prurituſque in balineis illita cohibet, & per se siccat hulcera. Livores emendat. Inflammationes cum polenta sedat. Silvestrium efficacior vis est contra coxendicum & lumborum debilitatem. Ex iisdem decocta lentigines & foventium cutem [2] corrigunt: si vero ad mellis crassitudinem decoquantur vel sativi, vitiligines nigras & lepras emendant. Sativi quoque rumpunt carbunculos impositi: panos & strumas minuunt, aut maturant. Cocti ex aceto, cicatricibus candidum colorem reddunt. Si vero coelesti aqua discoquantur, succus ille smegma fit: [3] quo fovere gangrænas, eruptiones pituitæ, [4] hulcera manantia, utilissimum. Expedit ad lienem bibere, & cum [5] melle menstruis hærentibus. Lieni crudi [6] cum fico sicca triti ex aceto imponitur. Radix quoque in aqua decocta, urinas pellit. Medentur pecori cum [7] chamæleonte herba decocti, aqua in potum [8] collata. Sanant & scabiem quadrupedum omnium, in amurca decocti, vel [a] utroque liquore postea misto. Fumus crematorum culices necat. Irionem inter fruges sesamæ similem esse diximus, & [b] à Græcis erysimon vocari: Galli vela-

1 febricu. Cb.

2 abstergunt. Diosc.

3 quo solent fov. &c. manantia. Expedit. M.

4 hulcerum manantia expediat ad. Cb.

5 myrrha. Diosc.

6 cum ficu cicatrici ex. Cb.

7 chamæleontis radice decocti aqua postea abluto., Ex Diosc.

8 colata, M. collecta. Cb.

a *Utroque liquore.*] Amurcæ & decocti chamæleontis. *Dalec.*

b *A Græcis erysimon vocari.*] Plinius admodum inconsiderate erysimon herbam descriptam à Dioscoride, confundit cum erysimo fruge à Theophrasto memorato cap. 17. lib. 2. & cap. 19. lib. 6. de Caussis plantarum, item cap. 7. lib. 8. hist. *Idem.*

1 velam. *M.* velum. *Ch.* Lego, Velam alterum. *Dal.*

[1] velarum appellant. Est autem fruticosum, foliis erucæ angustioribus paulo, semine nasturtii. Utilissimum tussientibus cum melle, & in thoracis purulentis excreationibus. Datur & regio morbo, & lumborum vitiis, pleuriticis torminibus, cœliacis. Illinitur vero parotidum & [a] carcinomatum malis. Testium ardoribus ex aqua, alias cum melle. Infantibus quoque utilissimum. Item sedis vitiis & articulariis morbis, cum melle & fico. Contra venena etiam efficax [2] potum. Medetur & suspiriosis, item fistulis, cum axungia veteri, ita ne intus addatur. Horminum semine (ut diximus)[b] cumino simile est, cætero [c] porro, dodrantali altitudine. Duorum generum; alteri semen nigrius, & oblongum. Hoc ad Venerem [3] stimulandam, & ad oculorum argema & albugines. Alteri candidius semen & rotundius. Utroque tuso extrahuntur aculei ex [4] corpore: per se illitum ex aqua, folia ex aceto imposita, panos per se vel cum melle discutiunt: item furunculos, priusquam capita faciant, omnesque acrimonias. Quin & ipsæ frugum pestes in aliquo sunt usu. [d] Infelix dictum est à Virgilio lolium. Hoc tamen molitum, ex aceto coctum, impositumque sanat impetigines, celerius, quo sæpius mutatum est. Medetur & podagris, aliisque dolori-

2 potu. *Ch.*

3 stimul. utuntur. *V*, stimul. valet. *Alii V.*

4 corpore, per se illito. *V.* per se, vel illito. *Alii V.*

a *Carcinomatum malis.*] Cæcorum, occultorum: de quibus aphor. 38. lib. 6. κρυπτῶν Diosc. *Dal.*

b *Cumino simile est.*] Sativum semen edit nigrum & oblongum: silvestre vero fuscum & rotundum. Diosc. Theophrastus sativi semen cum cumino comparat. *Idem.*

c *Porro.*] Plinius pro πρασίῳ legit πράσου. *Idem.*

d *Infelix dictum est à Virgilio lolium.*]
Infelix lolium, & steriles dominantur avenæ.

Lolium pani admixtum vertiginem capitis facit & gravedinem; unde proverbium, *lolio victitare.* In balnea cum frequentior turba concurreret, quam ut balneatores sufficerent, ut ingruentem vim hominum summoverent, lolium carbonibus injiciebant, cujus odore populus vexatus diffugeret. *Alex. ab Alex.* c. 20. 4. Plaut. in Milite:

Mirum est lolio te victitare, tam vili tritico? PA. quid jam? SC. quia luscitiosus.

Ovid. 1. Fast.

Et careant loliis oculos vitiantibus agri.

Polit. c. 68. Miscell. *Idem.*

a *Cura-*

doloribus ex oxymelite. [a] Curatio hæc à cæteris differt. [b] Aceti ſextario uno dilui mellis uncias duas juſtum eſt: ita temperatis ſextariis tribus, [c] decocta farina lolii ſextariis duobus uſque ad craſſitudinem, calidumque ipſum imponi dolentibus membris. Eadem farina extrahit oſſa fracta. Miliaria appellatur herba, quæ necat milium. Hæc trita, & cornu cum vino infuſa, podagras jumentorum dicitur ſanare. Bromos ſemen eſt ſpicam ferentis herbæ: [1] naſcitur inter vitia ſegetis [d] [2] avenæ genere: [3] folio & ſtipula triticum imitatur. In cacuminibus dependentes, [4] parvulas velut locuſtas habet. Semen utile ad cataplaſmata, [5] atque hordeum & ſimilia. Prodeſt tuſſientibus ſuccus. Orobanchen appellavimus necantem ervum & legumina: alii cynomorion eam appellant, à ſimilitudine canini genitalis: Cauliculus [6] eſt ſine foliis, pinguis, rubens. [e] Eſtur & [7] per ſe, in patinis cum tenera eſt decocta. Et leguminibus innaſcuntur beſtiolæ venenatæ, quæ manus pungunt, & periculum vitæ afferunt, [f] [8] ſolifugarum generis. Adverſus has omnia

1 cenſe- tur. *Dal.*
2 avenæ genus. *Dal.*
3 folia & ſtip. tri. imitantur. *Ch.*
4 bipedes. *Dioſc.*
5 ad quæ. V. æque ut hordeum. V.
6 eſt folio ſubpingui. *Dioſc.*
7 per ſe cruda & in. *Dioſc*
8 ſolpugarum, ut c. 4. 29.

a *Curatio hac, &c.*] Ratio hæc: *Aceti ſextario uno diluuntur mellis unciæ duæ.* [ſic & CH. cætera ut in vulg. niſi quod *calidumque imponi*, expuncto τῷ *ipſum* habet.] *Juſtum eſt ita temperatis ſextariis tribus decoctæ farinæ, lolii addere uſque ad craſſitudinem, calidumque ipſum* [*alii calidamque ipſam, &c.*] Cornarius ex vetuſto. *Dal.*

b *Aceti ſextario uno dilui mellis uncias duas.*] Verbum *uncias*, putamus ſuperfluere, & legendum *duos*, non *duas*, alioquin non haberet locum quod ſtatim ſubjicitur: *Ita temperatis ſextariis tribus.* Pint.

c *Decocta farina lolii ſextariis duobus.*] *Decocta farina lolii ſextarios.* & verbum *duobus* redundat ex eodem. Expende vero an ſit commodius legi in totum ſic: *Aceti ſextario uno dilui mellis duos juſtum. His ita temperatis ſextariis, tres decoqui farinæ lolii ſextarios uſque ad craſſitudinem, &c. Idem.*

d. *Avenæ genere.*] Ægilopem quidem avenæ perſimilem, certum eſt ſegetis hordeaceæ vitium eſſe, quoniam in eam nimia uligine hordeum degenerat, non aliter quam triticum in lolium. At avena peculiare genus habet, ſuoque ſemine provenit & utiliſſimam agricolis frugem præbet. *Dalec.*

e *Eſtur & per ſe in patinis cum tenera eſt decocta.*] In vetuſto exemplari: *Eſtur & per ſe & in patinis cum tener eſt decoctus.* ut referat caulem, non ipſam orobanchen. *Pint.*

f *Solifugarum generis*] *Solipugarum*, in eodem legitur, non *ſolifugarum*, rectius, ut à pungendo nomen adeptæ ſint, quod ſtatim ſequitur. *Pint.* *Solifugarum generis.*] Solpugæ venenatæ formicæ c. 4. l. 29 quarum veneno & ſcor-

nia eadem medentur, quæ contra araneos & phalangia demonstrantur. Et frugum quidem hæc sunt in usu medico. Ex iisdem fiunt & potus, [a] zythum in Ægypto, cœlia & ceria in Hispania, cervisia & plura genera in Gallia, aliisque provinciis, quorum omnium spuma cutem fœminarum in facie nutrit. Nam quod ad potum ipsum attinet, [1] præstat ad vini transire mentionem, atque à vite ordiri medicinas arborum.

1 præstet. Ch.

pionum clade gens Cynamolgis Æthiopiæ vicina sublata est, c. 19. l. 8. Georgio Agricolæ post Solinum *solifuga* animal est perexiguum, aranei forma, in metallis argentariis plurimum occulte reptans, & iis qui imprudentes superſedent, exitium afferens. Nominis ratio est quod solem fugiat. *Dalec.*

a *Zythum in Ægypto.*] Sabaja in Illyrico, ex hordeo, vel tritico in liquorem verso potio vilis Marcellino lib. 26. à quo Valens Imperator in obsidione Chalcedonis *Sabajarius* per ludibrium vocatus est: *Parabia* apud Pæonas: *Curmi* apud Barbaros quosdam: *Ala* Britannis à voce Danica *ela*: πῖνος Aristoteli, vel à bibendo vel à sordibus: *βρῦτον* Hellanico: *πίνουσι δὲ βρῦτον ἐκ τῶν ῥιζῶν καθάπερ οἱ Θρᾶκες ἐκ τῶν κριθῶν.* Hecatæo, Archilocho, *ὥσπερ αὐλῷ βρῦτον ἢ Θρῆιξ ἀνὴρ ἢ Φρὺξ ἔβρυζε.* Æschylo, *κἀκ τῶν δ' ἔπινες βρῦτον ἰσχναίνων χρόνῳ.* Zythi meminerunt Gal. 6. Simpl. Comment. in lib. Hippocratis de ptissana, *Æginetа*, *Suidas*, Diodorus, qui scribit Bacchum *εὑρεῖν τὸ ἐκ τῆς κριθῆς κατασκευαζόμενον πόμα τὸ καλούμενον ζῦθον*: Strabo lib. 17. Isidorus. Cervisiam dictam volunt à Cerere: *Ceriam* Hispanicum esse vocabulum, nisi à cereo colore nomen impositum credamus. *Cæliam* à calfaciendo Isidorus nuncupatam censet: quod parum credibile est. Ejus meminit Florus, quo loco refert Numantinos sese prius epulis, tanquam inferiis, impleviſſe, carnis semicrudæ, & cœlia. *Had. Jun.* c. 12. 2. Apud Jureconsultos *l. 8. ff. de tritico, vino, vel oleo leg.* in quibusdam provinciis zythum fieri ex tritico vel hordeo, vel panico, non, ut vulgo legunt, *pane.* Ibidem pro curmi & *camum* perperam legitur. *Cujacius* c. 30. lib. 11. Observat. *Idem.*

C. PLI-

C. PLINII SECUNDI NATURALIS HISTORIÆ

LIBER XXIII.

PROOEMIUM.

PERACTA *cerealium in medendo quoque natura est, omniumque quæ ciborum aut florum* [a] *odorumque gratia proveniunt supina tellure. Non cessit his Pomona, partesque medicas pendentibus quoque dedit, non contenta protegere, arborumque alere umbra quæ diximus, imo velut indignata plus auxilii inesse his quæ longius à cœlo abessent, quæque postea cœpissent. Primum enim* [1] *homini cibum fuisse inde, & sic in-* 1 hominibus. V.
ductos cœlum [2] *spectare, pascique & nunc ex se posse* 2 spectasse. V.
sine frugibus. [b] *Ergo hercule* [3] *has in primis dedit* 3 Ergo hercule ar-
vitibus, non contenta delicias etiam & odores atque tes in. Ch.
unguenta omphacio & œnanthe ac [c] *massari (quæ suis locis diximus) nobiliter instruxisse. Plurimum, inquit, homini voluptatis ex me est. Ego succum vini, liquorem olei gigno. Ego palmas & poma, totque varietates: neque ut tellus, omnia per labores, aranda tauris, terenda areis, deinde saxis,* [d] *ut quando*

a *Odorumque gratia proveniunt*] Melius in vetusto exemplari, *odorumve gratia proveniunt.* Et mox paulo inverte verba, legitoque *arborum umbra alere, &c.* Pint.

b *Ergo hercule has in primis dedit vitibus.*] Scribendum reor: *Ergo hercule partes primas dedit vitibus.* Nam dixit in calce prioris libri: *Præstat ad vini transire mentionem, atque à vite ordiri medicinas arborum.* Et sequitur paulo post: *Plurimum, inquit, homini voluptatis ex me est. Ego succum vini, liquorem olei gigno.* Idem.

c *Massari.*] Oenanthe Africana. Vide c. ult l. 12. *Dalec.*

d *Ut quando quantove opere cibi fiant.*] Scribendum puto, *ut quandoque tanto labore cibi fiant.* Nam præcessit statim ante, *Neque ut tellus omnia per labores, &c.* Pint.

quando quantove opere cibi fiant. [1] At ex me parata omnia, nec curvo [2] adoranda aratro, [3] nec cura laboranda, sed sese porrigentia ultro: & si pigeat attingere, etiam cadentia. Certavit ipsa secum, plusque utilitatis causa genuit etiam, quam voluptatis. [4] Folia vitium & pampini capitis dolores, inflammationesque corporum mitigant cum polenta. Folia per se [a] ardores stomachi ex aqua frigida: cum farina vero hordei, articularios morbos. [5] Pampini triti & impositi, tumorem omnem siccant. Succus eorum dysentericis infusus medetur. Lachryma vitium, quae veluti gummi est, lepras & lichenas, & psoras nitro ante praeparatas sanat. Eadem cum oleo saepius pilis illitis, psilothri effectum habet, [b] maximeque aqua, quam virides accensae vites exudant: qua & verrucae tolluntur. Pampini sanguinem excreantibus, & mulierum à conceptu defectioni diluti potu prosunt. Cortex vitium & folia arida, vulnerum sanguinem sistunt, ipsumque vulnus conglutinant. [6] Vitis albae viridis tusae succo & thure impetigines tolluntur. Cinis sarmentorum vitiumque & vinaceorum condylomatis & sedis vitiis medetur ex aceto: item luxatis & ambustis, & lienis tumori, cum rosaceo & ruta & aceto. Item igni sacro ex vino citra oleum aspergitur: [c] & intertrigines & pilos absumit. Dant & bibendum cinerem sarmentorum ad lienis remedia aceto conspersum, ita ut bini cyathi in tepida aqua bibantur, utque qui biberit, in lienem jaceat. Claviculae ipsae, quibus repunt vites, tritae, & ex aqua potae, sistunt vomitionum consuetudinem. Cinis vitium cum axungia vetere contra

1 At, in M. d.
2 adarandae. V. exoranda. Dal id est, impetranda
3 Haec tria verba, nec cura laboranda, in M desunt. Et videntur adjecta à quodam, qui pro, curvo, cura, & pro adoranda, laboranda reponere voluit.
4 Folio vitium & pampino M.
5 capreolis. Diosc.
6 Haec clausula in M. d.

a *Ardores stomachi.*] Et acorem stomachi. Diosc. Voce ὀξυώνυξ Plinius deceptus est. *Dalec.*

b *Maximeque aqua quam virides accensa.*] Scribo, *maximeque cum virides accensa, &c.* ex V.C. Pint.

c *Et intertrigines & pilos absumit.*] Lege, *& intertrigini*, & junge superioribus, ex eodem. *Idem.*

a *Odori-*

contra tumores proficit, fistulas purgat, mox & persanat, item nervorum dolores frigore ortos, contractionesque, contusas vero partes [1] *cum oleo, carnes excrescentes in ossibus cum aceto & nitro, scorpionum & canum plagas cum oleo. Corticis per se cinis combustis pilos reddit. Omphacium qua fieret ratione incipientis uvæ pubertate, in unguentorum loco docuimus. Nunc ad medicinam de eo pertinentia indicabimus. Sanat ea, quæ in* [2] *humido sunt, hulcera, ut oris, tonsillarum, genitalium. Oculorum claritati plurimum confert. Scabritiæ genarum, hulceribusque angulorum, nubeculis, hulceribus quacunque in parte manantibus, cicatricibus marcidis, ossibus* [3] *purulente limosis.* [4] *Frangitur vehementia ejus melle aut passo. Prodest & dysentericis, sanguinem excreantibus,* [5] *anginis. Omphacio cohæret œnanthe, quam vites silvestres ferunt, dicta à nobis in unguenti ratione. Laudatissima in Syria, maxime circa Antiochiæ & Laodiceæ* [6] *montes: & ex alba vite refrigerat, adstringit, vulneribus inspergitur, stomacho illinitur, utilis* [7] *urinæ, jocineri, capitis doloribus, dysentericis,* [8] *cœliacis, cholericis. Contra fastidia obolo ex aceto pota. Siccat manantes capitis eruptiones, efficacissima ad vitia quæ sunt in humidis:* [9] *ideoque & oris hulceribus, & verendis, ac sedi. Cum melle & croco alvum sistit. Genarum* [10] *scabiem emendat, oculorumque lacrymationes: ex vino stomachi dissolutionem: ex aqua frigida pota sanguinis* [11] *excreationem. Cinis ejus ad collyria, & ad hulcera purganda, & paronychia & pterygia probatur. Uritur in furno, donec panis percoquatur. Massaris* [a] *odoribus tantum gignitur, omniaque ea aviditas humani ingenii nobilitavit, rapere* [b] *festinando.*

1 vel cum. *Ch.*
2 humidis. *Dal. et mox.* humore sint. *Ch.*
3 purulentis & lim. V.
4 mitigatur. *Ch.*
5 anginis, *in M. d.*
6 montes, & ex alba vite. Refrigerat. V.
7 ciendæ urinæ. *Diosc.* urinæ, jocineris, capitis dolori. *Ch.*
8 *hæc duo verba in M. d.*
9 ideo &c. *Ch.*
10 scabritiem. *M.*
11 excreationes. *Ch.*

CAP.

a *Odoribus, &c.*] Eam tamen ad medicos tantum pertinere scribit cap. 28. lib. 12. *Dalec.*

b *Festinando.*] Priusquam flos in fructum transeat. *Idem.*

CAP. I.

De medicinis uvarum recentium, & sarmentis uvarum, & vinaceis, & de uva theriace, & de uva passa, & astaphide, & astaphide agria, pituitaria, & labrusca, & de vite alba & nigra, & de mustis, & vini generibus, & aceto.

MAturescentium autem [1] uvæ vehementiores nigræ, ideoque vinum ex his minus jucundum: suaviores albæ, quoniam [2] è translucido facilius accipitur aër. Recentes stomachum & [3] spiritum [4] inflant, alvumque turbant: itaque in febri damnantur utique largiores. Gravedinem enim [5] capiti, morbumque [6] lethargicum faciunt. Innocentiores, quæ decerptæ diu pependere: qua ventilatione etiam utiles fiunt stomacho, ægrisque. Nam & refrigerant leviter, & fastidium auferunt. Quæ autem in [7] vino dulci conditæ fuere, caput tentant. Proximæ sunt pensilibus [a] [8] in palea servatæ. Nam in vinaceis servatæ, & caput & vesicam & stomachum infestant. Sistunt tamen alvum, sanguinem excreantibus utilissimæ. Quæ vero in musto fuere, pejorem vim etiamnum habent, quam quæ in vinaceis. Sapa quoque stomacho inutiles facit: saluberrimas putant medici in cœlesti aqua servatas, etiamsi minime jucundas: sed voluptatem earum in [b] stomachi ardore sentiri, & in [9] amaritudine jecoris fellisque vomitione in choleris, [10] hydropicis, cum ardore febrium ægrotantibus. At in ollis servatæ, & os & stomachum & aviditatem excitant. Paulo tamen graviores existimantur fieri vinaceorum halitu. Uvæ florem in cibis si edêre

1 uvarum. V.
2 à lucido. M.
3 spiritu. Alii.
4 inflatione alvum turbant. Ch.
5 capitis. V.
6 lethargum. Ch.
7 vino, & dulci. V.
8 à. Ch.
9 amaritudine oris fellisque. V.
10 hydrope. V.

a *In palea servatæ.*] Paleales vocat Aurelianus c. 21. l. 3. chronion. Vide columellam cap. 23. lib. 12. Vide supra cap. 1. lib. 14. & c. 17. l. 15. *Dalec.*

b *Stomachi ardore.*] Siticulosis, ardentibus, & longis febribus. *Idem.*

edêre gallinacei, uvas non attingunt. Sarmenta earum, in quibus acini fuere, adſtringendi vim habent, efficaciora ex ollis. Nuclei acinorum eandem vim obtinent. Hi ſunt qui in vino [1] capitis dolorem faciunt. Toſti tritique ſtomacho utiles ſunt. Inſpergitur farina eorum polentæ modo potionis [2] dyſentericis, & cœliacis [3] & diſſolutis ſtomacho. Decocto etiam eorum fovere pſoras & pruritum, utile eſt. Vinacei per ſe, minus capiti aut veſicæ nocent, quam nuclei: [a] mammarum inflammationi triti cum ſale utiles. Decoctum eorum veteres dyſentericos [b] & cœliacos juvat & potione, & fotu. Uva theriace, de qua ſuo loco diximus, contra ſerpentium ictus eſtur. Pampinos quoque ejus edendos cenſent, imponendoſque, vinumque & acetum ex his factum auxiliarem contra eadem vim [4] habent. Uva paſſa, quam aſtaphida vocant, ſtomachum, ventrem, [c] [5] interanea tentaret, niſi pro remedio in ipſis acinis nuclei eſſent: iis exemptis veſicæ utilis habetur, [6] & tuſſi alba utilior. Utilis & arteriæ & renibus, ſicut ex his paſſum privatim è ſerpentibus contra [7] hæmorrhoida potens. Teſtium inflammationi cum farina cumini aut [8] coriandri imponuntur: item carbunculis, articularibus morbis, ſine nucleis tritæ cum ruta: fovere ante vino hulcera oportet. [d] [9] Sanant epinyctidas & dyſenteriam cum ſuis nucleis. Et in oleo coctæ gangrænis illinuntur cum cortice raphani & melle. Podagris & unguium mobilibus cum

1 capit. dol. faciunt. *Ch.*

2 potioni, in dyſ. *Dal.* potionis & dyſ. *Ch.*

3 & diſſoluto. *Ch.*

4 habet. *M. & Ch.*

5 & int. *Ch.*

6 ſed. *Dal.*

7 hæmorrhoidam.

8 fabarum. *Dioſc.*

9 Sic ſanant &c. *Dioſc.*

a *Mammarum inflammationi, &c.*] Duritiæ & lactis plenitudini, τῇ σπαργώσῃ. Dioſc. *Dalec.*

b *Et cœliacos, &c.*] Et fœminas uteri fluxione vexatas. Dioſc. *Idem.*

c *Interanea tentaret.*] Ob dulcedinem, qua laxat, & mollit, obſtructioneſque parit. *Idem.*

d *Sanant epinyctidas & dyſenteriam.*] Duo verba omiſſa ſunt ab incurioſo librario ex vetuſto codice. ea ſunt *& teria.* ſcribo autem non *teria*, ſed *ceria*, hoc eſt, favos. Dioſcorides libro v. cap. de uvis: *In verrucarum genere quas epinyctidas, carbunculos, favos, & articulorum exedentia ulcera, &c.* Pint.

2 *Quam*

cum panace, & per se ad purgandum os caputque, cum pipere commanducantur. Astaphis agria sive staphis, [a] quam uvam taminiam aliqui vocant falso, (suum enim genus habet, cauliculis nigris rectis, foliis labruscæ) fert folliculos verius, quam acinos, virides, similes ciceri: in his nucleum triangulum. Maturescit cum vindemia, nigrescitque, [b] cum taminiæ rubentes norimus acinos, sciamusque illam in apricis nasci, hanc non nisi in opacis. His nucleis ad purgationem uti non censuerim propter ancipitem strangulationem, nec ad pituitam oris [1] siccandam, [2] fauces enim lædunt. Phthiriasi caput & reliquum corpus liberant triti, facilius admista sandaracha, item pruritu & psoris. Ad dentium dolores decoquuntur in aceto, ad aurium vitia, [c] rheumatismum cicatricum, [3] hulcerum manantia. Flos tritus in vino contra serpentes bibitur: semen [4] enim abdicaverim, propter nimiam vim ardoris. Quidam eam [5] pituitariam vocant, & plagis serpentium utique illinunt. Labrusca quoque œnanthen fert, satis [6] dictam, quæ à Græcis ampelos agria appellatur, spissis & candicantibus foliis, geniculata, rimoso cortice: fert uvas rubentes cocci modo, quæ cutem in facie mulierum purgant, [7] & variis coxendicum & lumborum vitiis tusæ, cum foliis & succo prosunt. Radix decocta in aqua, pota in vini Coi cyathis duobus, [8] humorem alvi ciet: ideo hydropicis datur. Hanc potius

1 ciendam. V. citandam.
2 quæ fauces lædunt. Ch. urunt. Diosc.
3 hulcera. V.
4 enim, in M. d. lego, etiam.
5 pediculare. V.
6 dictam. Quæ à. V.
7 & varos: coxendicum &c. V.
8 aquosa purgat. Diosc.

a *Quam uvam taminiam aliqui.*] Festus, ridicula, nisi fallor, interpretatione, *uvam taminiam* exponit, quæ tam mira sit, quam est minium. Tacite hic reprehenditur Celsus, qui taminiam vocavit l. 3. c. de hydrope. *Dalec.*

b *Cum taminiæ, &c.*] Eam Plinius innuit, quam silvestrem vitem Dioscorides vocat, & quæ paulo post describitur, & ampelos agria nominatur, & quæ Theophrasto athragena vocatur. *Idem.*

c *Rheumatismum cicatricum.*] Apud Dioscorid. est, οὖλα τε ῥευματιζόμενα στέλλει, καὶ ἄφθας τὰς ἐν στόματι θεραπεύει μετὰ μέλιτος. *Rheumatismum gingivarum sistit, ulcera oris manantia cum melle sanat.* Sic Ruellius cum Plinio. Mallem vertere, *ulcera oris depascentia.* Deceptus est Plinius in vocibus οὐλὴ & οὖλον. *Dalec.*

potius crediderim esse, quam vulgus uvam taminiam vocat. Utuntur ea pro amuleto: & [a] ad expuitionem [1] sanguinis quoque adhibent, [2] non ultra gargarizationes, & ne quid devoretur, addito sale, thymo, aceto mulso. [3] Ideo & purgationibus ancipitem putant. [b] Est huic similis, sed in salictis nascens: ideo distinguitur nomine, cum eosdem usus habeat, & salicastrum vocatur. Scabiem & pruriginem hominum quadrupedumque aceto mulso trita hæc efficacius tollit. Vitis alba est, quam Græci ampeloleucen, alii [4] ophiostaphylon, alii melothron, alii psilothrum, alii archezostin, [c] alii cedrostin, alii madon appellant. Hujus sarmenta longis & exilibus internodiis geniculata scandunt. Folia pampinosa ad magnitudinem ederæ, dividuntur ut vitium. Radix alba, grandis, raphano similis initio: ex ea caules asparagi similitudine exeunt. [5] Hi decocti in cibo alvum & urinam cient. Folia & caules exhulcerant corpus: utique hulcerum phagedænis & gangrænis, tibiarumque [6] tædio cum sale illinuntur. [7] Semen in uva raris acinis dependet, [d] succo rubente, postea croci. Novere id qui coria perficiunt: illo enim utuntur. Psoris & lepris illinitur. Lactis abundantiam facit coctum cum tritico, potumque. Radix numerosis utilitatibus nobilis, contra serpentium ictus trita drachmis duabus bibitur. Vitia cutis in facie, varosque & lentigines, & suggillata emendat & cicatrices. Eademque præstat decocta in [8] oleo. Decoctæ datur

1 sanie. V.
2 & ultra ad garg. Dal.
3 Idem. Al. Eandem. Alii.
4 staphylen. Gb.
5 Idem cocti. Gb.
6 putridis. Diosc.
7 Fructus. Dal.
8 oleo. Datur & com. in potu. V.

a *Ad expuitionem sanguinis.*] Cum is crassus, & viscida pituita permixtus, faucibus adhæret, & strangulationis periculum adfert. *Dal.*

b *Est huic similis, sed in salictis nascens.*] Hæc est glycypicron Dodonæi, & ut quidam volunt, melothron Theophrasti. Vide quod adnotatum est ad cap. 7. lib. 27. *Idem.*

c *Alii cedrostin.*] Emendatior lectio, *alii agrostin.* Dioscorid. lib. 4. cap. de vite alba: *Sunt*, inquit, *qui psilothron*, *qui archezostin, aut agrostin vocent.* Pint.

d *Succo rubente, postea croci.*] Scribe, *succo rubente postea crocino*, ex antiquo exemplari. *Idem.*

datur & comitialibus potus: item mente commotis, [1] & vertigine laborantibus, drachmæ pondere quotidie anno toto. Et ipsa autem largior aliquanto sensus [2] purgat. Illa vis præclara, quod ossa infracta [3] extrahit in aqua imposita, ut bryonia: quare quidam hanc albam [4] bryoniam vocant. [5] Alia vero nigra efficacior in eodem usu cum melle & thure. Suppurationes incipientes discutit, veteres maturat & purgat. Ciet menses & urinam. Ecligma ex ea fit suspiriosis, & contra lateris dolores, vulsis [6] ruptis. Splenem ternis obolis pota triginta diebus consumit. Illinitur eadem cum fico & pterygiis digitorum. Ex vino secundas fœminarum apposita trahit: & pituitam, drachma pota in aqua [7] mulsa. Succus radicis colligi debet ante maturitatem seminis: [a] qui illitus per se & cum ervo, lætiore quodam colore & cutis teneritate mangonizat corpora: [8] serpentes fugat. Tunditur ipsa radix cum pingui fico, erugatque corpus si statim bina stadia ambulentur: alias urit, nisi [9] frigida abluatur. Jucundius hoc idem præstat nigra vitis: quoniam alba pruritum affert. Est ergo & nigra, quam proprie bryoniam vocant, alii Chironiam, alii gynecanthen, aut apronìam [10] similem priori, præterquam colore. Hujus enim nigrum esse diximus. Asparagos ejus Diocles prætulit veris asparagis in cibo urinæ ciendæ, lienique minuendo. In frutectis & harundinetis maxime nascitur. Radix foris nigra, intus buxeo colore, ossa infracta vel [11] efficacius extrahit, quam supra dicta. Cæterum eidem peculiare est, quod jumentorum cervicibus unice medetur. Ajunt si quis [12] villam ea tinxerit, fugere

1 aut. *Ch.*
2 turbat. *Ex Diosc.*
3 extrahit trita in aqua & imposita. *Diosc.*
4 & bryon. V.
5 Alba vero, &c. V. aliam vero nigram, efficaciorem in eodem usu. Cum melle & thure suppurationes. V.
6 corruptis. *Ch.*
7 mulsa succus radicis. Colligi debet vêre: qui, &c. *Diosc.*
8 *Hæc duo verba supervacua sunt, nec in M. leguntur.*
9 frigida statim abluatur. V.
10 similis pr. præt. acini colore. *Dal.*
11 inefficacius. *Diosc.*
12 in villa extruxerit. *M.* villam ea cinxerit. *Alii.*

a *Qui illitus per se & cum ervo, &c.*] Nostrum apographum: *qui illinitos per se & cum ervo, lætiore quodam colore & cutis teneritate mangonizat.* Nam verbum *corpora*, quod finit clausulam, non habetur in eodem. *Pint.*

a *Qui*

fugere accipitres, tutasque fieri villaticas alites. Eadem in jumento hominеque phlegma, aut sanguinem, [a] qui se ad talos dejecerit, circunligata sanet. Et hactenus de vitium generibus. Musta differentias habent naturales has, quod sunt candida, aut nigra, aut inter utrunque: aliaque, ex quibus vinum fiat, alia ex quibus passum: cura differentias innumerabiles facit. In plenum ergo hæc dixisse conveniat. Mustum omne stomacho inutile, venis jucundum. A balineis raptim & sine interspiratione potum, necat. Cantharidum naturæ adversatur. Item serpentibus, maxime hæmorrhoidi & salamandræ. Capitis dolores facit, & gutturi inutile: prodest renibus, jocineri, & interaneis vesicæ: collevat enim ea. Privatim contra buprestin valet. Contra meconium, lactis coagulationem, cicutam, toxica, dorycnium, ex oleo potum, redditumque vomitionibus. Ad omnia infirmius album, jucundius passi mustum, & quod minorem capitis dolorem afferat. Vini genera differentiasque perquam multas exposuimus, & fere cujusque proprietates. Neque est ulla pars difficilior tractatu, aut numerosior: quippe cum sit tardum dictu, pluribus prosit an noceat: præterea quam ancipiti eventu [1] potu statim auxilium fit, aut venenum. Etenim de natura [2] ad remedia tantum pertinente nunc loquimur. Unum de dando eo volumen Asclepiades condidit, ab eo cognominatum: [b] qui vero postea de volumine illo disseruere, innumera. Nos ista Romana gravitate, artiumque liberalium appetentia, non ut medici, sed ut [3] judices salutis humanæ, diligenter distinguemus. De generibus singulis

1 potum. V.

2 quæ ad rem. tam. pertinet. Ms.

3 iudices. Ch.

a *Qui se ad talos dejecerit.*] In podagra, & articulari morbo. *Dalec.*

b *Qui vero postea de volumine illo disseruere.*] In vetusto exempl. *qui vero postea de volumine illo disseruere, innumeri.* illud autem *volumine*, expositionis loco à lectore adjectum arbitror. *Pint.*

singulis disserere immensum & inexplicabile est, discordibus medicorum sententiis. Surrentinum veteres maxime probavere: sequens ætas Albanum aut Falernum. [1]Deinde alia alii iniquissimo genere decreti, quod cuique gratissimum cæteris omnibus [2] pronuntiando. Quin ut [3] constarent sententiæ, quota portio tamen mortalium [4] iis generibus posset uti? Jam vero nec proceres [5] usquam sinceris. Eo venêre mores, [a] ut nomina modo cellarum væneant, statimque in lacubus vindemiæ adulterentur. Ergo hercle, mirum dictu, innocentius jam est quodcunque & ignobilius. Hæc tamen facere constantissime videntur sententiæ [6] victoriam, quorum mentionem fecimus, si quis hoc quoque discrimen [7] exigat. Falernum nec in novitate, nec in nimia vetustate corpori salubre est. Media ejus ætas à quintodecimo anno incipit. [8] Hoc non rigido potu stomacho utile, non item in calido. Et in diutina tussi sorbetur merum utiliter à jejunis: item in quartanis. Nullo æque venæ excitantur. Alvum sistit, corpus alit. Creditum est obscuritatem visus facere: [9] nec prodesse nervis, aut vesicæ. Albana nervis utiliora. Stomacho minus, quæ sunt dulcia: austera vel Falerno utiliora. Concoctionem minus adjuvant: stomachum modice implent. At Surrentina nullo modo, [10] nec caput tentant: stomachi & intestinorum rheumatismos cohibent. [11] Cæcuba jam non gignuntur. At quæ supersunt Setina, cibos concoqui cogunt. Virium plus Surrentino, austeritatis Albano, vehementiæ [12] minus Falerno. Ab his Statana non longo intervallo abfue-

1 & deinde. Ch.
2 præferendo. V. præponendo. Alii V.
3 constent. V.
4 his. Ch.
5 unquam. M.
6 victoriam, in Ch. d.
7 exigit. M. & Ch.
8 Hoc non frigido stomacho potu inutile: non idem. M.
9 necnon. Ch.
10 nec, in V. d.
11 Cæcubum jam non gignitur. Alii.
12 minus quam Falerno. V. minus Falerno habent. Ch.

a *Ut nomina modo cellarum væneant.*] Pendebat enim è doliis, vinariisque vasis tabula, in qua vini solum natale, & ætas scribebatur, ac quo tempore, quibusve consulibus esset conditum. Juvenal. Satyr. 5.
--- *cujus patriam titulumque senectus Delevit, multa veteris fuligine testa.*
Brod. c.3. lib.1. *Dalec.*

a *Nigrum.*]

absfuerint. Alvo citæ Signinum maxime conducere indubitatum est. Reliqua in commune dicentur. Vino aluntur vires, sanguis colosque hominum. Hoc quoque distat orbis medius, & mitior plaga à [1]circumjectis: quantum illis feritas facit roboris, tantum nobis hic succus. [2]Lactis potus ossa alit, frugum nervos, [3]aquæ carnes. Ideo minus ruboris est in corporibus illis, & minus roboris, contraque labores patientiæ. Vino modico nervi juvantur, copiosiore læduntur: sic & oculi. Stomachus recreatur: [4]appetentia ciborum invitatur: [5]tristitia & cura hebetatur: urina & algor expellitur: somnus conciliatur. Præterea vomitiones sistit: collectiones extra lanis humidis impositis mitigat. Asclepiades utilitatem vini æquari vix Deorum potentia posse pronuntiavit. Vetus copiosiore aqua miscetur, magisque urinam expellit: minus siti resistit. Dulce minus inebriat, sed stomacho innatat: austerum facilius concoquitur. Levissimum est, quod celerrime inveteratur. Minus infestat nervos, quod vetustate dulcescit. Stomacho minus utile est pingue, [a]nigrum, sed corpora magis alit. Tenue & austerum minus alit, magis stomachum nutrit. Celerius per urinam transit, [6]tantoque magis capita tentat: hoc & in omni alio succo semel dictum sit. [b][7]Vinum sit sit fumo inveteratum, insaluberrimum est. Mangones ista in apothecis excogitavere. Jam & patresfamilias ætatem [8]ademere his, quæ per se [c]cariem traxere. Quo certe

1 circumtectis. *Ch.*
2 lactus. *Ch. fortassis*, lacteus.
3 aqua. *Ch.*
4 & appet. *Ch.*
5 tristitia cura. V.
6 tanto magis. *Ch.*
7 Vinum Situinum fumo. *Ch. & in lemmate hic apposito*, De vino Situino med.
8 addunt hic quæ per se ca. trahunt. *Ch.*

a *Nigrum.*] Quale melampsithium Diosc. vocat cap. 9. lib. 5. *Dalec.*

b *Vinum si sit fumo inveteratum.*] Quod scribit Columella c. 6. lib. 1. Apothecæ superponuntur locis, unde plerumque fumus exoritur, quoniam vina fumo celerius vetustescunt, ejus tenore præcocem maturitatem trahunt. Horat.

Hic dies anno redeunte festus
Corticem astrictum pice dimovebit,
Amphoræ fumum bibere institutæ,
Consule Tullo.

Brod. c. 13. 8. *Idem.*

c *Cariem.*] Saporem, qui nimia vetustate contrahitur. *Idem.*

a *Consilii*

1 Caeterum in mat. V. certe vocabulo satis [a] consilii dedere prisci: [1] quoniam & in materiis cariem fumus erodit: at nos è
2 induci. V. diverso fumi amaritudine vetustatem [2] indui persuasum habemus. Quæ sunt admodum exalbida,
3 insalubria. Ch. hæc vetustate [3] salubria fiunt. Quo generosius vinum est, hoc magis vetustate crassescit, & in amaritudinem corpori minime utilem coit. Condire
4 Hæc prima dimidiata clausula deest in Ch. eo aliud minus annosum, insalubre est. [b] [4] Sua cuique vino saliva innocentissima, sua cuique ætas gratissima, hoc est, media. [c] Corpus augere volentibus, aut mollire alvum, conducit inter cibos bibere. Contra minuentibus alvumque cohibentibus, sitire in edendo, postea parum bibere. Vinum jejunos bibere novitio invento, [d] inutilissimum est. Curas vigoremque animi impendit, ad
5 vero accommodatum ac securitati. Jamdudum. Erasmus. procinctum tendentibus: somno [5] vero ac securitatibus jamdudum hoc [6] fuit, quod Homerica illa Helena ante cibum ministravit. Sic quoque in pro-
6 profuit. V. verbium cessit, [e] sapientiam vino obumbrari. Vi-
7 demus. Ch. no [7] debemus homines, quod soli animalium non sitientes bibimus. Aquæ potum interponere utilis-
8 jugiter. V. juge superbibere. Ebrietatem quidem frigidæ. Ch. simum: [f] Itemque [8] jugi superbibere ebrietati: quam quidem frigidæ potus extemplo discutit. Meracis potionibus per viginti dies ante canis ortum,

toti-

a *Consilii dedere prisci.*] Non esse vina ad extremam senectutem recondenda, quæ cariosa est. *Dalec.*

b *Sua cuique vino saliva.*] Suus humor, si dolia implenda sunt, cum vinum deferbuerit. *Idem.*

c *Corpus augere volentibus.*] Non sitire, & cibos modice proluere, optimum præceptum. Diosc. *Idem.*

d *Inutilissimum est.*] Galenus comment. aphor. 28. lib. 6. *Idem.*

e *Sapientiam vino obumbrari.*] Eo pertinent Græcorum illæ sententiæ: οἶνος οὐκ ἔχει πηδάλια, κάτοπτρον εἴδους χαλκός ἐστ', οἶνος δὲ νοῦ. Ac rursum hoc Xenophontis in Symposio: τὸν οἶνον κατὰ τὰς τῶν ἀνδρῶν ψυχάς, ὥσπερ μανδραγόρας, τὰς λύπας κοιμίζειν. τὰς δὲ φιλοφροσύνας ἐγείρειν, ὥσπερ ἔλαιον φλόγα. Lepide hoc Aristophanes, τὸ δὲ ζῆν, εἰπέ μοι, τί ἐστι; B. τὸ πίνειν, φημ' ἐγώ. Idem & perquam venuste, vinum ἀφροδίτης εἶναι γάλα scribit. Rhod. cap. & lib. 28. *Idem.*

f *Itemque jugi superbibere ebrietati, quam quidem, &c*]. Scribendum reor: *interque jungere, ac superbibere.* ut hæc verba ad præcedentia pertineant. deinde sequatur aliud cæsum, *Ebrietatem quidem frigida potus extemplo discutit.* Sic enim præfert antiquum exemplar. *Pint.*

a *Toti-*

[a] totidemque postea, suadet Hesiodus uti. Merum quidem remedio est contra cicutas, coriandrum, aconita, viscum, meconium, argentum vivum, apes, vespas, crabrones, phalangia, serpentium scorpionumque ictus, contraque omnia quæ refrigerando [1] nocent. Privatim contra hæmorrhoidas, presteras, fungos. Item contra inflationes rosionesque præcordiorum, & quorum stomachus in vomitiones effunditur: & si venter aut interanea rheumatismum sentiant. Dysentericis, sudatoribus, [2] in longa tussi, in epiphoris, [b] meracum. At vero cardiacis, in mamma læva merum in spongia imponi prodest. Ad omnia autem maxime album [3] inveterascens. Utiliter etiam fovetur vino calido virilitas [4] jumentis: quo etiam infuso cornu lassitudinem auferri ajunt. Simias, quadrupedesque, quibus digiti sunt, negant crescere assuetas meri [5] potu. Nunc circa ægritudines sermo de vinis erit. Saluberrimum [c] liberaliter genitis, Campaniæ quodcunque tenuissimum: vulgo vero, quod quenque maxime [6] juverit validum. Utilissimum omnibus [d] sacco viribus fractis. Meminerimus succum esse, qui fervendo vires [7] è musto sibi fecerit. Misceri plura genera, omnibus inutile. Saluberrimum, cui nihil in musto additum est: meliusque, si nec vasis pix affuit. Marmore enim & gypso aut calce condita, quis non etiam validus expaverit? In primis igitur vinum marina aqua [8] factum, inutile est stomacho, nervis, vesicæ. Resina condita, frigidis

1 necant. Diosc.

2 è longa. Ch.

3 inveterescens. Ch.

4 jumentis infusa cornu lassitudinem auferunt. Ch.

5 potui. V.

6 juverit. Validum utilissimum omnibus. V.

7 in musto sibi facit. V.

8 fractum. V.

a *Totidemque postea.*] Exoriente sidere id à se fieri gloriatur Anacreon. *Dalec.*

b *Meracum.*] Parum dilutum. Prorsus meracum in iis ægritudinum generibus noxium fuerit. *Idem.*

c *Liberaliter genitis.*] Bona corporis natura præditis. *Idem.*

d *Sacco viribus fractis.*] Saccabant olim vinum, cum mustum, priusquam ferbuisset, per saccum toties colabant, ut defecaretur. Sic adempta fæce, quæ vini vim alit & auget, vinum lenius & imbecillius bibebatur. Fæcis vini etiam necantem vim auctor describit sequenti capite. Vide cap. 19. lib. 20. & 2. 29. *Idem.*

dis stomachis utilia [1] existimantur. Non expedire [2] vomitoribus, sicut neque mustum, neque [3] sapa, neque passum. Novitium resinatum nulli conducit. Capitis dolorem & vertigines facit: ab hoc dicta [a] crapula est. Tussientibus & in rheumatismo [4] nominata prosunt. Item cœliacis & dysentericis, mulierum mensibus. In hoc genere rubrum nigrumve magis constringit, magisque calfacit. Innocentius pice sola conditum. Sed & picem meminisse debemus non aliud esse, quam combustæ resinæ fluxum. Hoc genus vini excalfacit, concoquit, purgat: pectori, ventri utile: item vulvarum dolori, si sine febre sint, veteri rheumatismo, [b] exhulcerationi, ruptis convulsis, vomicis, nervorum infirmitati, inflationibus, tussi, anhelationibus, luxatis, in succida lana impositum. Ad omnia hæc utilius id, quod sponte naturæ suæ [5] picem resipit, [c] picatumque appellatur. [d] Helvenaco quoque tamen nimio caput tentari convenit. Quod ad febrium valetudines attinet, certum est non dandum in [6] febre, nisi [e] veteribus ægris, [7] vinum: nec nisi declinante morbo. In acutis vero periculis, nullis nisi qui manifestas remissiones habeant, & has noctu potius; [f] dimidia enim pars periculi [8] est noctu, hoc est spe somni, bibentibus: nec à partu abortuve, nec [g] à libidine ægrotantibus, nec in capitis doloribus; nec quorum accessiones cum frigore

1 existimantur, sed non. V.
2 vomitionibus. Cb.
3 sapam. V.
4 resinata. Diosc.
5 piceum. Cb.
6 febri. Cb.
7 vinum, in Cb. d.
8 abest. V.

a *Crapula est.*] Κραιπάλη Græcis. Vini condimentum sic dictum, quod κραιπάλλειν, id est, capitis gravitatem affert: fit è resinæ crudo flore. *Dalecampius.*

b *Exhulcerationi.*] Profundarum, & abditarum partium. Diosc. *Idem.*

c *Picatumque.*] Celsus Allobrogicum vocat cap. 5. lib. 4. *Idem.*

d *Helvenaco.*] *Helvico.* Vitis agri Viennensis, quæ vinum præbet sponte naturæ picem olens, generibus Arverno, Sequano, Helvico constabat. cap. 1. lib. 14. *Idem.*

e *Veteribus ægris.*] Vel ætate senibus, vel inveterato morbo. *Idem.*

f *Dimidia enim pars periculi.*] Levius, ac minus periculum est, cum remissa febre alliciendi somni caussa bibitur. *Idem.*

g *A libidine ægrotantibus.*] Vinum enim debilitatos jam immodica Venere nervos gravius offendit. *Idem.*

a In

ſrigore extremitatum fiant, nec in febri tuſſientibus, nec [a] [1] in tremore nervorumque doloribus vel faucium, aut ſi vis morbi circa [2] illa intelligatur, nec in duritia præcordiorum, [b] venarum vehementia, neque in opiſthotono, tetano, nec [c] ſingultientibus, nec ſi cum [3] febre dyſpnœa ſit. Minime vero oculis rigentibus, & genis ſtantibus, aut deſectis gravibuſque: nec quorum conniventium [d] perlucebunt oculi, neu [4] palpebris non coëuntibus, vel ſi dormientibus hoc idem [5] eveniet: aut ſi cruore ſuffunduntur oculi, vel ſi lemæ in oculis erunt. Minime lingua fungoſa, [6] nec gravi, & ſubinde imperfecta loquentibus: nec ſi urina difficile reddetur, neque expaveſcentibus repente, nec ſpaſticis, aut rurſus torpentibus, nec ſi per ſomnos genitura [7] effundetur. Cardiacorum morbo unicam ſpem [8] in vino eſſe certum eſt. Sed id dandum quidam non niſi in acceſſione cenſent, [9] alii non niſi in remiſſione. Illi, ut ſudorem coërceant: hi, quia tutius putant, minuente ſe morbo: quam plurium ſententiam eſſe video. Dari utique non niſi in cibo debet, [e] nec à ſomno, nec præcedente alio potu, hoc eſt, [10] utique ſitienti, nec niſi in deſperatione [11] ſuprema, & viro facilius quam fœminæ; ſeni, quam juveni; juveni, quam puero; hieme, quam æſtate: aſſuetis potius, quam expertibus. Modus dandi pro vehementia vini, item [12] miſtura. Atque vulgo ſatis putant unum vini cyathum duobus aquæ miſceri. Si diſſolutio ſit ſtomachi, [13] dandum, [14] & ſi cibus non deſcendat. Inter vini genera, quæ ſingi

1 in tremore nervorum vel doloribus. *Ch.*
2 ilia. *V.*
3 febri. *Ch.*
4 palpebriſve. *Ch.*
5 evenit. *Ch.*
6 vel. *V*
7 effundatur. *Ch.*
8 hanc vino. *Ch.*
9 alii in remiſ. *Ch.*
10 utique niſi ſitienti. *Dal.*
11 ſumma. *V.*
12 miſtura aquæ. Vulgo. *V.*
13 largius dandum. *V.*
14 &, in *Ch. d.*

a *In tremore nervorumque.*] Ut nec caduco morbo, licet utraque ægritudo frigida ſit. *Dal.*

b *Venarum vehementia.*] Lego, *Urinarum*: ſi *venarum* legas, intellige vehementem, magnum, & concitatum pulſum. *Idem.*

c *Singultientibus.*] Ab acri humore ſtomachum lancinante. *Idem.*

d *Perlucebunt oculi.*] Aut ſcintillis micabunt, aut rubore nitebunt. *Idem.*

e *Nec à ſomno.*] Ne calfacta ſomno viſcera vino etiamnum magis incaleſcant. *Idem.*

gi docuimus, nec fieri jam arbitror, & supervacaneum eorum [1] usum, cum ipsis rebus, ex quibus finguntur, doceamus uti. Et alias modum excesserat medicorum in his ostentatio, veluti è napis vinum utile esse ab armorum equitandive lassitudine præcipientium: atque ut reliqua omittamus, etiam è junipero. Et quis satius censeat, absinthite vino utendum potius, quam absinthio ipso? In reliquis omittetur & [a] palmeum, capiti noxium, ventrique tantum molliendo, & sanguinem [2] excreantibus non inutile. Fictitium non potest videri, quod bion appellavimus, cum sit in eo sola pro arte festinatio. Prodest stomacho dissoluto, aut cibos non perficienti, [b] prægnantibus, defectis, paralyticis, tremulis, vertigini, torminibus, ischiadicis. [c] In pestilentia quoque ac peregrinationibus, vim magnam auxiliandi habere dicitur. Vini etiam vitium transit in remedia. Aceto summa vis est in refrigerando, non tamen minor in discutiendo: ita fit ut [3] infusum terræ spumet. Dictum est sæpius, diceturque [4] quoties cum aliis prosit. Per se haustum fastidia discutit, singultus [5] cohibet, sternutamenta olfactu. Vim in balineis æstus arcet, si contineatur ore. Quin & cum aqua [6] bibitur. Multorum stomacho utiliter gargarizatur: cum eadem [d] convalescentium & à Solis ardoribus. [e] Oculis quoque illo modo [7] saluberrimum. [f] Plurimum fotu

1 usum docere, cum, &c. possimus uti. V.

2 excreantibus. Non in utile fictitium potest vid. V.

3 infuso terra. V.

4 quotiescunque alias prosit per se haustum Fastidia. Ch.

5 prohibet. Ch.

6 bibitur multis Cum stomaticis utiliter gargarizatur. Cutem non velatam tuetur à solis. V.

7 saluberrimum potu medetur. Ch.

a *Palmeum.*] E palmulis chydæis, maturis. Dioscorides alvum sistere ait, non mollire, propterea que cœliacis dat & dysentericis. *Dalec.*

b *Prægnantibus.*] Quæ pica & malacia vexantur. *Idem.*

c *In pestilentia.*] Apud Festum *pesestas* pestilentiam vocabant imprecatores, cum fundum lustrantes abigi poscebant & averti morbum, mortem, labem, nebulam, impetiginem. *Idem.*

d *Convalescentium & à Solis ardoribus.*] Iis qui à sole usti capite doluerunt, & jam melius habent, aut qui in diariam febrem ea ratione inciderunt. *Idem.*

e *Oculis.*] Inflammatis, fluxione tentatis. *Idem.*

f *Plurimum fotu medetur post.*] Locus, si quis alius in historia naturali, pessimè a librariis habitus, & qui dedita opera videri possit depravatis verbis & ordine luxato obscuratus, vel potius perditus. In primis verbum illud *fotu*, cum præcedentibus legendum: ut sic verba conci-

fotu medetur [1] post [a] uredines. Item lepris, furfuribus, hulceribus manantibus, canis morsibus, scorpionum ictibus, scolopendrarum, muris aranei: contraque omnium [2] aculeatorum venena & pruritus. Item contra [b] multipedæ [3] morsum. Calidum in spongia [4] appositum, adjecto sulphuris sextante sextariis tribus aceti, aut hyssopi [5] fasciculo, medetur sedis vitiis. [c] In sanguinis fluxione [6] post excisos calculos, [7] & omni alia, foris [d] in spongia impositum, intus potum cyathis binis quam acerrimum. Conglobatum utique sanguinem discutit. Contra lichenas & bibitur, & imponitur. Sistit [8] alvos, & rheumatismos interaneorum infusum: item procidentia sedis [9] vulvæque. [e] Tussim veterem [10] inhibet, & gutturis rheumatismos, orthopnœam, dentium labefactationem. Vesicæ nocet, nervorumque infirmitatibus. Nesciêre medici, quantum contra aspidas polleret. Nuper ab aspide calcata percussus utrem aceti ferens, quoties deposuisset, sentiebat ictum, aliâs illæso similis. Intellectum ibi remedium est, potuque succursum. Neque [11] altero os colluunt venena exugentes. In totum domitrix vis hæc non ciborum modo est, verum & rerum plurimarum. [f] Saxa rumpit infusum, quæ non ruperit ignis antecedens. Cibos quidem & sa-

1 prodest contra hirudines. M. post hirudines. Ch.
2 oculorum. Ch.
3 morsum, calidum. V.
4 appositum, in M. d.
5 fasciculo. Medetur sic. Ch.
6 per. Ch.
7 & omnes alias rosiones. V.
8 alvum. Ch.
9 uvæque. Diosc.
10 & recentem lacessit. Idem.
11 aliter. Ch.

concipias: *Oculis quoque illo modo saluberrimum fotu.* deinde verbum *medetur*, sequentibus applica, *Medetur item lepris, furfuribus, &c.* reliqua ergo sunt, *Plurimum post uredines.* Exemplar vetus non *uredines* præfert, sed *hirudines*, scribo, *pellit potum hirudines.* Dioscorid. lib. 5. cap. de aceto: *Pellit haustas hirudines potum acetum.* Pint.

a *Uredines.*] Ignis aut ferventis aquæ. *Dalec.*

b *Multipeda.*] Auctor cap. 2. lib. 20. millepedam à Græcis *sepa* vocari ait, oblongam, pilosis pedibus, pecori præcipue noxiam, ejus morsu tumorem insequi, & locum putrescere: quæ de scolopendra audienda sunt. Vide infra quæ notata sunt in cap. 6. lib. 29. *Idem.*

c *In sanguinis fluxione.*] *Fluctione* legendum, non *fluxione*, ut alias notatum est. *Pint.*

d *In spongia impositum.*] Aut ægro in eo desidere jusso, adjecto salis tantillo. Celsus lib. 7. *Dal.*

e *Tussim veterem.*] Et recentem lacessit. Diosc. *Idem.*

f *Saxa rumpit infusum.*] Alpes exercitui suo, ejusque impedimentis pervias Annibal fecit ea industria & diligentia. *Idem.*

& sapores non alius magis succus commendat aut excitat: in quo usu mitigatur [a] [1] tosto pane aut [2] vino: vel accenditur pipere ac lasere: utique sale compescitur. Non est prætereundum in eo exemplum ingens. [b] Siquidem M. Agrippa supremis suis annis conflictatus gravi morbo pedum, cum dolorem eum perpeti nequiret, [c] unius medicorum portentosa scientia, ignorante Divo Augusto, [3] tanti putavit usu pedum sensuque omni carere, dummodo & dolore illo careret, demersis in acetum calidum cruribus [d] in acerrimo impetu morbi.

1 usto pane, aut cum vino. Ch.
2 camino. V.
3 satius. V.

CAP. II.

De aceto scillino, & oxymelite, & sapa & face vini, aceti, & sapa.

ACetum scillinum inveteratum magis probatur: prodest, super ea quæ diximus, [e] acescentibus cibis: [4] gustatum enim discutit pœnam eam. Et his qui jejuni vomunt: callum enim faucium facit, ac stomachi: [5] odorem oris tollit, gingivas astringit, dentes firmat, colorem meliorem præstat. Tarditatem quoque aurium gargarizatione purgat, & transitum auditus aperit. Oculorum aciem obiter exacuit. Comitialibus, melancholicis, [f] vertiginosis, vulvarum strangulationibus, percussis aut præcipitatis, & ob id sanguine conglobato, nervis infirmis, renum vitiis perquam utile. Cavendum exhulceratis. Oxymeli antiqui (ut

4 gustatu. Ch.
5 dolorem. Ch.

a *Tosto pane aut vino.*] *Tosto pane aut cum nitro*, in vetusto exemplari rectius. sequitur enim, *utique sale compescitur.* Pint.

b *Siquidem M. Agrippa supremis.*] Idem fere de Servio Clodio narratur c. 3. lib. 25. *Dalec.*

c *Unius medicorum.*] Quid si legas non *unius medicorum*, sed *Musæ medici.* Pint.

d *In acerrimo impetu morbi.*] Addunt quædam exemplaria, *evasit*, alioqui imperfecta videtur oratio. *Idem.*

e *Acescentibus cibis.*] Ventriculo acida pituita farcto, vel melancholico succo. *Dalec.*

f *Vertiginosis, vulvarum strangulationibus.*] *Vertigini, vulvarum strangulationibus*, codex antiquus, & paulo post, *Dioclas*, in eodem legitur, non *Diomchet.* Pint.

a Salis

(ut Dieuches tradit) hoc modo temperabant: mellis minas decem, aceti veteris heminas quinque, [a] salis marini pondo, [1] thymbræ quadrantem, aquæ marinæ sextarios quinque pariter coquebant decies [b] defervescente cortina, atque ita diffundebant inveterabantque. Sustulit totum id Asclepiades, coarguitque. Nam etiam in febribus [2] dabant. Profuisse tamen fatentur contra serpentes, quas sepas vocant, & contra meconium, ac viscum [3] & anginas, calidum gargarizatum, & auribus, & oris gutturisque desideriis, quæ nunc omnia [4] oxalme contingunt: [c] [5] id sale & aceto recente efficacius est. Vino cognata res sapa est, musto decocto, donec tertia pars supersit. Ex albo hoc [d] melius. Usus contra cantharidas, buprestim, pinorum erucas, quas pityocampas vocant, salamandras, & contra mordentia venenata. Secundas partusque [6] emortuos trahi cum bulbis [7] potum. Fabianus auctor est, venenum esse, si quis jejunus à balineis [8] id bibat. Consequens horum est vini fæx, [9] sui cujusque generis. Ergo vini [10] fæci tanta vis est, ut descendentes in cupas enecet. Experimentum demissa [11] præbet lucerna, quandiu extinguatur, periculum denuntians. Illota miscetur medicamentis. Cum iridis vero pari pondere, eruptionibus pituitæ illinitur: Et sicca vel madida contra phalangia, [e] &

testium

1 libram. *Cb.* pondo libram quadrantem aquæ pluviæ. *Diosc.*

2 databant. *Cb.*

3 & anginis caldum garg. *Cb.*

4 oxyalme. *M.*

5 Ea sale & aceto recente efficacior est. *V.* Fit sale, aqua & aceto. Recens efficacior est. *Alii V.*

6 mortuos. *M.*

7 pota. *V.* potu. *Cb.*

8 cam. *V.*

9 sui, in *M. d.*

10 fæcibus. *Cb.*

11 trahitur. *M.*

a *Salis marini pondo, thymbræ quadrantem.*] *Libram,* non *thymbræ,* in eodem: Et sane apud Dioscoridem lib. 5. cap. de aceto mulso: in confectione oxymelitos nulla mentio thymbræ. Quapropter probo scriptam lectionem: *pondo libram quadrantem.* Qua locutione alioquin frequentissima usus est Columella lib. 12. cap. 33. *Scyllæ,* inquit, *aridæ pondo libram & quadrantem.* Pint.

b *Defervescente cortina.*] *Defervente,* non *defervescente.* in eodem. Et paulò post *fæx vini,* redundat *vini.* Idem.

c *Id sale & aceto recente efficacius est.*] Multas & insignes acidæ muriæ, τῆς ὀξάλμης, facultates à Diosc. proditas auctor silentio præterit. *Dalec.*

d *Melius.*] *Melior.* leg. nisi ad Græcam vocem ἕψημα referas. vel Latinam defrutum. *Idem.*

e *Et testium mammarumque inflammationes.*] in Apographo nostro *inflationi, non inflammationes,* legitur. quod magis probo: Dioscorides lib. 5. capite de fæce. *Cruda fæx,* inquit, *per se, & cum myrto, tumores reprimit.* Pint.

a *Cum*

testium mammarumque inflammationes, vel in quacunque parte corporis. Item cum hordeacea farina, & thuris polline in vino [1] decocta crematur & siccatur. Experimentum est legitime coctæ, ut refrigerata linguam tactu videatur urere. Celerrime exanimatur [2] loco non incluso condita. Crematio ei multum virium adjicit. Utilissima est ad compescendas lichenas furfuresque cum fico decocta. Sic & lepris & hulceribus manantibus imponitur. Fungorum naturæ contraria est pota, sed magis cruda. Oculorum medicamentis cocta & lota miscetur. Medetur illita & testibus, & genitalibus. In vino autem adversus strangurias bibitur. [a] Cum [3] expiraverit quoque, lavandis corporibus & [b] vestibus utilis: tuncque [c] usum acaciæ habet. Fæx aceti pro materia acrior sit necesse est, multoque magis exhulceret. Resistit suppurationum incrementis: stomachum, interanea, ventrem illita adjuvat. Sistit earum partium rheumatismos, & mulierum menses. [d] Panos discutit nondum exhulceratos, & anginas: sacros ignes cum cera. Mammas lactis sui impatientes eadem [e] extinguit. Ungues scabros aufert. E serpentibus contra cerastas validissima cum polenta. Cum meanthio autem contra crocodili morsus, & canis. Et hæc cremata ampliat vires. Tunc addito lentiscino oleo illita una nocte [f] rufat capillum. Eadem ex aqua in linteolo

1 decocta. Siccatur, & crematur. V. cocta crematur & siccata. Ch.

2 non inclusa condita. Ch.

3 expiravit. Ch.

a *Cum expiraverit quoque lavandis, &c.*] Permutato loco verbi illius *quoque*, legitur in eodem: *cum expiraverit lavandis quoque corporibus, &c.* Pint.

b *Vestibus utilis.*] Lixiviis. Parisienses vulgo id miscent. *Dalec.*

c *Usum acaciæ.*] Summa vi adstringendi. *Idem.*

d *Panos discutit nondum.*] Hæc de fæce vini Dioscorid. non aceti. *Idem.*

e *Extinguit.*] Ἀκυρολογία *extinguit mammas*, pro *extinguit lac.* Dioscorid. σπαργώντας μαστοὺς γάλακτι τε ῥέοντας ἀποσβέννυσι, *ubera distenta, tumida, lacteque manantia extinguit.* Idem.

f *Rufat capillum.*] Serenus, ut quidam exponunt, eam compositionem *unguentum cineris* vocat:

Ad rutilam speciem nigros flavescere crines,

Unguento cineris prædixit Plinius auctor.

Cato: *Mulieres nostræ cinere capillum unguita-*

teolo apposita, vulvas purgat. [1] Sæpe fæce ambusta sanantur, melius addita lanugine harundinis. Eadem fæce decocta potaque tussies veteres. Decoquitur in patinis cum sale & adipe ad tumorem quoque maxillarum & cervicum.

1 *Sæpe faeces Aliis reponunt.*

CAP. III.

De oleis, & foliis oleæ, & flore, & cinere, & de oliva alba & nigra, & de amurca.

OLearum proxima auctoritas intelligitur. Folia earum vehementissime adstringunt, purgant, sistunt. Itaque commanducata imposita hulceribus medentur, & capitis doloribus illita cum oleo. Decoctum eorum cum melle his quæ medici usserint, gingivarum inflammationibus, [2] paronychiis, sordidisque hulceribus excrescentibus. Cum melle profluvium sanguinis è nervosis partibus cohibet. Succus eorum carbunculantibus circa oculos hulceribus & pustulis, procidentique [3] pupillæ efficax: quapropter in collyria additur. Nam & veteres lacrymationes sanat, & genarum erosiones. Exprimitur autem succus tusis, affuso [4] vino & aqua cœlesti, siccatusque in pastillos digeritur. Sistit menses in lana admotus vulvæ. Utilis & [5] saniem emanantibus. Item condylomatis, ignibus sacris, quæque serpunt hulcera epinyctidi. Eosdem & flos earum habet effectus. Uruntur & [6] cauliculi florescentes, ut spodii vicem cinis præstet: vinoque infuso iterum uritur. Suppurationes & panos illinunt cinere eo, vel foliis tusis cum melle, oculos vero cum polenta. Succus fruticis recentis accensi distillans sanat lichenas, furfures, manantia

2 & paron sord. ulc. & putrescentibus. *Ch.*

3 pupulæ. *Ch.*

4 vino aut aqua. *Diosc.*

5 saniem manantibus. *Ch.*

6 folia cum floribus. *Dioscor.*

guitabant, ut rutilus esset crinis. Servius in Georg. *immundum cinerem* exponit, quo puellæ non utuntur ruffandis crinibus. *Dalec.*

1 *Nam*

tia hulcera. [a] [1] Nam & lacryma quæ ex arbore ipsa distillat. Æthiopicæ maxime oleæ, mirari [2] satis est repertos, qui dentium dolores illinendos censerent, [3] venenum esse prædicantes atque etiam in oleastro [4] quærendam. [b] E radice oleæ quam tenerrimæ cortex derasus, in melle crebro gustatu medetur sanguinem rejicientibus, & suppurata extussientibus. Ipsius oleæ cinis cum axungia tumores sanat: extrahitque fistulis vitia, & ipsas sanat. Olivæ albæ stomacho utiliores, ventri minus. Præclarum habent, antequam condiantur, usum recentes per se cibi modo devoratæ. Medentur enim arenosæ urinæ, item dentibus, [5] aut attritis, aut [6] convulsis. Nigra oliva stomacho inutilior, ventri facilior, capiti & oculis non convenit. Utraque ambustis prodest trita & illita. Sed nigra commanducatur, & protinus ex ore imposita, [7] pustulas gigni prohibet. Colymbades sordida hulcera purgant, inutiles difficultatibus urinæ. De amurca poteramus videri satis dixisse, Catonem secuti: [8] sed reddenda medicinæ quoque est. Gingivis & oris hulceribus, dentium [9] stabilitate efficacissime subvenit. Item ignibus sacris infusa, & his quæ serpunt. Pernionibus nigræ olivæ amurca utilior: item infantibus fovendis. Albæ vero mulierum vulvæ in lana admovetur. Multo autem omnis amurca decocta efficacior. Coquitur in [10] cupreo vase ad crassitudinem mellis. Usus ejus cum aceto, aut vino vetere, aut mulso, ut quæque causa exigat in [11] curatione oris, dentium, aurium, hulcerum manantium

1 Nam lachrymam, M.
2 satis non est. Reperti sunt qui. M.
3 venenum tamen esse. *Dal.*
4 quærendum. *Ch.*
5 carnem audendo attritis. *Ch.*
6 perculsis. V.
7 pusulas. *Ch.*
8 Sed reddenda medicinæ quoque ratio est. *Alii.*
9 instabilitati. *Alii.*
10 cyprio. *M.* & *J.* c. 3. l. 33.
11 curationem. *Ch.*

a *Nam lacryma, quæ ex arbore ipsa distillat, Æthiopicæ maxime oleæ, &c.*] Non lacrymam ipsam miratur, sed eorum potius temeritatem, qui tam ancipiti remedio uti non dubitarent, cum etiam ipsi venenum faterentur. *Galen.*

b *E radice oleæ quam tenerrimæ cortex derasus in melle crebro, &c.*] In vetusto exemplari, *E radice oleæ quam tenerum derasum in melle crebro gustatum, &c.* Pint.

a *Casuros*

nantium, genitalium, rhagadum. Vulneribus in linteolis imponitur, luxatis in lana: ingens hic usus, utique inveterato medicamento. Tale enim fistulas sanat. Infunditur sedis, genitalium, vulvæ exhulcerationi. Illinitur vero podagris incipientibus: item articularibus morbis. Si vero cum [1] omphacio recoquatur ad mellis crassitudinem, [b] [2] casuros dentes extrahit. Item jumentorum scabiem, cum decocto lupinorum & chamæleonte herba, mire sanat. Cruda amurca [3] podagris foveri utilissimum.

1 omphacino. Diosc.
2 causarios. Corn. ex Vet. sic & Gb.
3 podagras. Gb.

CAP. IV.

De foliis oleastri, & œnanthino oleo, & cicino, & amygdalino, & laurino, & myrteo, chamæmyrsino, & cupressino, & citreo, & caryino.

OLeastri foliorum eadem natura. Spodium è cauliculis vehementius inhibet rheumatismos. Sedat & inflammationes oculorum, purgat hulcera, alienata explet, excrescentia leniter erodit, [4] siccat, & ad cicatricem perducit: cætera, ut in [5] oleis. Peculiare autem, quod folia decoquuntur ex melle, [6] danturque cochlearibus contra sanguinis excreationes. Oleum [7] tamen acrius atque efficacius: [b] & os quoque colluitur illo ad dentium infirmitatem. Imponuntur folia & paronychiis, & carbunculis, & contra omnem collectionem cum vino: iis vero quæ purganda [8] sunt, cum melle. Miscentur oculorum medicamentis: & decoctum foliorum, & succus oleastri. Utiliter etiam auribus instillatur cum melle, vel si plus effluat. Flore oleastri condylomata illinuntur & epinyctides. Item

4 siccatque. Gb.
5 oleis. In hoc autem peculiare. V.
6 & dantur. Gb.
7 tantum acrius efficaciusque. Gb.
8 sint. Alii.

a *Casuros dentes extrahit.*] *Causarios* non *casuros*, in eodem rectissime. quo significatu & *causaria missio* apud Jurisconsultos, & *causarii milites* Livio. res nota, nec dicenda verbosius. *Dalec.*

b *Et os quoque colluitur illo ad dentium.*] In eodem, *& de eo os quoque colluitur ad dentium firmitatem.* scribo, *Ideo os quoque colluitur illo, &c.* Idem.

a Olea

Item cum farina hordeacea venter: in rheumatismo cum [a] oleo capitis dolores. Cutem in capite ab ossibus recedentem cauliculi decocti, & cum melle impositi comprimunt. Ex oleastro maturi in cibo sumpti sistunt alvum. Tosti autem & cum melle triti, nomas repurgant, carbunculos rumpunt. Olei naturam causasque abunde diximus. Ad medicinam ex olei generibus hæc pertinent. Utilissimum [1] est [b] omphacinum, proxime viride. Præterea quam maxime [2] recens, nisi cum vetustissimum quæritur, tenue, odoratum, quodque non mordeat, è diverso quam in cibos eligitur. Omphacinum prodest gingivis. Si contineatur in ore, [c] colorem dentium custodit magis, quam aliud: sudores [3] cohibet. [d] Oenanthino idem est effectus, qui rosaceo. Omni autem oleo mollitur corpus, vigorem & robur accipit: Stomacho contrarium. Auget hulcerum [4] incrementa. Fauces exasperat, & [5] venena omnia hebetat, præcipue psimmythii & gypsi in aqua mulsa, aut ficorum siccarum decocto potum: contra meconium ex aqua: contra cantharidas, buprestin, salamandras, pityocampas per se potum, redditumque vomitionibus, [e] contra [6] omnia supra dicta laudatissimum. Et lassitudinum perfrictionumque [7] refectio est. Tormina

1 esse omphacium. Ch.
2 recens. At si. V.
3 corrigit. V.
4 purgamenta. V. excrementa. Alii V.
5 venenata. V.
6 marina. V.
7 remedio. Alii.

a *Oleo capitis dolores.*] Lege, *Oleo in capitis dolore*, alioqui fuerit ἀκυρολογία, non enim dolor illinitur, sed affecta dolore pars. *Dalec.*

b *Omphacinum.*] Omphacinum oleum fit ex olivis acerbis & immaturis: Viride ex olea druppa, nempe cibo nondum matura, jam tamen colorem mutante. Vide cap. 27. lib. 12. *Viride* alii interpretantur, quod ex olivis malo fractis sponte fluit, non ignis vi elicitur, vulgo *Huille vierge*. Idem.

c *Colorem dentium custodit magis, &c.*] In vetere codice non *aliud* legitur, sed alibi. Scribendum reor *albat*: ut in præcedentibus & his quæ insequuntur, *ruffat*, usurpavit & *nigrat*. Pint.

d *Oenanthino idem.*] Ejus mentio fit cap 7. lib. 15. De œnanthino non oleo, sed unguento, Dioscorides tradit, quod hic Plin. scribit. *Dalec.*

e *Contra omnia supradicta laudatissimum, &c.*] Duo illa verba *laudatissimum, &c.* non agnoscit exemplar antiquum. Reliqua sic legenda censeo: *Supra omnia supradicta lassitudinum, &c.* Pint.

Tormina calidum potum cyathis sex, magisque ruta simul [1] decocta pellit. Item ventris animalia. Solvit alvum heminæ mensura, cum vino & calida aqua potum, aut ptisanæ succo. Vulnerariis emplastris utile. Faciem purgat. [a] Bubus infusum per nares, donec ructent, inflationem sedat. Vetus autem magis excalfacit corpora, magisque [2] discutit sudores. Duritias magis diffundit. Lethargicis magis auxiliare, [3] & inclinato morbo. Oculorum claritati confert aliquid, cum pari portione [b] mellis acapni. Capitis doloribus remedium est. Item ardoribus in febri cum aqua: & si vetusti non sit occasio, decoquitur, ut vetustatem repræsentet. [c] Oleum cicinum bibitur ad purgationes ventris cum pari caldæ mensura. Privatim dicitur purgare præcordia. Prodest & articulorum morbis, duritiis omnibus, vulvis, auribus, ambustis. Cum cinere vero muricum, sedis inflammationibus, item psoræ. Colorem cutis commendat, capillumque fertili natura evocat. Semen ex quo fit, [4] nulla animans

1 decocta sedat: pellit item. V.

2 discutit. Sudores & duritias. V.

3 sed.

4 nullum animal. V.

a *Bubus infusum per nares, &c.*] In eodem non *ructent* legitur, sed *rictent*. ut sit frequentativum à *ringo*. Pint.

b *Mellis acapni.*] Quod apes fecerunt, nunquam ad opus fumo excitatæ. *Dalec.*

c *Oleum cicinum bibitur ad purgationes, &c.*] De hoc cicino oleo Plinius supra lib. xv. cap. vij. *Proximum fit & è cici arbore in Ægypto copiosâ. Alii crotonem, alii rhibin, alii sesamum silvestre appellant.* de eodem & Dioscorides libro primo proprio capite. Cæterum in hoc Plinii loco non *cicinum* scribi debet, sed *cnicinum*, hoc est factum ex cnico herba, quam Dioscorides lib. 4. & Theophrastus vj. memorant. De cnicino vero oleo Dioscorides lib. 1. capite peculiari sic differit: *Conficitur & cnicinum oleum similiter. Vis illi eadem quæ ex grano Gnidio confecto oleo est.* Quæ verba mire quadrant cum illis Plinii verbis, quæ aliquanto post sequuntur hoc ipso capite: *Ex Gnidio grano factum eandem vim habet quam cnicinum.* sic enim legendum, non *cicinum*. Confirmat etiam correctionem nostram, quod Dioscorides tundi semen cnici tradit, darique expressum ex eo succum ad purgandam alvum in aqua dulci. quæ hic ferme verba Plinius repetit, magna Hermolai hallucinatione, qui *cicinum* hic pro *cnicinum* agnoscit. In quem errorem incidit etiam Marcellus Dioscoridis interpres lib. 4. cap. de ricino frutice. Cujus falsam traditionem, ne dicam temeritatem, quo minus profitear me demirari, temperare mihi non possum, scribit enim hoc ipso capite de ricino, *oleum cicinum seu ricininum, in nullo sanitatis usu esse*. Quod neque in Græcis duarum impressionum Dioscoridis exemplaribus habetur, neque Hermolaus aut Ruellius Dioscoridis interpretes tale quippiam in suis tralationibus posuerunt. nam lib. 1. multos ei in re medica usus Dioscorides assignat, ut in promptu est legere volentibus. *Pint.*

animans attingit. Ellychnia ex uva fiunt, claritatis præcipuæ. Ex oleo lumen obſcurum propter nimiam pinguitudinem. Folia igni ſacro illinuntur ex aceto: per ſe autem recentia mammis & epiphoris. Eadem decocta in vino inflammationibus cum polenta & croco: per ſe autem triduo impoſita faciem purgant. Oleum amygdalinum purgat, mollit corpora, cutem erugat, nitorem commendat, varos cum melle tollit è facie. Prodeſt & auribus, cum roſaceo & melle & mali Punici [1] germine decoctum, vermiculoſque in his necat, & gravitatem auditus diſcutit, [2] ſonos incertos & tinnitus, obiter capitis dolores [3] & oculorum. Medetur furunculis, & à Sole uſtis cum cera. Hulcera manantia & furfures cum vino expurgat: condylomata cum meliloto. Per ſe vero capiti illitum, ſomnum allicit. Oleum laurinum utilius quo recentius, quoque viridius colore. Vis ejus excalfactoria, & ideo paralyticis, ſpaſticis, iſchiadicis, ſuggillatis, capitis doloribus, inveteratis diſtillationibus, auribus, in calice Punici calfactum illinitur. Similis & myrtei olei ratio: aſtringit, indurat, medetur gingivis, dentium dolori, dyſenteriæ, vulvæ exhulceratæ, veſicis, hulceribus vetuſtis vel manantibus, cum ſquama æris & cera. Item [4] eruptionibus, ambuſtionibus. Attrita ſanat & furfures, & rhagadas, condylomata, articulos [5] luxatos, odorem gravem corporis. Adverſatur cantharidi, bupreſti, aliiſque malis medicamentis, quæ exhulcerando nocent. Chamæmyrſinæ [a] ſive oxymyrſinæ eadem natura. Cupreſſinum oleum eoſdem effectus habet, quos myrteum. Item citreum. E nuce ve-

1 tegmine. V.

2 ſonoſque. V.

3 & oculorum hebetudinem. Medetur. ex Dioſc.

4 erupt. papularum. Dioſc.

5 laxatos, ſudorem compeſcit. Dioſc.

a *Sive oxymyrſina.*] Ignoranter Plinius errat nominum ſimilitudinibus deceptus: oxymyrſines enim ac myrti natura prorſus diverſa eſt: præterea ex oxymyrſine oleum fieri nullus auctor prodit. Idem error annotatus eſt cap. 7. lib. 15. *Dalec.*

a *Cæterum*

ce vero juglande, quod [1] caryinum appellavimus, alopeciis utile est, & tarditati aurium infusum. Item capitis [2] doloribus illitum. [a] Cæterum iners & gravi sapore. [b] Enimvero si quid in nucleo putridi fuerit, [3] totus modus deperit. Ex Gnidio grano factum, [c] eandem vim habet, quam cicinum. E lentisco factum, utilissimum acopo est. Idemque proficeret æque ut rosaceum, ni [d] durius paulo intelligeretur. Utuntur eo & contra nimios sudores, papulasque sudorum. Scabiem jumentorum efficacissime sanat. Balaninum oleum repurgat varos, furunculos, lentigines, gingivas. Cypros qualis esset, & quemadmodum ex ea fieret oleum docuimus. Natura ejus excalfacit, [4] mollit nervos. Folia stomacho illinuntur: & vulvæ [e] concitatæ succus quoque eorum apponitur. Folia recentia commanducata, hulceribus in capite manantibus, item oris medentur, & collectionibus, condylomatis. Decoctum foliorum ambustis & luxatis prodest. Ipsa rufant capillum tusa, adjecto [5] struthei mali succo. Flos capitis dolores sedat cum aceto illitus. Idem combustus in cruda olla nomas sanat & putrescentia hulcera per se, vel cum melle. Odor floris [6] olet, qui somnum facit. [f] Astringit [7] gleucinum, & refrigerat, eadem ratione qua & œnanthinum. [g] Balsaminum longe pretiosissimum omnium, ut in

1 caryinum. Ch.
2 dolori. Ch.
3 tostis modiis. M. totus modius. M. aliud.
4 emollit. Ch.
5 struthii herbæ. Diosc.
6 suaviter olet, & som. Ex Diosc. Lego, Odor floris suavis, & qui somnum faciat. Dal.
7 melinum. V.

a *Cæterum iners & gravi sapore.*] *Cæterum iners & gravi sopore*, in vetusto exemplari. *Pint.*

b *Enimvero si quid in nucleo putridi fuerit.*] Verbum *modus*, putamus superfluere. *Idem.*

c *Eandem vim habet quam cicinum.*] Scribendum ut dixi *cnicinum* ex Dioscoride ad verbum. *Idem.*

d *Durius.*] Adstringendi vi potentiore & paulo calidius. *Dalec.*

e *Concitata.*] Sanguinem emittenti, vel procidenti. *Idem.*

f *Astringit gleucinum.*] Calfacit, emollit, relaxat Dioscoridi. Adstringere quidem verum est, refrigerare falsum, nisi citra aromata simpliciter ex oleo omphacino & musto paratum fuerit. Quidam legunt, *Adstringit & melinum.* Idem.

g *Balsaminum.*] Obliviose Plinius hic oleum vocat, quod apertissime & clarissime c.25. lib.12. succum esse scripserat, ut revera est. *Idem.*

in unguentis diximus, contra omnes serpentes efficax. Oculorum claritati plurimum confert, caliginem discutit. Item dispnœas, collectiones omnes duritiasque lenit. Sanguinem densari prohibet, hulcera purgat: auribus, capitis doloribus, tremulis, spasticis, ruptis perquam utile. Adversatur aconito ex lacte potum. Febres cum [1] horrore venientes perunctis leviores facit. Utendum tamen [2] modice, quoniam adurit, augetque vitia non servato temperamento. Malobatri quoque naturam & genera exposuimus. Urinam ciet. Oculorum epiphoris vino expressum utilissime imponitur. Item [3] frontibus, dormire volentibus: efficacius, si & nares illinantur: aut si ex aqua bibatur. Oris & halitus suavitatem commendat linguæ subditum folium, sicut & [a] vestium odorem interpositum. Hyoscyaminum [4] emolliendo utilius, nervis inutile. Potum quidem cerebri motus facit. Therminum [b] è lupinis emollit, proximum rosaceo [5] effectum habens. Narcissinum dictum est cum suo flore. Raphaninum phthiriases longa valitudine contractas tollit, scabritiasque cutis in facie emendat. Sesaminum aurium dolores sanat, & hulcera quæ serpunt, & quæ cacoëthe vocant. [c] [6] Lirinon, [7] quod & phaselinum & Syrium vocavimus, renibus utilissimum est, sudoribusque evocandis, [d] vulvæ molliendæ, [8] concoquendoque intus. [9] Selgiticum nervis

1 horrores illitu discutit. *Diosc.*
2 modico. *Ch.*
3 fronti. V.
4 emolliendo utile est. *Ch.*
5 effectu. Narcissinum. *M.*
6 Lilinum. *Ch.*
7 quod & melinum, & seirænon vocamus, renibus, &c.
8 concoquendisque vitiis. V. concoquendisque intus. *Ch.*
9 Selgitium. *Ch.*

a *Vestium odorem.*] Quas & ab erosione tuetur. *Dalec.*

b *E lupinis emollit.*] Falsum hoc esse statim judicabit, cui lupini vis & natura perspecta fuerit. *Idem.*

c *Lirinon.*] Lego, *Lilinum*, *quod & melinum, & seiraum vocamus, renibus, &c.* Cap. 19. lib. 21. *succus è flore lilii expressus, ab aliis mel, ab aliis Syrium* (lego *seiraum*, quasi sapa) *vocatur*. Leirium Narcissus est, quem veluti congenerem liliis Plinius adnumerat cap. 5. lib. 21. quo loco rubrum lilium præstantissimum esse ait in Antiochia & Laodicea Syriæ, mox in Phaselide, ut suspicari quispiam possit inde sumpta Phaselini & Syrii epitheta, leirinumque oleum hic audiendum, quod è rubro lilio fit, verum ex eo genere lilii parari nemo tradit. *Idem.*

d *Vulvæ molliendæ.*] Hæc omnia citantur ex Dioscorid. nimis presse. *Idem.*

a *Elæo-*

nervis utile esse diximus, sicut herbaceum quoque, quod [1] Iguini circa Flaminiam viam vendunt. [a] Elæomeli, quod in Syria ex ipsis oleis manare diximus, sapore melleo non sine nausea, alvum [2] emollit: bilem præcipue detrahit, duobus cyathis in hemina aquæ datis: qui bibêre torpescunt, excitanturque crebro. [3] [b] Potores certaturi præsumunt ex eo cyathum unum. [4] Pissino oleo usus & passim ad quadrupedum [5] scabiem est. A vitibus oleisque proxima nobilitas palmis: inebriant recentes: capitis dolorem afferunt minus siccæ: nec, quantum videtur, utiles stomacho: tussim exasperant, corpus augent. Succum decoctarum antiqui pro hydromelite dabant ægris ad vires recreandas, [6] sitim sedandam, [7] in quem usum præferebant Thebaicas. Sanguinem quoque excreantibus [8] utiles, in cibo maxime. Illinuntur caryotæ stomacho, vesicæ, ventri, [9] intestinis. [c] Cum cotoneis & cera & croco suggillata emendant. Nuclei palmarum cremati in fictili [10] novo, cinere loto spodii vicem efficiunt, miscenturque collyriis, & calliblephara faciunt addito nardo.

1 Engui-ni. *Alii.* Egubini. *M.* Egonini. *Gb.*
2 solvit. *V. & Gb.*
3 Pugnatores. *Alii.*
4 Pisino ol. us. ad tussim &c. *Gb.*
5 scabiem. Est autem à vitib. *M*
6 & sitim.
7 in quo usu. *Gb.*
8 siccæ utiles. *Diosc.*
9 intestinis, cum cotoneis, & cerato œnanthino. Suggillata. *Ex Diosc.*
10 & vino restincti. *Ex ead.*

CAP.

a *Elæomeli.*] Aurelianus cap. 1. lib. 2. Χερσιῶν oleum Syriacum vocat, laudatque in paralysi ut mordicans, accendens, emolliens. Vide supra cap. 7. ultimum. lib. 15. *Dal.*

b *Pissino oleo usus & passim ad quadrupedum scabiem est.*] Secus in antiquo exemplari, & ut puto, emendatius: *Pissino oleo usus est ad tussim & quadrupedum scabiem.* Et prodesse quidem ad quadrupedum scabiem oleum pissinum Dioscorides auctor est lib. 1. peculiari cap. De tussi tacet. Easdem tamen illi vires inesse dicit, quibus pix liquida prædita sit, quam ad tussim accommodatam esse priore capite dixerat. Et paulò post *corpus alunt*, in eodem legitur, non *augent*. Pint.

c *Cum cotoneis & cera.*] Hæc verba ad præcedentia pertinent, ex Dioscoride lib. 1. cap. de palma. Ex hujus auctoritate suspicio mihi injicitur, hunc locum nec integrum nec sincerum esse. Verba illius sunt: *Illinuntur utiliter eadem contra vesicæ vitia cum cotoneis malis & labrusca floribus confecto oleo subacta cera.* Idem.

CAP. V.

De myrobalano palma, & de palma elate.

1 præ se fert myr. pr. in Ægypto. Ossa non habet rel. modo balanus. V.
2 ciet. Ch.
3 Palma Elate (sic Ch.) medicinæ confert. M.
4 illitu. Diosc.
5 fluxiones. Ch.
6 & in. Dal.

[a] PAlma quæ [1] fert myrobalanum, probatissima in Ægypto, [b] ossa non habet reliquarum modo in balanis. Alvum & menses [2] sistit in vino austero, & vulnera conglutinat. [c] [3] Palma, sive elate, sive spathe, medicinæ confert germina, folia, corticem. Folia imponuntur præcordiis, stomacho, jocineri, hulceribus, quæ serpunt, cicatrici repugnantia. Psoras cortex ejus tener cum resina & cera sanat diebus xx. Decoquitur & ad testium vitia. Capillum denigrat [4] suffitu, partus extrahit. Datur bibendus renum vitiis & vesicæ, & præcordiorum, & capiti & nervis inimicus. Vulvæ ac ventris [5] fluxionem sistit decoctum ejus. Item cinis ad tormina potus in vino albo, [6] in [d] vulvarum vitiis efficacissimus.

CAP. VI.

Medicinæ ex singulorum generum flore, foliis, fructu, ramis, cortice, ligno, succo, radice, cinere.

PRoximæ varietates generum medicinarumque, quæ mala habent. Ex his [e] verna, acerba, stomacho

a *Palma quæ fert myrobalanum.*] Lege *Palma quæ præ se fert myrobalanum*, quæ recta Dioscorideorum interpretatio, & ab ipso lib. 1. cap. 149. Deinde verissima etiam est edita, fert enim palma myrepsicæ balano simile pomum. Vide *Reines.* Var. lect. lib. 2. cap. vij. pag. 172. *Palma quæ fert myrobalanum probatissima in Ægypto ossa non habet reliquarum modo in balanis.*] Absolute hoc pronuntiat, & privatim de Ægyptia palma at lib. xiij. cap. 12. scribit: *in Cypro vero Syria, Ægypto quadrima, &c. nullo intus pomi ligno, quamdiu sunt novella, &c.* Salmas. pag. 469. a. 471. b. *Palma, &c.*] Dioscoridi palmula immatura Arabicæ myrobalano similis est. *Dalec.*

b *Ossa non habet.*] Colliguntur enim virides & immaturæ balani, pomo carne sua tantum obtecto, nondum genito intus nucleo. Supra c. 22. lib. 12. &c. 4. lib. 13. *Idem.*

c *Palma, sive elate, sive spathe.*] Lege *Palma & elate sive spathe.* *Salm.* p. 409. a.

d *Vulvarum.*] Leg. *Uvarum*: columellarum, gurgulionis. Uvam enim jacentem & laxiorem eximia vi siccandi, quam habet, reprimit & adstringit. *Dal.*

e *Verna.*] Ἔαρ⊕ ἀκμάζοντα: vere vigentia, matura, tempestiva. Dioscorid. talia sunt cerasa, pruna, mora, fraga. *Idem.*

a Ut

macho inutilia sunt: [1] alvum, [2] vesicam circumagunt, nervos lædunt. Cocta meliora. Cotonea cocta suaviora. Cruda [3] tamen duntaxat matura, prosunt sanguinem excreantibus ac dysentericis, cholericis, cœliacis. Non idem [4] possunt decocta, quoniam amittunt constringentem illam vim succi. Imponuntur & pectori in febris ardoribus: & tamen decoquuntur in aqua cœlesti, ad eadem, quæ supra scripta sunt. Ad stomachi autem dolores cruda decoctave cerati modo imponuntur. Lanugo eorum carbunculos sanat, cocta in vino, & illita cum cera. Alopeciis capillum [5] reddunt. Quæ ex his cruda in melle condiuntur, alvum movent. Mellis autem suavitati multum adjiciunt, stomachoque utilius id faciunt. Quæ vero in melle condiuntur cocta, quidam ad stomachi vitia trita cum rosæ foliis decoctis dant pro cibo. Succus crudorum lienibus, orthopnoicis, hydropicis prodest. Item mammis, condylomatis, varicibus. Flos & viridis & siccus inflammationibus oculorum, excreationibus sanguinis, mensibus mulierum. Fit & succus ex his mitis, cum vino dulci tusis, utilis & cœliacis & jocineri. Decocto quoque eorum foventur, si procidant vulvæ & interanea. Fit & oleum ex his, quod melinum vocavimus, quoties non fuerint in humidis nata. Ideo utilissima, quæ ex Sicilia veniunt. Minus utilia struthia, quamvis cognata. Radix eorum circunscripta terra manu sinistra capitur, ita [a] ut [6] qui facit, dicat quæ capiat, & cujus causa: [b] sic adalligata strumis medetur. Melimela & reliqua dulcia, stomachum [7] & ventrem solvunt, siticulosa, æstuosa, sed nervos non lædunt.

1 alvum cogunt & vel. *V.*
2 bilem gignunt, inflationes pariunt. *Diosc.*
3 tamen natura prosunt. *M.*
4 prosunt. *Ch.*
5 reddit. *Dal.*
6 quid faciet. *Ch. Lego*, qui id faciet.
7 vexant, &c. *Diosc.*

a *Ut qui facit, dicat quæ capiat.*] Vetus codex *quare capiat*, non *quæ capiat* habet. & ego aptiorem lectionem duxerim, *ut qui capit*, quam *ut qui facit*. Pint.

b *Sic adalligata strumis medetur.*] Siccata, non *sic*: in eod. *Idem.*

dunt. Orbiculata ſiſtunt alvum & vomitiones, urinas cient. Silveſtria mala ſimilia ſunt vernis acerbis, alvumque [1] ſiſtunt. Sane in hunc uſum immatura opus ſunt. Citrea contra venenum in vino bibuntur, vel ipſa vel ſemen. Faciunt oris ſuavitatem, decocto [2] eorum colluto, aut ſucco expreſſo. [a] Horum ſemen edendum præcipiunt in malacia prægnantibus: ipſa vero contra infirmitatem ſtomachi, ſed non niſi ex aceto facile manduntur. [b] Punici mali [3] novem genera nunc [4] iterare ſupervacuum. Ex his dulcia, quæ [c] apyrina alio nomine [5] appellavimus, ſtomacho [d] inutilia habentur, inflationes pariunt, dentes gingivaſque lædunt. Quæ vero ab his ſapore proxima vinoſa diximus, parvum nucleum habentia, utiliora paulo intelliguntur. Alvum [6] ſiſtunt, & ſtomacho proſunt, duntaxat pauca citraque ſatietatem. [7] Sed hæc minime danda: quanquam omnino nulla in febri, nec carne acinorum utile nec ſucco. [e] Caventur æque vomitionibus, ac bilem rejicientibus. Uvam in his, ac ne muſtum quidem, ſed protinus vinum aperuit natura. Utrunque aſperiore cortice. Hic ex acerbis in magno uſu. Vulgus coria maxime perficere illo novit: [f] ob id malicorium appellant medici. [g] Urinam cieri eodem monſtrant; miſtaque

1 & adſtringunt. *Idem.*

2 ore. V.

3 quinque. c. 19. l. 13.

4 iterari. *Ch.*

5 appellamus. *Ch.*

6 ſiſtunt acida, &c. *Dioſc.* ſiſtunt & ſtomachum dum. *Ch.*

7 Sed alimenti dulcia minimum dant, atque omnino nulla, &c. utilia nec ſucco. Medentur acini vomit. *Ex Dioſc.*

a *Horum ſemen edentem.*] De mali ſucco, aut cortice potius id audiendum, quam de ſemine, apud Dioſc. *Dalec.*

b *Punici mali novem genera.*] Hoc loco vocabulum *Novem*, aut omnino ſupervacuum eſt, aut ejus loco legendum eſt, *quinque*, ut ſupra cap 19. lib. 13. *Idem.*

c *Apyrina.*] *Apyrena.* Supra cap. 19. lib. 13. ἀπύρηνα vocat, non quidem dulcia, ſed quibus nucleus minime lignoſus eſt, verum candidiore & molliore natura. *Idem.*

d *Inutilia habentur.*] Dioſcoridi punica omnia ſtomacho utilia: atque adeo dulcia vinoſis & acidis ſtomacho utiliora. *Idem.*

e *Caventur æque vomitionibus.*] Medentur acini vomitionibus. In Dioſcoride eſt κοιλίαν, καὶ στομάχου ῥεύματα πυρίῳ ἵστησι. *Idem.*

f *Ob id malicorium appellant.*] Imo vero quod mali putamen & tanquam corium ſit cortice durius, nucis involucro tenerius. Malicorium Græci nunc σίδιον, nunc τὸ τῆς ῥοιᾶς λέμμα. ἀπὸ τοῦ λέπειν. Marcellus medicus caliculos punici vocat. *Idem.*

g *Urinam cieri eodem monſtrant.*] Hoc falſum. Dioſcor. acida magis urinam ciere tradit, quam dulcia. *Idem.*

a *Divi-*

que galla in aceto [1] decocto, mobiles dentes sta- 1 decoctum. V. & Ch.
bilire. Expetitur gravidarum malaciæ, quoniam
gustatu moveat [2] infantem. [a] Dividitur malum, 2 famem. V.
cœlestique aqua madescit ternis fere diebus. Hæc
bibitur frigida cœliacis, & sanguinem excreanti-
bus. [b] Ex acerbo fit medicamentum, quod stoma-
tice vocatur, utilissimum oris vitiis, narium, au-
rium, oculorum caligini: pterygiis, genitalibus,
& his quas nomas vocant, & quæ in hulceribus ex-
crescunt. [3] Contra leporem marinum hoc modo: 3 Et contra. D.
Acinis detracto cortice tusis, succoque decocto ad
[4] tertias, cum croci, & aluminis scissi, myrrhæ, 4 ternas. Ch.
mellis Attici selibris. Alii & hoc modo faciunt:
Punica acida multa tunduntur: succus in cacabo
novo coquitur mellis crassitudine, ad virilitatis &
sedis vitia, & omnia quæ [5] Lycio curantur, aures 5 hypocistide. Diosc.
purulentas, epiphoras incipientes, rubras macu-
las. In manibus rami Punicorum serpentes fugant. 6 decocto & imposito. Dal.
Cortice Punici ex vino [6] decocti & impositi, per-
niones sanantur. Contusum malum ex tribus hemi- 7 tormina sedat, & tenias pellit. Diosc.
nis vini, decoctum ad heminam, [7] tormina &
[8] tineas pellit. Punicum in olla nova, [9] operculo 8 tenias. Ch.
indito, in furno [10] tostum & contritum, potum- 9 coperculo inlito. Ch.
que in vino, sistit alvum, discutit tormina. Pri-
mus pomi hujus partus florere incipientis, [c] cyti- 10 exustum. Ch.
nus vocatur [11] Græcis, miræ observationis multo- 11 à Græcis. Gb.
rum

a *Dividitur malum.*] De acinis acidi punici id Diosc. *Dal.*

b *Ex acerbo fit medicamentum.*] Id fieri tradit Diosc. ex acinorum succo cum melle cocto, præsertim acidorum. *Idem.*

c *Cytinus vocatur Græcis.*] Dioscoridi & Gal. lib.6. Simpl. Cytinus flos est mali punicæ sativæ. At Gal. 6. κατὰ τέχνας, cytinos esse ait πρωτογόνους ῥοιᾶς. καθ' ὃν γὰρ χρόνον ἀνθεῖν παύεται τὸ ἄνθηρον, καρπὸς αὐτοῦ φαίνεται σχηματιζόμενος εἰς ἰδέαν ῥοιᾶς. His verbis Galenus Cytinum ait fructus esse rudimentum, quod deciduo flore primum apparet, & formatur. Inde legendum hic videtur, *florere desinentis.* Capitula mali punici Celsus cytinos vocavit lib. 5. in descriptione emplastri rhypodis. Nec illud tacendum, cytinos, quanquam proprie mali sunt punicæ, dici tamen & de aliis. Sic hyoscyami cytinos dixit Dioscorides. *Idem.*

rum experimento. Si quis unum ex his, [a] solutus vinculo omni, cinctus & calceatus, atque etiam anuli, decerpserit duobus digitis, pollice & quarto sinistræ manus, atque ita lustratis levi tactu oculis, [1] mox in os [2] additum devoraverit, ne dente contingat, affirmatur nullam oculorum imbecillitatem [3] passurum eo anno. Iidem cytini siccati tritique, carnes excrescentes cohibent: gingivis & dentibus [4] medentur: vel si mobiles sint, decocto succo. Ipsa [5] corpuscula trita, hulceribus quæ serpunt putrescuntve, illinuntur. Item oculorum inflammationi intestinorumque: & fere ad omnia, [6] quæ cortices malorum. Adversantur scorpionibus. Non est satis mirari curam diligentiamque priscorum, qui omnia scrutati, nihil intentatum reliquere. In hoc ipso cytino flosculi sunt, antequam scilicet malum ipsum prodeat, erumpentes, quos [b] balaustium vocari diximus. Hos quoque ergo experti invenerunt scorpionibus adversari. Sistunt potu menses fœminarum: sanant oris [7] hulcera, tonsillas, uvam, sanguinis excreationes, ventris & stomachi solutiones, genitalia, hulcera quacunque in parte manantia. Siccavere etiam ut sic quoque experirentur, inveneruntque tusorum farina dysentericos à morte revocari, alvum sisti. Quin & nucleos ipsos acinorum experiri non piguit. Tosti tusique stomachum juvant, cibo aut [8] potioni inspersi. Bibuntur ex aqua cœlesti, ad sistendum alvum. Radix decocta succum emittit, qui [9] tineas necat, Victoriati pondere. Eadem discocta in aqua, quas [10] Lycium, præstat utilitates. [c] Est & silvestre

1 mox *in V. d.*
2 inditum. V.
3 passurus eodem. *Gb.*
4 medentur si mobiles sint, decocto, aut succo. *V. & ex Diosc.*
5 vascula. V.
6 ad quæ. V.
7 hulcera capitis. *Diosc.* ἑλκῶσεις.
8 potionibus per se. *Gb.*
9 tænias. *M. & Gb.*
10 hypocistis. *Diosc.*

a *Solutus vinculo omni.*] Hoc Plinius paulo superstitiosius, quam Dioscorid. Vide utriusque auctoris dictionem, & confer. *Dalec.*

b *Balaustium.*] Incogitanter hæc Plinius. Cytinus flos est sativæ punicæ, balaustium silvestris. *Idem.*

c *Est & silvestre Punicum.*] Ῥοὰν Græci malum punicum vocant: ῥοιάδα μήκωνα papaver erraticum, sic dictum, quod

ſtre Punicum, à ſimilitudine appellatum. Ejus radices rubro cortice denarii pondere ex vino potæ ſomnos faciunt. [a]Semine poto, aqua quæ ſubierit cutem, ſiccatur. Mali Punici corticis fumo culices fugantur.

CAP. VII.

De pyris & eorum obſervationibus, & de ficorum obſervatione, & caprifico, & erineo, & aliorum generibus medicinæ.

PYrorum omnium cibus etiam valentibus oneroſus, ægris quoque vini modo negatur. Decocta eadem mire ſalubria & grata, præcipue Cruſtumina. Quæcunque vero cum melle decocta, ſtomachum adjuvant. Fiunt cataplaſmata è pyris, [1]ad diſcutienda corporum vitia: & [2]decocto eorum ad duritias utuntur. Ipſa adverſantur boletis atque fungis, pelluntque pondere & pugnante ſucco. Pyrum ſilveſtre tardiſſime matureſcit. Conciditur, ſuſpenſumque ſiccatur ad ſiſtendam alvum: quod & decoctum ejus [3]potum præſtat. Decoquuntur & folia cum pomo ad eoſdem uſus. Pyrorum ligni cinis contra fungos etiamnum efficacius proficit. Mala pyraque portatu jumentis mire gravia ſunt vel pauca. Remedio ajunt eſſe, ſi prius edenda dentur aliqua, aut utique oſtendantur. Fici ſuccus lacteus, aceti naturam habet. [b]Itaque coaguli modo lac contrahit. Excipitur ante maturitatem pomi, & in umbra ſiccatur ad aperienda hulcera, cienda menſtrua [4]appoſito cum luteo ovi, aut potu cum [5]amylo. Po-

1 ad repellenda. *Dioſc.*
2 decocta. *Ch.*
3 potu. *Ch.*
4 appoſitum. *Ch.* appoſitus cum lu. ov. aut potus cum. V.
5 amygdala. *Dioſc.*

quod protinus flos decidat. Horum vocabulorum affinitate deceptus Plinius, papaver cum punico oſcitanter confundit. *Dal.*

a *Semine poto, aqua quæ ſubierit.*] Dioſcorid. erratici ſemen ἠπίως κοιλίαν μαλάσσειν, alvum leniter mollire: corniculati vero, ἐπιεικῶς κοιλίαν καθαίρειν, clementer alvum purgare inquit, ſed non aquam ſubter cutem educere. *Idem.*

b *Itaque coaguli modo lac contrahit.*] Coaguli modo lac contrahit, concretumque diſſolvit, ut acetum. Dioſc. *Idem.*

a *Omni-*

1 græci fœni. *Ch.*

lo. Podagris illinitur cum farina [1] fœnigræci & aceto. Pilos quoque detrahit, palpebrarumque ſcabiem emendat: item lichenas & pſoras. Alvum ſolvit. Lactis ficulni natura adverſatur crabronum veſparumque & ſimilium venenis, privatim ſcorpionum. Idem cum axungia verrucas tollit. Folia, & quæ non maturuere fici, ſtrumis illinuntur, [a] omnibuſque quæ emollienda [2] ſunt diſcutiendave. Præſtant [3] hæc & per ſe folia. Et [4] alii uſus eorum, tanquam in fricando lichene, & alopeciis, & quæcunque exhulcerari opus ſit. Et adverſus canis morſus, ramorum teneri cauliculi cuti imponuntur. Iidem cum melle hulceribus, quæ ceria vocantur, illinuntur. Extrahunt infracta oſſa cum papaveris ſilveſtris foliis. Canum rabioſorum morſus folio trito ex aceto reſtringunt. E nigra ficu candidi cauliculi illinuntur furunculis, [5] muris aranei morſibus cum cera. Cinis earum è foliis gangrænis, conſumendiſque quæ excreſcunt. Fici maturæ urinam cient, alvum [6] ſolvunt, ſudorem movent, papulaſque. [b] Ob id autumno inſalubres, quoniam ſudantia hujus cibi opera corpora perfrigeſcunt. [7] Nec ſtomacho utiles: ſed ad breve tempus & voci contrariæ intelliguntur. Noviſſimæ ſalubriores, quam primæ: [c] medicatæ vero nunquam. Juvenum vires augent: ſenibus meliorem valetudinem faciunt, minuſque rugarum. Sitim ſedant: calorem refrigerant. Ob id non negandæ in febribus conſtrictis, quas

2 ſint. *Ch.*

3 hoc. *Ch.*

4 alius uſus & alius eorum. *Ch.*

5 & muris. *Dal.*

6 ſolvunt: ſed ad breve tempus: ſudorem. *Ex Dioſc.*

7 Nec ſtomacho contrariæ intell. *Dal.*

a *Omnibuſque quæ emollienda.*] Πάσαις συστροφαῖς. Dioſc. omnibus nervorum nodis. *Dalec.*

b *Ob id autumno inſalubres, &c.*] In vetuſto codice: *Ob id autumno inſalubria, quoniam ſudantia hujus cibi corpora refrigeſcunt.* ut verbum illud *opera*, redundet. quod tamen ad ſenſus integritatem aut aliud ſimile neceſſarium videtur. & *inſalubri*, lego potius quam *inſalubres.* quid ſi legas, *Ob id autumno inſalubri, quod affluentia hujus cibi corpora refrigeſcunt.* Pint.

c *Medicatæ.*] *Medicatas* vocat, quarum maturitas, ut ſint præcociores, caprificatione acceleratur. Qua ratione id fiat, vide ſupra c.19. lib.15. *Dalec.*

[a]quas ſtegnas vocant. Siccæ fici ſtomachum lædunt: gutturi & faucibus magnifice utiles. Natura his excalfaciendi. Sitim adferunt. Alvum molliunt, rheumatiſmis ejus & ſtomacho contrariæ. Veſicæ ſemper utiles, & anhelatoribus, ac ſuſpirioſis. Item jocinerum, renum, lienum vitiis. [b]Corpus & vires adjuvant: ob id ante athletæ hoc cibo paſcebantur: Pythagoras exercitator, primus [c]ad carnes eos tranſtulit. [1]Recolligentibus ſe à longa valetudine utiliſſimæ. Item [2]comitialibus, & hydropicis, omnibuſque, quæ maturanda aut diſcutienda ſunt, imponuntur: [d]efficacius [3]calce aut [4]nitro admiſto. Coctæ cum hyſſopo pectus purgant, [e]pituitam, tuſſim veterem. Cum vino autem ad ſedem & [5]tumorem maxillarum, [f]& furunculos, panos, parotidas decoctæ illinuntur. Utile & decocto earum fovere fœminas. Decoctæ quoque eædem cum fœnogræco utiles ſunt pleuriticis [g][6]& peripneumonicis. Cum ruta coctæ torminibus proſunt. Tibiarum hulceribus cum æris [7]flore. Pterygiis cum [8]Punico malo. Ambuſtis, pernionibus cum cera. [h]Hydropicis coctæ in vino, & cum

1 Decoloratis. *Dioſc.*
2 in comit. *Cb.*
3 calce, aut iride, aut. *Dioſc.*
4 nitro, aut ſinapi adm. *Corn.* ex *V* nitro, aut ſi admiſto. *Cb.*
5 tumores. *Cb.*
6 ac. *Cb.*
7 flore, & parotidi, ac pterygiis. *V.* & ſpaſticis. *Alii V.* flore, & parotidi. Pter. *Cb.*
8 malicorio. *Dioſc.*

a *Quas ſtegnas vocant.*] Hæ fiunt adſtricta cute, præcluſis ejus ſpiraculis, impeditoque humorum & vaporum tranſpiratu, aëris frigore, gelida lavatione & ſimilibus cauſis. *Dal.*

b *Corpus & vires adjuvant.*] Galenus libris de alimentis, vulpium corpus ficuum & uvarum eſu maxime pingueſcere tradit, ſed carne laxa & fluida. *Idem.*

c *Ad carnes eos tranſtulit.*] Illarum eſu carnem & habitum corporis augeri docuit. *Idem.*

d *Efficacius calce aut nitro admixto.*] In V. C. *Efficacius calce aut nitro, aut ſi admixto.* Locus eſt ut ſentio, hians & truncatus. Poteſt tamen, ut puto, jactura ex Dioſcoride reſarciri, ut ſic legatur: *Efficacius calce aut nitro aut iridis radice admixta.* Dioſcorid. lib. 1. cap. de ficis: *Panos maturant, multoque magis additis radice iridis, aut nitro, aut calce.* Pint.

e *Pituitam.*] Pituitoſum humorem, in pulmonem delapſum. *Dalec.*

f *Et furunculos, panos, parotidas, &c.*] Scribo, *ad furunculos, &c.* tum ex vetere exemplari, tum etiam ex Dioſc. lib. 1. cap. de ficis. *Quin etiam,* inquit, *coctæ, mox conciſæ, ad diſcutiendas durities illinuntur. Strumas & quas Græci parotidas dicunt emolliunt: panos maturant.* Pint.

g *Et peripneumonicis.*] In eodem, *ac pleumonicis,* Attice, pleumona enim illi vocant, quem communis lingua pneumona, ut grammatici notant. *Idem.*

h *Hydropicis coctæ in vino cum abſynthio, &c.*] Locus eſt mendoſiſſimus, tum verborum diſtinctione luxata, tum ipſis verbis depravatis. Scribe ergo ſic: *Hydropicis coctæ in vino cum abſynthio & farina hordea-*

cum absinthio & farina [1] hordeacea nitro addito. Alvum sistunt manducatæ. Scorpionum ictibus cum sale tritæ illinuntur. Carbunculos extrahunt in vino coctæ & impositæ. Carcinomati, si sine hulcere est, quam pinguissimam ficum imponi, pene singulare remedium est: item phagedænæ. [a] Cinis non ex alia [2] arbore [b] aciem purgat [c] acrior, conglutinat, replet, adstringit. Bibitur & ad discutiendum sanguinem concretum. Item percussis, præcipitatis, convulsis, [3] ruptis, cyathis singulis aquæ [4] & olei. Datur tetanicis & spasticis: item potus vel infusus cœliacis, [5] dysentericis. Et si quis eo cum oleo perungatur, excalfacit. [6] Item cum cera & rosaceo subactus, ambustis cicatricem tenuissimam obducit. Lusciosos ex oleo illitus emendat, dentiumque vitia crebro fricatu. Produnt etiam, si quis inclinata arbore, supino ore aliquem nodum ejus morsu abstulerit nullo vidente, atque [7] in aluta illigatum licio è collo suspenderit, strumas & parotidas discuti. Cortex tritus cum oleo, ventris [8] hulcera sanat. [9] Crudæ grossi verrucas & thymos, nitro farinaque additis tollunt. Spodii vicem exhibet fruticum à radice exeuntium cinis. Bis [10] tostus adjecto [11] psimmithio digeritur in pastillos, ad hulcera oculorum & scabritiam. Caprificus etiamnum multo efficacior fico. Lactis minus

1 hordeacea. Nitro addito alvum cient. *Diosc.* cient. *paulo ante hoc capite, id est, molliunt.* Manducatæ alvum solvunt. *Ch.*
2 arbore acrior, ulcera purgat, conglutinat. V.
3 ruptis acinis cyathis. *M.* ruptis convulsis cineris. *Ch.*
4 & olei exiguo. Datur. *Diosc.*
5 & dys. *Ch.*
6 Idem. *Ch.*
7 cum. *Ch.*
8 vulnera. *Ch.*
9 Coctæ. *Diosc.*
10 coctus. *Ch.*
11 hyoscyamo. *M.*

hordeacea. Nitro addito manducata alvum solvunt. Dioscorides lib. 1, cap. de ficis: *in vino decocta additis absynthio & hordeacea farina, utiliter contra subeuntes aquas illinuntur*. & alio loco: *Alvum molliunt cum nitro & cnico tusa & in cibo sumpta.* Pint.

a *Cinis non ex alia.*] Brevior & verior antiqua lectio, *Cinis non ex alia arbore acrior: purgat, conglutinat, replet, astringit.* Dioscorides loco proxime citato, de lixivio facto ex cinere ramorum ejus arboris: *purgat enim, glutinat & carne explet: nec minus concernit quam ea quæ cruentis vulneribus imponitur.* Idem.

b *Aciem purgat.*] Nisi pro acie *ulcera* legamus, de oculis intellexit, quod de ulceribus Dioscorides scripserat. *Dal.*

c *Acrior.*] Acrius, Theophrasto, Aristophanique in Vespis, ὁ τῆς συκῆς καπνὸς δριμύτατός ἐστιν. Plutarchus in Symposiacis quærit, cur ficus πίων καὶ γλυκύτατος καρπὸς nascitur ἐκ δένδρου πικροτάτου. Fumum molestissimum esse & acerrimum tradit Brod. c. 21. 3. *Idem.*

a *Surculo*

minus habet: [a] [1] surculo quoque ejus [2] lac coagulatur in caseum. Exceptum id coactumque in duritiam, suavitatem carnibus [3] affert. Fricatur diluto ex aceto. Miscetur exhulceratoriis medicamentis. Alvum solvit: vulvam cum amylo aperit. [4] Pota menses ciet cum luteo ovi. [5] Podagris cum farina fœnigræci illinitur. Lepras, psoras, lichenas, lentigines expurgat: item venenatorum ictus, & canis morsus. Dentium quoque dolori hic succus appositus in lana prodest, aut [6] in cavis eorum additus. Cauliculi & folia, admisto ervo, contra marinorum venena prosunt. [7] Adjiciunt & vinum. Bubulas carnes additi caules magno ligni compendio percoquunt. Grossi illitæ strumas, & [8] omnium collectionem emolliunt, & discutiunt. Aliquatenus & folia. Quæ mollissima sunt ex his, cum aceto hulcera manantia & epinyctidas & furfures sanant. Cum melle item [9] & foliis ceria sanant, & canis morsus. Recentes cum vino, phagedænas. Cum papaveris foliis ossa extrahunt. Grossi caprifici [10] inflammationes discutiunt suffitu. Resistunt & sanguini taurino poto, & psimmythio, & lacti coagulato potæ. Item in aqua decoctæ atque illitæ parotidas sanant. Cauliculi aut grossi ejus quam minutissimæ ad scorpionum ictus è vino bibuntur. Lac quoque instillatur plagæ, & folia imponuntur. Item adversus murem araneum. Cauliculorum cinis uvam faucium sedat. Arboris ipsius cinis ex melle, rhagadia. Radix defervefacta in vino, dentium dolores. Hiberna caprificus in aceto cocta & trita, impetigines tollit. Illinuntur ramenta [11] rami sine cortice quam minutissima ad scobis modum.

1 surculis, *M.*
2 lacte. *Ch.*
3 affert. Alopeciæ fricantur. *Ut V. hoc ipso capite.*
4 pota, in *Ch. d.*
5 Podagricis. *Ch.*
6 in cava eorum inditus. *V.* aut cavis, &c. *Alii V.*
7 Adjicitur. *Ch.*
8 omnem. *V.*
9 & nigræ foliis. *Diosc.*
10 inflationes. *Ch.*
11 ramorum. *V.*

a *Surculo quoque ejus.*] Hæc ferme omnia de fici lacte hoc ipso capite paulo ante recitata sunt, quæ Plinius quamvis sensu eodem, ex diversis auctoribus nullo judicio in unum congessit. *Dalecampius.*

a *Certi-*

dum. Caprifico quoque medicinæ unius miraculum additur. [a] Corticem ejus [1] impubescentem puer impubis si defracto ramo detrahat dentibus, medullam ipsam adalligatam ante solis ortum, prohibere strumas. Caprificus [2] tauros quamlibet feroces, collo eorum circundata, in tantum mirabili natura compescit, ut immobiles præstet. Herba quoque, quam Græci [3] erineon vocant, reddenda in hoc loco propter gentilitatem. Palmum alta est, cauliculis quinis [4] fere, ocimi similitudine, flos candidus, semen nigrum, parvum: tritum cum melle Attico, oculorum epiphoris [5] medetur: utcunque autem decerpta manat lacte multo & dulci. Herba perquam utilis aurium dolori, nitri exiguo addito. Folia resistunt venenis. Pruni folia [6] decocta tonsillis, gingivis: uvæ prosunt in vino decocta, & subinde ore colluto. Ipsa pruna alvum molliunt, stomacho [7] vero utilissima, sed brevi momento. Utiliora Persica, succusque [8] eorum, etiamnum in vino aut in aceto expressus. Nec est alius [9] eis pomis innocentior cibus. Nusquam minus odoris, succi plus, qui tamen sitim stimulet. Folia ejus trita illita, hæmorrhagiam sistunt. [b] Nuclei Persicorum [10] in aceto & oleo, capitis doloribus illinuntur. Silvestrium quidem prunorum baccæ, vel è radice cortex, in vino austero si decoquantur, ita ut triens ex hemina supersit, alvum & tormina sistunt. Satis est singulos cyathos decocti sumi. Et in iis, & sativis prunis est limus arborum, [11] quem Græci lichena appellant, rhagadiis & con-

1 jam pubescentem. V.

2 taurorum quamlibet ferocium, col. eor. circ. in tam rabidam naturam. *M.*

3 Erimon. *Diosc.*

4 fere, aut fenis foliis ocymi. *Diosc.*

5 medetur duabus drachmis, cum cyathis mellis Attici quatuor. Cumulatim decerpta, &c. *Cornarius ex* V.

6 decocta, *in M. d.*

7 vero, *in M. d.*

8 eorum etiam expressus cum vino aut aceto. *Dal.*

9 ejus. *Gb.*

10 cum. *M.* cum oleo & aceto. *Gb.*

11 quem gummi Græci appellant, lichenibus, rhagadiis. *Ex Diosc.*

a *Corticem ejus impubescentem puer impubis, &c.*] *Cortice* non *Corticem: defractura*, non *defracto ramo*, in vetusto exemplari legitur. Nam non multo post, *Idem*, inquit, *præstare & ramus dicitur luna plena defractus.* Item verbum, *impubis*, non habetur in eodem. *Pint.*

b *Nuclei Persicorum.*] *Μαχαίρια* vocat Archigenes lib. 5. *κατὰ τόπους*, in descriptione medicamentorum, quæ faciunt ad gingivas cruentas, quoniam instar gladii mucronati sunt. *Idem.*

a *Et*

& condylomatis mire utilis. [1] Mora in Ægypto [a] & Cypro ſui generis, ut diximus, largo ſucco abundant, ſummo cortice deſquamato: altiore plaga, [2] ſiccantur, mirabili natura. Succus adverſatur venenis ſerpentium, prodeſt dyſentericis, [b] diſcutit panos, omneſque collectiones: vulnera conglutinat, capitis dolores ſedat, item aurium: [3] ſpleneticis [4] bibitur. Illinitur & contra [c] perfrictiones. Celerrime teredinem ſentit. [5] Nec apud nos ſucco uſus minor. Adverſatur aconito & araneis, in vino potus. Alvum ſolvit, [6] pituitaſque ac tineas & ſimilia ventris animalia extrahit. Hoc idem præſtat & cortex tritus. Folia tingunt capillum cum fici nigræ & vitis [7] corticibus ſimul coctis in aqua cœleſti. Pomi ipſius ſuccus alvum ſolvit protinus. Ipſa poma ad præſens ſtomacho [8] utilia, refrigerant, ſitim faciunt. [d] Si non ſuperveniat alius cibus, intumeſcunt. [e] Ex immaturis ſuccus ſiſtit alvum: veluti animalis alicujus, in hac arbore [f] obſervandis miraculis, quæ in natura ejus diximus. Fit ex pomo pancheſtros ſtomatice, eadem arteriace appellata, hoc modo: Sextarii tres ſucci è pomo, [9] levi vapore ad craſſitudinem mellis rediguntur.

1 Sycomori. *Dioſc.*
2 ſiccen. *M.*
3 ſplenicis. *Ch.*
4 bibitur, atque illinitur, & contra. *M.* & *Ch.*
5 Neque, &c. minor uſus. *Ch.*
6 pituitas, tæniaſque. *Ch.*
7 cortice. *M.* foliis. *Dioſc.*
8 inutilia. *Dioſc.*
9 leni. *M.* & *Ch.*

a *Et Cypro ſui generis.*] Sycomorus Dioſcoridi in Rhodo & Caria plurima naſcitur. Cypria ficus ab ea diverſa eſt, ex ulmorum genere, folio ſycomori, fructu pruni magnitudine, meo judicio arbor quæ myxa fert. *Dal.*

b *Diſcutit panos.*] Galenus lib. 14. meth. cap. 7. in curatione tumoris ex craſſo vaporoſoque ſpiritu geniti mirum in modum laudat emplaſtrum διὰ συκομόρων, cujus deſcriptio eſt apud Æginetam. *Idem.*

c *Perfrictiones.*] Horrores, τοὺς φρίκας. Dioſc. *Idem.*

d *Si non ſuperveniat alius cibus.*] Alia fuit Horatii ſententia his verſibus:

—— *ille ſalubres*
Æſtates peraget, nigris qui prandia moris
Finiet, ante gravem quæ legerit arbore Solem. Dal.

e *Ex immaturis ſuccus ſiſtit alvum.*] Leg. *Ex immaturis ſuccus ſiſtit alvum, corticis, qui veluti animalium cutis eſt in hac arbore, &c.* Supra cap. 38. lib. 16. *Pro cute cortex. Mirum hic in moro, &c. Cutis,* in *alicujus,* corruptum eſt. *Idem.*

f *Obſervandis miraculis.*] Videlicet, quod niſi exacto frigore germinet, univerſa germinatione tantum erumpente, ut una nocte peragat, etiam cum ſtrepitu. Vide ſupra cap. 25 lib. 16. *Idem.*

diguntur. [a] [1] Post additur omphacii aridi pondus x. duorum, aut myrrhæ x. unius, croci x. unius. Hæc simul trita [2] miscentur decocto. Neque est aliud oris, arteriæ, uvæ, stomachi, jucundius remedium. Fit & alio modo succi sextarii duo, mellis Attici sextarius, decoquuntur, ut supra diximus. Mira sunt præterea quæ produntur. Mori germinatione, prius [3] quam in folia exeant, sinistra decerpi jubentur futura poma: [4] ricinos Græci vocant. Hi terram si non attigere, sanguinem sistunt adalligati, sive ex vulnere fluat, sive ore, sive naribus, sive [5] hæmorrhoidis: ad hoc servantur repositi. Idem præstare & ramus dicitur luna plena defractus, incipiens fructum [6] habere si terram non attigerit, privatim mulieribus adalligatus lacerto, contra abundantiam mensium. Hoc & quocunque tempore ab ipsis decerptum, ita ut terram non attingat, adalligatumque existimant præstare. Folia mori trita, aut arida decocta, serpentium ictibus imponuntur. Ad idemque potu proficitur. Scorpionibus adversatur è radice corticis succus, ex vino aut posca potus. Reddenda est & antiquorum compositio. Succum expressum pomi maturi immaturique mistum, [7] coquebant in vase æreo ad mellis crassitudinem. Aliqui myrrha adjecta [8] & cupresso [b] præduratum vas Sole torrebant, permiscentes spatha ter die. Hæc erat stomatice, [9] qua & vulnera ad cicatricem perducebant. [c] Alia ratio succum siccato exprimebant pomo, multum sapori

1 Postea omph. arid. pondus XII. croci XI. aut murrhæ XI. Hæc simul, &c. *Cb.*
2 & mixta. *M.*
3 quam folia: *Cb.*
4 cytinos. *Hermolaus.*
5 hæmorrhoidibus, *vel* hæmorrhoide. *Dal.*
6 habere, si. *Dal.*
7 coquebant vase. *Cb.* coquebant in vase. *Alii.*
8 & passo. *Quidam.*
9 quæ & vul. ad cic. perducebat. *M.*

a *Post additur omphacii aridi*] Cornarius, *additur*, &c, *aut*, in vetusto codice non legit, & sic emendat hunc locum: *Post omphacii aridi pondus x. duorum, myrrhæ x. unius, croci unius simul trita, &c.* Dalec.

b *Præduratum vas sole torrebant.*] Scribo, *præduratum ad solem torrebant*, ex vetusto codice. *Pint.*

c *Alia ratio succum siccato.*] Legend. *Alia ratio: immaturi succum exprimebant, siccato pomo multum, &c.* Id est, quod ait Diosc. immatura mora siccari, & pro rhoë misceri cœliacorum cibis. *Dalec.*

a Mespila

pori obſoniorum conferente. In medicina vero contra nomas & pectoris pituitas & ubicunque opus eſſet, aſtringi viſcera. Dentes quoque colluebant eo. Tertium genus ſucci foliis & radice decoctis ad ambuſta ex oleo illinenda. Imponuntur & per ſe folia. Radix per meſſes inciſa ſuccum dat aptiſſimum dentium dolori, collectionibuſque & ſuppurationibus. Alvum purgat. Folia mori in urina madefacta, pilum coriis detrahunt. Ceraſa alvum molliunt, ſtomacho inutilia. Eadem ſiccata alvum ſiſtunt, urinam cient. [1] Invenio apud auctores, ſi quis matutino roſcida cum ſuis nucleis devoret, in tantum levari alvum, ut pedes morbo liberentur. [a] Meſpila exceptis ſetaniis, quæ malo propiorem vim habent, reliqua adſtringunt ſtomachum, ſiſtuntque alvum. Item ſorba ſicca: nam recentia ſtomacho & alvo citæ proſunt.

1 Invenio auctorem. *M.*

CAP. VIIII.

De pineis & amygdalis, & nuce avellana, & de nuce juglande, & de piſtaciis & caſtaneis, ſiliquis, cornu, & unedone, & lauro.

NUces pineæ, quæ reſinam habent, contuſæ leviter, additis [2] in ſingulis ſextariis aquæ ad dimidium decoctæ, [b] ſanguinis excreationi medentur,

2 In ſingulas ſingulis. *V.*

a *Meſpila exceptis ſetaniis.*] Inepte Plinius Sitanios ab epimelide diverſa eſt. Nec ſitanios, ſed epimelis foliis malo comparatur, non autem facultate, quæ multum differt. *Dalec.*

b *Sanguinis excreationi medentur.*] In Æſculapii templo, quod olim fuit in inſula Tiberina, reperta marmorea tabula Græcis literis exarata, pini nucleos rejicientibus ſanguinem ex pectore mederi teſtatur. Antiquitatis monumentum iſtud ſingulare ex libris de arte gymnaſtica Mercurialis medici doctiſſimi ſumptum adſcribere placuit: quod illi clariſſimo viro me debere tacitum nolui. Scriptura hæc eſt: *αἷμα ἀναφέροντι ἰουλιανῷ, ἀπηλπισμένῳ ὑπὸ παντὸς ἀνθρώπου ἐχρημάτισεν ὁ θεὸς ἐλθεῖν, καὶ ἐκ τοῦ τριβώμου ἆραι κόκκους στροβίλου, καὶ φαγεῖν μετὰ μέλιτος ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας, καὶ ἐσώθη, καὶ ἐλθὼν δημοσίᾳ ηὐχαρίστησεν ἔμπροσθεν τοῦ δήμου.* Id autem eſt: *Sanguinem Juliano rejicienti ex pectore, deſperato ab omnibus, ex oraculo Deus reſpondit, veniret, & ex aris tribus* (vel, è templo, uni tres aræ ſunt) *nucleos pini tolleret, & cum melle comederet per triduum. Hoc remedio ille ſervatus eſt, ac profectus in templum gratias egit publice, populo præſente.* Idem.

tur, ita ut cyathi bini bibantur ex eo. Corticis è [1] pino in vino decoctum contra tormina datur. Nuclei nucis pineæ sitim sedant, & acrimoniam stomachi rosionesque, & [a] contrarios humores consistentes ibi, & infirmitatem virium roborant, renibus & vesicæ utiles. Fauces videntur [2] exasperare, & tussim. Bilem pellunt poti ex aqua, aut vino, aut passo, aut [3] balanorum decocto. Miscetur his contra vehementiores stomachi rosiones cucumeris semen & succus [4] portulacæ. Item ad vesicæ hulcera & [5] renum, quoniam & urinam cient. Amygdalæ amaræ radicum decoctum cutem in facie [6] corrigit coloremque hilariorem facit. Nuces ipsæ somnum faciunt & aviditatem. Urinam & menses cient. [b] Capitis dolori illinuntur, maximeque in febri: si ab ebrietate, ex aceto & rosaceo & aquæ sextario, & sanguinem [7] sistunt. Cum amylo & menta [8] lethargicis comitialibusque prosunt. Capite peruncto epinyctidas sanant: è vino [9] veteri hulcera putrescentia. Canum morsus cum melle. Et furfures [10] ex facie, ante fotu præparata. Item jocineris & renum dolores ex aqua potæ: [11] & sæpe ex ecligmate cum resina terebinthina. Calculosis & difficili urinæ in passo, & ad purgandam cutem in aqua mulsa tritæ, sunt efficaces. [c] Prosunt ecligmate joci-

1 pinu. Ch.
2 exasperatas lenire. V.
3 phœnicobalanorum. V.
4 porcilacæ. Ch.
5 renes. Ch.
6 erugat. V.
7 sistunt cum amylo & menta. Lethargicis con. prosunt capite peruncto. Epinyctidas V.
8 lethargis & comitialibus. Ch.
9 vetera. Ch.
10 in. V.
11 & sumptæ in eclig. V.

a *Contrarios humores.*] Putres & corruptos, τὰς τῶν ὑγρῶν διαφθορὰς. Diosc. *Dalec.*

b *Capitis dolori illinuntur, maximeque in febri, &c.*] Scribendum reor alia distinctione & lectione, *Capitis dolori illinuntur, maximeque in fronte & temporibus ex aceto, & rosaceo. Ex aqua sextario sanguinem sistunt cum amylo & menta. Lethargicis comitialibusque prosunt.* Dioscorides lib. 10. de amygdala: *Capitis doloribus succurrunt fronti temporibusve ex aceto aut rosaceo illita. Et contra sanguinis excreationes cum amylo & menta sumuntur. Bibuntur eadem in aqua aut cum terebinthina resina.* Sed quoniam infra paulo subjungit, *quinis ferè præsumptis ebrietatem non sentiri*, hæreo, subdubitoque legendum ne sit, *maximeque in febri si ab ebrietate*, an ut dixi. Itaque liberum sit unicuique censendi jus. *Pint.*

c *Prosunt ecligmate jocineri, tussi & colo cum elelisphaco medice addito, &c*] Scribendum reor, *Prosunt eclegmate jocineri, tussi, colo, cum melle & lacte modice addito, nucis avellanæ magnitudine*, cætera redundare opinor. Dioscorides lib. 1. cap. de amygdala: *In eclegmate avellanæ nucis magnitudine, additis melle & lacte, jocinerosis, tussientibus, & majoris intesti-*

jocineri, tuſſi & colo, [1] cum eleliſphaco modice addito. In melle ſumitur nucis avellanæ magnitudo. [a] Ajunt, [2] quinis fere præſumptis ebrietatem non ſentire potores: vulpeſque, ſi ederint eas, nec contingat è vicino aquam lambere, mori. Minus valent in remediis dulces, & hæ tamen purgant, & urinam cient. Recentes ſtomachum implent. Nucibus Græcis cum abſinthii ſemine ex aceto ſumptis, morbus regius ſanari dicitur: item illitis per ſe vitia ſedis, & privatim condylomata. Item tuſſi & ſanguinis rejectioni prodeſt. Nuces juglandes Græci à capitis gravedine appellavere. Etenim arborum ipſarum foliorumque [3] vires, in cerebrum penetrant: hocque minore momento, ſed in cibis, nuclei faciunt. Sunt autem recentes jucundiores, [b] ſiccæ unguinoſiores, & ſtomacho inutiles, difficiles [4] concoctu, dolorem capitis inferentes, [c] tuſſientibus inimicæ, & [d] vomituris [5] jejunis: [e] aptæ in teneſmo ſolo: trahunt enim pituitam. Eædem præſumptæ venena hebetant: [6] item anginam cum ruta & oleo. Item adverſantur [7] cæpis, leniuntque earum ſaporem. Aurium inflam-

1 cum melle aut paſſo modice addito. Sumitur nucis, &c. *M.* & *V.* cum melle & lacte. *Dioſc.*

2 septeniſve. *Dioſc.*

3 virus. *Ch.* virus in cer. penetrat, hocque min. tormento. Idem in cibis. V.

4 concoctu, bilioſæ. dol. *Dioſc.*

5 jejunis aptæ, ut & in teneſmo ſolo. V.

6 *Hæc ultima clauſula in M. d.*

7 aliis. *Dioſc.*

inteſtini, quod colon dicunt, inflationibus opitulantur. Antiquum quoque exemplar *magnitudine* legit, non *magnitudo*. Præterea in capite de Eleliſphaco Dioſcorides aſſignat ei herbæ eaſdem vires quas illi tribuit hoc loco Plinius. *Pint.*

a *Ajunt.*] Athenæus lib. 2. ex Plutarcho. *Dalec.*

b *Siccæ unguinoſiores & ſtomacho inutiles.*] In apographo noſtro, non *unguinoſiores*, ſed *vinoſiores* habetur. Legendum puto *viroſiores*. Nam cum paulo ante tribuerit arbori & foliis virus, quod in cerebrum penetret, & nucleos idem facere ſed minore momento, ſubjunxit, recentes eſſe jucundiores, ſiccas viroſiores, à prima poſitione *viroſus*, qua uſus eſt eminentiſſimus poëta *viroſam* appellans *Pontum*. Pint.

c *Tuſſientibus.*] Tuſſiculoſis, tuſſi obnoxiis: quoniam impleto vaporoſo halitu capite fluxionem concitant. *Dalec.*

d *Vomituris.*] Laxatum enim ac emollitum oleoſo ſuo unguine ventriculi os, ad vomitionem imbecillum reddunt. Varro c. 9. lib. 2. ſcribit nucibus Græcis in aqua tritis canum aures perunctas, & quæ inter digitos ſunt, muſcis, ricinis, pulicibus non exulcerari. Idem c. 16. 3. flore nucis Græcæ & corni apes vêre paſtas cœliacas fieri, & urinæ potu reſici. *Idem.*

e *Aptæ in teneſmo ſolo.*] Conveniunt in teneſmo, non quia trahunt pituitam, ſed quia flatus craſſos recti inteſtini extremam oram diſtendentes diſcutiunt, & viſcidam pituitam ibi tenacius inhærentem abſtergunt. *Idem.*

inflammationi imponuntur cum mellis exiguo. Item cum ruta mammis, & luxatis. Cum cæpa autem & sale & melle, canis hominisque morsui. Putamine nucis juglandis, dens cavus inuritur. Putamen combustum tritumque in oleo aut vino, infantium capite perunсto, nutrit capillum: & ad alopecias eo sic utuntur. Quo plures nuces quis ederit, hoc
1 tæniat. V. facilius [1] tineas pellit. Quæ perveteres sunt nuces, gangrænis & carbunculis medentur: item suggillatis. Cortex juglandium, lichenum vitio, & dysentericis prodest. Folia trita cum aceto, aurium dolori. In sanctuariis Mithridatis maximi regis devicti, Cn. Pompejus invenit in peculiari commentario ipsius manu compositionem antidoti, [a] è duabus nucibus siccis, item ficis totidem, & rutæ foliis viginti simul tritis, addito salis grano: & qui hoc jejunus sumat, nullum venenum nociturum
2 morsum. Ch. illo die. Contra rabiosi quoque canis [2] morsus, nuclei à jejuno homine commanducati illitique præsenti remedio esse dicuntur. Nuces avellanæ capi-
3 & pinguetudine. Ch. tis dolorem faciunt, inflationem stomachi, [b] [3] & pinguedini corporis conferunt; plus quam sit verisimile. Tostæ & destillationi medentur. Tussi quoque veteri tritæ, & in aqua mulsa potæ. Quidam adjiciunt grana piperis, alii è passo bibunt. Pistacia eosdem usus & effectus habent, quos pinei nuclei, præterque ad serpentium ictus, sive edantur, sive bibantur. Castaneæ vehementer si-
4 alvo cita & sang. V. stunt stomachi & ventris fluxiones, [c] [4] alvum cient, sangui-

a *E duabus nucibus siccis.*] Serenus c. 8. de venenis prohibendis:

Bis denum rutæ folium salis & breve granum,
Juglandesque duas, totidem cum corpore ficus.
Hæc oriente die parco conspersa lyæo,
Sumebat, metuens dederat quæ pocula tutor.

b *Et pinguedini corporis conferunt.*] In vetusto exemplari, *Corpori & pinguitudini conferunt plus quam sit verisimile.* Pint.

c *Alvum cient.*] Hoc falsum. nihil Dioscorides. Lego, *alvo cita & sanguinem, &c.* Dalec.

a *Sili-*

ſanguinem excreantibus proſunt, carnes alunt. [a] Siliquæ recentes, ſtomacho inutiles, alvum ſolvunt. Eædem ſiccatæ ſiſtunt, ſtomachoque utiliores fiunt. Urinam cient. [b] Syriacas in dolore ſtomachi ternas in aquæ ſextariis decoquunt quidam ad dimidium, eumque ſuccum bibunt. Sudor virgæ corni arboris [1] lamina ferrea candente exceptus, non contingente ligno, illitaque inde ferrugo incipientes lichenas ſanat. [c] Arbutus ſive unedo, fructum fert difficilem concoctioni, & ſtomacho inutilem. Laurus excalfactoriam naturam habet, & foliis, & cortice, & baccis: [2] itaque decoctum ex his, maxime è foliis, prodeſſe vulvis & veſicis convenit. Illita vero veſparum crabronumque & apium, [d] item ſerpentium venenis reſiſtunt, maxime ſepis [e] dipſadis, & viperæ. Proſunt & menſibus fœminarum cum oleo cocta. Cum polenta autem quæ tenera ſunt trita, ad [3] inflammationes oculorum, cum ruta, teſtium; cum roſaceo, [4] capitis dolores, aut cum irino. [5] Quin & commanducata atque devorata per triduum terna, librant à tuſſi. Eadem proſunt ſuſpiriis trita cum melle. Cortex radicis cavendus gravidis. Ipſa radix calculos rumpit, jocineri prodeſt tribus obolis in vino odorato pota. Folia pota vomitiones movent. Baccæ menſes trahunt appoſitæ tritæ, vel potæ. Tuſſim veterem & orthopnœam ſanant binæ, detracto cortice in vino potæ. Si & febris ſit, ex

1 lamna. *Ch.*

2 Itemque. *Ch.*

3 inflationes. *M.* inflammationes omnes cum, &c. *Diosc.*

4 ad cap. dol. *V.*

5 Quin manducata. *Dal.*

a *Siliquæ recentes.*] Κερατωνίας καρπὸς, vulgo Carrubiæ. *Dal.*

b *Syriacas in dolore.*] Κερατωνίας καρπὸν, vulgo Caſſiam fiſtulam. *Idem.*

c *Arbutus ſive unedo.*] Cum arbuto, quæ κόμαρος eſt. Plinius hic negligenter, ut & cap. 24. lib. 15. unedonem confundit, quæ fructus eſt epimelidis. *Idem.*

d *Item ſerpentium venenis reſiſtunt, maxime ſepis.*] Non ſepis, ſed ſepos, terminatione genitivi Græca, in V. C. *Pint.*

e *Dipſadis.*] Πρηστῆρα, καύσωνα, μελανοῦρον, ἀμμοβάτην, κεγχρίδα, ſive κεγχρίνην etiam vocant Lybiæ alumnam, minorem vipera, ſed perniciosiorem, corpore, ut ait Soſtratus, albicante, cauda nigris lineis duabus diſtincta. Rhodig. cap. ult. lib. 25. *Dalec.*

ex aqua, aut ecligmate ex aqua mulsa, aut ex passo decoctæ. Prosunt & Phthisicis eodem modo, & omnibus thoracis rheumatismis. Nam & concoquunt pituitam & extrahunt. Adversus scorpiones quaternæ ex vino bibuntur. Epinyctidas [1] ex oleo illitæ & lentigines, & hulcera manantia, [2] & hulcera oris, & furfures. Cutis [3] pruriginem succus baccarum emendat & phthiriasin. Aurium dolori & gravitati instillatur, cum vino vetere & rosaceo. Perunctos eo fugiunt venenata omnia. Prodest contra ictus & potus, maxime autem ejus laurus, quæ tenuiora habet folia. Baccæ cum vino serpentibus, & scorpionibus, & araneis resistunt. Ex oleo & aceto illinuntur & lieni & jocineri: gangrænis cum melle. Et in fatigatione etiam aut perfrictione succo eo perungi, nitro adjecto, prodest. Sunt qui celeritati partus multum conferre putent radicem, acetabuli mensura in aqua potam, efficacius recentem, quam aridam. Quidam adversus scorpionum ictus, decem baccas dari jubent potui. Item & in remedio uvæ [a] jacentis, quadrantem pondo baccarum [4] foliorumque decoqui in aquæ sextariis tribus ad tertias, eamque calidam gargarizare: & in capitis dolore, impari numero baccas cum oleo conterere, [5] & calefacere. Laurus Delphicæ folia trita olfactaque subinde, pestilentiæ contagia prohibent, tanto magis si & urantur. Oleum ex Delphica ad cerata [6] acopumque, ad perfrictiones discutiendas, nervos laxandos, lateris dolores, [b] febresque frigidas utile est. Item ad aurium dolorem, in mali Punici cortice tepefactum. Folia decocta ad tertias partes aquæ, uvam cohibent

1 sanant ex ol. V.
2 & ulcera oris, in Ch. d.
3 porriginem. Ch.
4 foliorumve. M. & Ch.
5 & calido illinere. V. & calfacere. Ch.
6 acopa. V.

a *Jacentis.*] Gargareonis demissi & laxioris. *Dal.*

b *Febresque frigidas.*] Vel rigores febriles, vel hepialas, & lypirias, in quibus ardent simul ægri & algent. *Idem.*

a *Daph-*

bent gargarizatione: potu alvi dolores intestinorumque. Tenerrima ex his trita in vino, papulas pruritusque, illita noctibus. Proxime valent cætera lauri genera. Laurus Alexandrina sive Idæa, partus celeres facit, radice pota [1] trium denariorum pondere, in vini dulcis cyathis tribus. Secundas etiam pellit, mensesque eodem modo pota. [a] Daphnoides ([2] sive his nominibus quæ diximus) silvestris [3] laurus prodest, alvum solvit, vel recenti folio vel arido drachmis tribus cum sale in [4] hydromelite manducata. Pituitas extrahit folium & vomitus, stomacho inutile. Sic & baccæ quinæ denæve purgationis causa sumuntur.

1 sex drachmarum. *Diosc.*
2 sive, omissis iis. *V.*
3 laurus ad eadem prodest. *Diosc.*
4 hydromelite. Manducata pituitas. *V.*

CAP. IX.

De myrto sativa, & myrtidano, & de myrto silvestri.

MYrtus sativa candida, minus utilis est medicinæ, quam nigra. [5] Semen ejus medetur sanguinem excreantibus. Item contra fungos in vino potum. Odorem oris commendat vel pridie commanducatum. [6] Item apud Menandrum Synaristusæ hoc edunt. Datur & dysentericis [7] denarii pondere in vino. Hulcera difficilia in extremitatibus corporis sanat, cum vino subfervefactum. Imponitur lippitudini cum polenta, & cardiacis in mamma sinistra: & contra scorpionis [8] ictus in mero, & ad vesicæ vitia, capitis dolores, & ægilopas, antequam suppurent: item tumoribus, exemptisque nucleis in vino vetere tritum eruptionibus pituitæ. Succus [9] seminis alvum sistit, urinam ciet. Ad eruptiones pustularum pituitæque cum cerato illinitur: & contra phalangia. Capillum denigrat. Lenius succo oleum est ex eadem myrto: lenius & vinum,

5 Fructus. *Diosc.*
6 Item, in *V. d.*
7 Idem denarii. *Ch.*
8 ictum. *Ch.*
9 fructus. *Diosc.*

a *Daphnoides.*] Laureola officinarum. Vide quæ de chamædaphne supra notata sunt c. ult. lib. 15. & c. 15. lib. 24. *Dalec.*

1 inebriantur. V. & Cb. quod nunquam inebriat.

vinum, quo nunquam [1] inebriatur. Inveteratum sistit alvum & stomachum: tormina sanat, fastidium abigit. Foliorum arentium farina sudores cohibet inspersa, vel in febri. Utilis & cœliacis & procidentiæ vulvarum, sedis vitiis, hulceribus manantibus, igni sacro fotu, capillis fluentibus, furfuribus: item [2] aliis eruptionibus, ambustis. Additur quoque [3] in medicamento, quod [a] liparas vocant, [4] eadem de causa qua oleum ex his, efficacissimum ad ea quæ in humore sunt, tanquam in ore & vulva. Folia ipsa fungis adversantur trita ex vino, cum cera vero articularibus morbis & collectionibus. Eadem in vino decocta dysentericis & hydropicis potui dantur. Siccantur in farinam, quæ inspergitur hulceribus aut hæmorrhagiæ. [5] Purgant & lentigines, pterygia & [6] paronychia & epinyctidas, condylomata, testes, tetra hulcera: item ambusta cum cerato. Ad aures purulentas & foliis crematis utuntur & succo & decocto. Comburuntur & in antidota. Item cauliculi [7] flore decerpti, [8] in novo fictili operto [9] cremati in furno, dein triti ex vino. Et ambustis foliorum cinis medetur. Inguen ne intumescat ex hulcere, satis est surculum tantum myrti habere secum, non ferro nec terra contactum. Myrtidanum [b] diximus quomodo fieret. Vulvæ prodest, [c] appositum fotu, & illitu. Multo efficacius & cortice, & folio, & semine. Exprimitur [10] & foliis succus mollissimis in pila tusis, affuso paulatim vino austero, aliâs aqua cœlesti: atque ita expresso utuntur ad oris sedisque hulcera, vulvæ & ventris:

2 papulatum. V.
3 in medicamenta (sic & Cb.) quæ liparas. V.
4 eademque & causa oleum. M.
5 Purgat. V.
6 paronychias. Dal.
7 florentes decerpti. V.
8 & in. Cb.
9 cremantur in fur. de. teruntur. Alii.
10 & succus ex foliis.

a *Liparas.*] Τὰ λιπαρὰ, lenia emplastra Celso lib. 5. vel, ut aliis placet, ex unguinosis facta, ut oleo, butyro, adipe, &c. Quæ horum nihil, aut omnino parum habent, ἀλίπαρα dicuntur. *Dalecampius.*

b *Diximus.*] Cap. 16. lib. 14. Vide quod illic adnotatum est de Plinii errore. *Idem.*

c *Appositum fotu, & illitu.*] In vetere codice, *apposita, fotu, & illitu.* ut sint tres ablativi. *Pint.*

a *Capillo-*

ventris: [a] capillorum nigritiam, [b] malarum perfusiones, purgationes lentiginum, & ubi constringendum aliquid est. [c] Myrtus silvestris, sive oxymyrsine, sive chamæmyrsine, baccis rubentibus & brevitate à sativa distat. Radix ejus in honore est, decocta vino, ad renum dolores pota, & difficili urinæ, præcipueque crassæ, & [1] grave olenti: morbo regio, & vulvarum purgationi trita cum vino. Cauliculi quoque incipientes asparagorum modo in cibo sumpti, & in cinere cocti semen cum vino potum, aut oleo aut aceto, calculos frangit. [2]Item in aceto & rosaceo tritum, capitis dolores sedat: & potum morbum regium. Castor [d] oxymyrsinen [3] myrti foliis acutis, ex qua fiunt ruri scopæ, ruscum vocavit, ad eosdem [4]usus. Et hactenus habent [5]se medicinæ urbanarum arborum. Transeamus ad silvestres.

[1] graviter. V.
[2] Idem. B.
[3] hanc myrti. Dal.
[4] usus commendans: vel, & ad eosdem usus commendavit. Dal.
[5] ita se. Dal.

a *Capillorum nigritiam, malarum perfusiones.*] *Mammillarum* in eodem; non *malarum*. Pint.

b *Malarum.*] Alarum. μασχάλας. Dioscorid. Sic vertit Ruellius. *Dalec.*

c *Myrtus silvestris.*] Myrtus silvestris, nunc vera myrtus est sponte nascens, nunc ruscus. Hæc Plinius non distinguit. *Idem.*

d *Oxymyrsinen.*] Ignoranter Plinius ruscum Latinorum ab oxymyrsine Græcorum diversum esse putat. *Idem.*

C. PLI-

C. PLINII SECUNDI NATURALIS HISTORIÆ

LIBER XXIV.

PROOEMIUM.

CAP. I.

Medicinæ ex arboribus silvestribus.

NE silvæ quidem, horridiorque naturæ facies, medicinis carent, sacra illa parente rerum omnium, nusquam non remedia [1] disponente homini, ut [2] medicina fieret etiam solitudo ipsa, [a] sed ad singula illius discordiæ atque concordiæ miraculis occursantibus. Quercus & olea tam pertinaci odio dissident, ut altera in alterius scrobe [3] depactæ moriantur: quercus vero & juxta nucem juglandem. Pernicialia & brassicæ cum vite odia: [4] ipsumque olus, quo vitis fugatur, adversum cyclamino & origano arescit. Quin & annosas jam, & quæ [5] sternuntur arbores, difficilius cædi, ac [6] celerius inarescere tradunt, si prius manu, quam ferro, attingantur. Pomorum onera à jumentis statim sentiri: ac nisi prius ostendantur his, quamvis pauca portent, sudare illico. Ferulæ asinis [7] gratissimæ sunt in pabulo, cæteris vero jumentis præsentaneo veneno: qua de causa id animal Libero patri [8] assignatur, cui

1 opponente. V.
2 medicinæ vireret. V.
3 depacta moriatur.
4 ipsum olus. Ch.
5 sternantur. Ch.
6 marcescere. Ch.
7 gratissimo. Ch.
8 assignant, cui & ferulam. V.

a *Sed ad singula illius discordiæ, &c.*] Aliter in antiquo exemplari: *sed ad singula illis discordiæ miraculis occursantibus.* reliqua redundant. placet nihilominus magis impressa lectio. *Pint.*

cui & ferula. Surdis etiam rerum sua cuique sunt venena, ac minimis quoque. [a] Philyra coci & polline nimium salem cibis eximunt. Prædulcium fastidium sal temperat. Nitrosæ aut amaræ aquæ, [b] polenta addita mitigantur, ut intra duas horas bibi possint. Qua de causa & in saccos vinarios additur polenta. Similis vis Rhodiæ cretæ, & argillæ nostratis. [c] Concordia [1] valent, [d] cum pix oleo extrahitur, quando utrunque pinguis naturæ est. Oleum solum calci miscetur, quando utrunque aquas odit. [e] [2] Gummi aceto facilius eluitur, atramentum aqua. Innumera præterea alia, quæ suis locis dicentur assidue. Hinc nata medicina. Hæc sola naturæ placuerat esse remedia parata vulgo, inventu facilia, [f] ac sine impendio, [3] ex quibus vivimus. Postea fraudes hominum & ingeniorum capturæ officinas invenere istas, in quibus sua cuique homini vænalis promittitur vita. Statim compositiones & misturæ inexplicabiles decantantur. Arabia atque India [4] in medio æstimantur, hulcerique parvo medicina à Rubro mari [5] imputatur, cum remedia vera quotidie pauperrimus quisque cœnet. Nam si ex horto petantur, [6] aut herba vel frutex quæratur, nulla artium vilior fiat. Ita est profecto, [g] magnitudo populi Romani perdidit ritus, [7] vincendo victi sumus. [h] Paremus externis, & una artium

1 valet. V.
2 Commi. Ch.
3 &. Ch.
4 medendo. V. in Media. Ch.
5 imponitur. V. impenditur. Alii v.
6 aut petatur herba. V.
7 vincendoque. Ch.

a *Philyra coci & polline.*] Recentibus tæniis, membranis, fasciis tiliæ, minutim concisis, & cibo inspersis, quæ veluti salem exsugunt, & ebibunt. *Dalec.*

b *Polenta addita.*] Ut citius vinum defecetur. *Idem.*

c *Concordia valent, cum pix oleo extrahitur.*] Commodior lectio, *concordia valentium. Pix oleo extrahitur.* Pint.

d *Cum pix oleo.*] Ut & emplastrum quodvis. *Dalec.*

e *Gummi aceto facilius eluitur.*] Ob summam quam habet vim attenuandi. Verum id quidem est & de nostro Arabico, & de gummosis aliis, ut opopanace, &c. *Idem.*

f *Ac sine impendio ex quibus vivimus.*] Legendum reor, *ac sine impendio eorum quibus vivimus.* Significat autem pecunias, quæ, ut Hesiodus ait, vita sunt miseris mortalibus. *Pint.*

g *Magnitudo populi Romani.*] Idem argumentum fusius tractatur c. 1. lib. 29. *Dalec.*

h *Paremus externis, & una artium Imperatoribus.*] Vetus codex *imperaverunt* habet,

tium Imperatoribus quoque imperat. Verum de his alias plura.

CAP. II. *Lotos.*

[a] LOton herbam, itemque Ægyptiam eodem nomine, alias & Syrticam arborem, diximus suis locis. Hæc lotos, quæ faba Græca appellatur à nostris, alvum baccis sistit. Ramenta ligni decocta in vino prosunt dysentericis, menstruis, vertigini, comitialibus. [b] [1] Cohibent & capillum. [c] Mirum, his ramentis nihil esse amarius, fructuque dulcius. Fit & è scobe ejus medicamentum, ex aqua myrti decocta, subacta, & divisa in pastillos, dysentericis utilissimum, pondere Victoriati cum aquæ cyathis tribus.

1 Ruffant. *Diosc.*

CAP. III. *Glans.*

GLans intrita duritias, quas [2] cacoëthe vocant, cum salsa axungia sanat. Vehementiora sunt ligna

2 cacoëthes, &c. sanat, vehementioresque lichenas. In omnibus. V.

habet, non *imperat*: ut repetas *externi*. Pint.

a *Loton herbam.*] Lotos arbor triplex est, prima diospyros Græcorum, faba Græca Latinorum, *uva d'India* Italorum, guajacana quorundam, quam improprie loton vocant ob fructus dulcedinem, ceraso similis auctore Theophrasto cap. 13. lib. 3. nucleo duro. Describitur prolixe cap. 30. lib. 16. Secunda Dioscoridis, prior Theophrasti, celtis Plinii cap. 17. lib. 13. magnitudine pyri, folio Ilicis, fructu dulci, nunc exosse, nunc durum nucleum ambiente, colorem uvæ modo mutante, cum maturescit, è quo vinum exprimitur, Monpessulanis *Micocaulier*. Tertia quæ Theophrasto secunda est, laurocerasus quibusdam, quod folium lauro simile sit, fructus ceraso, fruticosa, ramosa, caudice firmo, semine nuce incluso, externa fructus parte minime carnosa, ut in amygdala, sed cutis modo tenera, ut in ceraso, sapore non tam dulci, quam gustui grato, è quo vinum exprimitur, in biduum aut triduum durans, post acescens, lotus Polybii apud Athenæum lib. 14. arbor non magna, aspera, spinosa: folio herbaceo, rhamno simili, paulo latiore & spissiore: fructu initio myrtis albis perfectis colore, & magnitudine simili, sed dum augescit phœniceo, magnitudine olivæ teretis: nucleo prorsus exiguo, ut arbitror, paliurus Theophrasti est. Nemo enim alius spinosas esse lotos scripsit, nostra vero ziziphus. *Dalec.*

b *Cohibent.*] Ruffant, ξανθίζει, Diosc. *Idem.*

c *Mirum, his ramentis.*] Quæ hinc ad finem capitis sequuntur, in Dioscoride non extant: facultates vero aliæ ex Dioscoride citatæ non ad lotum diospyrum, sive fabam Græcam, pertinent, sed ad calicam sive Syriticam, quam *Micocoulier* vocant, qua in re Plinius falsus est. *Idem.*

ligna & in omnibus cortex ipſe, corticique tunica ſubjecta. Hæc decocta juvat cœliacos. Dyſentericis etiam illinitur, vel ipſa glans. Eademque reſiſtit ſerpentium ictibus, rheumatiſmis, [a] ſuppurationibus. Folia & [b] baccæ, vel cortex, vel ſuccus decocti proſunt [c] contra toxica. Cortex illinitur decoctus lacte vaccino, ſerpentis plagæ. Datur & ex vino dyſentericis. Eadem & ilici vis.

CAP. IV.

De cocco ilicis, & galla, & viſco, pilulis, glande & de cerri radice, & ſubere.

[d] COccum ilicis vulneribus recentibus ex aceto imponitur. Epiphoris ex aqua, & oculis ſuffuſis ſanguine inſtillatur. Eſt autem genus ex eo in Attica fere & Aſia naſcens, [e] celerrime in vermiculum ſe mutans, [f] quod ideo ſcolecion vocant, improbantque. Principalia ejus genera diximus. Nec pauciora gallæ genera fecimus, ſolidam, perforatam: item albam, nigram, majorem, minorem. Vis omnium ſimilis. Optima [1] Cogmagena.

1 omphacitis. Tritæ excreſcentia tollunt. *Dioſc.*

a *Suppurationibus.*] Fluxionibus, quæ excitata phlegmone ſuppurationes tandem efficiunt. *Dal.*

b *Baccæ.*] Vel glandes, vel baccæ, quæ baccarum modo adnaſcuntur. *Idem.*

c *Contra toxica.*] Glandes in cibo ſumptæ reſiſtunt venenatorum ictibus. Decoctum earum & corticis, cum lacte vaccino potum, prodeſt contra toxica. Dioſcorid. Plinius hæc omnia pervertit. *Idem.*

d *Coccum ilicis vulneribus recentibus ex aceto imponitur. Epiphoris ex, &c.*] Coccum Ilicis eſt κόκκος ille φοινικοῦς τῆς πρίνου Theophraſti. remedia tamen ſunt cocci tinctorii, quod ἐν τῇ κόκκῳ βαφικῇ naſcitur. Et paulo poſt lege: *quod ideo ſcolecinum vocant, &c.* σκωληκῖνος i. e. vermicularis. atqui hoc eſt coccum infectorium fruticis ilicis, quod totum vermiculis ſcatet parvis, quorum ſanies pretioſum illum in tinctura colorem facit. inde *vermiculum* hodie quoque vocant hujuſmodi coccum. *Salmaſ.* 274. b. 275. a.

e *Celerrime in vermiculum ſe mutans.*] In antiquo exemplari, non *vermiculum* habetur, ſed *ultimis.* ut putem legendum *ulicem.* de quo lib. xxxiij. cap. iiij. *Frutex eſt ulex roris marini ſimilis, aſper, aurumque retinens.* Et paulo poſt: *Ulex ſiccatus uritur, & cinis ejus lavatur, &c.* Pint.

f *Quod ideo ſcolecion vocant.*] *Stultilum* non *ſcolecion.* antiquus codex oſtentat, ſcribendum puto *exulicem.* Idem.

a *Excreſ-*

na. [a] Excrefcentia in corpore tollit. Profunt gingivis uvæ, oris exhulcerationi. Crematæ & in vino extinctæ, cœliacis. Dyfentericis illinuntur. Paronychiis ex melle, & unguibus fcabris, pterygiis, hulceribus manantibus, condylomatis, [1] vulneribus quæ phagedænica vocantur. In vino autem decoctæ auribus inftillantur, oculis illinuntur: [2] adverfus eruptiones & panos cum aceto. [b] Nucleus commanducatus dentium dolorem fedat: item intertrigines, & ambufta. Immaturæ ex his ex aceto potæ, lienem confumunt. Eædem crematæ, [3] & aceto falfo extinctæ, menfes fiftunt, vulvafque procidentes fotu. [4] Omnes [5] capillos denigrant. Vifcum è robore præcipuum diximus haberi, & quo [6] conficeretur modo. Quidam contufum in aqua decoquunt, [7] donec innatet. Quidam commanducantes acinos, expuunt cortices. Optimum eft, quod fine cortice eft, quodque [c] leviffimum, extra fulvum, intus porraceum, quo nihil eft glutinofius. Emollit, difcutit tumores, ficcat ftrumas. Cum refina & cera panos mitigat omnis generis. Quidam & galbanum adjiciunt, pari pondere fingulorum: eoque modo & ad vulnera utuntur. Unguium fcabritias [8] expolit, fi feptenis diebus [9] folvantur, nitroque colluantur. Quidam id religione efficacius fieri putant, prima Luna [10] collectum è robore fine ferro. Si terram non [11] attigit, comitialibus mederi. Conceptum fœminarum adjuvare, fi omnino fecum habeant. [d] Hulcera commanducato impofitoque efficaciffime fanari. Roboris

1 ulceribus. *M.*
2 adverfus pituitæ erupt. V.
3 & aceto, aut vino, aut oxalme extinctæ men. fift. vulv. proc. decoctum earum fotu. *V. ex Diofc.*
4 Omnis cap. denigrat. *M.*
5 capillum. *Ch.*
6 confecetur. *M.*
7 donec nihil innatet. *Ch.*
8 expellit. V.
9 non fol. V.
10 collecto. V.
11 attingat. *Ch.*

a *Excrefcentia in corpore tollit.*] In eodem *tollunt* non *tollit*. rectius: quia fequitur *profunt gingivis*. Pint.

b *Nucleus*] Gallæ rotundus globus. Hac voce fic quoque ufus eft c.7. lib. 16. *Dalec.*

c *Leviffimum.*] Intermixtis corticibus minime afperum aut furfurofum. *Idem.*

d *Hulcera commanducato impofitoque.*] Ulcera vetera, & malignos abfceffus ex thure mollit. Diofc. *Idem.*

a *Corro-*

tis pilulæ ex [1]adipe ursino alopecias capillo replent. Cerri folia & cortex, & glans, siccat collectiones suppurationesque: fluxiones sistit. Torpentes membrorum partes [a] corroborat decoctum ejus fotu: cui & insidere expedit, siccandis astringendisve partibus. Radix cerri adversatur scorpionibus. Suberis cortex tritus, ex aqua calida potus, sanguinem fluentem [2] ex utralibet parte sistit. Ejusdem cinis ex vino calido, sanguinem excreantibus magnopere laudatur.

1 adipe vero urs. Ch.

2 ex utralibus ex parte. Ch.

CAP. V.

De fago & cupresso, & cedro magna, & de cedride, galbano.

FAgi folia manducantur in gingivarum labiorumque vitiis. [3]Calculis glandis fagineæ cinis illinitur: item cum melle alopeciis. Cupressi folia trita, [4] serpentium ictibus imponuntur: & capiti cum polenta, si à Sole doleat: item ramici: qua de causa & bibuntur. Testium quoque tumori cum cera illinuntur. Capillum denigrant ex aceto. Eadem trita cum duabus partibus [b] panis mollis, & è vino [5] ammineo subacta, pedum ac nervorum dolores sedant. Pilulæ adversus serpentium ictus bibuntur, aut si ejiciatur sanguis, collectionibus illinuntur. Ramici quoque teneræ tusæ cum axungia & lomento, prosunt. Bibuntur ex eadem causa. Parotidi & strumæ cum farina imponuntur. Exprimitur succus tusis cum semine, qui [6] mistus oleo caliginem oculorum aufert. Item Victoriati pondere in vino potus illitusque cum fico sicca pingui, exemptis granis, vitia testium sanat, tumores discutit:

3 Oculis. M. Callis. Guill.

4 serpentibus impon. Ch.

5 amineo. Ch.

6 misto. M.

a *Corroborat decoctum.*] Post usum calfacientium & desiccantium. *Dalec.*

b *Panis mollis.*] Panem mollem vocat aut adhuc è furno calentem, aut Græcorum τὸ ϛαῖς, nempe farinam aqua subactam, nondum coctam: vel quod in medio panis molle est, sive micam. *Idem.*

cutit: & cum fermento strumas. Radix cum foliis trita potaque, vesicæ & stranguriæ medetur: & contra phalangia. Ramenta pota menses cient, scorpionum ictibus adversantur. Cedrus magna, quam cedrelaten vocant, dat picem, quæ cedria vocatur, dentium doloribus utilissimam. Frangit enim eos & extrahit: dolores sedat. Cedri [a] succus ex ea quomodo fieret, diximus, [b] magni ad lumi- [1 capiti. Ch.] na usus, ni [1] capitis dolorem inferret. Defuncta corpora incorrupta ævis servat, viventia corrumpit: mira differentia, cum vitam auferat spirantibus, [2 defunctisque. Ch.] [2] defunctis pro vita sit. Vestes quoque corrumpit, & [c] animalia necat. Ob hoc non censeam in anginis hoc remedio utendum; neque in cruditatibus, [3 gustandum. V.] quod suasere aliqui, [3] gustu. Dentes quoque colluere ex aceto in dolore timuerim, vel gravitati aut vermibus aurium instillare. Portentum est, quod tradunt, [d] abortivum fieri in Venere, ante perfu- [4 illinant. M. & Ch.] sa virilitate. Phthiriases perungere eo non dubitaverim, [5 sorberi. Ch.] itemque porrigines. Suadent & contra venenum [6 tænias. Ch. lumbricos & ascaridas. Diosc.] leporis marini bibere in passo. Facilius in elephantiasi [4] illinatur. Et hulcera sordida & excrescentia in iis [7 ex ea (sub. cedria.) V.] auctores quidam, & oculorum albugines caliginesque inunxere eo: & contra pulmonis hulcera cyathum ejus [5] sorbere jusserunt: [8 cedrelæon. V. oleum ut & quod piss. Alii V. ex Diosc.] item adversus [6] tineas. Fit [7] ex eo & oleum, quod [8] pisselæon vocant, vehementioris ad omnia eadem

a *Succus.*] Serosus liquor, qui primus fluit, dum cedri ad picem conficiendam uruntur, & à Syris cedrium dicitur, c. 11. lib. 16. *Dalec.*

b *Magni ad lumina usus, ni capitis dolorem inferret.*] Vetus codex *magni ad volumina usus ni capitis, &c.* ut illud Ovidii in Tristibus:

Nec titulus minio, nec cedro charta notetur.

Sed refragatur auctoritas Dioscoridis oculorum medicinæ utilem prodentis lib. j. cap. de cedro. *Pint.*

c *Animalia necat.*] Serpentes, lendes, pediculos, lumbricos, ascaridas. Diosc. *Dalec.*

d *Abortivum fieri in Venere.*] Sic Plinius Latine reddit Græcorum *φθόριον*, &, ut quidam volunt *ἀτόκιον*. quanquam sic potius dicatur, quod impedito conceptu affert sterilitatem. Rhodig. c. 9. 8. *Idem. Abortivum fieri in Venere ante perfusa*

dem usus. Cedri scobe serpentes fugari certum est: item baccis tritis cum oleo, si qui perungantur. Cedrides, hoc est, fructus [1] cedri tussim sanant, urinam cient, alvum sistunt, utiles ruptis convulsis, spasticis, stranguriæ, vulvis, [2] admoti. Contra lepores marinos, eademque quæ supra, collectionibus, [3] inflammationibusque. De galbano diximus. Neque humidum neque aridum probatur, sed quale docuimus. Per se bibitur ad tussim veterem, suspiria, rupta convulsa. Imponitur ischiadicis, lateris doloribus, panis, furunculis, [a] corpori [4] ab ossibus recedenti, strumis, articulorum nodis, dentium quoque doloribus. Illinitur & cum melle capitis hulceribus. Purulentis infunditur auribus cum rosaceo, aut nardo. Odore [b] comitialibus subvenit, & vulva strangulante, [5] & in stomachi defectu. [c] Abortus non exeuntes trahit appositu vel suffitu: [6] item [d] ramis ellebori circunlitum atque subjectum. Serpentes nidore [7] urentium fugari diximus. Fugiunt & perunctos galbano. Medetur & à scorpione percussis. Bibitur & in difficili partu fabæ magnitudine in vini cyatho: vulvasque conversas corrigit. Cum myrrha autem & in vino mortuos partus extrahit. Adversatur & venenis, maxime toxicis, cum myrrha [8] & in vino. Serpentes oleo & spondylio misto tactu necat. [e] Nocere urinæ existimatur.

1 oxycedri.
2 poti. M.
3 inflam. admoti. V.
4 & ossibus recedentibus. M.
5 vel stomachi. M. vel in stom. M.
6 item ramo. M.
7 usti. V.
8 & aceto. Diosc.

CAP.

fusa virilitate.] Scribendum arbitror, *abortivum fieri, in Venere uncta prius virilitate.* Diosc. lib. 1. cap. de cedro: *genitalibus ante coitum inunctus sterilitatem facit*. Pint.

a *Corpori ab ossibus recedenti.*] Ab ossibus recedit caro, cum ea putrescente ossa nudantur, in ulceribus phagædenicis & cancrosis. *Dalec.*

b *Comitialibus subvenit.*] Eos ut & vertiginosos excitat. *Idem.*

c *Abortus.*] Immaturos partus. *Idem.*

d *Ramis.*] Radiculis. *Idem.*

e *Nocere urinæ existimatur.*] Urinæ difficultati prodesse existimant. Diosc. *Idem.*

CAP. VI.

De Hammoniaco, & styrace, & spondylio, & spagno, & terebintho, & chamæpity, & pityusa, & resinis, & picea, & lentisco.

SImilis Hammoniaci natura atque lacrymæ [1] probandæ, ut diximus, mollit, calefacit, discutit, dissolvit. Claritati visus in collyriis convenit. Pruritum, cicatrices, albugines oculorum tollit. Dentium dolores sedat, efficacius accensum. Prodest dyspnoicis, pleuriticis, pulmonibus, vesicis, urinæ cruentæ, lieni, ischiadicis potum. Sic & alvum solvit. Articulis & podagræ cum pari pondere picis aut ceræ & rosaceo coctum. Maturat panos, extrahit clavos cum melle. Sic & duritias emollit. Lieni cum aceto & cera Cypria, vel rosaceo efficacissime imponitur. Lassitudines perungi cum aceto [2] & oleo exiguoque nitro, utile est. Et styracis naturam in peregrinis arboribus exposuimus. Placet præter illa [3] quæ diximus, maxime pinguis, purus, albicantibus fragmentis. Medetur tussi, faucibus, pectoris vitiis, vulvæ præclusæ, [4] duritieve laboranti. Ciet menses potu, apposituve, alvum mollit. Invenio potu modico tristitiam animi resolvi, largiore contrahi. Sonitus aurium emendat [5] infusum: strumas illitum, nervorumque nodos. Adversatur venenis, quæ frigore nocent: ideo & cicutæ. Spondylion una demonstratum, infunditur capitibus phreneticorum, & lethargicorum: item capitis doloribus longis. Cum oleo vetere bibitur, & in jocinerum vitiis, morbo regio, comitialibus, orthopnoicis, vulvarum strangulatione: quibus & suffitu prodest. Alvum mollit. Illinitur hulceribus [6] serpentibus cum ruta. Flos auribus purulentis efficaciter infunditur. Sed succus

1 pr. ratio, ut dix. V.

2 nitro & cyprino oleo utile est. Diosc.

3 Supra lib. 12. c. 17. & 25. Jac. Cell.

4 duritiave. Ch.

5 infusus: strumas illitus. V.

6 quæ serpunt. Ch.

succus cum exprimitur, integendus est, quoniam mire appetitur à muscis & similibus. Radix derasa, & in fistulas conjecta, callum earum erodit. Auribus quoque instillatur cum succo. Datur & ipsa contra morbum regium, & in jocineris vitio & vulvarum. Capillos crispos facit peruncto capite. [1] Sphagnos, sive [a] sphacos, sive bryon, & in Gallia, ut indicavimus, nascitur, vulvis decocto insidentium utilis: item genibus & feminum tumoribus, mistus nasturtio, & aqua salsa tritus. Cum [2] vino ac resina sicca potus, urinam pellit celerrime. Hydropicos inanit, cum vino & [3] junipero tritus & potus. Terebinthi folia & radix collectionibus imponuntur. Decoctum eorum stomachum firmat. Semen in capitis dolore bibitur in vino, & contra difficultatem urinæ. Ventrem leniter emollit. Venerem excitat. [b] [4] Piceæ, & laricis folia trita & in aceto decocta dentium dolori prosunt. [5] Cinis corticum intertrigini & ambustis. Potus alvum sistit, urinam movet. Suffitu vulvas corrigit. [6] Piceæ folia privatim jocineri utilia sunt, drachmæ pondere in [7] aqua mulsa pota. Silvas, eas duntaxat quæ picis resinæque gratia [8] radantur, utilissimas esse phthisicis, aut qui longa ægritudine non [9] recolligant vires, satis constat, & illum cœli aëra plus ita, [c] quam navigationem Ægyptiam, proficere, plus quam [10] lactis [d] herbidos per montium æstiva

1 Splachnos. Diosc.
2 vino autem ac. M. & Ch.
3 juniperis tritus ac potus. Ch.
4 Pini & piceæ fol. Ex Diosc.
5 Cortex tritus & inspersus. Diosc.
6 Pini. Diosc.
7 aqua, vel mulsa. Diosc.
8 raduntur. Dal.
9 recolligunt. Dal.
10 lactis per herbidorum montium. V.

a *Sphacos.*] Phascos ex Phavorino, cui sphacos fœni genus est, pecori admodum gratum. Sic legitur & apud Theoph. c. 9. lib. 3. hist. Vide c. 23. & 28. lib. 12. Plutarchum Quæst. 1. lib. 4. Sympos. inter ea quibus capræ vescuntur, phascon recenset, ex Eupolide. *Dalec.*

b *Piceæ, & laricis.*] Plinius πεύκην piceam vertit, quæ pinus est: πίτυν laricem, quæ picea est. *Idem.*

c *Quam navigationem Ægyptiam.*] Celsus de tabidorum curatione cap. 22. lib. 3. *Opus est, si vires patiuntur, longa navigatione, cœli mutatione, sic ut densius quam id est, ex quo discedit æger, petatur: ideoque aptissime Alexandriam ex Italia itur.* Vide infra c. 6. lib. 31. *Idem.*

d *Herbidos.*] Ex herbis virentibus & vegetis geniti. *Idem.*

æſtiva potus. [a] Chamæpitys Latine abiga vocatur propter abortus, ab aliis thus terræ: cubitalibus ramis, [1] flore pinus & odore. Altera [2] brevior & incurvæ ſimilis. Tertia eodem odore, & ideo nomine quoque, [3] parvulo cauliculo, craſſitudine digitali, foliis ſcabris, exilibus, albis, in petris naſcens. Omnes herbæ, ſed propter cognationem nominis non differendæ. Proſunt adverſus ſcorpionum ictus. Item jocineri illitæ cum palmis aut cotoneis. Renibus & veſicæ, decoctum earum cum farina hordeacea. Morbo quoque regio, & urinæ difficultatibus, ex aqua decoctæ bibuntur. Noviſſima contra ſerpentes valet cum melle. Sic & appoſita vulvas purgat. Sanguinem denſatum extrahit pota. Sudores facit perunctis ea, peculiariter renibus utilis. Fiunt ex ea & hydropicis pilulæ, cum [4] ficu alvum trahentes. Lumborum [5] quoque dolorem [b] Victoriati pondere in vino finit, & tuſſim recentem. Mortuos partus, ex aceto cocta, [6] potaque, ejicere protinus dicitur. [c] Cum honore & pityuſa ſimili de cauſa dicetur, quam quidam in tithymali genere numerant. Frutex eſt [7] ſimilis piceæ, flore parvo [8] purpureo. Bilem & pituitam per alvum detrahit radix, decocti hemina: aut ſeminis [9] ligula [10] in balanis. Folia in aceto decocta, furfures [11] cutis emendant: mammas quoque miſto rutæ decocto & tormina, & ſerpentium ictus, & in totum collectiones incipientes. Reſinam è ſupra dictis arboribus gigni docuimus, & genera ejus & nationes in ratione vini, ac poſtea in arboribus. Summæ ſpecies duæ; ſicca, & liquida. Sicca è pinu

1 flore tenui, candido, vel luteo, & pinus odore. *Dioſc.*
2 levior. V.
3 parvula, caul. craſſ. *Dioſc.* parvola, coliculo digitali. *Ch.*
4 fico. *Ch.*
5 quoque, in *Ch.* d.
6 & pota. *Ch.*
7 foliis piceæ. *Dioſc.*
8 veluti purp. *Dioſc.*
9 drachma. Succi farina excepti cochlear in catapotio datur. *Dioſc.*
10 in balneis. V. cum phœnicobalanis. *V. alii.*
11 capitis. *Dioſc.*

a *Chamæpitys Latine abiga.*] Sic dicta ab abigendo partu. *Ainga*, cum abortu nihil eſt commune. *Gelen.*

b *Victoriati pondere in vino finit.*] Alia exemplaria non *finit* legunt, ſed *finit.* lego *ſanat*, ex codice antiquo. *Pintianus.*

c *Cum honore & pityuſa ſimili de cauſa dicetur.*] Duo prima verba ſuperfluunt, ex eodem. *Idem.*

pinu & picea fit, liquida è terebintho, [1] larice, lentiſco, cupreſſo. [2] Nam [a] eæ ferunt in Aſia & Syria. Falluntur qui eandem putant eſſe, è picea atque larice. Picea enim pinguem, & thuris [3] modo ſuccoſam fundit: larix gracilem, ac mellei [4] liquoris, virus redolentem. Medici liquida raro utuntur, & in [5] ovo fere: è larice propter tuſſim hulceraque viſcerum: nec pinea magnopere in uſu: cæteris non niſi coctis. Et coquendi genera ſatis [b] [6] demonſtravimus. In [7] arborum differentia placet terebinthina, odoratiſſima atque leviſſima: nationum Cypria & Syriaca, utraque mellis Attici colore, ſed Cypria carnoſior ſicciorque. In ſicco genere quærunt ut ſit candida, pura, perlucida. In omni autem, ut montana potius, quam campeſtris: item Aquilonia potius quam ab alio vento. Reſolvitur reſina ad vulnerum uſus & malagmata oleo, [c] in potiones amygdalis amaris. Natura in medendo contrahere vulnera, purgare, diſcutere collectiones: [8] item pectoris vitia. Terebinthina illinitur: & eadem calida membrorum doloribus, [9] ſpaſticiſque illinitur in Sole, totiſque corporibus, mangonum maxime cura, ad gracilitatem emendandam, ſpatiis ita laxantium cutem [d] per ſingula membra, capacioraque ciborum facienda corpora. Proximum locum obtinet è lentiſco. Ineſt ei vis aſtringendi. Movet & ante cæteras urinam. Reliquæ ventrem molliunt, cruda concoquunt, tuſſim veterem ſedant, vulvæ onera extrahunt etiam ſuffitæ. Privatim adverſantur viſco. Panos & ſimilia, cum

1 larice. Nam lentiſcus & cupreſſus in Aſia ferunt ac Syria. *V.*
2 Nam & hæ. *Ch.*
3 odore. *Dioſc.*
4 coloris. *Idem.*
5 ovo, fere è larice, propter. *Dal.*
6 demonſtravimus in arb. differentia. Placet. *Dioſc.*
7 reſinarum. *V.*
8 contra pect. vitia terebinthina illinitur. *V.*
9 ſpaſticiſque in ſole. Evellitur & totis corporibus. *M. & Ch. niſi quod habet,* Avellitur.

a *Eæ ferunt.*] Lentiſcus & cupreſſus ferunt: de larice hoc intelligi non poteſt, quæ nuſquam in Aſia & Syria naſcitur. *Dalec.*

b *Demonſtravimus.*] Cap. 11. l. 16. *Idem.*

c *In potiones amygdalis amaris.*] *Impetigines* non *in potiones*, in vetuſto codice habetur. Sanari vero impetigines pice Dioſcorides auctor eſt lib. j. cap. de pice liquida. *Pint.*

d *Per ſingula membra.*] Hoc medicinæ genus picationem medici vocant, de qua Galenus lib. 14. method. & libris de tuenda valetudine. *Dalec.*

cum sevo taurino & melle sanant. [a] Palpebras lentiscina commodissime replicat. Fractis quoque utilissima, & auribus purulentis: item in pruritu genitalium. Pinea capitis vulneribus optime medetur.

CAP. VII.

De pice spissa, & liquida: & palimpissa, & pissasphalto, & zopissa, & teda, & lentisco.

PIx quoque unde & quibus conficeretur modis, indicavimus: & ejus duo genera, spissum, liquidumque. Spissarum utilissima medicinæ est [b] Brutia, quoniam pinguissima & resinosissima [c] utrasque præbet utilitates: [1] ob id magis rutila, quam cæteræ. Id enim quod in hoc adjiciunt, è mascula arbore meliorem esse, [d] non arbitror posse intelligi. Picis natura excalfacit, explet. Adversatur privatim cerastæ morsibus cum polenta: item anginæ cum melle, distillationibus & sternutamentis. [2] Purulentis auribus infunditur cum rosaceo: illinitur cum cera. Sanat lichenas, alvum solvit, excreationes pectoris adjuvat ecligmate, aut illita tonsillis cum melle. Sic & hulcera [3] purgat: explet cum uva passa & axungia. Carbunculos purgat, & putrescentia hulcera: quæ vero serpunt, cum pineo cortice, aut [4] sulphure. Phthisicis etiam cyathi mensura quidam dederunt & contra veterem tussim. Rhagadas sedis & pedum, panosque & ungues scabros emendat: vulvæ duritias & conversiones odore: item lethargicos. Strumas item cum farina hordeacea, & pueri impubis urina decocta ad

1 ad idque magis. V.

2 Pituitis aurium. V. & sternutamentis à pituita auribus. *Ch.*

3 purgat & explet. Cum uva pal. & axungia (melle. *Diosc.*) carbunc.

4 furfure illita. *Diosc.*

a *Palpebras lentiscina commodissime replicat.*] Pilos in oculis sublatos glutinat Dioscorid. *Dalec.*

b *Brutia.*] Obliviosus & immemor Plinius cap. 11. lib. 16. scripsit Brutiam doliis duntaxat, cæterisque vasis utilem esse. *Idem.*

c *Utrasque præbet utilitates.*] Et medicinæ, & picandis illinendisque doliis. *Idem.*

d *Non arbitror posse intelligi.*] Quoniam in arboribus, è quarum teda pix coquitur, mas & fœmina non agnoscuntur. *Idem.*

a Liqui-

ad suppurationem perducit. Et ad alopecias sicca pice utuntur. Ad mulierum mammas Brutia, ex vino subfervefacta cum polline farraceo, quam calidissimis impositis. [a] Liquida pix, oleumque quod pisselæon vocant, quemadmodum fieret, diximus. Quidam iterum decoquunt, & vocant palimpissam. Liquida anginæ perunguntur intus, & uva. Ad aurium dolores, claritatem oculorum, oris circunlitiones, [1] suspiriosos, vulvas, tussim veterem, & crebras excreationes pectoris, spasmos, tremores, opisthotonos, paralyses, nervorum [2] dolores. Præstantissimum ad canum & jumentorum scabiem. Est & [b] [3] pissasphaltos, mista bitumini pice, naturaliter ex [4] Apollionatarum agro. Quidam ipsi miscent, præcipuum ad scabiem pecorum remedium, [c] aut si fœtus mammas læserit. Maturum optimum ex eo, quod [5] cum fervet, innatat. [d] Zopissam eradi navibus diximus cera marino sale macerata. Optima hæc à tyrocinio navium. Additur autem in malagmata [6] ad discutiendas collectiones. [7] Tedæ decoctæ in aceto, dentium dolores efficaciter colluunt. [8] Lentisci, & arbores, & semen,

1 suspiriosas vulvas. *Ch.*

2 dolores præstantissima, & ad canum jumentorumque. *V.*

3 pissasphaltum. *Diosc.*

4 Apolloniatorum. *Ch.*

5 aquæ ferventi. *V.*

6 & ad disc. *V.*

7 Teda decocta. *M.*

8 Lentisci ex arbore. *M.*

a *Liquida pix, oleumque.*] Hæc sunt ex alio auctore scripta, & rursum congesta, repetitis multis quæ antea recitaverat. *Dalec.*

b *Pissasphaltos, mista bitumini pice.*] Aristot. περὶ θαυμασ. ἀκουσμ. Falsum tamen. Picem enim factitiam à natura cum bitumine misceri credibile non est. Pissasphalton vero bitumen est Sole & ventis resiccatum, & densatum ad picis crassitiem. Sic dictum vult Dioscor. quod picem simul & bitumen oleat, & id perperam. ἔτυμον verum, quod cum nativum bitumen sit, picem sua crassitie æmulatur. *Idem.*

c *Aut si fœtus mammas læserit.*] V.C. *Aut si fœtus mammas læserit matrum. Optimum, &c.* Quod dum fervet, innatat, ideo præstantissimum est, quia purum bituminis modo supra aquam fertur, nec terram lapidesve mixtos habet, à quibus demergatur. *Idem.*

d *Zopissam.*] Zopissa sive apochyma non tantum cera est navibus derasa: sed cera cum resina mixta, qua naves obliniuntur, tum ut facilior & magis lubricus per undas earum sit cursus, tum ut eo velut tectorio defensæ navium tabulæ, maris edaci salsugine minus corrumpantur. Northmani sua navigia hodie pice & axungia suis simul liquatis ungunt, idque linimentum vocant *Bré.* Melior zopissa ad discutiendum ex nave tum primum fluctus experta, quoniam præter suam & salis vim resiccantem, ligni quoque adhuc integram facultatem habet, quæ navigationibus continuatis evanescit. *Idem.*

men, & cortex, & lacryma urinam cient, alvum sistunt. Decoctum eorum hulcera quæ serpunt, fotu. Illinitur in humidis, & igni [1] sacro, gingivas colluit. [a] Folia dentibus in dolore atteruntur: mobiles decocto colluuntur. Capillum [2] tingunt. Lacryma sedis vitiis prodest, cum quid siccari excalfierive opus sit. Decoctum & è lacryma, stomacho utile, ructum & urinam movens: quod & capitis [3] dolori cum polenta [4] illinitur. Folia tenera oculis inflammatis illinuntur. Item mastiche lentisci [b] replicandis palpebris, & ad [5] extendendam cutem in facie, & smegmata adhibetur, & sanguinem rejicientibus, tussi veteri: [6] & ad omnia quæ [7] Hammoniaci vis. Medetur & [8] attritis partibus, sive oleo è semine ejus facto ceræque misto, sive foliis, ex oleo decoctis, sive cum aqua [c] virilia foveantur. Scio Democratem medicum [d] in valetudine Considiæ M. Servilii Consularis filiæ, omnem curationem austeram recusantis, diu efficaciter usum lacte caprarum, quas lentisco [9] pascebat.

1 sacro. Eo gingivas colluunt. *M.*
2 tingit lacryma. Sedis. *M.*
3 doloribus. *Ch.*
4 linitur. *Ch.*
5 extergendam. V. exterendam. *M.*
6 & ad omnia quævis. Med. *M.* & ad fluxiones quasvis. *Quidam legunt*, & ad omnia quæ eis medetur. *Ch.*
7 acaciæ, vel hypocistidis. *Diosc.*
8 adstringendis. *Diosc.*
9 pascebant. *Ch.*
10 scorpionibus. V.

CAP. VIII.

De platano, & fraxino, & acere, & alba populo, & ulmo, & tilia, & sambuco, & junipero.

PLatani adversantur [10] vespertilionibus. Pilulæ earum in vino potæ x. quatuor pondere, omnibus

a *Folia dentibus in dolore atteruntur.*] Itaque ex ejus surculis cuspidatim confectis ac mucronatis, auctore Dioscorid. ὀδοντόγλυφα sive dentiscalpia fiunt, purgandis scalpendisque dentibus, ut attritu, quæ inhærent, extergantur, & detrahantur. Martialis:

Lentiscum melius, sed si tibi frondea cuspis
Defuerit, dentes penna levare potest.

Utebantur ad id & Myrti ramulo. Clemens Alexandr. 3. Pædag. ἀφυεῖς ὀδόντας ἔχειν, ἐξ ἀναισθησίας. δεῖ γελᾶν ἵνα θηρῶσιν οἱ παρέργοντες τὸ στόμα ὡς ὅτι κομψὸν φορεῖ. ἐὰν δὲ μὴ χαίρῃ γελῶσα, διατελεῖ πλὴν ἡμέραν ξυλήφιον μυρρίνης ἔχουσα λεπτὸν ἐν τοῖς χείλεσιν, ὥστε τῷ χρόνῳ σίσηρεν, ἄντε βούλει), ἄντε μή. Victorius cap. 12. 6. *Dalec.*

b *Replicandis palpebris.*] Oculorum pilis superne agglutinandis. Diosc. *Idem.*

c *Virilia.*] Lego, *naturalia*, nempe vulvæ; quarum sanguinem erumpentem reprimit. Diosc. *Idem.*

d *In valetudine.*] Morbum eum fuisse ulcus

bus serpentium [1] & scorpionum venenis medentur: item ambustis. Tusæ autem cum aceto acri, magisque [2] scillite, sanguinem omnem sistunt. Et lentiginem & carcinomata, [3] melanias quoque veteres, addito melle emendant. [4] Folia & cortex illinuntur collectionibus & suppurationibus, [5] & decoctum eorum. [6] Corticis autem in aceto dentium remedium est: [7] folia eorum tenerrima in vino albo decocta, oculorum. Lanugo foliorum, & auribus & oculis inutilis. Cinis pilularum sanat ambusta igni vel frigore. Cortex è vino scorpionum ictus [8] restinguit. Fraxinus quam vim adversus serpentes haberet, indicavimus. [a] Semen foliis ejus inest, [b] [9] quo medentur jocineris & lateris doloribus in vino. Aquam quæ subit cutem, extrahunt. Corpus obesum levant onere, sensim ad maciem reducentes, iisdem foliis cum vino tritis ad virium portionem, ita ut puero quinque folia tribus cyathis [10] diluantur, robustioribus septem folia [11] quinque cyathis vini. Non omittendum, ramenta ejus & scobem [12] quibusdam cavenda prædici. Aceris radix contusa [13] jocineris doloribus [14] efficacissime imponitur. Populi albæ [c] uvarum in unguentis usum exposuimus. Cortex potus ischiadicis & stranguriæ prodest. Foliorum succus calidus aurium dolori. Virgam populi in manu tenentibus intertrigo non [15] metuatur. Populus nigra efficacissima habetur, quæ in Creta nascitur. Comitialibus

semen

1 & scorpionum, in V. 4. & Ch.
2 scilline. M.
3 malandriasque veteres. Ch.
4 Folia autem &c. M.
5 Hæc, & dec. eor. vacant. D.
6 Cortex au. in ac. coctus dent.
7 foliorum ten. Ch.
8 restringit. M.
9 quæ. Ch.
10 dentur. V.
11 quinis. Ch.
12 ac quibus. M. à quibus. Ch.
13 è vino joc. Ch.
14 utilissime. M.
15 metulatur. D.

ulcus pulmonis renumve credibile est, aut immodicas sanguinis profusiones. *Dalec.*

a *Semen foliis ejus inest.*] Hoc perperam. Non enim in ejus foliis semen est, sed ἐν λόβοις, id est, in siliquis, Theophrasto cap. 17. lib. 8. hist. Quidam hic legunt, *Semen folliculis ejus inest, &c.* Idem.

b *Quo medentur jocineris.*] Galenus lib. 8. κατὰ τόπους ex Asclepiade sub finem libri, hepaticum medicamentum describit hoc titulo ἄλλη ἡπατικὴ διὰ σπερμάτων. ποιεῖ δὲ πρὸς τὰς ἄλλας τοῦ ἥπατος διαθέσεις χωρὶς βηχός. In ejus compositione admittitur & fraxini & betonicæ semen. *Idem.*

c *Uvarum.*] Musci, βρύα. Errorem hunc Plinii animadversum & castigatum vide c. 28. lib. 13. *Idem.*

a *Semen.*]

[a] ſemen ex aceto utile. Fundit illa & reſinam exiguam, qua utuntur ad malagmata. Folia podagris in aceto decocta imponuntur. Humor è cavis populi nigræ [b] effluens, verrucas, papulaſque [1] & attrita corporis tollit. Populi ferunt [2] & foliis guttam, [c] ex qua apes propolin [3] faciunt. Gutta quoque aquæ propolis ex aqua remedium quam efficax eſt. Ulmi & folia & cortex & rami vim habent ſpiſſandi, & vulnera contrahendi. Corticis utique interior tilia lepras ſedat, & folia ex aceto illita. [d] Corticis denarii pondus potum in hemina aquæ frigidæ, alvum purgat, pituitaſque & aquas privatim trahit. Imponitur & collectionibus [e] lacryma, & vulneribus, & ambuſtis, quæ decocto fovere prodeſt. Humor in folliculis arboris hujus naſcens, cuti nitorem inducit, faciemque gratiorem præſtat. Cauliculi foliorum [4] primi vino decocti tumores ſanant, extrahuntque [5] per fiſtulas. Idem præſtant & [6] tiliæ cortices. Multi corticem commanducatum vulneribus utiliſſimum putant: folia trita aqua [7] aſperſa pedum tumori. Humor quoque è medulla, uti diximus, caſtratæ arboris effluens, [8] capillum reddit capiti illitus, defluenteſque continet: Arbor [f] tilia [9] leniter tuſa ad eadem fere utilis eſt, [10] atque oleaſter. Folia autem tantum in uſu, & ad infantium hulcera in ore commanducata: decocta urinam cient: menſes ſiſtunt illita: [11] ſanguinem pota detrahunt. Sambucus habet alterum genus magis

1 ex attrita odoratas. *Ch.* & attritu odoratus tollit. *M.* attritus odoratus tollit. *Alii.* *nempe narium.*

2 & in fol. *M.* & *Ch.*

3 faciunt, ad multa, remedium quam efficax. Ulmi. V. faciunt. Propolis impetigini ex aqua remedium. *V.* *Alii ex Dioſc.*

4 primo vini decocto. *Ch.*

5 pus fiſtulis. V. pus fiſtularum. *Alii.*

6 tiliæ corticis. *V.* *Id eſt, membranæ interiores corticis ulmi, ſeu philyræ. Legitur &* corticis, *in Ch.*

7 adaſperſa. *Ch.*

8 capillos. *Dal.*

9 lenius ad ead. *Ch.*

10 ad quæ. V.

11 ſanguinem menſtruum pota. *Dioſc.*

a *Semen.*] Καρπὸς, Dioſcor. fructus: nempe uva denſis & rotundis acinis conſtans, qui in lanuginem abeunt. *Dal.*

b *Effluens.*] Dum accenſa uritur, vel dum caſtratur, quod magis placet. *Idem.*

c *Ex qua apes propolin faciunt.*] Cap. 7. lib. 11. è gummi populorum ac vitium piſſoceros fit, non propolis. *Idem.*

d *Corticis denarii pondus potum.*] Folia trita ex aceto lepris medentur: eadem vulnera glutinant, ſed, magis corticis tilia, faſciæ loco advoluta: nam lori modo facile flectitur. Dioſc. Hæc Plinius pervertit, & perturbat. *Idem.*

e *Lacryma.*] Quæ præciſis ramis fluit è medulla, dum arbor caſtratur. *Idem.*

f *Tilia leniter.*] Hæc de philyrea Dioſc. à tilia diverſa. *Idem.*

a *Helion.*]

magis silvestre, quod Græci chamæacten, alii [a] helion vocant, multo brevius. Utriusque decoctum in vino veteri foliorum, vel seminis, vel radicis ad cyathos binos potum, stomacho inutile est, alvo detrahens aquam. Refrigerat etiam inflammationem, maxime recentis ambusti: & canis morsum cum polenta mollissimis foliorum illitis. Succus cerebri collectiones, privatimque membranæ, quæ circa cerebrum est, lenit infusus. Acini ejus infirmiores, quam reliqua, tingunt capillum. Poti acetabuli mensura, urinam movent. Foliorum mollissima ex oleo & sale eduntur, ad pituitam bilemque detrahendam. Ad omnia efficacior, quæ minor. Radicis ejus in vino decoctæ duo cyathi poti, hydropicos exinaniunt: [1] vulvas emolliunt, has & foliorum decoctum insidentium. Caules teneri mitioris sambuci, in patinis cocti, alvum solvunt. Resistunt folia & serpentium ictibus in vino pota. Podagricis cum sevo hircino vehementer prosunt cauliculi illiti. Iidemque in aqua macerantur, ut ea sparsa pulices necentur. Foliorum decocto si locus spargatur, muscæ necantur. [b] Boa [2] appellatur morbus papularum, cum rubent corpora, sambuci ramo verberatur. Cortex interior tritus, ex vino albo potus, alvum solvit. Juniperus vel ante cætera omnia [c] excalfacit, extenuat, cedro [3] assimilis. Et ejus duo genera: altera major, altera minor. Utraque accensa serpentes fugat. [4] Semen stomachi, pectoris, lateris doloribus utile. Inflationes algoresque discutit: tusses conco-

1 vulvas emollit, & foliis insidentium decocta. Ch.

2 sic appel. V. Boa appellantur. Ch.

3 alias similis. Et hujus. Ch.

4 Fructus. Dal.

a *Helion.*] Palustre, quoniam in pinguibus & uliginosis nascitur. *Dal.*

b *Boa.*] Hispani morbi Gallici papulas adhuc vocant boas. *Idem.*

c *Excalfacit, extenuat, cedro assimilis.*] Verbum *extenuat*, codex antiquus non agnoscit. Scio tamen haberi in Dioscoride Latino ex tralatione Marcelli, sed in Græcis exemplaribus desideratur. Cætera in eodem exemplari sic leguntur: *excalfacit cedro alias similis: & hujus duo genera.* Pint.

a *Ilini-*

concoquit & duritias. Illitum tumores sistit: item alvum, baccis ex vino nigro potis: item ventris tumores illitis. Miscetur & antidotis [1]oxyporis. Urinas ciet. [a] Illinitur & oculis in epiphoris. Datur convulsis ruptis, torminibus, vulvis, ischiadicis cum vino albo potum pilulis quaternis, aut decoctis viginti in vino. Sunt qui & perungant corpus [2] è semine ejus in serpentium [3] metu.

1 & oxyp. V.
2 oleo è sem.
3 ictus. Ch.

CAP. IX.

De salice, & amerina, & vitilibus, & erice.

SAlicis fructus ante maturitatem in araneam abit: sed si prius colligatur, sanguinem rejicientibus prodest. Corticis è ramis primis cinis, clavum & callum [4] aqua mista sanat. Vitia cutis in facie emendat, magis admisto succo suo. Est autem hic trium generum. Unum arbor ipsa exudat [5] gummi modo. Alterum manat [6] in plaga, cum floret, exciso cortice trium digitorum magnitudine. [7] Hic ad expurganda, quæ obstent oculis: item ad spissanda quæ opus sunt, ciendamque urinam, & ad omnes collectiones [8] intus extrahendas. Tertius succus est detruncatione ramorum à [9] falce distillans. Ex his ergo aliquis cum rosaceo in calice [10] Punici calfactus auribus infunditur: vel folia cocta, & cum cera trita imponuntur: item podagricis. Cortice & foliis in vino decoctis foveri nervos utilissimum. Flos tritus cum foliis furfures purgat in facie. Folia contrita & pota intemperantiam libidinis coërcent, atque in totum auferunt usum sæpius sumpta. Amerinæ nigræ [11] semen cum spuma argenti pari pondere, à [12] balneo illitum, psilothrum est. Non multum à salice vitilium

4 aceto mixto. Diosc.
5 cummium. Ch.
6 è plaga. V.
7 Hic valet ad purg. quæ obstant. Al obsistunt. V.
8 illitus. V. interiores. Alii.
9 salice. Dal.
10 Punico. Ch.
11 fructus. Diosc.
12 balineo. Ch.

a *Illinitur & oculis in epiphoris.*] Rectius in eodem, *Illinitur & oculorum epiphoris.* Pint.

a *Græci*

lium uſu diſtat vitex, foliorum quoque aſpectu, niſi odore gratior eſſet. [a] Græci lygon vocant, alii agnon, quoniam matronæ theſmophoriis Athenienſium caſtitatem cuſtodientes, his foliis cubitus ſibi ſternunt. Duo genera ejus. Major in arborem ſalicis modo aſſurgit: minor ramoſa, foliis candidioribus lanuginoſis. Prima album florem mittit cum [1] purpureo, quæ & candida vocatur, (1 purpuraſcente. Dioſc.) nigra quæ tantum purpureum. Naſcuntur in paluſtribus campis. Semen potum vini quendam saporem habet, & dicitur febres ſolvere: & cum [2] ungantur, oleo admiſtum ſudorem facere, (2 ungun tur, oleo admiſto.) ſic & laſſitudines diſſolvere. Urinam cient & menſes. Caput tentant vini modo: nam & odor [3] ſimilis eſt. (3 ſimilis, & inflationes. Gb.) Inflationes pellunt in inferiora. Alvum ſiſtunt hydropicis & lienibus perquam utiles. Lactis ubertatem faciunt. Adverſantur venenis ſerpentium, [4] maxime quæ frigus inferunt. (4 maximeque frigus. Gb.) Minor efficacior ad ſerpentes: bibitur ſeminis drachma in vino vel poſca, aut [5] duabus foliorum tenerrimorum. (5 dum. V.) Et illinuntur utraque adverſus araneorum [6] morſus (6 morſus utili remedio vel perunctis. V.) vel perunctis tantum, ſuffitu quoque aut ſubſtratu fugant venenata. [b] [7] Ad Venerem impetus inhibent: (7 At Venerem rei. M.) eoque maxime phalangiis adverſantur, quorum morſus genitale excitat. Capitis dolorem ex ebrietate ſedant cum roſaceo flos tenerique cauliculi. Seminis decoctum vehementiorem capitis dolorem diſſolvit

a *Græci lygon vocant, alii agnon.*] ſcribe, *Græci lygon vocant, alias agnon,* ex vetere codice. *Pint.*

b *Ad Venerem impetus inhibent.*] Ideo matronæ Athenienſes in Theſmophoriis, quæ caſtiſſime celebrabantur, ejus foliis cubile ſubſternebant. Eodem conſilio quidam è piſcibus lævibus ac non ſquamoſis utebantur: Hierophantæ vero pontificatum adepti cicuta ſe caſtrabant. Sacra enim maxima caſtimonia tractanda eſſe oſtendunt Myſi & Eſſeni ἄζυγες καὶ *ἄνυμφοι*. Galli matris ſacerdotes, qui virilitatem ſibi adimunt, Gymnoſophiſtæ pomis, oryza, farina contenti, Indorum magi carnibus abſtinentes, Jovis in Creta ſacrifici in cibum nihil admittentes quod coctum ſit, & quod jure pontificio cautum erat, *Ad divos caſte adeunto, pietatem adhibento, opus amovento, qui ſecus faxit, Deus vindex erit.* Alex. ab Alex. cap. 17. lib. 4. *Dalec.*

a *Non*

1 potu. Cb. dissolvit [1] fotu: & vulvam etiam suffitu vel [2] appo-
2 adposita. Cb. situ purgat: alvum cum pulegio & melle potum.
3 facile concoquit tusum, cum. M. Sic & Diosc. Vomicas panosque [3] difficile concoquentes, cum farina hordeacea [4] mollit. Lichenas & lentigines cum aphronitro & aceto semen sanat, & oris hul-
4 & mollit. M. cera & [5] eruptiones cum melle: [6] testium cum bu-
5 eruptionum. Cb. tyro & foliis vitium: rhagadas sedis cum aqua illitum: luxata cum sale & nitro, & cera. Et semen,
6 testium duritias cum. Diosc. & folium additur in malagmata nervorum & podagras. Semen instillatur in [7] oleo decoctum capiti
7 oleo & aceto decoctum. Diosc. in [8] lethargia & phrenesi. Virgam qui in manu ha-
8 lethargo. Cb. beant aut [9] cinctu, negantur intertriginem sentire.
9 in cinctu. Cb. Ericen Græci vocant fruticem [a] non multum à myrice differentem, colore rorismarini, & pene folio. Hoc adversari serpentibus tradunt. Genista quoque vinculi usum præstat. Flores apibus gratissimi. Dubito an hæc sit, quam Græci auctores sparton appellavere, cum ex ea lina piscatoria apud eos factitari [b] docuerim: & nunquid hanc designaverit [c] Homerus, cum dixit navium sparta dissoluta.
10 Hispanum Africanumve. Cb. Nondum enim fuisse [10] Africanum vel Hispanum spartum in usu, certum est: & cum sutiles fierent naves,

a *Non multum à myrice differentem.*] In vetusto exemplari, *non multum bulice differentem.* scribendum forte, *non multum ab ulice differentem.* De frutice, qui ulex dicatur, supra disseruimus ex auctoritate Plinii lib. 33. cap. 4. *Pint.*

b *Docuerim.*] Supra c. 1. lib. 19. Vide & cap. 2. lib. ejusd. *Dalec.*

c *Homerus.*] Locus est Iliad. β. καὶ δὴ δοῦρα σέσηπε νεῶν, καὶ σπάρτα λέλυνται. de quo Varro apud Gellium: *Ego,* inquit, *apud Homerum sparta non plus spartum significare puto, quam σπαρτοὺς, qui dicuntur in agro Thebano nati. In Græcia sparti copia modo cœpit esse ex Hispania. Neque ea ipsa facultate usi Liburni, sed hi plerunque loris naves suebant, Græci magis cannabe & stupa, cæterisque sativis rebus, à quibus σπάρτα appellabant.* Eusthatius funes è sparto, id est, genista compactos interpretatur, de quibus proverbium vetus jactatum est, τὸν λίθον ποτὲ τὸν σπάρτον ἄγειν. *Guillandin.* cap. 9. *in Plinium.* Quod Varro σπαρτοὺς in agro Thebano genitos memorat, serpentis dentibus à Cadmo disseminatis, γηγενεῖς vocat Aristoteles primo ποιητικῆς, σπαρτῶν γένος. Æschylus in Tragœdia ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας. Ei familiæ signum affixum nativumque fuisse lanceæ figuram tradit Plutarchus libro, De iis, qui seras pœnas luunt. Dion. 4. sermone de regno. Idem Aristoteles citato loco. Victorius c. 16. 8. Apollodorus id fuse narravit, Ovid. quoque tertio Metamorph. *Canterus* cap. 5. 1.

a *Græci*

naves, lino [1] tamen, non sparto, unquam sutas. [1] tamen, & nunquam sparto sutas. V.
Semen ejus, quod [a] Græci eodem nomine appellant, in folliculis phaseolorum modo nascens, purgat ellebori vice, drachma & dimidia pota in aquæ mulsæ cyathis quatuor jejunis. Rami similiter [b] cum fronde in aceto macerati pluribus diebus, & tusi, succum dant ischiadicis utilem, cyathi unius potu. Quidam marina aqua macerare malunt, & infundere clystere. Perunguntur eodem succo ischiadici addito oleo. Quidam [2] ad stranguriam [2] & ad. Ch.
utuntur semine. Genista tusa cum axungia, genua dolentia sanat. [c] Myricen, [3] quam & tamaricen [3] camericam vocat. Ch.
vocat Lenæus, [d] similem scopis [4] amerinis dicit. [4] & amerinis. V.
Sanari ea carcinomata in vino decocta tritaque cum melle illita. [5] Arbitrantur quidam hanc esse tamaricem: sed ad lienem præcipua est, si succus ejus [5] Eandem esse arbitrantur quidam tamaricen. Ch.
expressus in vino bibatur. Adeoque mirabilem ejus antipathiam contra solum hoc viscerum faciunt, ut affirment, si ex ea alveis factis bibant sues, sine liene inveniri. Et ideo homini quoque [6] splenetico cibum potumque dant in vasis ex ea factis. [7] Gravis auctor in medicina, virgam [8] ex ea defractam, ut neque terram, neque ferrum attingeret, sedare ventris dolores asseveravit impositam, ita ut tunica cinctuque corpori apprimeretur. Vulgus infelicem arborem eam appellat, ut diximus, quoniam nihil ferat, [e] nec seratur unquam. [f] Corinthus, & quæ [6] splenico. Ch. [7] Gravi autem auctor. Ch. [8] ex eadem factam. Ch.

a *Græci eodem nomine appellant.*] Fallitur Plinius. Græci non σπάρτον vocant, sed σπαρτίον. *Dalec.*

b *Cum fronde in aceto.*] Ineptum hoc, cum foliis carere auctores testentur. *Idem.*

c *Myricen, quam & tamaricen vocat.*] In apographo nostro, *Myricem camericen vocat Lenæus.* scribo, *Myricen chamericen vocat Lenæus.* Nam erice fruticosa est arbor, tamarici similis, multo tamen brevior, auctore Dioscoride lib. 1. capite de Erice: *Vocabat igitur Lenæus myricen propter hanc similitudinem cum erice,* & alludens ad ipsum myrices nomen, non myricen, sed chamericen, hoc est secundariam ericen, & imitatricem erices. *Pint.*

2. *Voll.*

d *Similem scopis.*] Eundem usum præbere ad domos converrendas, & inquinamentis purgandas. *Dalec.*

e *Nec seratur unquam.*] Apud nos, sed in Ægypto & Syria tantum. *Idem.*

f *Corinthus, & quæ circa est regio, bryoniam vocat.*] Lego, *Corinthus & quæ circa est*

quæ circa est [1] regio, bryoniam vocat, ejusque duo genera facit: Silvestrem plane sterilem: alteram mitiorem. Hæc fert in Ægypto Syriaque etiam abundanter lignosum fructum, majorem galla, [2] asperum gustu, quo medici utuntur vice gallæ, [3] & in compositionibus, quas antheras vocant. Et lignum autem & flos, & folia, & cortex in eosdem usus adhibentur, quanquam remissiora. [a] Datur sanguinem rejicientibus cortex tritus, & contra profluvia fœminarum, cœliacis quoque. Idem tusus impositusque collectiones omnes inhibet. Foliis exprimitur succus ad hæc eadem. Et in vino [4] decoquuntur: ipsa vero adjecto melle gangrænis [5] illinuntur. Decoctum eorum in vino potum, vel imposita cum rosaceo & cera sedant. Sic & epinyctidas sanant. [6] Ad dentium dolorem auriumque, decoctum eorum salutare est: radix [7] ad eadem: similiter & folia. Hæc amplius ad ea quæ serpunt, imponuntur cum polenta. [8] Semen drachmæ pondere adversus phalangia & araneos bibitur. Cum altilium vero pingui furunculis imponitur. Efficax & contra serpentium ictus, præterquam aspidum. Nec non morbo regio, phthiriasi, lendibusque [9] decoctum infusum prodest, abundantiamque mulierum sistit. Cinis arboris ad omnia eadem prodest. Ajunt, si [10] bovis castrati urinæ immisceatur, [11] vel in potu, vel in cibo, Venerem finiri. [12] Carboque ex eo genere urina ea restinctus in umbra conditur: idem cum libeat accendere, [13] resolvitur. Magi [14] & id ex spadonis urina fieri tradiderunt.

1 Græci bryan vocant. *Ch.*
2 austerum. V.
3 & in *M. d.*
4 decoquuntur ipsi adjecto vero melle. V.
5 illinuntur, vel imponuntur cum rosaceo & cera. Sedat & decoctum eorum in vino potum Sic & ep. V.
6 dentium dolore. *Ch.*
7 ad eadem similiter. Folia hoc amplius. *M.*
8 Fructus. *Dal.*
9 decoctum foliorum infusum. *Diosc.*
10 hominis. *M.*
11 & vel in potu, vel in cibo detur. *M.*
12 Carbo extincta Venere urina. V.
13 rursum uritur. V.
14 id & spad. *Ch.*

CAP.

est Græcia bryam eam vocat, tum ex citato semper exemplari, tum ex ipso Plinio lib. xiij. cap. xxj. *Myricen*, inquit, *& Italia, quam alii tamaricem vocant, Achaja autem bryam.* Pint. *Corinthus, & quæ circa est regio, &c.*] Bryan, ut cap. 21. l. 13. quoniam, ut Dioscorides ait, & florem & fructum gignit βρυώδη, muscosum. *Dalec.*

a *Datur sanguinem.*] Hæc de fructu Diosc. cui tamen facultate similem esse corticem mox subjungit. *Idem.*

a *Virga*

CAP. X.

De virga sanguinea, & silere, & ligustro, & alno, & edera, & cistho, & cisso, & erithrano, & chamæcisso, & smilace, & de clematide.

NEc [a] virga sanguinea felicior habetur. Cortex ejus interior [1] cicatrices, quæ [b] præsanavere, aperit. [c] Sileris folia illita fronti capitis dolores sedant. Ejusdem semen tritum, in oleo phthiriases coërcet. Serpentes & hunc fruticem refugiunt: baculumque rustici ob id ex eo gerunt. [d] Ligustrum eadem arbor est, quæ in oriente cypros. Suos in Europa usus habet. Succus ejus nervis, articulis, algoribus, folia [2] ubique veteri hulceri cum salis mica, & oris [3] exulcerationibus prosunt. Acini contra phthiriasin, item contra intertrigines foliave. Sanant & gallinaceorum pituitas acini. Folia alni ex ferventi aqua certissimo remedio sunt tumori. Ederæ genera viginti demonstravimus. Natura omnium in medicina anceps. Mentem turbat, & caput [4] purgat largius pota. Nervis intus nocet. [5] Iisdem nervis adhibita foris prodest. Eadem natura, quæ aceto, ei est. Omnia genera ejus [6] refrigerant. Urinam cient potu: capitis dolorem sedant, præcipue cerebro continentique cerebrum membranæ utiliter mollibus impositis foliis: cum aceto [7] & rosaceo tritis & decoctis, addito postea

1 cicatrices ulcerum, quæ coaluere. V. cicatrices ulcerum, quæ præsanavere. *Alii V.*

2 utique. V.

3 exhulceratione. *Ch.*

4 purgat. Largius pota nervis. *Al.*

5 Iisdem nervis *in V. d.*

6 acria sunt, & adstringentia. *Diosc.*

7 Hæc & *rosaceo, vacant.* Dal.

a *Virga sanguinea.*] Modestinus *in l. penult. ff. ad leg. Pomp. de parricid.* antequam sacco parricidæ inderentur, ostendit in more fuisse positum, ut virgis sanguineis cæderentur, nempe ex hac arbore sumptis, non, ut quidam legunt, *sagmineis*, aut, ut alii interpretantur, *sanguine rubentibus, ac rorantibus*, quoniam hoc lignum infœlicissimum haberetur, ac maxime infame. Magius cap. 8. 4. Sanguineum fruticem vocat auctor cap. 18. lib. 16. *Dalec.*

b *Præsanavere.*] Celerius quam opus esset, sanatæ sunt. *Idem.*

c *Sileris folia.*] Siler Aloisius esse putat salicem latifoliam, candido folio, è cujus cinere, sulphure, & aphronitro fit pulvis excutiendis machinis bellicis utilis. Vide supra cap. 18. lib. 16. *Idem.*

d *Ligustrum eadem arbor est.*] Legend. *Ligustrum, si hic eadem arbor est quæ in Oriente Cypros, suos in Europa usus habet.* Vide Salmas. cap. 1001. b.

postea rosaceo oleo. Illinuntur autem fronti: & decocto eorum fovetur os, caputque perungitur. Lieni & pota & illita prosunt. Decoquuntur & contra horrores febrium eruptionesque pituitæ, aut in vino teruntur. Corymbi quoque poti vel illiti lienem sanant: jocinera autem illiti. Trahunt & menses [1] appositi. Succus ederæ tædia narium graveolentiamque emendat, præcipue albæ sativæ. Idem infusus naribus caput purgat, efficacius addito nitro. Infunditur etiam purulentis auribus, aut dolentibus cum oleo. Cicatricibus quoque decorem facit. Ad lienes efficacior albæ est, ferro calefactus: satisque est acinos sex in vini cyathis duobus sumi. Acini quoque ex eadem alba terni, in aceto mulso poti, [2] tineas pellunt: in qua curatione ventri quoque imposuisse eos utile est. Ederæ, quam [3] chrysocarpon appellavimus, baccis aurei coloris viginti, in vini sextario tritis, ita ut terni cyathi potentur, aquam quæ cutem subierit, [4] per urinam educit Erasistratus. Ejusdem acinos quinque tritos in rosaceo oleo, calefactosque in cortice [5] Punici, instillavit dentium dolori à contraria aure. Acini, qui croci succum habent, præsumpti potu à crapula tutos præstant: item sanguinem excreantes, aut torminibus laborantes. Ederæ [6] nigræ candidiores corymbi poti, steriles etiam viros faciunt. Illinitur decocta [7] in vino omnium hulcerum generi, etiamsi cacoëthe sint. Lacryma ederæ [a] psilothrum est, phthiriasinque tollit. Flos cujuscumque generis trium digitorum captu, dysentericos & alvum etiam emendat, in vino austero bis die potus. Et ambustis illinitur utiliter cum cera. Denigrant capillum corymbi. Radicis succus in

1 apposita. V.

2 tæniàs. Dal.

3 chrysalarion vocant alii ellavimus. Ch.

4 urina. Ch.

5 Punico. Ch.

6 candidioris nigri. M.

7 quæcunque in vino. Ch.

a *Psilothrum est phthiriasinque tollit.*] *Psilothrum est. Phthiriasin aque tollit*, vetus codex legit. *Pint.*

a *Sub*

in aceto potus, contra phalangia prodest. Hujus quoque ligni [1] vase spleneticos bibentes sanari invenio. Et acinos terunt, moxque comburunt, & ita illinunt ambusta, prius perfusa aqua calida. Sunt qui & incidant succi gratia, eoque utantur ad dentes erosos, frangique [2] tradunt, proximis cera munitis, ne lædantur. Gummi etiam in edera quærunt, [3] quod ex aceto utilissimum dentibus promittunt. Græci vicino vocabulo cisthon appellant fruticem majorem thymo, foliis ocimi. Duo ejus genera. Flos masculo rosaceus, fœminæ albus. Ambo prosunt dysentericis & solutionibus ventris, in vino austero [4] ternis digitis flore capto & similiter bis die, poto: hulceribus veteribus & ambustis cum [5] cera, & per se oris hulceribus. [a] Sub his maxime nascitur hypocisthis, [b] quam inter ederas diximus. [c] [6] Cissos erythranos ab iisdem appellatur similis [7] ederæ, coxendicibus utilis è vino potus: item lumbis. [d] Tantamque vim accipiunt, ut sanguinem urina detrahant. [e] Item chamæcisson appellant ederam, non attollentem se à terra. Et hæc contusa in vino acetabuli mensura lieni medetur. Folia ambustis cum axungia. Smilax quoque, qui & [8] nicophoros cognominatur, similitudinem ederæ habet, tenuioribus foliis. Coronam ex eo factam

1 vase splenicos. *Ch.*

2 tradant. *Dal.*

3 quam ex ac. utilissimam. *Ch.*

4 trinis dig. fl. carpto. *V. & M.*

5 cerato. *Diosc.*

6 Cistos erythrodanon. *Dal.* erytianos. *Ch.*

7 cisto, *Th.*

8 athophoros. *Ch.*

a *Sub his maxime nascitur hypocisthis.*] Lege: *Sub his maxime nascitur hypocisthis. jam inter hederas diximus cisson Erythranos ab his appellatur similis hederæ.* Cissos Plinio proprie dicitur genus hederæ, quæ riget & sine adminiculo stat. *Salmas.* pag. 367.

b *Quam inter ederas diximus.*] Obliviose citat hoc Plinius. Nullam enim hypocistidis prorsus mentionem fecit in ederarum historia & descriptione cap. 34. lib. 16. *Dalec.*

c *Cissos erythranos.*] Legendum, *Cistos erythrodanon.* Hæc ex Theophr. cap. 14. lib. 9. hist. quo tamen loco non ait Theophrastus erythrodanon Cistum aut esse aut vocari, sed folium habere cisto simile, rotundius. Vide supra cap. 34. lib. 16. *Idem.*

d *Tantamque vim accipiunt.*] Scribendum arbitror, *tanta vi ut sanguinem urina detrahant.* Reliqua supervacanea puto. *Pint.*

e *Item chamæcisson.*] Error hic Plinii animadversus & castigatus est cap. 34. ultimo lib. 16. Alia est chamæcissos descripta infra c. 15. hujus libri. *Dalec.*

ctam impari foliorum numero, ajunt capitis doloribus mederi. Quidam duo genera smilacis dixere. [a] Alterum immortalitati proximum, in convallibus opacis, [1] scandentem arbores, [b] comantibus acinorum corymbis, contra venenata omnia efficacissimis, in tantum, ut acinorum succo infantibus sæpe instillato, nulla postea venena nocitura sint. Alterum genus culta [2] amare, & in his gigni, nullius effectus. [3] Illam esse smilacem priorem cujus lignum ad aures sonare diximus. Similem huic aliqui clematida appellaverunt, repentem per arbores, geniculatam & ipsam. Folia ejus [4] lepram purgant. Semen alvum solvit acetabuli mensura, in aquæ hemina aut aqua mulsa. Datur ex eadem causa & decoctum ejus.

1 scandentis in arbores. V. scandentem arborum. Ch.

2 amat & in his gignitur. V.

3 Illa est smilax prior. V.

4 lepras. Ch.

CAP. XI.

De harundine, & papyro, & ebeno, & rhododendro, de rhue erithro, & de erythrodano, alysso & raticula, & apocyno, & rore marino, & cachry, & sabina, & sclagine, & samulo, & gummi medicinis.

HArundinis genera [5] XXIX. demonstravimus, non aliter evidenitore illa [6] natura, quam continuis his voluminibus tractamus. Siquidem harundinis radix contrita & imposita, filicis stirpem corpore extrahit; item harundinem filicis radix. Et quoniam plura genera fecimus, illa quæ in [7] India Syriaque nascitur odorum unguentorumque causa, urinam movet cum gramine aut apii semine decocta. [8] Ciet menstrua admota. Medetur convulsis duobus obolis pota, jocineri, renibus, hydro-

5 XXXIX. Ch.

6 natura ut. Ch. Lego *natura xi.*

7 Judæa. Ch. Judæa Syr. nasc. odore unguentorum urinam movet. M.

8 Ciet & men. Ch.

a *Alterum immortalitati proximum.*] Scribendum reor, *Alterum in montanis ali aut proxime,* &c. quoniam sequitur, *Alterum genus culta amare.* Pint.

b *Comantibus.*] Observa, *comare,* quod foliorum & frondis proprium est, dictum de racemo: præterea corymbum de acino. Dalec.

a Et

hydropi, tuſſi etiam ſuffitu, magiſque cum reſina. Furfuribus hulcerumque manantibus [1] cum myrrha decocta. Excipitur [a] & ſuccus ejus fitque [2] elaterio ſimilis. Efficaciſſima autem in omni harundine quæ proxima [3] radici. Efficacia & genicula. Harundo Cypria, quæ donax vocatur, corticis cinere alopecias emendat: item putreſcentia hulcera. Foliis ejus ad extrahendos aculeos utuntur. [4] Efficacius & contra ignes ſacros collectioneſque omnes. Vulgaris harundo extractoriam vim habet, [5] & recens tuſa, non in radice tantum. [b] Multum enim & ipſam harundinem valere tradunt. Medetur & luxatis, & ſpinæ doloribus radix in aceto illita. Eadem recens trita in vino pota, Venerem concitat. Harundinum lanugo illita auribus, obtundit auditum. [6] Cognata in Ægypto res eſt harundini papyrus, præcipuæ utilitatis, [c] cum [7] inaruit, [d] ad laxandas ſiccandaſque fiſtulas, & intumeſcendo ad introitum medicamentorum aperiendas. [e] Charta quæ fit ex ea, cremata inter cauſtica eſt. Cinis ejus ex vino potus ſomnum facit: ipſa ex aqua impoſita callum ſanat. Ne in Ægypto quidem naſcitur

1 cum vino radix dec. *M.*

2 alteri. *M.* poterio. *V.*

3 radice efficaciora gen. *Ch.*

4 efficacibus. *Ch.*

5 & in *M. d.*

6 cognita. Æg. res har. ipſarum. *Ch.*

7 inarverit. *M.*

a *Et ſuccus ejus fitque elaterio.*] Abſurdum hoc, neſcio è quo petitum. *Dal.*

b *Multum enim & ipſam harundinem.*] Aliter in vetuſto codice, *multa enim de ipſa harundine tradunt.* cætera ſuperfluunt. *Pint.*

c *Cum inaruit.*] Ad eum uſum papyri caulem advectum Ægypto, jam exuccum & aridum aqua mergebant, madefactumque & in oblongam cylindri formam arcte vinculo ligatum ſiccari permittebant, deinde cum opus eſſet exolutum fiſtulis indebant, ut intumeſcens earum os aperiret: qua ratione cheirurgi noſtra tempeſtate medullam Indici milii, Gentianæ radicem, ſpongiam cera imbutam immittunt. Alexandro problemate 93. lib. 1. papyrus σφαιρωθεῖσα alvo ſuppreſſa, balani modo ſubjicitur in ſedem, ut diductis ſedis muſculis, feces exeant. ἐκδιασθεῖσαν ad recludendas fiſtulas Dioſcorides poſcit, id eſt, qua induſtria diximus, paratam, quo loco Marcellus & Cornarius legendum putant, σκελετεῖσαν, arefactam & ſiccatam εἰς σκελετόν. *Guillandinus.*

d *Ad laxandas ſiccandaſque fiſtulas & intumeſcendo.*] Verba præpoſtere locata, legendaque ut ſentio ſic: *ad laxandas aperiendaſque fiſtulas ad introitum medicamentorum, ſiccandaſque in tumeſcendo.* Pint.

e *Charta quæ fit ex ea.*] Apud Galenum & Paulum Paſtillus διὰ χάρτου deſcribitur ad oris nomas & naturalium inſignes. *Dalec.*

men, & cortex, & lacryma urinam cient, alvum ſiſtunt. Decoctum eorum hulcera quæ ſerpunt, fotu. Illinitur in humidis, & igni [1] ſacro, gingivas colluit. [a] Folia dentibus in dolore atteruntur: mobiles decocto colluuntur. Capillum [2] tingunt. Lacryma ſedis vitiis prodeſt, cum quid ſiccari excalfierive opus ſit. Decoctum & è lacryma, ſtomacho utile, ructum & urinam movens: quod & capitis [3] dolori cum polenta [4] illinitur. Folia tenera oculis inflammatis illinuntur. Item maſtiche lentiſci [b] replicandis palpebris, & ad [5] extendendam cutem in facie, & ſmegmata adhibetur, & ſanguinem rejicientibus, tuſſi veteri: [6] & ad omnia quæ [7] Hammoniaci vis. Medetur & [8] attritis partibus, ſive oleo è ſemine ejus facto ceræque miſto, ſive foliis, ex oleo decoctis, ſive cum aqua [c] virilia foveantur. Scio Democratem medicum [d] in valetudine Conſidiæ M. Servilii Conſularis filiæ, omnem curationem auſteram recuſantis, diu efficaciter uſum lacte caprarum, quas lentiſco [9] paſcebat.

1 ſacro. Eo gingivas colluunt. *M.*
2 tingit lacryma. Sedis. *M.*
3 doloribus. *Ch.*
4 linitur. *Ch.*
5 extergendam. V. exterendam. *M.*
6 & ad omnia quævis. Med. *M.* & ad fluxiones quaſvis. *Quidam legunt*, & ad omnia quæ ſis medetur. *Ch.*
7 acaciæ, vel hypociſtidis. *Dioſc.*
8 adſtringendis. *Dioſc.*
9 paſcebant. *Ch.*

CAP. VIII.

De platano, & fraxino, & acere, & alba populo, & ulmo, & tilia, & ſambuco, & junipero.

PLatani adverſantur [10] veſpertilionibus. Pilulæ earum in vino potæ x. quatuor pondere, omnibus

10 ſcorpionibus. V.

a *Folia dentibus in dolore atteruntur.*] Itaque ex ejus ſurculis cuſpidatim confectis ac mucronatis, auctore Dioſcorid. ὀδοντόγλυφα ſive dentiſcalpia fiunt, purgandis ſcalpendiſque dentibus, ut attritu, quæ inhærent, extergantur, & detrahantur. Martialis:

Lentiſcum melius, ſed ſi tibi frondea cuſpis
Defuerit, dentes penna levare poteſt.

Utebantur ad id & Myrti ramulo. Clemens Alexandr. 3. Pædag. διαφυεῖς ὀδόντας ἔχειν, ἐξ ἀνάγκης. δεῖ γελᾶν ἵνα θεωρῶσιν οἱ περιεργοῦντες τὸ στόμα ὡς ὅτι κόμψον φορεῖ. ἐὰν δὲ μὴ χαίρῃ γελῶσα, διατελεῖ τὴν ἡμέραν ξυλήφιον μυῤῥίνης ἔχουσα λεπτὸν ἐν τοῖς χείλεσιν, ὥστε τῷ χρόνῳ σίσηρεν, ἄντε βούλει, ἄντε μή. Victorius cap. 12. 6. *Dalec.*

b *Replicandis palpebris.*] Oculorum pilis ſuperne agglutinandis. Dioſc. *Idem.*

c *Virilia.*] Lego, *naturalia*, nempe vulvæ; quarum ſanguinem erumpentem reprimit. Dioſc. *Idem.*

d *In valetudine.*] Morbum eum fuiſſe alcus

bus serpentium [1] & scorpionum venenis medentur: [1 & scorpionum, in V. d. & Ch.]
item ambustis. Tusæ autem cum aceto acri, magisque [2] scillite, sanguinem omnem sistunt. Et [2 scillino. M.]
lentiginem & carcinomata, [3] melanias quoque veteres, addito melle emendant. [4] Folia & cortex illinuntur collectionibus & suppurationibus, [5] & decoctum eorum. [6] Corticis autem in aceto dentium remedium est: [7] folia eorum tenerrima in vino albo decocta, oculorum. Lanugo foliorum, & auribus & oculis inutilis. Cinis pilularum sanat ambusta igni vel frigore. Cortex è vino scorpionum ictus [8] restinguit. Fraxinus quam vim adversus serpentes haberet, indicavimus. [a] Semen foliis ejus inest, [b] [9] quo medentur jocineris & lateris doloribus in vino. Aquam quæ subit cutem, extrahunt. Corpus obesum levant onere, sensim ad maciem reducentes, iisdem foliis cum vino tritis ad virium portionem, ita ut puero quinque folia tribus cyathis [10] diluantur, robustioribus septem folia [11] quinque cyathis vini. Non omittendum, ramenta ejus & scobem [12] quibusdam cavenda prædici. Aceris radix contusa [13] jocineris doloribus [14] efficacissime imponitur. Populi albæ [c] uvarum in unguentis usum exposuimus. Cortex potus ischiadicis & stranguriæ prodest. Foliorum succus calidus aurium dolori. Virgam populi in manu tenentibus intertrigo non [15] metuatur. Populus nigra efficacissima habetur, quæ in Creta nascitur. Comitialibus

[3 malandriasque veteres. Ch.]
[4 Folia autem &c. M.]
[5 Hæc, & dec. eor. vacant. D.]
[6 Cortex au. in ac. coctus dent.]
[7 foliorum ten. Ch.]
[8 restringit. M.]
[9 quæ. Ch.]
[10 dentur. V.]
[11 quinis. Ch.]
[12 ac quibus. M. à quibus. Ch.]
[13 è vino joc. Ch.]
[14 utilissime. M.]
[15 metuitur. D.]

semen

ulcus pulmonis renumve credibile est, aut immodicas sanguinis profusiones. *Dalec.*

a *Semen foliis ejus inest.*] Hoc perperam. Non enim in ejus foliis semen est, sed ἐν λόβοις, id est, in siliquis, Theophrasto cap. 17. lib. 8. hist. Quidam hic legunt, *Semen folliculis ejus inest*, *&c.* Idem.

b *Quo medentur jocineris.*] Galenus lib. 8. κτ̀ τόπους ex Asclepiade sub finem libri, hepaticum medicamentum describit hoc titulo ἄλλη ἡπατικὴ διὰ σπερμάτων. ποιεῖ δὲ πρὸς τὰς ἄλλας τῶν ἐντὸς διαθέσεις χωρὶς βηχός. In ejus compositione admittitur & fraxini & betonicæ semen. *Idem.*

c *Uvarum.*] Musci, βρύα. Errorem hunc Plinii animadversum & castigatum vide c. 28. lib. 13. *Idem.*

a *Semen.*]

[a] semen ex aceto utile. Fundit illa & resinam exiguam, qua utuntur ad malagmata. Folia podagris in aceto decocta imponuntur. Humor è cavis populi nigræ [b] effluens, verrucas, papulasque [1] & attrita corporis tollit. Populi ferunt [2] & foliis guttam, [c] ex qua apes propolin [3] faciunt. Gutta quoque aquæ propolis ex aqua remedium quam efficax est. Ulmi & folia & cortex & rami vim habent spissandi, & vulnera contrahendi. Corticis utique interior tilia lepras sedat, & folia ex aceto illita. [d] Corticis denarii pondus potum in hemina aquæ frigidæ, alvum purgat, pituitasque & aquas privatim trahit. Imponitur & collectionibus [e] lacryma, & vulneribus, & ambustis, quæ decocto fovere prodest. Humor in folliculis arboris hujus nascens, cuti nitorem inducit, faciemque gratiorem præstat. Cauliculi foliorum [4] primi vino decocti tumores sanant, extrahuntque [5] per fistulas. Idem præstant & [6] tiliæ cortices. Multi corticem commanducatum vulneribus utilissimum putant: folia trita aqua [7] aspersa pedum tumori. Humor quoque è medulla, uti diximus, castratæ arboris effluens, [8] capillum reddit capiti illitus, defluentesque continet: Arbor [f] tilia [9] leniter tusa ad eadem fere utilis est, [10] atque oleaster. Folia autem tantum in usu, & ad infantium hulcera in ore commanducata: decocta urinam cient: menses sistunt illita: [11] sanguinem pota detrahunt. Sambucus habet alterum genus magis

1 ex attrita odoratas. *Ch.* & attritu odoratus tollit. *M.* attritus odoratus tollit. *Alii.* *nempe* narium.

2 & in fol. *M. & Ch.*

3 faciunt, ad multa, remedium quam efficax. Ulmi. *V.* faciunt. Propolis impetigini ex aqua remedium. *V.* *alii ex Diosc.*

4 primo vini decocto. *Ch.*

5 pus fistulis. *V.* pus fistularum. *Alii.*

6 tiliæ corticis. *V.* *Id est, membranæ interiores corticis ulmi, seu philyræ. Legitur &* corticis, *in Ch.*

7 adaspersa. *Ch.*

8 capillos. *Dal.*

9 lenius ad ead. *Ch.*

10 ad quæ. *V.*

11 sanguinem menstruum pota. *Diosc.*

a *Semen.*] Καρπὸς, Dioscor. fructus: nempe uva densis & rotundis acinis constans, qui in lanuginem abeunt. *Dal.*

b *Effluens.*] Dum accensa uritur, vel dum castratur, quod magis placet. *Idem.*

c *Ex qua apes propolin faciunt.*] Cap. 7. lib. 11. è gummi populorum ac vitium pissoceros fit, non propolis. *Idem.*

d *Corticis denarii pondus potum.*] Folia trita ex aceto lepris medentur: eadem vulnera glutinant, sed magis corticis tilia, fasciæ loco advoluta: nam lori modo facile flectitur. Diosc. Hæc Plinius pervertit, & perturbat. *Idem.*

e *Lacryma.*] Quæ præcisis ramis fluit è medulla, dum arbor castratur. *Idem.*

f *Tilia leniter.*] Hæc de philyrea Diosc. à tilia diversa. *Idem.*

magis silvestre, quod Græci chamæacten, alii [a] helion vocant, multo brevius. Utriusque decoctum in vino veteri foliorum, vel seminis, vel radicis ad cyathos binos potum, stomacho inutile est, alvo detrahens aquam. Refrigerat etiam inflammationem, maxime recentis ambusti: & canis morsum cum polenta mollissimis foliorum illitis. Succus cerebri collectiones, privatimque membranæ, quæ circa cerebrum est, lenit infusus. Acini ejus infirmiores, quam reliqua, tingunt capillum. Poti acetabuli mensura, urinam movent. Foliorum mollissima ex oleo & sale eduntur, ad pituitam bilemque detrahendam. Ad omnia efficacior, quæ minor. Radicis ejus in vino decoctæ duo cyathi poti, hydropicos exinaniunt: [1] vulvas emolliunt, has & foliorum decoctum insidentium. Caules teneri mitioris sambuci, in patinis cocti, alvum solvunt. Resistunt folia & serpentium ictibus in vino pota. Podagricis cum sevo hircino vehementer prosunt cauliculi illiti. Iidemque in aqua macerantur, ut ea sparsa pulices necentur. Foliorum decocto si locus spargatur, muscæ necantur. [b] Boa [2] appellatur morbus papularum, cum rubent corpora, sambuci ramo verberatur. Cortex interior tritus, ex vino albo potus, alvum solvit. Juniperus vel ante cætera omnia [c] excalfacit, extenuat, cedro [3] assimilis. Et ejus duo genera: altera major, altera minor. Utraque accensa serpentes fugat. [4] Semen stomachi, pectoris, lateris doloribus utile. Inflationes algoresque discutit: tusses conco-

1 vulvas emollit, & foliis insidentium decocta. *Ch.*

2 sic appel. V. Boa appellantur. *Ch.*

3 alias similis. Et hujus. *Ch.*

4 Fructus. *Dal.*

a *Helion.*] Palustre, quoniam in pinguibus & uliginosis nascitur. *Dal.*

b *Boa.*] Hispani morbi Gallici papulas adhuc vocant boas. *Idem.*

c *Excalfacit, extenuat, cedro assimilis.*] Verbum *extenuat*, codex antiquus non agnoscit. Scio tamen haberi in Dioscoride Latino ex tralatione Marcelli, sed in Græcis exemplaribus desideratur. Cætera in eodem exemplari sic leguntur: *excalfacit cedro alias similis: & hujus duo genera.* Pint.

a *Ilini-*

concoquit & duritias. Illitum tumores sistit: item alvum, baccis ex vino nigro potis: item ventris tumores illitis. Miscetur & antidotis [1] oxyporis. Urinas ciet. [a] Illinitur & oculis in epiphoris. Datur convulsis ruptis, torminibus, vulvis, ischiadicis cum vino albo potum pilulis quaternis, aut decoctis viginti in vino. Sunt qui & perungant corpus [2] è semine ejus in serpentium [3] metu.

1 & oxyp. V.
2 oleo è sem.
3 ictus. Ch.

CAP. IX.

De salice, & amerina, & vitilibus, & erice.

SAlicis fructus ante maturitatem in araneam abit: sed si prius colligatur, sanguinem rejicientibus prodest. Corticis è ramis primis cinis, clavum & callum [4] aqua mista sanat. Vitia cutis in facie emendat, magis admisto succo suo. Est autem hic trium generum. Unum arbor ipsa exudat [5] gummi modo. Alterum manat [6] in plaga, cum floret, exciso cortice trium digitorum magnitudine. [7] Hic ad expurganda, quæ obstent oculis: item ad spissanda quæ opus sunt, ciendamque urinam, & ad omnes collectiones [8] intus extrahendas. Tertius succus est detruncatione ramorum à [9] falce distillans. Ex his ergo aliquis cum rosaceo in calice [10] Punici calfactus auribus infunditur: vel folia cocta, & cum cera trita imponuntur: item podagricis. Cortice & foliis in vino decoctis foveri nervos utilissimum. Flos tritus cum foliis furfures purgat in facie. Folia contrita & pota intemperantiam libidinis coërcent, atque in totum auferunt usum sæpius sumpta. Amerinæ nigræ [11] semen cum spuma argenti pari pondere, à [12] balneo illitum, psilothrum est. Non multum à salice vitilium

4 aceto mixto. Dief.
5 commium. Ch.
6 è plaga. V.
7 Hic valet ad purg. quæ obstant. M obsistunt. V.
8 illitus. V. interiores. Alii.
9 falice. Dal.
10 Punico. Ch.
11 fructus. Dief.
12 balineo. Ch.

a *Illinitur & oculis in epiphoris.*] Rectius in eodem, *Illinitur & oculorum epiphoris.* Pint.

a *Græci*

lium usu distat vitex, foliorum quoque aspectu, nisi odore gratior esset. [a] Græci lygon vocant, alii agnon, quoniam matronæ thesmophoriis Atheniensium castitatem custodientes, his foliis cubitus sibi sternunt. Duo genera ejus. Major in arborem salicis modo assurgit: minor ramosa, foliis candidioribus lanuginosis. Prima album florem mittit cum [1] purpureo, quæ & candida vocatur, *1 purpurascente. Diosc.* nigra quæ tantum purpureum. Nascuntur in palustribus campis. Semen potum vini quendam saporem habet, & dicitur febres solvere: & cum [2] ungantur, *2 unguntur, oleo admisto.* oleo admistum sudorem facere, sic & lassitudines dissolvere. Urinam cient & menses. Caput tentant vini modo: nam & odor [3] similis est. *3 similis, & inflationes. Ch.* Inflationes pellunt in inferiora. Alvum sistunt hydropicis & lienibus perquam utiles. Lactis ubertatem faciunt. Adversantur venenis serpentium, [4] maxime quæ frigus inferunt. *4 maximeque frigus. Ch.* Minor efficacior ad serpentes: bibitur seminis drachma in vino vel posca, aut [5] duabus foliorum tenerrimorum. *5 dum. V.* Et illinuntur utraque adversus araneorum [6] morsus vel perunctis tantum, *6 morsus utili remedio vel perunctis. V.* suffitu quoque aut substratu fugant venenata. [b] [7] Ad Venerem impetus inhibent: *7 At Venerem rei. M.* eoque maxime phalangiis adversantur, quorum morsus genitale excitat. Capitis dolorem ex ebrietate sedant cum rosaceo flos tenerique cauliculi. Seminis decoctum vehementiorem capitis dolorem dissolvit

a *Græci lygon vocant, alii agnon.*] Scribe, *Græci lygon vocant, alias agnon,* ex vetere codice. *Pint.*

b *Ad Venerem impetus inhibent.*] Ideo matronæ Athenienses in Thesmophoriis, quæ castissime celebrabantur, ejus foliis cubile substernebant. Eodem consilio quidam è piscibus lævibus ac non squamosis utebantur: Hierophantæ vero pontificatum adepti cicuta se castrabant. Sacra enim maxima castimonia tractanda esse ostendunt Mysi & Esseni ἄζυγοι ϗ ἄνυμφοι. Galli matris sacerdotes, qui virilitatem sibi adimunt, Gymnosophistæ pomis, oryza, farina contenti, Indorum magi carnibus abstinentes, Jovis in Creta sacrifici in cibum nihil admittentes quod coctum sit, & quod jure pontificio cautum erat, *Ad divos caste adeunto, pietatem adhibento, opus amovento, qui secus faxit, Deus vindex erit.* Alex. ab Alex. cap. 17. lib. 4. *Dalec.*

a *Non*

1 potu. Ch. | 2 adposita. Ch. | 3 facile concoquit tusum, cum. M. Sic & Diosc. | 4 & mollit. M. | 5 eruptionum. Ch. | 6 testium duritias cum. Diosc. | 7 oleo & aceto decoctum. Diosc. | 8 lethargo. Ch. | 9 in cincta. Ch.

dissolvit [1] fotu: & vulvam etiam suffitu vel [2] appositu purgat: alvum cum pulegio & melle potum. Vomicas panosque [3] difficile concoquentes, cum farina hordeacea [4] mollit. Lichenas & lentigines cum aphronitro & aceto semen sanat, & oris hulcera & [5] eruptiones cum melle: [6] testium cum butyro & foliis vitium: rhagadas sedis cum aqua illitum: luxata cum sale & nitro, & cera. Et semen, & folium additur in malagmata nervorum & podagras. Semen instillatur in [7] oleo decoctum capiti in [8] lethargia & phrenesi. Virgam qui in manu habeant aut [9] cinctu, negantur intertriginem sentire. Ericen Græci vocant fruticem [a] non multum à myrice differentem, colore rorismarini, & pene folio. Hoc adversari serpentibus tradunt. Genista quoque vinculi usum præstat. Flores apibus gratissimi. Dubito an hæc sit, quam Græci auctores sparton appellavere, cum ex ea lina piscatoria apud eos factitari [b] docuerim: & nunquid hanc designaverit [c] Homerus, cum dixit navium sparta dissoluta. Nondum enim fuisse [10] Africanum vel Hispanum spartum in usu, certum est: & cum sutiles fierent naves,

10 Hispanum Africanumve. Ch.

a *Non multum à myrice differentem.*] In vetusto exemplari, *non multum bulice differentem.* scribendum forte, *non multum ab ulice differentem.* De frutice, qui ulex dicatur, supra disseruimus ex auctoritate Plinii lib. 33. cap. 4. *Pint.*

b *Docuerim.*] Supra c. 1. lib. 19. Vide & cap. 2. lib. ejusd. *Dalec.*

c *Homerus.*] Locus est Iliad. β. καὶ δὴ δοῦρα σέσηπε νεῶν, καὶ σπάρτα λέλυνται. de quo Varro apud Gellium: *Ego,* inquit, *apud Homerum sparta non plus spartum significare puto, quam* σπαρτοὺς, *qui dicuntur in agro Thebano nati. In Græcia sparti copia modo cœpit esse ex Hispania. Neque ea ipsa facultate usi Liburni, sed hi plerunque loris naves suebant, Græci magis cannabe & stupa, cæterisque sativis rebus, à quibus* σπάρτα *appellabant.* Eusthatius funes è sparto, id est, genista compactos interpretatur, de quibus proverbium vetus jactatum est, τὴν λίθον πρὸς τὴν σπάρτον ἄγειν. *Guillandin.* cap. 9. *in Plinium.* Quod Varro σπαρτοὺς in agro Thebano genitos memorat, serpentis dentibus à Cadmo disseminatis, γηγενεῖς vocat Aristoteles primo ποιητικῆς, σπαρτὸν γένος. Æschylus in Tragœdia ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας. Ei familiæ signum affixum nativumque fuisse lanceæ figuram tradit Plutarchus libro, De iis, qui feras pœnas luunt. Dion. 4. sermone de regno. Idem Aristoteles citato loco. Victorius c. 16. 8. Apollodorus id fuse narravit, Ovid. quoque tertio Metamorph. *Canterus* cap. 5. 1.

naves, lino [1] tamen, non ſparto, unquam ſutas. [1 tamen, & nunquam ſparto ſutas. V.]
Semen ejus, quod [a] Græci eodem nomine appellant, in folliculis phaſeolorum modo naſcens, purgat ellebori vice, drachma & dimidia pota in aquæ mulſæ cyathis quatuor jejunis. Rami ſimiliter [b] cum fronde in aceto macerati pluribus diebus, & tuſi, ſuccum dant iſchiadicis utilem, cyathi unius potu. Quidam marina aqua macerare malunt, & infundere clyſtere. Perunguntur eodem ſucco iſchiadici addito oleo. Quidam [2] ad ſtranguriam [2 & ad. Ch.]
utuntur ſemine. Geniſta tuſa cum axungia, genua dolentia ſanat. [c] Myricen, [3] quam & tamaricen [3 camericam vocat. Ch.]
vocat Lenæus, [d] ſimilem ſcopis [4] amerinis dicit. [4 & amerinis. V.]
Sanari ea carcinomata in vino decocta tritaque cum melle illita. [5] Arbitrantur quidam hanc eſſe tamaricem: ſed ad lienem præcipua eſt, ſi ſuccus ejus [5 Eandem eſſe arbitrantur quidam tamaricen. Ch.]
expreſſus in vino bibatur. Adeoque mirabilem ejus antipathiam contra ſolum hoc viſcerum faciunt, ut affirment, ſi ex ea alveis factis bibant ſues, ſine liene inveniri. Et ideo homini quoque [6] ſpleneti- [6 ſplenico. Ch.]
co cibum potumque dant in vaſis ex ea factis. [7] Gravis auctor in medicina, virgam [8] ex ea defractam, [7 Gravi autem auctor. Ch.] [8 ex eadem factam. Ch.]
ut neque terram, neque ferrum attingeret, ſedare ventris dolores aſſeveravit impoſitam, ita ut tunica cinctuque corpori apprimeretur. Vulgus infelicem arborem eam appellat, ut diximus, quoniam nihil ferat, [e] nec ſeratur unquam. [f] Corinthus, &

quæ

a *Græci eodem nomine appellant.*] Fallitur Plinius. Græci non σπάρτον vocant, ſed σπαρτίον. *Dalec.*

b *Cum fronde in aceto.*] Ineptum hoc, cum foliis carere auctores teſtentur. *Idem.*

c *Myricen, quam & tamaricen vocat.*] In apographo noſtro, *Myricem camericen vocat Lenæus.* ſcribo, *Myricen chamericen vocat Lenæus.* Nam erice fruticoſa eſt arbor, tamarici ſimilis, multo tamen brevior, auctore Dioſcoride lib. 1. capite de Erice: *Vocabat igitur Lenæus myricen propter hanc ſimilitudinem cum erice,* & alludens ad ipſum myrices nomen, non myricen, ſed chamericen, hoc eſt ſecundariam ericen, & imitatricem erices. *Pint.*

d *Similem ſcopis.*] Eundem uſum præbere ad domos converrendas, & inquinamentis purgandas. *Dalec.*

e *Nec ſeratur unquam.*] Apud nos, ſed in Ægypto & Syria tantum. *Idem.*

f *Corinthus, & quæ circa eſt regio, bryoniam vocat.*] Lego, *Corinthus & quæ circa* eſt

quæ circa est [1] regio, bryoniam vocat, ejusque duo genera facit: Silvestrem plane sterilem: alteram mitiorem. Hæc fert in Ægypto Syriaque etiam abundanter lignosum fructum, majorem galla, [2] asperum gustu, quo medici utuntur vice gallæ, [3] & in compositionibus, quas antheras vocant. Et lignum autem & flos, & folia, & cortex in eosdem usus adhibentur, quanquam remissiora. [a] Datur sanguinem rejicientibus cortex tritus, & contra profluvia fœminarum, cœliacis quoque. Idem tusus impositusque collectiones omnes inhibet. Foliis exprimitur succus ad hæc eadem. Et in vino [4] decoquuntur: ipsa vero adjecto melle gangrænis [5] illinuntur. Decoctum eorum in vino potum, vel imposita cum rosaceo & cera sedant. Sic & epinyctidas sanant. [6] Ad dentium dolorem auriumque, decoctum eorum salutare est: radix [7] ad eadem: similiter & folia. Hæc amplius ad ea quæ serpunt, imponuntur cum polenta. [8] Semen drachmæ pondere adversus phalangia & araneos bibitur. Cum altilium vero pingui furunculis imponitur. Efficax & contra serpentium ictus, præterquam aspidum. Nec non morbo regio, phthiriasi, lendibusque [9] decoctum infusum prodest, abundantiamque mulierum sistit. Cinis arboris ad omnia eadem prodest. Ajunt, si [10] bovis castrati urinæ immisceatur, [11] vel in potu, vel in cibo, Venerem finiri. [12] Carboque ex eo genere urina ea restinctus in umbra conditur: idem cum libeat accendere, [13] resolvitur. Magi [14] & id ex spadonis urina fieri tradiderunt.

1 Græci bryan vocant. *Ch.*
2 austerum. V.
3 & in *M. d.*
4 decoquuntur ipsi adjecto vero melle. V.
5 illinuntur, vel imponuntur cum rosaceo & cera. Sedat & decoctum eorum in vino potum Sic & ep. V.
6 dentium dolore. *Ch.*
7 ad eadem similiter. Folia hoc amplius. *M.*
8 Fructus. *Dal.*
9 decoctum foliorum infusum. *Diosc.*
10 hominis, *M.*
11 & vel in potu, vel in cibo detur. *M.*
12 Carbo extincta Venere urina. V.
13 rursum uritur. V.
14 id & spad. *Ch.*

CAP.

est Græcia bryam eam vocat, tum ex citato semper exemplari, tum ex ipso Plinio lib.xiij. cap.xxj. *Myricen*, inquit, *& Italia, quam alii tamaricem vocant, Achaja autem bryam.* Pint. *Corinthus, & quæ circa est regio, &c.*] Bryan, ut cap. 21. l. 13. quoniam, ut Dioscorides ait, & florem & fructum gignit βρυώδη, muscosum. *Dalec.*

a *Datur sanguinem.*] Hæc de fructu Diosc. cui tamen facultate similem esse corticem mox subjungit. *Idem.*

a *Virga*

CAP. X.

De virga sanguinea, & silere, & ligustro, & alno, & edera, & cisthо, & cisso, & erithrano, & chamæcisso, & smilace, & de clematide.

NEc [a] virga sanguinea felicior habetur. Cortex ejus interior [1] cicatrices, quæ [b] præsanavere, aperit. [c] Sileris folia illita fronti capitis dolores sedant. Ejusdem semen tritum, in oleo phthiriases coërcet. Serpentes & hunc fruticem refugiunt: baculumque rustici ob id ex eo gerunt. [d] Ligustrum eadem arbor est, quæ in oriente cypros. Suos in Europa usus habet. Succus ejus nervis, articulis, algoribus, folia [2] ubique veteri hulceri cum salis mica, & oris [3] exulcerationibus prosunt. Acini contra phthiriasin, item contra intertrigines foliave. Sanant & gallinaceorum pituitas acini. Folia alni ex ferventi aqua certissimo remedio sunt tumori. Ederæ genera viginti demonstravimus. Natura omnium in medicina anceps. Mentem turbat, & caput [4] purgat largius pota. Nervis intus nocet. [5] Iisdem nervis adhibita foris prodest. Eadem natura, quæ aceto, ei est. Omnia genera ejus [6] refrigerant. Urinam cient potu: capitis dolorem sedant, præcipue cerebro continentique cerebrum membranæ utiliter mollibus impositis foliis: cum aceto [7] & rosaceo tritis & decoctis, addito postea

1 cicatrices ulcerum, quæ coaluere. V. cicatrices ulcerum, quæ præsanavere. *Alii V.*

2 utique. V.

3 exhulceratione. *Ch.*

4 purgat. Largius pota nervis. *M.*

5 Iisdem nervis in *V. d.*

6 acria sunt, & adstringentia. *Diosc.*

7 Hæc *&* *rosaceo*, vacant. Dal.

a *Virga sanguinea.*] Modestinus *in l. penult. ff. ad leg. Pomp. de parricid.* antequam sacco parricidæ inderentur, ostendit in more fuisse positum, ut virgis sanguineis cæderentur, nempe ex hac arbore sumptis, non, ut quidam legunt, *sagmineis*, aut, ut alii interpretantur, *sanguine rubentibus, ac rorantibus*, quoniam hoc lignum infœlicissimum haberetur, ac maxime infame. Magius cap. 8. 4. Sanguineum fruticem vocat auctor cap. 18. lib. 16. *Dalec.*

b *Præsanavere.*] Celerius quam opus esset, sanatæ sunt. *Idem.*

c *Sileris folia.*] Siler Aloisius esse putat salicem latifoliam, candido folio, è cujus cinere, sulphure, & aphronitro fit pulvis excutiendis machinis bellicis utilis. Vide supra cap. 18. lib. 16. *Idem.*

d *Ligustrum eadem arbor est.*] Legend. *Ligustrum, si hic eadem arbor est qua in Oriente Cypros, suos in Europa usus habet.* Vide Salmas. cap. 1001. b.

postea rosaceo oleo. Illinuntur autem fronti: & decocto eorum fovetur os, caputque perungitur. Lieni & pota & illita prosunt. Decoquuntur & contra horrores febrium eruptionesque pituitæ, aut in vino teruntur. Corymbi quoque poti vel illiti lienem sanant: jocinera autem illiti. Trahunt & menses [1] appositi. Succus ederæ tædia narium graveolentiamque emendat, præcipue albæ sativæ. Idem infusus naribus caput purgat, efficacius addito nitro. Infunditur etiam purulentis auribus, aut dolentibus cum oleo. Cicatricibus quoque decorem facit. Ad lienes efficacior albæ est, ferro calefactus: satisque est acinos sex in vini cyathis duobus sumi. Acini quoque ex eadem alba terni, in aceto mulso poti, [2] tineas pellunt: in qua curatione ventri quoque imposuisse eos utile est. Ederæ, quam [3] chrysocarpon appellavimus, baccis aurei coloris viginti, in vini sextario tritis, ita ut terni cyathi potentur, aquam quæ cutem subierit, [4] per urinam educit Erasistratus. Ejusdem acinos quinque tritos in rosaceo oleo, calefactosque in cortice [5] Punici, instillavit dentium dolori à contraria aure. Acini, qui croci succum habent, præsumpti potu à crapula tutos præstant: item sanguinem excreantes, aut torminibus laborantes. Ederæ [6] nigræ candidiores corymbi poti, steriles etiam viros faciunt. Illinitur decocta [7] in vino omnium hulcerum generi, etiamsi cacoëthe sint. Lacryma ederæ [a] psilothrum est, phthiriasinque tollit. Flos cujuscumque generis trium digitorum captu, dysentericos & alvum etiam emendat, in vino austero bis die potus. Et ambustis illinitur utiliter cum cera. Denigrant capillum corymbi. Radicis succus

in

1 apposi- tu. V.

2 tæniis. Dal.

3 chrysalarion vocant alii ellavimus. Ch.

4 urina. Ch.

5 Punico. Ch.

6 candidioris nigri. M.

7 quæcunque in vino. Ch.

a *Psilothrum est phthiriasinque tollit.*] *Psilothrum est. Phthiriasin aque tollit*, vetus codex legit. *Pint.*

a *Sub*

in aceto potus, contra phalangia prodeſt. Hujus quoque ligni [1] vaſe ſpleneticos bibentes ſanari invenio. Et acinos terunt, moxque comburunt, & ita illinunt ambuſta, prius perfuſa aqua calida. Sunt qui & incidant ſucci gratia, eoque utantur ad dentes eroſos, frangique [2] tradunt, proximis cera munitis, ne lædantur. Gummi etiam in edera quærunt, [3] quod ex aceto utiliſſimum dentibus promittunt. Græci vicino vocabulo ciſthon appellant fruticem majorem thymo, foliis ocimi. Duo ejus genera. Flos maſculo roſaceus, fœminæ albus. Ambo proſunt dyſentericis & ſolutionibus ventris, in vino auſtero [4] ternis digitis flore capto & ſimiliter bis die, poto: hulceribus veteribus & ambuſtis cum [5] cera, & per ſe oris hulceribus. [a] Sub his maxime naſcitur hypociſthis, [b] quam inter ederas diximus. [c] [6] Ciſſos erythranos ab iiſdem appellatur ſimilis [7] ederæ, coxendicibus utilis è vino potus: item lumbis. [d] Tantamque vim accipiunt, ut ſanguinem urina detrahant. [e] Item chamæciſſon appellant ederam, non attollentem ſe à terra. Et hæc contuſa in vino acetabuli menſura lieni medetur. Folia ambuſtis cum axungia. Smilax quoque, qui & [8] nicophoros cognominatur, ſimilitudinem ederæ habet, tenuioribus foliis. Coronam ex eo factam

1 vaſe ſplenicos. *Ch.*
2 tradant. *Dal.*
3 quam ex ac. utiliſſimam. *Ch.*
4 trinis dig. fl. carpto. *V. & M.*
5 cerato. *Dioſc.*
6 Ciſtos erythrodanon. *Dal.* erytianos. *Ch.*
7 ciſto. *Th.*
8 athophoros. *Ch.*

a *Sub his maxime naſcitur hypociſthis.*] Lege: *Sub his maxime naſcitur hypociſthis. jam inter hederas diximus ciſſon Erythranos ab his appellatur ſimilis hederæ.* Ciſſos Plinio proprie dicitur genus hederæ, quæ riget & ſine adminiculo ſtat. *Salmaſ.* pag. 367.

b *Quam inter ederas diximus.*] Obliviose citat hoc Plinius. Nullam enim hypociſtidis prorſus mentionem fecit in ederarum hiſtoria & deſcriptione cap. 34. lib. 16. *Dalec.*

c *Ciſſos erythranos.*] Legendum, *Ciſtos erythrodanon.* Hæc ex Theophr. cap. 14. lib. 9. hiſt. quo tamen lóco non ait Theophraſtus erythrodanon Ciſtum aut eſſe aut vocari, ſed folium habere ciſto ſimile, rotundius. Vide ſupra cap. 34. lib. 16. *Idem.*

d *Tantamque vim accipiunt.*] Scribendum arbitror, *tanta vi ut ſanguinem urina detrahant.* Reliqua ſupervacanea puto. *Pint.*

e *Item chamæciſſon.*] Error hic Plinii animadverſus & caſtigatus eſt cap. 34. ultimo lib. 16. Alia eſt chamæciſſos deſcripta infra c. 15. hujus libri. *Dalec.*

ctam impari foliorum numero, ajunt capitis doloribus mederi. Quidam duo genera smilacis dixere. [a] Alterum immortalitati proximum, in convallibus opacis, [1] scandentem arbores, [b] comantibus acinorum corymbis, contra venenata omnia efficacissimis, in tantum, ut acinorum succo infantibus sæpe instillato, nulla postea venena nocitura sint. Alterum genus culta [2] amare, & in his gigni, nullius effectus. [3] Illam esse smilacem priorem cujus lignum ad aures sonare diximus. Similem huic aliqui clematida appellaverunt, repentem per arbores, geniculatam & ipsam. Folia ejus [4] lepram purgant. Semen alvum solvit acetabuli mensura, in aquæ hemina aut aqua mulsa. Datur ex eadem causa & decoctum ejus.

1 scandentis in arbores. V. scandentem arborum. *Cb.*

2 amat & in his gignitur. V.

3 Illa est smilax prior. V.

4 lepras. *Cb.*

CAP. XI.

De harundine, & papyro, & ebeno, & rhododendro, de rhue erithro, & de erythrodano, alysso & raticula, & apocyno, & rore marino, & cachry, & sabina, & sclagine, & samulo, & gummi medicinis.

HArundinis genera [5] XXIX. demonstravimus, non aliter evidenitore illa [6] natura, quam continuis his voluminibus tractamus. Siquidem harundinis radix contrita & imposita, filicis stirpem corpore extrahit: item harundinem filicis radix. Et quoniam plura genera fecimus, illa quæ in [7] India Syriaque nascitur odorum unguentorumque causa, urinam movet cum gramine aut apii semine decocta. [8] Ciet menstrua admota. Medetur convulsis duobus obolis pota, jocineri, renibus, hydro-

5 XXXIX. *Cb.*

6 natura est. *Cb.* Lego *natura est.*

7 Judæa. *Cb.* Judæa Syr. nasc. odore unguentorum urinam movet. M.

8 Ciet & men. *Cb.*

a *Alterum immortalitati proximum.*] Scribendum reor, *Alterum in montanis aut proxime*, &c. quoniam sequitur, *Alterum genus culta amare*. Pint.

b *Comantibus.*] Observa, *comare*, quod foliorum & frondis proprium est, dictum de racemo: præterea corymbum de acino. *Dalec.*

hydropi, tuſſi etiam ſuffitu, magiſque cum reſina. Furfuribus hulcerumque manantibus [1] cum myrrha decocta. Excipitur [a] & ſuccus ejus fitque [2] elaterio ſimilis. Efficaciſſima autem in omni harundine quæ proxima [3] radici. Efficacia & genicula. Harundo Cypria, quæ donax vocatur, corticis cinere alopecias emendat: item putreſcentia hulcera. Foliis ejus ad extrahendos aculeos utuntur. [4] Efficacius & contra ignes ſacros collectioneſque omnes. Vulgaris harundo extractoriam vim habet, [5] & recens tuſa, non in radice tantum. [b] Multum enim & ipſam harundinem valere tradunt. Medetur & luxatis, & ſpinæ doloribus radix in aceto illita. Eadem recens trita in vino pota, Venerem concitat. Harundinum lanugo illita auribus, obtundit auditum. [6] Cognata in Ægypto res eſt harundini papyrus, præcipuæ utilitatis, [c] cum [7] inaruit, [d] ad laxandas ſiccandaſque fiſtulas, & intumeſcendo ad introitum medicamentorum aperiendas. [e] Charta quæ fit ex ea, cremata inter cauſtica eſt. Cinis ejus ex vino potus ſomnum facit: ipſa ex aqua impoſita callum ſanat. Ne in Ægypto quidem naſcitur

1 cum vino radix dec. *M.*
2 alteri. *M.* poterio. *V.*
3 radice efficaciora gen. *Ch.*
4 efficacibus. *Ch.*
5 & in *M. d.*
6 cognita. Æg. res har. ipſarum. *Ch.*
7 inaruerit. *M.*

a *Et ſuccus ejus fitque elaterio.*] Abſurdum hoc, neſcio è quo petitum. *Dal.*

b *Multum enim & ipſam harundinem.*] Aliter in vetuſto codice, *multa enim de ipſa harundine tradunt.* cætera ſuperfluunt. *Pint.*

c *Cum inaruit.*] Ad eum uſum papyri caulem advectum Ægypto, jam exuccum & aridum aqua mergebant, madefactumque & in oblongam cylindri formam arcte vinculo ligatum ſiccari permittebant, deinde cum opus eſſet exolutum fiſtulis indebant, ut intumeſcens earum os aperiret: qua ratione cheirurgi noſtra tempeſtate medullam Indici milii, Gentianæ radicem, ſpongiam cera imbutam immittunt. Alexandro problemate 93. lib. 1. papyrus σφαιρωθεῖσα alvo ſuppreſſa, balani modo ſubjicitur in ſedem, ut diductis ſedis muſculis, feces exeant. σκιδνασθεῖσαν ad recludendas fiſtulas Dioſcorides poſcit, id eſt, qua induſtria diximus, paratam, quo loco Marcellus & Cornarius legendum putant, σκελετεῖσαν, arefactam & ſiccatam εἰς σκελετόν. *Guillandinus.*

d *Ad laxandas ſiccandaſque fiſtulas & intumeſcendo.*] Verba præpoſtere locata, legendaque ut ſentio ſic: *ad laxandas aperiendaſque fiſtulas ad introitum medicamentorum, ſiccandaſque in tumeſcendo.* Pint.

e *Charta quæ fit ex ea.*] Apud Galenum & Paulum Paſtillus διὰ χάρτου deſcribitur ad oris nomas & naturalium inſignes. *Dalec.*

tur ebenus, ut docuimus: nec tractamus in medicina alienos orbes: non omittetur tamen propter miraculum. Scobem ejus oculis unice mederi dicunt: lignoque ad cotem trito cum passo, caliginem discutit. Ex aqua vero radice, albugines oculorum. Item tussim pari modo dracunculi radicis adjecto cum melle. Ebenum medici & inter erodentia assumunt. Rhododendros ne nomen quidem apud nos invenit Latinum: rhododaphnen vocant, aut nerium. Mirum, folia ejus quadrupedum venenum esse, homini vero contra serpentes præsidium, ruta addita è vino pota. Pecus etiam, & carpæ, si aquam biberint, in qua folia ea maduerint, mori dicuntur. Nec rhus Latinum nomen habet, cum in usum pluribus modis veniat. Nam & herba est silvestris, [a] foliis myrti, cauliculis brevibus, [1] quæ venena & tineas pellit & frutex coriarius appellatur, subrutilus, cubitalis, crassitudine digitali, cujus aridis foliis, ut malicorio, coria perficiuntur. Medici autem rhoicis utuntur ad contusa: item cœliacos & sedis [2] hulcera, aut quæ phagedænas vocant, [3] trita cum melle, & [4] illita cum aceto. Decoctum eorum instillatur auribus purulentis. Fit & stomatice decoctis ramis ad eadem, quæ ex moris, sed efficacior admisto alumine. [5] Illiniturque eadem hydropicorum [6] tumoribus. [b] Rhus, [7] quæ erythros appellatur, [8] frutex est: & hujus fruticis semen vim habet astringendi refrigerandique. Aspergitur [9] pro sale [10] obsoniis. Alvos solvit, omnesque carnes cum silphio suaviores facit. Hulceribus medetur manantibus cum melle: asperitati linguæ, percussis, lividis, desquamatis

1 quæ tepias. *Cb.*
2 hulcera. At quæ phag. vocant, folia trita, &c. cum aceto sanant. Decoctum. V.
3 tritis cum melle, & illitis. *Alii V.*
4 intrita. *Cb.*
5 illinitur. *Cb.*
6 tumori. *Ch.*
7 qui. *Cb.*
8 hujus fruticis semen est. Vim. V.
9 cum sale. V.
10 obsoniis alvo soluta. *Gorn. & Cb.*

a *Foliis myrti, cauliculis brevibus.*] His verbis describere Plinius videtur Rhun Monspessulanam, cujus historia traditur in silva universæ historiæ plantarum. *Dalec.*

b *Rhus, quæ erythros appellatur.*] Inepte Plinius Rhun erythron differre putat ac distinguit à rhoë coriariorum. *Idem.*

a *Rami*

matis eodem modo. Capitis [1] hulcera ad cicatricem celerrime perducit: & fœminarum abundantiam ſiſtit cibo. [2] Alia eſt erythrodanus, quam aliqui ereuthodanum vocant, nos rubiam, qua tinguntur lanæ, pelleſque perficiuntur: in medicina urinam ciet: morbum regium ſanat ex aqua mulſa, & lichenas ex aceto illita: & iſchiadicos & paralyticos, ita ut bibentes laventur quotidie. Radix ſemenque trahunt menſes, alvum ſiſtunt, & collectiones diſcutiunt. Contra ſerpentes [a] rami cum foliis imponuntur. Folia & capillum [3] tingunt. Invenio apud quoſdam morbum regium ſanari hoc frutice, etiamſi adalligatus ſpectetur tantum. Diſtat ab eo, qui alyſſon vocatur, foliis tantum & ramis minoribus nomen accepit, quod à cane [4] commorſos rabiem ſentire non patitur, potus ex aceto adalligatuſque. [b] Mirum eſt quod [5] additur, [c] [6] ſaniem conſpecto omnino frutice eo ſiccari. Tingentibus & radicula lanas præparat, quam ſtruthion à Græcis vocari diximus. Medetur morbo regio [7] & ipſa decocti ejus potu; item pectoris vitiis. Urinam ciet, alvum ſolvit, & vulvas purgat. Quamobrem aureum [8] poculum medici vocant. Ea & ex melle prodeſt magnifice ad tuſſim, [9] orthopnœæ cochlearis menſura. Cum polenta vero & aceto

1 vulnera. Ch.
2 alia res erythrod. Ch.
3 inficiunt. Ch.
4 morſos. Ch.
5 traditur. M.
6 inſaniam conſp. om. fr. eo ſanari. V.
7 & ipſa decocta, & jus potum. V. & ipſa decocto ejus poto. Ch.
8 petition. Ch.
9 & orthopnœam. V.

a *Rami cum foliis imponuntur.*] Succus cum foliis bibitur. *Θηλοδήκτοις βοηθεῖ χυλὸς μετὰ τῶν φύλλων ποθείς.* Plinius legiſſe videtur, *βοηθεῖ καυλὸς μετὰ φύλλων ἐπιτεθείς. Cornarius.*

b *Mirum eſt quod additur.*] Plutarchus tertio Sympoſiacωn ſcribit alyſſon, ſi manu teneatur, vel omnino aſpiciatur, ſingultu liberare: quo loco pro *λυγμοῦ* quidam legendum putant *λύσσης*. Eſt apud Pauſaniam in Arcadicis Alyſſon fons, oppido Cinæthaenſium vicinus, cujus aqua potu ſanat à cane rabioſo commorſos. Alyſſon hoc Plinii, Dioſcoridis hiſtoriæ nihil convenit, ut ii prorſus rejiciendi non ſint, qui alyſſon Plinii, herbariorum aſperulam eſſe putant. Alyſſon Galeno eſt folio praſii, flore cyaneo, lib. 2. de antidotis. *Dal.*

c *Saniem conſpecto omnino frutice eo ſiccari.*] Poſſet legi, *Sanitatem ſuſpenſo omnino frutice conciliari.* vel ſic, *faſcino ſuſpenſo omnino frutice occurſari.* Dioſcorides libro tertio capite de alyſſo: *Quin etiam domi ſuſpenſam ſanitatem creditur facere, faſcinationeſque omnes ab hominibus pecoreque omni avertere.* Pint.

aceto lepras tollit. Eadem cum panace & capparis radice calculos frangit, pellitque. [1] Panos discutit, cum farina hordeacea & vino decocta. Miscetur & malagmatis & collyriis, claritatis causa. [2] Ad sternutamenta utilis inter pauca: lieni quoque ac jocineri. Eadem pota denarii unius pondere ex mulsa aqua, suspiriosos sanat. Sic & pleuriticos, & omnes lateris [3] dolores, apocyni semen ex aqua. Frutex est folio ederæ, molliore tamen, & minus longis viticulis, semine acuto, diviso, [a] lanuginoso, gravi odore. Canes & omnes quadrupedes necat in cibo datum. Est & rosmarinum. Duo genera ejus. Alterum sterile, alterum cui & caulis, & semen resinaceum, quod cachrys vocatur. [4] Foliis odor thuris. [5] Radix vulnera sanat viridis imposita, & sedis procidentia, condylomata & hæmorrhoidas. Succus & fruticis & radicis morbum regium, & ea quæ repurganda sunt. Oculorum aciem exacuit. Semen ad vetera pectoris vitia datur potui. Et ad vulvas cum vino & pipere. Menses adjuvat. Podagris illinitur cum [6] ærina farina. Purgat [7] & [8] lentigines, [9] & quæ excalfacienda [10] sunt, aut cum sudor quærendus, illitum: item convulsis. Auget & [11] lac in vino potum: item radix. Ipsa herba strumis cum aceto illinitur: ad tussim cum melle prodest. Cachrys multa genera habet, ut diximus. Sed hæc, quæ ex [12] rore supra dicto nascitur, si fricetur, resinosa est. Adversatur venenis & venenatis, præterquam anguibus. [13] Sudorem movet, tormina discutit, lactis ubertatem facit. Herba Sabina, brathy appellata à Græcis duorum generum est: altera tamarici similis folio, altera cupresso. [14] Quare quidam Creticam cupressum dixerunt.

1 Phymata. *Diosc.*
2 Sternutamento. *M.* Sternutamentum. *Ch.*
3 dolores semen ex aqua. Apocynon frutex est. V.
4 radici. *Diosc.*
5 Herba. *Diosc.*
6 ervina. *M.*
7 etiam. *Ch.*
8 vitiligines. *Diosc.*
9 prodest iis quæ. *V.*
10 sint. *Ch.*
11 lacte. *Ch.*
12 Rosmarino.
13 Sudores. *Ch.*
14 Qua ex re quidam. V.

a *Lanuginoso.*] Siliqua folliculari concluso, quæ lanugine plena est. *Dalec.*

a *Pro*

xerunt. A multis in suffitus [a] pro thure assumitur: in medicamentis vero duplicato pondere eosdem effectus habere, quos cinnamum, traditur. Collectiones minuit, & nomas compescit. Illita hulcera purgat. Partus emortuos apposita extrahit & [1]suffitu. [b] Illinitur igni sacro & carbunculis. Cum melle & vino pota, regio morbo medetur. Gallinacei generis pituitas fumo ejus herbæ sanari tradunt. Similis herbæ huic Sabinæ est selago appellata. Legitur sine ferro dextra manu per tunicam, [2] qua sinistra exuitur velut à furante, candida veste vestito, [3] pureque [4] lotis nudis pedibus, sacro facto prius quam legatur, [5] pane vinoque. Fertur in mappa nova. Hanc contra omnem perniciem habendam prodidere Druidæ Gallorum, & contra omnia oculorum vitia fumum ejus prodesse. Iidem [c] [6] samolum herbam nominavere nascentem in humidis: & hanc sinistra manu legi à jejunis contra morbos suum boumque, nec respicere legentem [7] nec alibi, quam in canali, deponere, ibique [8] conterere poturis. [9] Gummium genera diximus. [10] Ex his majores effectus melioris cujusque erunt. Dentibus [11] inutiles sunt. [12] Sanguinem coagulant, & ideo [13] rejicientibus sanguinem prosunt: [d] item ambustis, [14] arteriæ vitiis. [15] Inutilem urinam cient, [e] amaritudines hebetant [f] astrictis cæteris. Quæ ex

1 suffita. *Ch.*
2 quæ. *M.*
3 puraque. *D. sub.* aqua.
4 lautis. *Ch.*
5 ex pane. *D.*
6 famosum. *Ch.*
7 nequaquam in. *Ch.*
8 congerere. *V.* ibi continere. *Ch.*
9 Gummi. *M.*
10 In. *Ch.*
11 inutilia. *Dal.*
12 *Hæc,* Sang. coag. & ideo, *in M. d.*
13 ejicientibus. *Ch.*
14 & arteriæ. *Ch.*
15 inutiles urinas. *Ch.*

a *Pro thure assumitur.*] Virgilius in Culice:

Herbaque thuris opes priscis imitata Sabina.

b *Illinitur igni sacro & carbunculis.*] Aliter, ut opinor distinguenda verba & scribenda: *Illinitur igni sacro & carbunculis ex vino. Cum melle pota regio morbo medetur.* Dioscorides libro primo capite de herba Sabina. *Pint.*

c *Samolum.*] Samolum Pulsatillam esse puto, quam etiamnum hodie Bononienses vocant *Samiolo,* ut ait Anguillara lib.11. *Dalec.*

d *Item ambustis arteriæ vitiis.*] Lego alia distinctione, *Item ambustis, arteriæ vitiis inutiles. Vrinam cient.* Nam quoniam præcesserat, dentibus inutiles esse, interpositis his quibus prosunt, redit rursus ad incommoda, atque inutiles esse ambustis & arteriæ vitiis. *Pint.*

e *Amaritudines hebetat.*] Medicamentorum acrimoniam hebetat, quibus admiscetur. Diosc. de gummi Ægyptiæ spinæ. *Dalec.*

f *Astrictis cæteris. Quæ ex amygdala amara*

1 adſtringendi. *Dioſc.*

2 autem. *M.* Proponuntur prunorum autem. *Cb.*

3 illita. V.

4 muſto. V.

5 *In M. d. hæc ultima.*

ex amygdala amara eſt, [1] ſpiſſandique viribus efficacior, habet excalfactorias vires. Præponuntur [2] aut prunorum, & ceraſorum, ac vitium. Siccant [3] illitæ & aſtringunt: ex aceto vero infantium lichenas ſanant. Proſunt & tuſſi veteri, quatuor obolis in [4] miſto potis. Creduntur & colorem gratiorem facere, ciborumque appetentiam, & calculoſis prodeſſe cum paſſo potæ. Oculorum & vulnerum utilitatibus maxime conveniunt [5] è ſpina Ægyptia.

CAP. XII.

De ſpina Arabica, & ſpina alba, & acanthio & acacia.

6 diximus. Arabica ſpiſſat, &c.

7 ſtringit ſpiſſatque. *Cb.*

8 Eſt & acacia ſpinæ ſuccus. Fit in Ægypto ex alba. V.

9 Ponto & Cappadocia. *Dioſc.*

10 teterrima. *M.* deterrima. *V. & Cb.* teneriore ſpinoſaque. *Dioſc.*

a SPinæ Arabicæ laudes in odorum loco [6] diximus: & ipſa [7] ſpiſſat ſtringitque diſtillationes omnes, & ſanguinis excreationes, menſiumque abundantiam, etiamnum radice valentior. Spinæ albæ ſemen contra ſcorpiones auxiliatur. Corona ex ea impoſita, capitis dolores minuit. Huic ſimilis eſt ſpina illa, quam Græci acanthion vocant, minoribus multo foliis, aculeatis per extremitates, & araneoſa lanugine obductis: qua collecta, etiam veſtes quædam bombycinis ſimiles fiunt in Oriente. Ipſa folia vel radices ad remedia opiſthotoni bibuntur. b [8] Eſt & acaciæ ſpina. Fit in Ægypto alba nigraque arbore, item viridi, ſed longe melior è prioribus. Fit & in [9] Galatia [10] tenerrima, ſpino-

amara eſt] Scribendum arbitror, *Aſtringit plus cæteris quæ ex amygdala amara eſt, ſpiſſandique viribus efficacior.* ut in initiis capitis ſequentis: *& ipſa ſtringit ſpiſſatque.* ſic enim legitur in ſcripto exemplari. *Pint.*

a *Spina Arabica laudes, &c.*] Duo poſteriora verba capitis præcedentis his adjungenda, & legend. *Spina Ægyptia ſive Arabica laudes in odorum loco diximus.* Et paulo poſt legend. *Eſt & acacia ſpina, fit in Ægypto alba nigraque arbore, item viridi, ſed longe melior eſt prioribus.* Salmaſ. pag. 530. a.

Spina Arabica laudes in odorum.] De Ægyptia ſpina tractatum eſt c. 9. & 11. lib. 13. De Arabica nuſquam. Incogitanter & oblivioſe hoc Plinius. Lego, *Spina Ægyptia laudes in odorum loco diximus. Arabica ſpiſſat, &c.* Dal.

b *Eſt & acacia ſpina. Fit in Ægypto alba.*] In vetuſto codice, *Et acacia ſpina fit in Ægypto alba nigraque arbor. Eſt itidem viridis, ſed longe, &c.* Pint.

a *Nimio*

spinosiore arbore. Semen [1] omnium lenticulæ simile: minore est tantum & grano & folliculo. Colligitur autumno: ante collectum [a] nimio [2] validius. Spissatur succus ex folliculis aqua cœlesti perfusis: mox in pila tusis exprimitur organis: tunc densatur in sole mortariis in pastillos. Fit & ex foliis minus efficax. Ad coria perficienda semine pro galla utuntur. Foliorum succus & [3] Galatiacæ acaciæ nigerrimus improbatur: item [b] qui valde rufus. Purpurea aut leucophæa, & quæ facillime diluitur, vi summa ad spissandum refrigerandumque est, oculorum medicamentis ante [4] alias [5] utiles. Lavantur in eos [6] usus pastilli ab aliis, torrentur ab aliis. Capillum tingunt. Sanant ignem sacrum, hulcera quæ serpunt, & humida vitia corporis, collectiones, articulos contusos, perniones, pterygia. Abundantiam mensium [7] fœminis sistunt, vulvamque & sedem procidentes. Item oculos, oris [8] vitia, & genitalium.

1 hujus. *Diosc.* nam *Ægyptiæ lupino simile.*
2 Validius spissat. Succus. V.
3 Galatiacæ. *Ch.*
4 alia. *Ch.*
5 utilis. *Dal.*
6 usus ab aliis & pastilli fiunt: torrentur. V.
7 in fœminis. *Ch.*
8 ulcera. *M.*

CAP. XIII.

De vulgari spina, & silvestri, & de erysisceptro, & de appendice spina, & pyxacantho, & paliuro, aquifolia, & taxo, & rubis medicinæ.

VUlgaris [c] quoque hæc spina, ex qua cortinæ fulloniæ implentur, * radicis usus habet. Per Hispa-

a *Nimio validius.*] Quia æstate fructus immaturus acerbissimus est. *Dal.*

b *Qui valde rufus.*] Quoniam acerbior fructus è quo extrahitur. *Idem.*

c *Vulgaris quoque hac spina.*] Legend. *Vulgaris quoque hac spina, ex qua inia fullonia implentur, radices usus habet, prater spinas quidem multi. Inter odores & ad unguenta utuntur alia, aspalathum vocantes. Est sine dubio hoc nomine spina silvestris in Oriente.* Tribus illis totis capitibus tractat utilitates & medicinas, quæ ex variis spinis capiuntur. Vulgaris, inquit, spina, quæ fullonibus inias præbet ad vestimenta polienda præter spinas, utiles fullonibus, radices etiam habet multi usus. Vide Dioscoridem. *Salmas.* pag. 391. b. 392. a. 395. b. 396. b. & 397. a. dicit apud Plinium etiam in vetustissimis exemplaribus *Hispaniam* & *Hispanam* reperisse scriptum pro *Spina. Vulgaris quoque hac spina, &c.*] Spinam fulloniam hic intelligo hippophæston, quemadmodum & cap. ult. lib. 16. Dioscorides certe & Hippophaës & Hippophæston spinas esse fullonias tradidit. Vide

Hispanias quidem multi, & inter odores, & ad unguenta utuntur [1] illa [a] aspalathum vocantes. Est sine dubio hoc nomine spina silvestris in Oriente (ut diximus) candida, magnitudine arboris justæ. Sed & frutex humilior, [2] æque spinosus [b] in Nisyro, & Rhodiorum [3] insulis, [c] quem alii erysisceptrum, [d] alii adipsatheon, [4] sive dipsacon, sive diacheton vocant. Optimus, qui minime ferulaceus, rubens, [5] & in purpuram vergens, detracto cortice. Nascitur pluribus locis, sed non ubique odoratus. Quam vim haberet cœlesti arcu in eum innixo, diximus. Sanat tetra oris hulcera & ozænas, genitalia exhulcerata aut carbunculantia, item [6] rhagadia, inflationes potu. Discutit & stranguria cortex. [e] Sanguinem reddentibus medetur decoctum ejus. Alvum sistit cortex. Similia præstare silvestrem quoque putant. Spina est [f] appendix appellata, quoniam [g] baccæ puniceo colore in ea appendices vocantur. Hæ crudæ per se, & aridæ in vino decoctæ, alvum [7] citam, ac tormina compescunt. Pyxacanthi baccæ contra serpentium ictus bibuntur. Paliurus quoque spinæ genus est. Semen ejus

1 alia. V.
2 atque. M.
3 insula. V.
4 Syradiariton. (leg. diareton) vocant. M. Sirin diauron. M. alterum.
5 aut. Diosc.
6 rhagadia. Inflationes potu discutit. D.
7 citant. Ch.

Vide infra cap. 10. lib. 27. *Dal.* *Vulgaris quoque hac spina.*] Potior lectio, *Vulgaris quoque spina est, qua cortina fullonia implentur.* Nec *cortina* habet nostrum exemplar, sed *lana*. Pint.

* *Radicis usus habet.*] Struthii, ad lanas purgandas, molliciemque ac candorem conciliandum. *Dal.*

a *Aspalathum vocantes.*] Oscitanter Plinius aspalathum orientalem alium esse putat, quam Rhodium. *Idem.*

b *In Nisyro & Rhodiorum insulis.*] Sincerior lectio; *in Nisyro & Rhodo insulis*, ex Dioscoride libro primo capite de Aspalatho. *Nascitur*, inquit, *ad Istrum & Nisyrum: in Syria quoque ac Rhodo.* Pint.

c *Quem alii erysisceptrum.*] Legend. *Quem alii irisceptom, alii diatheon, Syri diaxyron vocant.* ἰρισκηπτα dicebantur loca & frutices, quibus iris innitebatur atque incumbebat, quæ & odoratiora fieri existimabantur. *Salmas.* pag. 397. b.

d *Alii adipsatheon, sive dipsacon, sive diacheton.*] Scribi posset, *Alii sphagnon sive phasganon, sive diaxylon*, ex Dioscoride libro primo, cap. de Aspalatho. *Pint.*

e *Sanguinem reddentibus medetur decoctum ejus.*] Vocabulum *cortex*, non est in antiquo exemplari. Ego vero & paulo ante superfluere puto. Dioscorides loco ante allegato: *Sistit alvum & sanguinis excreationes potum decoctum ejus. Solvit praterea inflationes & strangurias.* Idem.

f *Appendix.*] Vulgo *Berberis.* Dalec.

g *Baccæ.*] Oxyacanthæ, de qua intelligenda quæ sequuntur. *Idem.*

a *Purga-*

ejus Afri [1] zuram vocant, contra ſcorpiones efficaciſſimum: item calculoſis & tuſſi. Folia aſtrictoriam vim habent. Radix diſcutit panos, collectiones, vomicas: urinas trahit pota. Decoctum ejus potum in vino alvum ſiſtit: ſerpentibus adverſatur. Radix præcipue datur in vino. Aliqui folia contuſa addito ſale, articulorum morbis imponunt. Proſunt baccæ [a] purgationi fœminarum, cœliacis, dyſentericis, ac cholericis. In vino potæ alvum ſiſtunt. Radix decocta & illita extrahit infixa corpori. Utiliſſima eſt & luxatis, tumoribuſque. Aquifolia arbor in domo aut villa ſata, veneficia arcet. [b] [2] Flore ejus aquam glaciari Pythagoras tradit: [3] itemque baculum ex ea factum, in quodvis [4] animal emiſſum, etiamſi citra ceciderit defectu mittentis, ipſum per ſeſe [c] recubitu propius adlabi: tam præcipuam naturam ineſſe arbori. Taxi arboris fumus mures necat. Nec rubos ad maleficia tantum genuit natura, ideoque ex eis [5] mora vel hominibus cibos dedit. Vim habent ſiccandi, adſtringendique, gingivis, tonſillis, genitalibus [6] accommodatiſſimi. Adverſantur ſerpentium ſceleratiſſimis, [7] hæmorrhoidi & preſteri flos aut mora. Scorpionum vulnera ſine collectionum periculo [8] inungunt, urinam cient. Caules eorum tunduntur teneri, exprimiturque ſuccus, mox Sole cogitur in craſſitudinem mellis, ſingulari remedio contra mala oris oculorumque, ſanguinem excreantes, anginas, vulvas, ſedes, cœliacos [9] potus aut illitus. Oris quidem vitiis etiam folia commanducata proſunt, & hulceribus manantibus, aut quibuſcunque in capite illinuntur. Cardiacis vel ſic per

1 zuiron. *M.* aprizaram. *Ch.*

2 Florem ejus aqua. *V.*

3 item. *Ch.*

4 animale missum. *Ch.*

5 mora beſtiis vel. *M.*

6 accommodatiſſimam. *V.*

7 mora ſcorpionibus. Vulnera ſine. *Ch.* hæmorrhoidi, preſteri, & ſcorpioni. Flos & mora vulner. *Alii.*

8 jungunt. *V.*

9 intelligitur potus. *Ch.*

a *Purgationi.*] Siſtendæ. *Dalec.*

b *Flore ejus aquam glaciari.*] Ex ejus certe cortice viſcum fit. *Idem.*

c *Recubitu propius adlabi.*] Quid ſi legas, non *recubitu*, ſed *rei petita*. *Pint.*

a *Cauli-*

[1] per se imponuntur [2] à mamma sinistra: item [3] stomachi doloribus, oculisque procidentibus. Instillatur succus eorum & auribus. Sanat condylomata cum rosaceo cerato. [a] Cauliculorum ex vino decoctum, vel præsentaneum remedium est. Iidem per se in cibo sumpti cymæ modo, aut decocti in vino austero, labantes dentes firmant. Alvum sistunt & profluvia sanguinis: dysentericis prosunt. Siccantur in umbra, ut cinis crematorum uvam reprimat. Folia quoque arefacta & contusa, jumentorum hulceribus utilia traduntur. Mora, quæ in his nascuntur, vel cum efficaciorem stomaticen præbuerint, quam [3] sativa morus. [4] Eademque compositione, vel cum hypocisthide tantum & melle bibuntur in cholera, & à cardiacis, & contra araneos. Inter medicamenta, quæ styptica vocant, nihil efficacius rubi mora ferentis radice decocta in vino ad tertias partes, ut colluantur eo oris hulcera, [5] & sedis foveantur: tantaque vis est, ut spongiæ ipsæ lapidescant. [b] Alterum genus rubi est, in quo rosa [6] nascitur. Gignit [c] pilulam castaneæ similem, præcipuo remedio calculosis. Alia est cynorrhoda, quam proximo dicemus volumine.

1 vel per. V. 2 super mamma. V. 3 stomacho in doloribus. Gb. 4 sativæ mori. V. 5 Eadem. M. 6 & [illegible] es foveantur. V. sedes foveantur. Alii V. & sedis, foveanturque. Gb. 7 nascitur. Cynosbaton vocant, alii Cynospaston. Folium habet vestigio hominis simile. Gignit pilulam cast. sim. pr. rem calculosis. Alia est cynorrhodos quam prox. die volumine. Fert & chamæbatos uvam nigram. V.

CAP.

a *Cauliculorum ex vino decoctum.*] In aliis exemplaribus *calculorum* scriptum invenias, non *cauliculorum*; haud omnino spernenda lectione. nam in fine capitis alterum genus rubi tradit, qui gignit pilulam castaneæ similem, præcipuo remedio calculosis. Sed quoniam Dioscorides succum ex foliis caulibusque expressum, mox in Sole densatum, multos in medicina usus habere tradit, quod & Plinius paulo ante dixit, rem in medium relinquo. *Pint.*

b *Alterum genus rubi est.*] Hæc omnino sic evolvenda & restituenda sunt: *Alterum genus rubi est, in quo rosa nascitur. Cynosbaton vocant, alii cynospaston. Folium habet vestigio hominis simile. Gignit pilulam castaneæ (ejus echino) similem præcipuo remedio calculosis. Alia est cynorrhodos, quam proximo dicemus volumine. Fert & chamæbatos uvam nigram, &c.* Dalec.

c *Pilulam.*] Eam in rosa silvestri spongiolam vocat c. 2. lib. proximi. *Idem.*

CAP. XIV.

De cynosbato & Idæo rubo, & rhamno, & Lycio, & sarcocolla, & de oporice medicina.

CYnosbaton, alii cynospaston, alii neurospaston vocant: folium habet [a] vestigio hominis simile. [b] Fert & uvam nigram, in cujus acino [1] nervum habet, unde neurospastos [2] dicitur. Alia est à cappari, quam medici [c] cynosbaton appellaverunt. Hujus thyrsus ad remedia splenis & inflationes conditus ex aceto manditur. Nervus ejus cum mastiche Chia commanducatus os purgat. Ruborum rosa alopecias cum axungia emendat. Mora capillum tingunt cum omphacino oleo. Flos mori [4] per messes colligitur. Candidus pleuriticis præcipuus ex vino potus, item cœliacis. Radix ad tertias decocta, alvum sistit & sanguinem: item dentes collutos decocto. Eodem succo foventur sedis atque genitalium hulcera. Cinis è radice [5] deprimit uvam. [d] Idæus rubus appellatus est, quoniam in Ida, non [6] alias, nascitur. Est autem tenerior ac minor, [e] rarioribus [7] calamis innocentioribusque,

1 nervus habetur. *M.*
2 dicitur tota. *Ch.*
3 cynosbaton quoque appellaverunt. V.
4 messe. *Ch.*
5 reprimit. *V. & Ch.*
6 aliis. *Ch.*
7 hamis. *Ex Dioscorid.*

a *Vestigio hominis simile.*] Ἀγνῶδες. Theoph. c. 18. lib. 3. Hist. Plinius legisse videtur ἰχνῶδες. Athenæus legit ἀγλώδες: Hermolaus γλαιῶδες: Milletus ἀγελαιῶδες. Plinium recte legisse arbitror. *Dalec.*

b *Fert & uvam nigram.*] Plinius Cynosbati historiam, cujus fructus subruber est foliumque ἰχνῶδες, miscet ac confundit cum chamæbato, quod uvam nigram fert, sive morum uvæ simile, ejus rubi modo, quem erectum, ac procerum ὀρθοφυῆ vocat Theoph. Legendum porro sic est: *Fert Chamæbatos & uvam nigram, in cujus acino, &c.* ut diximus superiori capite. *Idem.*

c *Cynosbaton.*] Rubus 1. qui morum fert 1. excelsus, βάτος: 2. humi stratus χαμαίβατος, [illegible]. 2. qui rosam gignit. 1. cynosbatos, sive cynospastos, *Eglantier.* 2. cynorrhodos. *Rosier sauvage.* 3. Idæus, *Framboisier.* 1. spinosus. 2. non spinosus. *Idem.*

d *Idæus rubus appellatus est.*] Dioscorides Idæum dictum vult, non quod in Ida tantum nascatur, sed quod ibi copiosissime proveniat. *Idem.*

e *Rarioribus calamis innocentioribusque.*] Non *calamis* habet nostrum exemplar, sed *foliis.* Neutra lectio placet. verior esset, *rarioribus aculeis innocentioribusque.* Dioscorides lib. 4. cap. de rubo Idæa: *Spinas habet breves. Invenitur & sine spinis aliquando.* Pint.

que, sub arborum umbra nascens. Hujus flos cum melle epiphoris illinitur & ignibus sacris: [1] stomaticisque ex aqua bibendus datur. Cætera eadem præstat, quæ supra [2] dicta. Inter genera ruborum [a] rhamnos appellatur à Græcis [b] candidior & fruticosior. Is floret, ramos spargens rectis aculeis, non ut cæteri aduncis, foliis majoribus. Alterum genus est silvestre, nigrius, & quadantenus rubens. Fert veluti folliculos. Hujus radice decocta in aqua fit medicamentum, [c] quod vocatur Lycium. Semen secundas trahit. Alter ille candidior astringit magis, refrigerat, collectionibus & vulneribus accommodatior. Folia utriusque & cruda & decocta illinuntur cum oleo. [d] Lycium præstantius è spina fieri tradunt, quam & pyxacanthon Chironiam vocant, [3] quales in Indicis arboribus [4] diximus, quoniam longe præstantissimum existimatur Indicum. Coquuntur in aqua tusi rami, radicesque, summæ amaritudinis, æreo vase per [5] triduum, iterumque exempto [6] ligno, donec mellis crassitudo fiat. Adulteratur amaris succis, etiam amurca ac felle bulo. [e] Spuma ejus ac flos quidam oculorum medica-

1 stomachicisque. *M. & Diosc. id est, alvinis, cœliacis.*

2 dicta genera ruborum. Inter spinosas rhamnus app. à Græcis. Candidior alter & fruticosior in sepib. viret. ramos. *V.*

3 qualem. *V.*

4 diximus. Omnium longe. *V.*

5 triduum macerati. *V. & Diosc.*

6 ligno liquor. *V. & Diosc.*

a *Rhamnos.*] Rhamnum ἀλεξιάρην Nicander vocat, quia nocturnos incubos, lemures, striges avertit efficaci amuleto: quo argumento in parentationibus ante fores suspendebatur. Meminit & Lycophron, & Euphorion his verbis, ἀλεξίκακον φὺς ῥάμνον. Spinam Janalem hunc esse volunt celebratam ab Ovid. in Fastis: non autem spinam nuptiarum facibus auspicatam, cujus mentio fit c. 18 lib. 16.

Sic fatus spinam, qua tristes pellere posset
A foribus noxas, hæc erat alba, dedit.

Et rursum,

Virgaque Janalis de spina sumitur alba,
Qua lucem thalamis parva fenestra dabat.

Rhod. cap. 31. 22. *Dal.*

b *Candidior & fruticosior.*] In vetusto codice, *candidior & fructuosior & ramos spargens, erectis aculeis.* Pint.

c *Quod vocatur Lycium.*] Hoc falsum, & à nemine proditum. *Dalec.*

d *Lycium præstantius.*] Lycium Indi vocant. Græci quoniam Indicum nomen non satis noverant, pro cate, principio quidem acanthon nominarunt: & quia in Lycia & Cappadocia ea arbuscula buxi folio est, pyxacanthum appellaverunt, arboris Indicæ figuram ignorantes, quæ tamarisci folium habet, alias spinosissima. *Idem.*

e *Spuma ejus ac flos quidam medicamentis oculorum.*] *Quidem*, non *quidam*, in exemplari antiquo & nonnullis excusis. Scribendum igitur commutatis verbis, *Spuma ejus ac flos medicamentis quidem oculorum adduntur, &c.* Pint.

a *Hulcera*

medicamentis additur. Reliquo ſucco faciem purgat, & pſoras ſanat, eroſos angulos oculorum, vetereſque fluxiones, aures purulentas, tonſillas, gingivas, tuſſim, ſanguinis excreationes, fabæ magnitudine [1] devoratum. Aut ſi ex hulceribus fluat, illitum, [2] rhagadas, genitalium hulcera, attritus, [a] hulcera recentia, & ſerpentia, ac [3] putreſcentia. [b] In naribus clavos, ſuppurationes. Bibitur & à mulieribus in lacte contra profluvia. [c] Indici differentia, glebis extrinſecus nigris, intus rufis, cum fregeris, cito nigreſcentibus. Aſtringit vehementer cum amaritudine. Ad eadem omnia utile eſt, ſed præcipue ad genitalia. Sunt qui & [4] ſarcocollam [d] ſpinæ lacrymam putent, [e] pollini thuris ſimilem, cum quadam acrimonia dulcem. Cum vino tuſa ſiſtit fluxiones: illinitur infantibus. Vetuſtate & hæc maxime nigreſcit, melior, quo candidior. Unum etiamnum arborum medicinis debetur nobile medicamentum, quod oporicen vocant. Fit ad dyſentericos ſtomachique vitia, in congio muſti albi, lento vapore decoctis malis cotoneis quinque cum ſuis ſeminibus, Punicis totidem, ſorborum ſextario, & pari menſura ejus, quod [5] rhus Syriacon vocant, croci ſemuncia. Coquitur uſque ad craſſitudinem mellis. His ſubtexemus ea, quæ Græci communicatione nominum in ambiguo fecere, anne [6] arborum eſſent.

1 devoratum, aut ſi. *Dal.*
2 rhagadia. *Ch.*
3 putreſcentia in naribus.
4 ſarcocollam. *Alii.* *Ch.*
5 rhu Syriacum. *Alii.* Rhun Syriacum. *Ch.*
6 arbores. *V.* amborum. *Ch.*

CAP.

a *Hulcera recentia, & ſerpentia, ac putreſcentia.*] Verbum *recentia* non habetur in eodem. recte. Dioſcorides lib. 1. cap. de Lycio: *Reduvias idem, putreſcentiaque & quæ ſerpunt ulcera ſanat.* Pintianus.

b *In naribus clavos, ſuppurationes.*] *Auribus* in eodem, non *naribus*, veriore lectione. Dioſcorides eodem loco: *Facit ad purulentas aures, tonſillas, exulceratas gingivas, &c.* Idem.

c *Indici.*] Optimi Dioſc. non Indici. *Dal.*

d *Spinæ.*] Arboris in Perſide naſcentis. Dioſc. *Idem.*

e *Pollini thuris ſimilem.*] Scribo, *pollini thuris ſimilem, cum quadam acrimonia dulcem, gumminoſam. ſiſtit fluctiones:* tum ex vetere exemplari, tum ex Dioſcoride, qui lib. 3. de Sarcocolla, adulterari admixto gummi prodit. Plinius quoque ſupra lib. 13. cap. 11. inter gummi genera ſarcocollam numerat. *Pint.*

CAP. XV.

De chamædrye, & chamædaphne, & chamelæa, & chamæsyce, & chamæcisso, & chamæleuce, & chamæcyparisso, & ampeloprasо, & stachie, & clinopodio, & centunculo, & clematide Ægyptia medicinæ.

CHamædrys herba est, quæ Latine [1] trissago dicitur. Aliqui eam chamædropem, alii Teucrion appellavere. Folia habet magnitudine mentæ, colore & divisura quercus. Alii serratam, & ab ea serram inventam esse dixere, flore pene purpureo. [2] Carpitur prægnans succo in petrosis, adversus serpentium venena potu illituque efficacissima: item stomacho, tussi vetustæ, pituitæ in gula cohærescenti, ruptis convulsis, lateris doloribus. Lienem consumit, urinam & menses ciet. Ob id incipientibus hydropicis efficax, manualibus scopis ejus in tribus heminis aquæ decoctæ usque ad tertias. Faciunt [3] & pastillos, terentes eam ex aqua. Ad supra dicta sanat & vomicas, & vetera hulcera, vel sordida cum melle. Fit & vinum ex ea pectoris vitiis. Foliorum succus cum oleo [4] caliginem oculorum discutit. Ad splenem ex aceto sumitur. Excalfacit [5] perunctione. [a] Chamædaphne unico ramulo est cubitali fere, [6] folio tenui, lauri similitudine. Semen rubens admistum foliis illinitur capitis doloribus recens. Ardores refrigerat: ad tormina cum vino bibitur. Menses succus ejus, & urinam ciet potu, partusque difficiles in lana appositus. [b] Chamælæa similitudinem foliorum oleæ habet. Sunt autem amara, [7] odorata, in petrosis, [8] palmum altitudine non excedente. Alvum purgat:

1 trixago. Ch.
2 Capitur. Ch.
3 & ea past. teret. ex aqua ac supra dicta. Sanat. V.
4 caligines. Ch.
5 & perunct. Ch.
6 folio lauri similitudine, pallidiore, leviore. Semen rotundum, rubens adnexum foliis. Diosc.
7 odora. In petrosis nascitur palmum. V. Ex Diosc.
8 palmi altitudinem non excedens. Alii. V.

a *Chamædaphne unico ramulo est.*] Legend. *Chamædaphne unico ramulo est, cubitali fere, folia tenuia, lauro similia, semen rubens adnexum foliis, illinitur doloribus capitis recens.* Salmas. 404. a.

b *Chamælæa.*] De chamelææ succo vide c. 7. ult. lib. 25. & c. 7. princ. lib. 15. *Dalecamp.*

a *Clari-*

gat: detrahit pituitam bilemque: foliis [1] in duabus absinthii partibus decoctis, succoque eo cum melle poto. Foliis impositis & hulcera purgantur. Ajunt, si quis ante Solis ortum eam capiat, dicatque ad albugines oculorum se capere, [2] adalligata discuti id vitium. Quoquo [3] modo collectam jumentorum pecorumque oculis salutarem esse. Chamæsyce lentis folia habet nihil se attollentia, in aridis petrosisque nascens. [a] Claritati oculorum, & contra suffusiones utilissima, & cicatrices, caligines, nubeculas in vino cocta, inuncta. Vulvæ dolores sedat apposita in linteolo. Tollit & verrucas omnium generum illita. Prodest & orthopnoicis. [b] Chamæcissos spicata est tritici modo, ramulis quinis fere, [4] foliosa: cum floret, existimari potest alba viola, radice [5] tenui, cujus bibunt ischiadici folia tribus obolis, [c] in vini cyathis duobus [d] VII. diebus, admodum amara potione. Chamæleucen apud nos [e] farranum sive farfugium vocant. Nascitur

V. [1] cum.
[2] adalligatis. V.
[3] modo vero coll. Ch.
[4] foliosis. Diosc.
[5] tenui. Ejus. Diosc.

a *Claritati oculorum & contra suffusiones.*] Si Dioscoridem audimus lib. 4. non *cum vino cocta inuncta*, legemus, sed *cum melle inuncta*. *Claritati*, inquit, *oculorum & contra caligines, suffusiones, incipientes nubeculas, cicatrices, litus cum melle utilis est*. Qui locus à Marcello interprete negligenter Latine versus est. *Pint.*

b *Chamæcissos spicata est tritici.*] Alia est chamæcissos descripta cap. 10. ult. hoc libro. *Dal. Chamæcissos spicata est, &c.*] Locus est, ni fallor, vitiatissimus. quem si ad libellam Dioscoridis exæquare velis, sic leges: *Chamæcissos spithamæis est ramulis, quinis fere foliis.* Lege Dioscoridem lib. 4. cap. de Chamæcisso. Hac dictione *spithamæus* pro dodrantali Plinius supra usus est lib. 7. cap. 2. *Superbos*, inquit, *extrema in parte montium spithamæi Pygmæi narrantur, ternas spithamas longitudine, hoc est, ternos dodrantes non excedentes.* Nec audiendus Hermolaus, qui in DioscoridisCorollario supra dicta verba pro veris Plinianisque agnoscit. *Pint.*

c *In vini cyathis duobus.*] Longe hoc à Dioscoridis placitis diversum est. proinde non dubito quin aliqua hic verba librariorum incuria prætermissa sint. Nam in Dioscoride *tres* sunt cyathi, non *duo*: & ab ischidiacis hanc potionem insigniter amaram 40 aut 50 diebus bibendam præcipit: ab his autem qui regio morbo laborant, 5 aut 6 diebus, non 7. Verba ejus subtexui ex libro 4. cap. de Chamæcisso seu terrestri hedera: *Contra coxendicis dolores trioboli pondere in aqua cyathis tribus quadraginta quinquagintave diebus folia ejus utiliter bibuntur. Quin etiam foliis suffusiones quinque aut sex diebus pariter pota emendant.* Idem.

d VII. *diebus.*] Tricenis aut quadragenis diebus, Diosc. *Dal.*

e *Farranum.*] *Farfarum* Plautus vocat in Pœnulo. Versus est: *Eo prosternebam folia farfari, ne scilicet viscus adharesceret.* Id.

Nascitur secundum fluvios, folio populi, sed ampliore. Radix ejus imponitur carbonibus cupressi, atque is nidor per [1] infurnibulum [2] imbibitur in vetere tussi. [a] Chamæpeuce larici foliis similis, lumborum & spinæ doloribus propria est. Chamæcyparissos herba ex vino pota contra venena serpentium omnium scorpionumque pollet. Ampeloprason in vinetis nascitur, foliis porri, ructu gravis. Contra serpentium ictus efficax. Urinam & menses ciet: eruptiones sanguinis per genitale inhibet potum impositumque. Datur & à partu mulieribus, & contra canis morsum. Ea quoque quæ stachys vocatur, [b] [3] porri similitudinem habet, longioribus foliis pluribusque, & odoris jucundi, colorisque in luteum [4] inclinati. Pellit menstrua. Clinopodion, alii cleonicion, alii zopyron, alii ocymoides appellant, serpyllo [5] similem, surculosam, [c] palmi altitudine: nascitur in petrosis, orbiculato [6] florum ambitu, speciem lecti pedum [7] præbens. Bibitur ad convulsa rupta, strangurias, serpentium ictus. Item [8] decoctæ succus. Nunc subtexemus herbas mirabiles quidem, sed minus claras, nobilibus in sequentia volumina dilatis. [d] Itali centunculum vocant [9] rostratis foliis, ad similitudinem capitis penularum [10] jacentem in arvis: [e] Græci autem clematidem. [11] Est ejus egregius effectus ad

1 infundibulum. *V.* & *Cb.*
2 bibitur. *M.* bibitur inveteratæ tussi. *Cb.*
3 marrhubii. *Diosc.* *V.* prasii. *Rondel.*
4 inclinantis. *V.*
5 simile, surculosum. *Dal.*
6 foliorum. *Cb.*
7 præbente. *M.* præbenti. *Cb.*
8 decocti. *V.* decocta &c. *Cb.*
9 nostri. *Cb.*
10 nascentem. *V.*
11 Est ei effectus ad *M.* Egregii effectus. *Cb.*

a *Chamæpeuce.*] Quidam aliam esse non putant chamæpityn. *Dalec.*

b *Porri similitudinem.*] Rondelet. legit, *prasii.* Pro voce Græca πρασίυ, Plinius legit πράσυ. Idem.

c *Palmi altitudine.*]Dioscorides lib. 3. *duorum palmorum altitudine.* Pint.

d *Itali centunculum vocant.*] Verbum *Itali* delendum: reliqua sic legito: *Centunculum vocant nostri, foliis ad similitudinem, &c.* ex antiquo codice. *Idem.* *Itali centunculum vocant, &c.*] Aloisio herba, quam Dodonæus pingit pro helixine cissampelo: sed vires non conveniunt. Placet magis Dodonæi judicium, qui herbæ impiæ genus centunculum vocat, c. 60. lib. 1. *Dal.*

e *Græci autem clematidem. Est ejus egregius.*] Tria illa verba, *Græci autem clematidem:* in codice nostro desiderantur, & quidem recte. Centunculus enim *gnaphalion* à Græcis vocatur, auctore Dioscoride, non *clematis.* Cætera sic scribe, *egregii effectus ad sistendam alvum*, ex eodem codice. *Pint.*

a *Sed*

ad sistendam alvum in vino austero. Item sanguinem sistit tritus cum oxymelitis aut aquæ calidæ cyathis quinque denarii unius pondere: sic & ad secundas mulierum efficax. [a] Sed Græci [1] clematidas & alias habent, unam [b] quam aliqui echiten vocant, [2] alii laginem, nonnulli tenuem scammoniam, [c] [3] & pedales, foliosos, non dissimiles scammoniæ ramos habet, nisi quod nigriora minoraque sunt folia. Invenitur in vineis arvisque. Estur, ut olus, cum oleo ac sale: alvum ciet. Eadem à dysentericis cum lini semine [4] in vino austero sorbetur. Folia epiphoris imponuntur cum polenta, [5] supposito udo linteolo. Strumas imposita ad suppurationem perducunt, deinde axungia adjecta percurant. Item [6] hæmorrhoidas cum oleo viridi, phthisicos juvant cum melle. Lactis quoque ubertatem faciunt in cibis sumpta. Et infantibus illita capillum alunt. [d] Ex aceto dentium dolores sedant. Venerem stimulant. Est & alia clematis, [e] Ægyptia cognomine, [f] quæ ab aliis [7] daphnoides, ab aliis polygonoides vocatur: [g] folio lauri, longa tenuisque adversus serpentes [8] ac privatim aspides ex aceto pota efficax. [h] Ægyptus hanc maxime gignit.

1 clematidem habet unam. M.

2 alteram quam lygon. Alii.

3 Ex viticulas foliolas non dissimiles smilacis ramis habet. Alii.

4 Ex. Ch.

5 superposito.

6 hæmorrhoidam. Ch.

7 myrrhinoides. Gal.

8 & privatim aspidas. Ch.

CAP.

a *Sed Græci clematidas & alias habent.*] Scribendum censeo, *Græci clematidas duas habent*, ut reliqua deleantur, ex Dioscoride, qui duas clematidis species agnoscit lib. 4. *Pint.*

b *Quam aliqui echiten vocant.*] Clematidem priorem. Echiten sive echion, ut legitur c. 9 libri sequentis, ideo vocatum, quod imposita serpentium & viperarum morsibus juvamentum præstet, auctore Dioscoride. *Dal.*

c *Et pedales, foliosos.*] Detrahe conjunctionem *&*, cætera mutato ordine sic lege: *ramos habet pedales, foliosos, non dissimiles scammoniæ.* ex antiquo codice. *Pint.*

d *Ex aceto dentium dolores sedant.*] In eodem, *ex aceto edentium venerem stimulant.* cætera supersunt. Dioscorides tamen lib. 4. clematidem dolores dentium mitigare prodit. Et in calce capitis, *polygonitis*, non *polygonitides*, in eodem. *Idem.*

e *Ægyptia cognomine.*] Prior Dioscoridis, qui hujus cognominis nusquam meminit. *Dal.*

f *Quæ ab aliis daphnoides.*] Et myrrhinoides Galeno lib. 6. simplic. *Idem.*

g *Folio lauri.*] Colore, & figura, multo minore. Diosc. Hæc omnia Plinius mire confundit & perturbat. *Idem.*

h *Ægyptus hanc maxime gignit.*] Postrema illius capitis verba cum seq. cap. junge, & leg. *Ægyptus hanc maxime gignit, quæ & Arum, de qua inter bulbos diximus, &c. dracontium silvestrem esse pronuntiando.* Vide Salmas. pag. 974. a.

CAP. XVI.

De aro & dracunculo, & dracontio, & ari, & millefolio, & herba ejusdem nominis, & pseudobunio, & myrrhi, & onobrichi medicina.

[1] QUÆ & aron, de qua inter bulbos diximus, magnæ cum dracontio litis. Quidam enim eandem esse [2] dixerunt. Glaucias satu discrevit, dracontium silvestrem arum pronuntiando. Aliqui radicem aron [3] appellaverunt, caulem vero dracontium, in totum alium, si modo hic est, qui apud nos dracunculus vocatur. Namque [a] aros radicem nigram in latitudinem rotundam habet, multoque majorem, [4] & qua manus impleatur. Dracunculus subrutilam, & draconis convoluti modo: [b] unde & ei nomen. Quin & ipsi Græci immensam posuere differentiam, semen dracunculi fervens mordaxque tradendo: tantumque inesse ei virus, ut olfactum gravidis abortum inferat. Aron miris laudibus extulere, primum in cibis fœminam præferentes, quoniam, [5] mas durior esset, & in coquendo lentior. [c] Pectoris vitia purgare, & [6] aridum in potione inspersum, aut ecligmate urinam & menses ciere. Sic & in oxymelite potum stomacho, interaneisque exhulceratis ex lacte, ovillo bibendum, ad tussim in cinere coctum ex oleo dedere. Alii coxere in lacte, ut decoctum biberetur. [d] Epiphoris elixum imposuere: item suggillatis tonsillis. Ex oleo hæmorrhoidum vitio infundere, lenti-

1 Est & aron. *M.*
2 dixere. *Ch.*
3 appellarunt. *Ch.*
4 quam qua. *Alii.*
5 mare dulcior. *M.*
6 aridum potioni insp. *V.*

a *Aros radicem nigram.*] Talis est ari Ægyptii, non nostratis. *Dalec.*

b *Unde & ei nomen.*] Fallitur Plinius. *Dracunculum* herbarii vocant, aut quod veluti serpentium maculis picturatum caulem habeat, aut quod venenis anguium resistat. *Idem.*

c *Pectoris vitia purgare.*] Hæc omnia quæ sequuntur de dracontio, non aro, Dioscorides scribit, quamvis radicem ari & folia dracunculi vires easdem habere tradat. *Idem.*

d *Epiphoris elixum imposuere.*] Verbum *elixum*, redundat ex antiquo codice. *Pint.*

a *Infun-*

lentigines ex melle illinentes. Laudavit Cleophantus & pro antidoto contra venena: pleuriticis, peripneumonicis, quo tussientibus modo: semen intritum cum oleo aut rosaceo [a] infundens aurium dolori. Dieuches tussientibus aut suspiriosis & orthopnoicis & [b] purulenta excreantibus farina permistum in pane cocto dedit. [c] Diodotus phthisicis è melle eclígmate, & pulmonis vitiis, ossibus etiam fractis imposuit. Partus omnium animalium extrahit, naturæ circumlitum. Succus radicis cum melle Attico, oculorum caligines, ac stomachi vitia discutit, tussim decocti jus cum melle. Hulcera omnium generum sive phagædænæ sint, sive carcinomata, sive serpant, sive polypi in naribus, succus mire sanat. Folia ambustis prosunt ex vino & oleo cocta. [d] Alvum inaniunt [1] ex sale & aceto sumpta. [2] Etiam luxatis cocta cum melle prosunt: item articulis podagricis cum sale, recentia vel sicca. Hippocrates [3] quaslibet ad collectiones cum melle imposuit. Ad menses trahendos seminis vel radicis drachmæ duæ in vini cyathis duobus sufficiunt. Eadem potio, si à partu non [4] purgantur, & secundas trahit. Hippocrates & radicem ipsam apposuit. Dicunt & in pestilentia salutarem [5] esse in cibis. Ebrietatem discutit. Serpentes nidore, cum crematur, [6] privatimque aspides fugat, aut inebriat, ita ut torpentes inveniantur. Perunctos quoque aro è laureo oleo fugiunt. Ideo & contra ictus dari potu in vino nigro putant utile. In foliis ari caseus optime servari traditur. Dracunculus, quem dixi, hordeo maturescente effoditur Luna crescente. Omni-

1 in. *Ch.*

2 Et. *Ch.*

3 utralibet. *Ch.*

4 purgentur. *Ch.*

5 esse. In cibis, ebrietatem. *M.*

6 privatim aspidas. *M.*

a *Infundens aurium dolori.*] *Infunditur & aurium dolori*, in eodem. *Pint.*

b *Et purulenta excreantibus farina.*] *Pura*, in eodem. ut sit pluralis numerus à singulari *pus*, non *purulenta*, & *farina*, non *farina*. Idem.

c *Diodotus phthisicis è melle ecligmate, &c.*] Vide Reines. Var. lect. lib. 2. cap. 7. p. 172.

d *Alvum inaniunt.*] Ursi cum latebris exeunt, id devorant laxandis intestinis, alioqui concretis, cap. 36. lib. 8. *Dalec.*

Omnino habentem serpentes fugiunt. Ideo percussis prodesse in potu ajunt [a] majorem: [b] [1] ut & menses, si ferro non attingatur, [2] sistat. Succus ejus & aurium dolori prodest. Id autem, quod Græci dracontion vocant, triplici effigie demonstratum mihi est, [c] foliis betæ non sine thyrso, flore purpureo. Hoc est simili aro. [d] Alii radice longa, veluti signata articulosaque, monstravere tribus omnino cauliculis, folia ejus ex aceto decoqui contra serpentium ictus jubentes. Tertia demonstratio fuit, [e] folio majore, qua [3] cornus, radice harundinea totidem, ut affirmabant, [4] geniculata nodis, quot haberet annos, totidemque esse folia. [5] Hi ea ex vino vel aqua contra serpentes dabant. Est & [f] aris, quæ in eadem Ægypto nascitur, similis aro, minor tantum minoribusque foliis, & utique radice quæ tamen olivæ grandis magnitudinem implet: alba geminum caulem, altera unum tantum emittens. Medetur utraque hulceribus manantibus: item [6] combustis ac [7] fistulis. Collyrio immisso nomas sistunt, decoctarum in aqua, & postea tritarum rosaceo addito. Sed unum miraculum ingens, contacto genitali cujusque fœminini sexus, animal in perniciem agi. Myriophyllon, quod nostri millefolium vocant, caulis est tener, similis fœniculo, plurimis foliis: unde & nomen accepit. Nascitur in palustribus, magnifici usus ad vulnera. Cum [8] aceto bibitur ad difficultates urinæ & vesicæ; & suspiria, præcipitatisque ex alto. Efficacissima eadem ad dentium dolores. Hetruria

1 & ad menses. *M.*
2 sistat, *in M. d.*
3 corni, radicis harundineæ. *M.* cornu radicis. *M.*
4 genicula notis. *M.*
5 Hi ex vino, &c. dantur. *M.*
6 ambustis. *Ch.*
7 fistulis collyrio immisso. Nomas sistunt decocta folia in aqua, postea trita rosaceo addito. *V.*
8 aqua & sale. *Diosc.*

a *Majorem.*] Nam & minor quidam est, in Sardinia, Corsica, & Majorica frequens, de quo vide cap. alterum ultim. lib. 25. *Dal.*

b *Ut & menses.*] Parum credibile, ab herba tam acri sisti menses. *Idem.*

c *Foliis betæ.*] Hoc primum est à Matthiolo depictum. *Idem.*

d *Alii radice longa.*] Hoc est dracontium palustre pictum à Dodonæo. *Idem.*

e *Folio majore.*] Hoc est dracontium majus vulgare. *Idem.*

f *Aris.*] Arisaron. Diosc. Calicem ille vocat c. 8. lib. 26. *Idem.*

g *Herbam*

ria hoc nomine appellat [a] herbam in pratis tenuem à lateribus capillamenti modo foliosam, eximii usus ad vulnera: boum nervos abscissos vomere solidari ea, rursusque jungi addita axungia affirmans. Pseudobunion [1] napi folia habet, fruticans palmi altitudine. [2] Laudatissima in Creta. Contra tormina atque stranguriam, laterum præcordiorumque dolores bibuntur rami ejus quini senive. [b] Myrrhis, quam alii [3] smyrrhizam, alii myrrham vocant, simillima est cicutæ, caule foliisque & flore, minor tantum & exilior, cibo non insuavis. Ciet menstrua & partus cum vino. Ajunt [4] quoque eandem potam in pestilentia salutarem esse. [c] Subvenit & phthisicis in sorbitione. Aviditatem cibi facit. Phalangiorum morsus [5] restringit. Hulcera quoque in facie aut capite succus ejus in aqua triduo maceratæ sanat. Onobrychis folia habet lentis, longiora paulo, florem rubentem, radicem exiguam & gracilem. Nascitur circa fontes. Siccata in farinæ modum & inspersa vino albo, strangurias finit. Alvum sistit. Succus ejus perunctis cum oleo sudores movet.

1 bunii folia habet, frutex. *M.*

2 Laudatissimum. *V.*

3 smyrnizusam. *Dal.*

4 quoque, *in M. d.*

5 restinguit. *Gb.*

CAP. XVII.

De coriacesia, & callicia, & menaide, [d] & aliis xxiij. & medicinis earum, quas quidam Magicas esse dicunt & de considia, & de aproxi & de recidivis.

IN promisso herbarum mirabilium, occurrit aliqua dicere & de Magicis. Quæ enim mirabiliores

a *Herbam in pratis.*] Stratioten myriophyllon intelligit. *Dalec.*

b *Myrrhis, quam alii smyrrhizam.*] Legend. *Myrrhis quam alii myrizusam, alii myrrham vocant, &c.* Alibi cum Geranio eam confundit, ac de ea sic scribit: lib. XXVI. cap. XI. *Geranion aliqui myrin, aut myrrida appellant.* Vide Salm. p. 707. b.

c *Subvenit & phthisicis in sorbitione.*] Adde verbum *data: in sorbitione data* ex vetusto exemplari. *Pint.*

d *Et aliis* XXIII.] In his recensendis prætermisit latacen memoratam cap. 4. lib. 26. *Dal.*

a *Coria-*

res sunt? Primi eas in nostro orbe celebravere Pythagoras atque Democritus, consectati [1] Magos. [a] Coriacesia & callicia Pythagoras [b] aquam glaciari tradit: quarum mentionem apud alios non reperio, nec apud eum [2] alia de his. Idem [3] menaidem appellat, & nomine alio [4] corinthadem, cujus [5] decocto in aqua succo, protinus sanari ictus serpentium, si foveantur, dicit. Eundem effusum in herba qui vestigio contigerint, aut forte respersi fuerint, [6] insanabiles perire, monstrifica prorsus natura veneni, præterquam contra venena. Ab eodem Pythagora [c] aproxis appellatur herba, cujus radix è longinquo concipiat ignes, ut naphtha, de qua in terræ miraculis diximus. Idem tradit: si qui morbi humano corpori [7] acciderint florente aproxi, quamvis sanatos admonitionem eorum sentire, quoties [8] florere eam contigerit: & frumentum, & cicutam, & violam similem conditionem habere. Nec me fallit, hoc volumen ejus à quibusdam [9] Cleemporo medico adscribi: [d] [10] Pythagoræ pertinax fama antiquitasque vindicant. [e] Et idipsum auctoritatem voluminibus affert, si quis alius curæ suæ opus, illo viro dignum judicavit: quod fecisse Cleemporum, cum alia suo & nomine ederet, quis [11] credat? [f] Democriti certe [g] chirocineta esse constat.

1 magos, Coriaceliam & Calliciam Pythagoras, qua aquam glaciari tradit. Harum. V. magos. Coracesia & Calithia. *M.*
2 aliam. ꝇ *M.*
3 Mimadem. ꝇ *M.* mænaiden. ἀπὸ τῦ μαίνεσθαι. *Dal.*
4 Corilidiam: *M.*
5 decoctas. V.
6 insanos. V. forte respersos insanabili letho. *Ch.*
7 inciderint florente brassica. *Ch.*
8 florem eum tetigerint. *M.*
9 etiam Cleemp. m. *M.* Cleemporo. *Ch.*
10 vero esse pert. fa. an. indicant. *M.*
11 credet? ꝇ *M.*

a *Coriacesia.*] Coriacesiam ἀπὸ τῶ κορῶν, à virginibus, Calliciam vero ἀπὸ τῶ κάλλυς, id est, à pulchritudine. *Dalecamp.*

b *Aquam glaciari.*] In muccosum lentorem spissari, ut & tragacantho, & aquifoliæ flore supra cap. 13 hujus libri. *Idem.*

c *Aproxis.*] Προσιέναι, accedere. ἄπροξις, quod metu & pavore accedere proprius non auderent. *Idem.*

d *Pythagora pertinax fama antiquitasque.*] *Verum Pythagora pertinax fama antiquitasque vindicavit*, in vetusto codice. *Pint.*

e *Et id ipsum auctoritatem voluminibus.*] Non *voluminibus* in eodem legitur, sed *voluminum*, ut scribendum putem, *volumini ei.* Idem.

f *Democriti certe chirocineta.*] *In eodem hirocmeta,* quasi sacros labores dixeris: nota illa Græcorum in inscribundis operibus felicitate. *Idem.*

g *Chirocineta esse constat.*] Libri nomen, ideo sic dicti, quod assidue manibus tractari debeat. *Dalec.*

a *Aglao-*

stat. At in his ille post Pythagoram Magorum studiosissimus, quanto portentosiora tradit? [a] Aglaophotin [b] herbam, quæ [1] admiratione hominum [c] propter eximium colorem acceperit nomen, in marmoribus Arabiæ nascentem Persico [2] latere. Qua de causa [3] & [d] marmaritin vocari. Magos utique ea uti, cum velint Deos evocare [4] Achæmenidon, colore electri sine folio, [e] nasci in [5] Tardistilis Indiæ, cujus radice in pastillos digesta, in dieque pota [6] in vino, noxii per cruciatus nocte confiteantur omnia per varias numinum imaginationes. [f] Eandem [7] hippophovada appellat, quoniam equæ præcipue caveant eam. Theombrotion XXX. schœnis à Choaspe nasci, pavonis picturis similem odore eximio. Hanc autem à regibus Persarum comedi aut bibi contra omnia corporum incommoda, [g] instabilitatemque mentis: eandem semnion à potentiæ [8] majestate appellari. Aliam deinde [9] adamantida. Armeniæ Cappadociæque alumnam. Hac admota leones resupinari cum hiatu [10] laxo. Nominis causam esse, quod conteri nequeat. [h] Arianidem in Arianis gigni igneam colore: colligi, cum Sol in Leone sit. Hujus tactu peruncta oleo ligna accendi. [i] Therionarca in Cappadocia & Mysia nascente,

1 ob admirationem. *M.*
2 littore. V.
3 & Marmaritiden. *M.*
4 Achæmenioden. *V* & c. 4. *l.* 16. Achæmenida. *Ch.*
5 Tradastilis. *Ch.*
6 è. V.
7 hippophorbada. *Ch*
8 & justitiæ majest. *M.*
9 adamantidem. *Alii* adamantida. *Ch.*
10 lasso. *M.*

a *Aglaophotin.*] De Aglaophotide, quam & cynospastum vocat, vide miram historiam apud Ælianum, c. 27. & 24. lib. 14. de animalibus. *Dalec.*

b *Herbam.*] Hanc baharas nomine describi volunt à Josepho lib. 7. belli Judaici, vocarique Æliano cynospastum terrestre, Democrito marmarida, cynocephalian, & Osiritin Appioni, Homero Moly, Pæoniam Galeno. *Guilandinus in Plinium* c. 3. 13. *Idem.*

c *Propter eximium.*] Vel potius ob lucidum splendorem. *Idem.*

d *Marmaritin vocari.*] Imo potius, splendentem, & nitentem, ἀπὸ τοῦ μαρμαίρειν. Idem.

e *Nasci in Tardistilis Indiæ.*] Scribendum fortasse *in Taxilis Indiæ.* de quibus Plinius lib. 6. cap. 20. & cæteri. *Pint.*

f *Eandem hippophovada appellat.*] Equi non *equæ*, vetus lectio. Et si inditum est ei nomen, quod equi caveant eam, *hippophobada* scribendum esse in aperto est. *Idem.*

g *Instabilitatemque mentis.*] Amentiæ fatuitatisve periculum. *Dalec.*

h *Arianidem in Arianis gigni.*] *Arianida*, antiquus codex. rectius: ut paulo ante *hippophobada* & *adamantida*. & infra *Meroida* potius quam *Meroidem* legerem. *Pint.*

i *Therionarca.*] Alia est therionarca, nobis

nascente, omnes feras torpescere, nec nisi hyænæ urinæ aspersu recreari. Æthiopida in Meroë nasci. Ob id & [1] Meroidem appellari, [a] folio lactucæ, hydropicis utilissimam è mulso potam. [b] Ophiusam in Elephantine ejusdem Æthiopiæ lividam, difficilemque aspectu, qua pota terrorem minasque serpentium obversari, ita ut[c] mortem sibi eo metu consciscant: ob id cogi sacrilegos illam bibere. Adversari autem ei palmeum vinum. Thalasseglen circa Indum amnem inveniri, [d] quæ ob id nomine alio [2] potamantis appellatur: hac pota lymphari homines, observantibus miraculis. Theangelida in Libano Syriæ. [3] Dictæ Cretæ montibus, & Babylone, & Susis Persidis nasci, qua pota Magi divinent, Gelotophyllida in Bactris & circa Borysthenen. Hæc si bibatur cum myrrha & vino, varias obversari species, ridendique finem non fieri, nisi potis nucleis pineæ nucis cum pipere & melle in vino palmeo [e] [4] Syssitieterida à convictu in Perside nominari, quoniam hilarentur illa. Eandem protomediam, qui [5] primatum apud reges obtineant. [f] [6] Casigneten, quoniam secum ipsa nascatur, nec cum ullis aliis herbis. Eandem Dionysonymphadem, quoniam vino mire conveniat. [7] Helianthen vocat [g] in Themiscyra regione & Ciliciæ

1 Meroida. Ch.
2 potamucyde. M. potamancis. Ch.
3 dictæis. V.
4 Hestitaterida. Ch.
5 quæ prim. ap. reg. obtineat. Casig. Ch.
6 Acasigneten. V.
7 Helianthidem. V. heliantes. Ch.

nobis familiaris, roseo flore, descripta c.19.l.25. *Dalec.*

a *Folio lactuca.*] Genus fortassis aliquod tithymali. *Idem.*

b *Ophiusam.*] Dracontii genus aliquod. *Idem*

c *Ut mortem sibi eo metu consciscant.*] Vide Alex. ab Alex. c.5.3. quo loco varia pœnarum genera sontibus & noxiis apud diversas gentes constituta memorat. *Idem.*

d *Quæ ob id nomine alio.*] Scribendum videtur *potamitis*, non *potamantis*, hoc est, fluvialis seu fluminea. *Pint.*

e *Syssitieterida à convictu.*] *Hestiaterida* in apographo nostro, non *Syssitieterida*, non minus probanda lectione. *Id.*

f *Casigneten, quoniam secum ipsa nascatur.*] Deesse puto præpositionem negandi *a*, ut legatur *acasigneten*, hoc est, sine fratribus. quoniam sequitur *nec cum aliis ullis herbis.* sic enim scribendum ex eodem. *Idem.*

g *In Themiscyra regione & Cilicia.*] In antiquo codice, *Themiscyrena* legitur, non *Themiscyra*. Legi etiam posset *Themiscyriæ* sic enim fit gentile nomen à Themiscyra, auctore Stephano Byzantio. Item non *Cilicia*, in eodem exemplari scriptum invenies, sed *Galatia*; veriore lectione.

multo

Ciliciæ montibus maritimis, folio myrti. Hac cum adipe leonino decocta, addito croco & palmeo vino, perungi Magos & Persarum reges, ut fiat corpus aspectu jucundum. [1] Ideo eandem heliocallidem nominari. Hermesias ab eodem vocatur, ad liberos generandos pulchros bonosque, non herba, sed compositio è nucleis pineæ nucis tritis cum melle, myrrha, croco, vino palmeo, postea admisto theobrotio & lacte, bibere generaturos jubet, & à conceptu [2] puerperas partum nutrientes, ita fieri excellentes [3] animo & forma, atque bonos. Harum omnium [a] Magica quoque vocabula ponit. Adjecit his [4] Apollodorus assectator ejus [5] herbam [b] æschynomenen, quoniam appropinquante manu folia contraheret. Aliam [6] crocidem, cujus tactu phalangia morerentur. Cratevas [c] [7] œnotheridem, cujus aspersu è vino, feritas omnium animalium mitigaretur. Anacampserotem [d] celeber arte Grammatica paulo ante, cujus omnino tactu redirent amores, vel cum odio depositi. Et abunde sit hactenus attigisse [8] insignia Magorum [9] in his herbis, alio de his aptiore dicturis loco.

1 Ideo autem eandem heliocallidanom. *Ch.*

2 & puerp. *Dal.*

3 animi & formæ bonis. Atque harum. *Ch.*

4 Apollodotus. *Ch.*

5 arborem. *Ex Th.*

6 crocida. *Ch.*

7 œnotheran. *Diosc.* & onagram onotherinem. *Ch.*

8 somnia. *V.*

9 in herbis, alia de his apt dicturi loco, *Ch.*

CAP.

multo enim minus Galatia distat à Themiscyria regione, quam Cilicia. *Pint.*

a *Magica quoque vocabula.*] Et non tantum Græca, magna ex parte ab effectu sumpta. *Dalec.*

b *Æschynomenen.*] Herbam vivam Lusitani vocant octo pedes altam, folio polypodii, flore luteo: quæ contacta refugit, & ad terram velut indignabunda folia dejicit, accessu hominum se contrahens, discessu pandens. Ejus meminit Theoph. c.3.4. Hist. statim post prunum Ægyptiam. Describit & Garcias ab Horto c.22. l.2. aromatum Indicorum, Oviedus in Americæ historia, & Julius Cæsar Scaliger. Ejus mentio fit & c. 10. l. 13. sed aliis verbis. Æque mirabilis planta in insula Cimbubon reperta, Burneo propinqua: cujus delapsa folia tanquam animata repunt, moro similia, pedibus utrinque binis, pusillis, cum tanguntur fugientia. *Guilland.*

c *Oenotheridem.*] Sic fortassis vulgus appellavit lathyrida, voce à Græco detorta, & à lacteo succo. *Dal.*

d *Celeber arte Grammatica.*] Appionem significat, artis grammaticæ peritissimum, Pleistonicen cognominatum, quod eruditione plurimos superasset, quemadmodum ἱερονίκην Thessalus se appellabat: cujus mentio fit in præfatione totius operis, c. 2. 30. c. 5. 37. & c. 10. 35. Nisi quis intelligi malit Apollodorum paulo ante dictum, Grammaticæ scientia tam clarum, ut honorem Amphyctiones ei habuerint, cap. 37. lib. 7. *Idem.*

e *Aliqu*

CAP. XVIII.

De eriphia, & lanaria, & stratioti medicina.

1 scarapheam. *Cb.* ERiphiam multi prodidere. [1] Scarabæum hæc in avena habet, sursum deorsum decurrentem cum sono hœdi, unde & nomen accepit. Hac ad vocem nihil præstantius esse tradunt. Herba lana-
2 jejuniis. *Cb.* ria ovibus [2] jejunis data, lactis abundantiam facit. Æque nota lactoris vulgo est, plena lactis, quod degustatum vomitiones concitat. Eandem hanc [a] aliqui esse dicunt, alii similem illi, quam militarem vocant, quoniam vulnus ferro factum, nullum non intra dies quinque sanat, ex oleo imposita. Cele-
3 stratiotes. *Cb.* bratur autem & [b] à Græcis [3] stratiotis, [4] sed ea [c] in
4 Est & ea. *M.* Ægypto tantum & inundatione Nili nascitur, aeizoo similis, ni majora haberet folia. Refrigerat mire, & vulnera sanat ex aceto illita: item ignes sacros, ac suppurationes. [d] Sanguinem quoque qui defluit à renibus, pota cum thure masculo mirifice sistit.

CAP. XIX.

De herba quæ nascitur in capite statuæ, & de herba è fluminibus, & de herba lingua, & cribro, & fimetis; & rhodora, & impia, & Veneris pectine, & nodia, & philanthropo, & canaria lappa, & tordile, & de gramine, & dactylo, & fænograco medicina.

HErba in capite statuæ nata, [e] collectaque alicujus in vestis panno, & alligata in lino rufo, capitis

a *Aliqui esse dicunt.*] Hallucinantur ii. Stratiotes enim lacte non turget. *Dal.*
b *A Græcis.*] Theoph. c.9. hist.4. hist. *Idem.*
c *In Ægypto tantum & inundatione.*] Hoc Plinio minime credunt herbarii. Nullius quidem scriptoris testimonio id scribit. Dioscorides ea de re tacet. *Idem.*
d *Sanguinem quoque qui defluit à renibus.*] Scribendum reor permutatis syllabis, *naribus*, non *renibus*. Pint.
e *Collectaque alicujus in vestis panno.*] Scribe, *collectaque in vestis alicujus panno & illigata.* Idem.

a Contra

capitis dolorem confestim sedare traditur. Herba quæcunque à rivis aut fluminibus ante Solis ortum collecta, ita ut nemo colligentem videat, contra tertianas adalligata lævo brachio, ita ut æger quid sit illud ignoret, tertianas arcere traditur. Lingua herba nascitur circa fontes. Radix ejus combusta & trita cum adipe suis (adjiciunt ut nigra sit & sterilis) alopecias emendat unguentium in Sole. Cribro [1] in limite adjecto herbę intus extantes decerptę adalligatæq; gravidis, partus accelerant. Herba quę gignitur [2] supra fimeta rutis, contra anginas efficacissime pollet ex aqua pota. Herba, juxta quam canes urinam fundunt, evulsa ne ferro attingatur, luxatis celerrime medetur. [3] [b] Rombotinum arborem demonstravimus inter arbusta. Juxta hanc viduam vite nascitur herba, quam Galli [4] rhodoram vocant: caulem habet virgæ ficulneæ modo geniculatum, folia urticæ in medio exalbida, eadem procedente tempore tota rubentia, florem argenteum: præcipua contra tumores fervoresque & collectiones cum axungia [5] veteri tusa, ita ut ferro non attingatur: [6] qui perunctus est despuit ad suam dextram [7] ter. Efficacius remedium esse ajunt, si tres quoque trium nationum homines perungant dextrorsus. Herba impia vocatur incana, rorismarini aspectu, thyrsi modo vestita atque capitata. Inde alii ramuli exsurgunt sua [8] capitella gerentes: ob id impiam appellavere, quoniam liberi super parentem excellant. Alii potius ita appellatam, [9] quod nullum animal eam attingat, existimavere. Hæc inter duos lapides trita fervet, præcipuo adversus anginas succo, lacte & vino admisto. Mirum traditur, nunquam ab eo morbo tentari qui gustaverint. Itaque & suibus

1 In limitem projecto. *Vet.* in limite abjecto. *M.*

2 super. *Cb.*

3 Rombotinum. *M.* Rumpotinum. *Colum.* & *Cb.*

4 rodarum. *Cb.*

5 vero vetere. *Cb.*

6 & qui per. est depuat. *M.*

7 tertiam efficacius. *M.*

8 capitula. *Cb.*

9 quoniam nul. an. quod eam att. existimatur vivere. *M.*

a *Contra tertianas adalligata.*] Duo prima verba contra omnia exemplaria contenderim supervacanea esse. *Pint.*

b *Rombotinum.*] Romotinum arbustum Gallicum arboribus humilioribus & minime frondosis consitum, eaque re ab arbusto Italico differens. Supra cap. 1. lib. 14. Rompotinus in arbusto *populus* dicitur. *Dalec.*

bus dari: quæque medicamentum id noluerint haurire, eo morbo [1] interimi. Sunt qui & in avium nidis [2] inseri aliquid ex ea putent, atque ita non strangulari pullos avidius devorantes. Veneris pectinem appellant à similitudine pectinum, cujus radix cum malva tusa, omnia corpori infixa extrahit. [3] Veternosa curat, quæ [a] exedum vocatur. Nodia herba coriariorum officinis nota: ea mularis [4] dicitur aliisque nominibus. Nomas curat: efficacissimamque adversus scorpiones esse potam in vino aut posca reperio. Philanthropon herbam Græci appellant hirsutam, quoniam vestibus adhærescat. Ex hac [b] corona imposita capitis dolores [5] sedantur. Nam quæ canaria appellatur lappa, cum plantagine & millefolio trita ex vino carcinomata sanat, [6] ternis diebus soluta. Medetur & [7] suibus hæc effossa sine ferro, & addita in [c] colluviem poturis, vel ex lacte ac vino. Quidam adjiciunt [8] & fodientem dicere oportere: Hæc est herba argemon, quam Minerva reperit [9] suibus remedium, qui de illa gustaverint. [10] Tordilen alii semen [11] [d] silis esse dixerunt: alii herbam per se, quam & syreon vocaverunt. Neque aliud de ea proditum invenio, quam [e] in montibus nasci: [12] combustam potu ciere menses, & pectoris excreationes, efficaciore etiamnum radice: succo ejus ternis obolis hausto renes sanari: addi radicem ejus & in malagmata. Gramen ipsum [13] est inter herbas vulgatissimum. Geniculatis serpit internodiis, crebroque ab his, [14] & ex cacumine novas radices spargit. Folia ejus [15] in reliquo orbe in

1 interire. *Vet.*
2 inserendum. *V.*
3 Veterno liberat, quæ. *Ch.*
4 est aliis aliisve. *Ch.*
5 sedat. *Ch.*
6 trinis. *Vet.*
7 suibus effossa. *Ch.*
8 effodientem. *Ch.*
9 suibus iis. *Vet.* subus rem. quæ de. *Ch.*
10 Tordin. *Ch.* Tordylium.
11 seseleos. *Vet.*
12 decoctam. *Diosc.*
13 est, in *M.d.*
14 velut ex. *Dal.* cacumen vocat radicis caput.
15 In, vacat. *Dal.*

a *Exedum.*] Exedum acris herba videtur fuisse ab exedendo dicta. *Idem.*

b *Corona.*] Πεϱίαμμα. Vide quæ adnotata sunt c. 11. lib. 27. Hoc remedium ex Archigene Galenus citat lib. 2. κτ. τόπους. *Idem.*

c *Colluviem.*] Impuram & sordidam aquam cum sero lactis, furfure, concisis oleribus mixtam, quam bibendam suibus offerunt: vulgo, *lavaille.* Idem.

d *Silis.*] Seseleos. Imo vero Creticum seseli vocant. *Idem.*

e *In montibus.*] Amano. Diosc. *Idem.*

a *Ad*

in exilitatem [1] fastigiantur. In Parnasso tantum ederacea specie [2] densius, quam usquam [3] fruticant, flore odorato candidoque. Jumentis herba non alia gratior, sive piridis [4] sive in fœno siccata, [5] cum detur aspersa aqua. [6] Succum quoque ejus in Parnasso excipi tradunt propter ubertatem. [7] Dulcis hic est. In vicem ejus in reliqua parte terrarum succedit decoctum [a] ad vulnera conglutinanda, quod & ipsa herba tusa præstat, [b] tueturque ab inflammationibus plagas. [c] Decocto adjicitur vinum ac mel: ab aliquibus & thuris, & piperis, myrrhæque tertiæ portiones. Rursusque coquitur in [d] æreo vase ad dentium dolores & epiphoras. Radix decocta in vino torminibus medetur & urinæ difficultatibus, [8] hulceribus vesicæ. Calculos frangit. Semen vehementius urinam impellit. Alvum vomitionesque sistit. Privatim autem draconum morsibus auxiliatur. Sunt qui genicula novem vel unius, vel è duabus tribusve herbis, ad [e] hunc articulorum numerum involvi lana succida nigra jubeant, ad remedia strumæ panorumve. Jejunum debere esse qui colligat: ita ire in domûm absentis cui medeatur, supervenientique ter dicere, jejuno jejunum medicamentum dare atque ita adalligare, triduoque id facere. [f] Quod è graminum genere septem internodia habet, efficacissime capiti contra dolores adalligatur. Quidam propter vesicæ cruciatus decoctum ex vino gramen ad dimidias à balineis bibi jubent. Sunt qui & aculeatum gramen vocent trium generum: cum

1 fastigantur. *Ch.*
2 decendius. *M.*
3 futicat. *Vet*
4 sive pro fœno: *vel*, sive in fœnum. *Dal.*
5 cum datur. *Dal.*
6 Succumque ejus. *Ch.*
7 Dulcis enim hic. *Dal.*
8 ac hulc. *Dal.* hulceribusque. *Ch.*

a *Ad vulnera.*] Graminis vulgaris, non Parnasii. Diosc. *Idem.*

b *Tueturque ab inflammationibus.*] Non *plagas* in vetusto codice, sed *pacata*. præcessit enim *vulnera*. Pint.

c *Decocto.*] Succo Parnasii. Diosc. *Dal.*

d *Æreo vase.*] Ærea pyxide reconditur ad oculorum medicamenta. Diosc. *Idem.*

e *Hunc articulorum numerum.*] Nempe tot caules, radicesve, ut is geniculorum numerus habeatur. *Idem.*

f *Quod è graminum genere septem.*] Serenus in medicamentis, quæ capitis doloribus medentur:

Vel qua septenis censentur gramina nodis
Utiliter nectis.

Idem.

[1] cum in cacumine aculei sunt plurimum quini, [2] dactylon appellant: hos convolutos naribus inserunt, extrahuntque sanguinis ciendi gratia. [a] Altero quod est aeizoo simile, ad paronychia & pterygia unguium, & cum caro unguibus increvit, utuntur cum axungia, ideo dactylon appellantes, quia digitis medeatur. [b] Tertium genus dactyli, sed tenuis, nascitur in parietinis, aut tegulis. Huic caustica vis est. Sistit hulcera quæ serpunt. Gramen capiti circundatum, sanguinis è naribus fluxiones sistit. [3] Camelos necare traditur in Babylonis regione, id [c] quod juxta vias nascitur. Nec fœnogræco minor auctoritas, quod telin vocant, alii carphos: aliqui buceras, alii ægoceras, [d] quoniam corniculis semen est simile, nos [4] silicam, quod quomodo sereretur, suo loco docuimus. Vis ejus siccare, mollire, dissolvere. Succus decocti fœminarum pluribus malis subvenit, sive duritia, sive tumor, sive [e] contractio sit vulvæ, foventur, [5] insidunt: infusum quoque prodest. Furfures in facie extenuat. Spleni addito nitro decoctum & impositum medetur. Item ex aceto. Sic & jocineri decoctum. Diocles difficile [f] parientibus semen ejus dedit acetabuli mensura tritum in novem cyathis sapæ, ut cum tertias partes biberint, [6] calida lavarentur: & in balneo sudantibus dimidium ex relicto iterum dedit, mox [7] à balneo reliquum, pro summo auxilio. Farinam [8] fœnigræci cum hordeo, aut lini semine decoctam aqua mulsa contra vulvæ cruciatus [9] subjecit. [10] Item impo-

1 primum cui in cacumine aculei sunt quini: dactylos appellant. *Dal.*
2 pentadactylon. *Alii.*
3 κτήνη, jumenta. *Diosc.*
4 Siliquam. Colum. c. 11. lib. 2. silicțam. *Ch.*
5 & insident. *V.*
6 dein cal. lav. & in balineo. *Ch.*
7 à balineo. *Ch.*
8 fœni. *Ch.*
9 objecit item imposuitque. *Ch.*
10 itemque. *M.*

a *Altero quod est aeizoo simile.*] Aloisius paronychian Diosc. esse putat, quam is peplo similem esse foliis tradit. *Dalec.*

b *Tertium genus dactyli.*] Aloisius esse putat sempervivi tertium genus, quod ἀνδράχνην ἀγρίαν, & τηλέφιον Græci vocant, Romani illecebram. *Idem.*

c *Quod juxta viam, &c.*] Καλαμαγρώστιν Dioscorides vocat, id est, arundinaceum gramen. *Idem.*

d *Quoniam corniculis.*] Imo potius, quod semen longis siliquis veluti corniculis includitur. *Idem.*

e *Contractio.*] Μύσις. Diosc. aditus & osculi uteri veluti conniventis præclusio. *Idem.*

f *Parientibus.*] Instante partus tempore. *Idem.*

a Sepius

imposuit imo ventri. Lepras, lentigines, sulphuris pari portione mista farina curavit, nitro ante præparata cute, [a] sæpius die illinens, perungique [1] præcipiens. Theodorus [2] fœnogræco miscuit quartam partem purgati nasturtii acerrimo aceto ad lepras. [3] Damon fœnigræci semen acetabuli dimidia mensura cum sapæ & aquæ novem cyathis ad menses ciendos dedit [4] potu. Nec dubitatur, quin decoctum ejus utilissimum sit vulvis interaneisque exhulceratis, sicuti semen articulis atque præcordiis. Si vero cum malva decoquatur, postea addito mulso [5] potus ante cætera vulvis interaneisque laudatur. Quippe cum vapor quoque decocti plurimum prosit. Alarumque etiam graveolentiam [b] decoctum [6] fœnigræci semen emendat. Farina porrigines capitis furfuresque cum vino & nitro celeriter tollit. In hydromelite autem decocta addita axungia [c] genitalibus medetur: item pano, parotidi, podagræ, chiragræ, articulis, carnibusque quæ recedunt ab ossibus: aceto vero subacta luxatis. Illinitur & lieni decocta in aceto & melle tantum. Carcinomata subacta ex vino purgat: mox addito melle persanat. Sumitur & sorbitio è farina ad pectus exhulceratum, longamque tussim. Diu decoquitur, donec amaritudo desinat. Postea mel additur. Nunc ipsa claritas herbarum dicetur.

1 prohibens. *At.*
2 fœno miscuit. *Ch.*
3 Timon semen fœni. *Ch.*
4 potus. *Ch.*
5 potui. *Vit.*
6 fœni. *Ch.*

a *Sæpius die illinens.*] In vetusto Codice, *prohibens* non *præcipiens.* & paulo post *acetabuli dimidii* non *dimidia.* Pint.

b *Decoctum fœnigræci semen emendat.*] Verbum *semen* redundat ex eodem. Et sane Dioscorides lib. 2. cap. de fœnogræco, graveolentiam excrementorum in intestinorum torminibus decocto fœnigræci emendari prodit. *Idem.*

c *Genitalibus.*] Tumentibus, inflammatis. *Dalec.*

INDEX PRIMUS
RERUM ET VERBORUM
MEMORABILIUM,
Quæ in Contextu PLINIANO *occurrunt.*

Numeri Paginas designant.

Acytes,

Alyssum,

Appe-

Asca-

C.

Cæcubum

Catonis

INDEX PRIMUS
RERUM ET VERBORUM
MEMORABILIUM,
Quæ in Contextu PLINIANO *occurrunt.*

Numeri Paginas designant.

A.

Acyltn,

Arbores

Augusti

Boletis

C.

Corona

E.

Elapho-

Florescen-

Frugi-

G.

Hippo-

Lini

Marti

Myri-

Olea

P.

Pumi-

Q.

R.

Rho-

Rubi-

Singul-

Spiræ

T

Qqq 3 Triti-

V.

Venena-

Vinum

Vulne-

FINIS PRIMI INDICIS.

INDEX

INDEX SECUNDUS

CONTINENS

GEOGRAPHICA.

L. Labo-

FINIS SECUNDI INDICIS.

INDEX TERTIUS
IN
NOTAS PLINIANAS.

A.

Arbores

B.

C. Ca-

C.

Chimen-

D.

Forum

 Helo-

Lauro-

Meli-

N.

O.

Oenopes

P.

Q.

R.

Rumex,

T.

Tipela,

Unguen-

FINIS.





